
S. ZACCHIA

—

OBLIGATIONE

CAMERALI




BIBL NA
Vittorio Eman
RACCOl
VILLARO
D
13
NAPO





SILVESTRI
ZACCHIÆ
DE
OBLIGATIONE
CAMERALI

SILVESTRI ZACCHIÆ

I. C. ROMANI

LVCVBRATIONES AD GALLESIVM

DE OBLIGATIONE CAMERALI

QVIBVS PRÆTER ADDITIONES EIVSDEM AVTHORIS aliàs impressas, suisque locis reportatas, accesserunt aliæ

LANFRANCHI ZACCHIÆ I.V.D.

Authoris ex fratre Nepotis hoc signo [ ] indicatæ:

Vna cum nouis Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus Obligationis Cameralis materiam illustrantibus.

CVM TRIPLICI INDICE, ET PRIVILEGIO.





ROMÆ,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M.DC.XLVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

SILVESTRI ZACCHIÆ

I. C. ROMANI

LVCVBRATIONES AD GALLESIVM

DE OBLIGATIONE CAMERALI

QVIBVS PRÆTER ADDITIONES EIVSDEM AVTHORIS aliàs impressas, suisque locis reportatas, accesserunt aliæ

LANFRANCHI ZACCHIÆ I. V. D.

Authoris ex fratre Nepotis hoc signo [ ] indicatæ:

Vna cum nouis Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus Obligationis Cameralis materiam illustrantibus.

CVM TRIPLICI INDICE, ET PRIVILEGIO.





ROMÆ,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M. DC. XLVII.

SVPERIORVM PERMISSV.



EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO D.

D. IO. IACOBO PANZIROLO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.




ANGELVS BALLADORVS *Fœlicitatem P.*



Illuestri Zacchiæ olim Iuriſconſulti Romani Lucubrationes ad Galleſium de Obligatione Camerali iamdiù impreſſas, nunc nouis laboribus ipſius met Auctoris, & D. Lanfranchi eius ex fratre nepotis multò auctiores factas, pluribuſquè Deciſionibus ad rem facientibus locupletatas typis Vaticanis impreſſas in lucem emitto; Sanè ob argumenti conditionem opus Iuriſconſultis acceptiſsimum, dignum-

dignumque, quòd interdum pro copiarum inopia deficiens in æuum ad publicam vtilitatem duraturum denuò reuiuiſcat, quod vt tantò faciliùs ei ſuccedat tui nominis celſitudine illud muniri volui, non tantum vt ſi qui inuidi quicquid in id inuecti perperam deblaterare audeant, eo præſtricti ſplendore linguam ſibi mordicus præſcindant; quãtum vt eiuſdem Auctoris animæ rem gratam facerem, quoniam ſi ille (Eminentiſsime Princeps) tibi iampridèm valde addictus erat, apprimè ſub tanti nominis tutela eius litterarios labores gaudebit renouari. Me interim in tuam clientelam pro humanitate acceptum indeſinenter foue, nam D.O.M. obnixè precor vt pro magnitudine animi concepta vota Tibi obtingant, vitamque viuas diuturnam, & maximè incolumem. Vale.



PRI-



PRIVILEGIORVM SVMMA
PRO IMPRESSORE CAMERALI, ET VATICANO.



LEMENS Papa VIII. Diplomate sanxit, ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana impressoris, sacram Bibliam, Concilia generalia, Epistolas decretales, libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, libros etiam cuiuscunque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiusque voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelphi I.V.D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis, ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniuntur. Quod si in Terris S.R.E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latius patet in Literis ipsius Gregorij Papæ, datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 12. Octobris 1621. Pontificatus sui anno primo. Ac id idem Vrbanus Octauus peculiaribus Literis datis apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Martij 1628. Pontificatus sui anno quinto, in fauorem Andreæ Brugiotti impressoris Cameralis, & Vaticani transtulit, indulsitq. Quæ omnia Sanctiss. D.N. Innocentius Papa X. in fauorem Angeli Balladori Typographi Cameralis, & Vaticani translata, & indulta haberi iussit, datis Literis apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Martij M.DC.XXXXVI. Pontificatus sui anno Secundo.

Signat. M.A. Maraldus.

Im-

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss.P.Mag.Sac.Pal.Apost.

A. Victricius Episc. Alat. Vicesg.



IVssu Reuerendiss. P. S. Palatij Apostolici Magistri perlegi Lucubrationes de Obligatione Camerali bo. me. Siluestri Zacchiæ cum Additionibus D. Lanfranchi eius ex D. Laurentio fratre nepotis, & nil in eis inueni quod Sacrosanctam Catholicam Fidem, vel bonos mores offendat, sed opus diligenter à doctissimo Authore elaboratum, & à non degeneri nepote ornatum, Curiales omnes libenter suscepturos existimo. Et in fidem propria manu me subscripsi hac die 16. Septembris 1646.

Hercules Ronconius Aduocatus.

Imprimatur,

Fr.Raymundus Capisuccus Magister, & Reuerendiss. P. Fr. Vincentij Candidi Sac.Pal.Apost.Mag.Socius Ord.Præd.



INDEX

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
CONCLVSIONVM,

Quæ in præſenti Tractatu de Obligatione Camerali continentur Alphabetico ordine diſpoſitus.

ABOLITIO.



ABSENS.

ABSOLVTIO.

ACCEPTATIO.

ACTIO.

Appella-

Cessio

DILA-

Exce-

EXCESSVS.

EXCOMMVNICATIO.

per

Execu-

EXECVTIVA VIA.

EXECVTOR.

EXEMPLA.

EXPENSAE.

EXPRESSIO.

EXTENSIO OBLIGATIONIS CAM.

F

FACTVM.

FACVLTAS.

FACVLTATES A.C.

Etiamsi



O

Appel-

Com-

Error

Index Tractatus.

Exce-

Execu-

in In-

Rat-

OBLIGATIO PÆNES ACTA CVRIÆ.

OBLIGATVS.

PACTVM

P

PRO-

PROBATIO.

PROCESSVS.

PROCVRATOR.

PRODVCTIO.

PROMISSIO.

PROROGATIO.

PVPILLVS.

Q

QVANTITAS.

QVÆSTIONES.

R

RATIFICATIO.

REASSVMPTIO.

RECOGNITIO.

RECONVENTIO.

REDVCTIO.

Sen-

arbi-

VER-



ANTO-

ANTONII MASSÆ
GALLESII CIVIS ROM.
Ad formulam Cameralis obligationis.

SVMMA PROOEMII.

1. *Descriptio formulæ obligationis Cameralis continens formulam, & finalem causam ipsius.*
2. *Incertus est auctor obligationis in forma Cameræ*
3. *Obligatio in forma Cameræ diuersis temporibus composita fuit, & perfecta.*
4. *Tenor ipsius formulæ obligationis Cameralis, qua nunc vulgo vtuntur, diuisus in sex partes, siue clausulas.*



VM obligationis eius, quæ vulgo appellatur in forma Cameræ, vsus iam sit ferè vbique frequentissimus, a & doctorum (quos qui dem ego viderim) nemo hactenus de illa, eiusque virtute, & efficacia data opera tractauerit, opere pretium facturum me esse arbitratus sum, si quæ de ipsa obligatione, eiusque vsu mihi occurrebant, quam breuissime exponerem. Vt autem clarius intelligi possint quæ dicentur, fortasse non erit ab re, si fi-
1 gura quadam describamus: † Eam obligationem esse formulam quandam ex multis iuridicis cautionibus, incerto auctore b diuturno vsu Romanæ Curiæ compositam: quæ contractnum instrumentis adiecta facit, vt cessatores per iudicem facilius cogi possint ad complendum promissa. Dixi
2 incerto † auctore, & diuturno vsu Romanæ Curiæ compositam, quia, præterquam quod non est eius certus auctor, insuper certum est eam, qualis
3 nunc est in vsu, † non fuisse vno, & eodem tempore ordinatam; sed per varia additamenta, & (quemadmodum verisimile est) prout diuersarum causarum experientia docuit, in hanc formam esse redactam. Quod ex infra dicendis clarius apparebit.

Ne autem extra propositum vagemur, neue quisquam à me præter ea, quæ sint ad rem, de qua agitur, necessaria expectet; illud proponendum esse censui: me nihil de ipsis contractibus, quibus forma hæc adijci solet, esse dicturum. Sed supposita præcognitione naturæ, validitateque, vel inualiditate cuiuslibet contractus, cui obligatio ipsa sit adiecta, conabor exponere, quid iuxta illos posita obligatio hæc efficit: similiter facturus & de iuramento, & renunciationibus, nec non constitutione procuratorum, & alijs clausulis, quæ huic formulæ inseruntur, de quibus cum plerique alij non minus doctè, quam abundanter tractauerint, nihil attingã, nisi quatenus cõcernant effectus, quos talia huic obligationi inserta, & prout in ipsa obligatione continentur, de iure pariant;

Vt autem omnia dicenda sint euidentiora, me-
4 lius erit, si quo nunc vtuntur, ipsius formulæ † tenorem descriptum proponamus.

SILVESTRI ZACCHIÆ
I. C. ROMANI.
De eadem obligatione Camerali.
Cum Additionibus LANFRANCHI ZACCHIÆ I.V.D. AVTHORIS EX FRATRE NEPOTIS.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo apponendi Obligationem Cameralẽ in cõtractibus Censuũ est recepta in toto Orbe.*
2 *Obligatio Cameralis non offendit in aliquo Constitutionem Pij V. super Creatione Censuum.*
3 *Obligatio Cameralis non inducit pacta contraria prædictæ Constitutioni, sed ea, quæ licita sunt magis confirmat.*
4 *Obligatio Cameralis solet apponi in Contractibus societatum Officiorum.*
5 *Societas Officij habet executionem paratam ex constitutione Pij IIII. super forma creandi societates Officij.*
6 *Obligatio Cameralis unde originem traxerit.*
7 *Instrumentum rogatum per Notarios A.C. censeri debet Obligatione Camerali vallatum, etiamsi dicta Obligatio fuerit omissa.*

8 *Clausula apponi solita in Instrumento haberi debet pro apposita.*

a 1 **V**Bique *frequentissimus* [Inde quòd consuetudo † apponendi obligationem Cameralem in contractibus Censuum sit recepta in toto Orbe, *tradit Cinc. de censib. par. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 5. num. 39. vbi etiam num. 41.* addit, quòd ista consuetudo
2 est fauorabilis, Nec † huiusmodi obligatio in aliquo offendit constitutionem Pij Quinti super creatione censuum ex eo quòd forma tradita pro validitate impositionis illius discordet ab ipsa forma obligationis Cameralis, ex quo vigore istius assumat obligatus in se pœnas,& incommoda, quæ per dictā Constitutionem excluduntur, dum reprobat pacta, & conuentiones, ad quas de Iure communi venditor non tenetur, vt existimabat *Nauar. in comment. de vsur. tom. 1. quæst. 16. nu. 116.* Prædicta namque opinio Nauarri reprobatur à *Boccac. de censib. par. 2. num.*38. ea ratione,
3 quòd obligatio † Cameralis non contrarietur dictæ Constitutioni, sed ponatur pro illius maiori obseruantia,& non inducat pacta contraria, sed ea, quæ licita sunt magis cōfirmet, *Gabr. cons. 173. n. 2. vol. 2. Amat. dec. 16. n. 48. cum aliis relatis per Mar. Giurb. decis. Sicilia 42. n. 27. Rot. in Romana pretij Domus 16 Iunii 1600. corā Litta, qua est infra dec. 77. n. 2. & in Rom. seu Perusina census 12. Decemb. 1644. coram R.P.D. Bichio, inter impress. post tract. decis. 162. num. 26.* Postquam enim est perfectus contractus iuxta formam dictæ constitutionis Notarius dicit.. Pro quibus omnibus,& singulis tenendis, complendis,& inuiolabiliter obseruandis in ampliori forma Cameræ Apostolicæ se obligatunt &c. cum iuramento &c. & alias latiùs prout in formula obligationis Cameralis, quæ habetur impressa in fine operis,& hanc opinionē sequitur etiā *Cinc. de censib. locis proxime supra relatis, n. 33. & dixit Rot. in Romana Census 31. Maij 1634. coram R.P.D. Merlino, qua est infra decis. 163. num. 1. & in decis. 1. num. 1. & decis. 10. n. 1.*
4 Et † quod soleat hæc obligatio apponi etiā in contractib. Societatū officiorum dicit *Leonell. super Bulla Pii IV. de societat. offic. glos. 22. vers. licet autem*, idemque de Guarantigia dicit *Marta de iurisdict. cap. 4. cas. 61. num. 1.* Sed superflua est secundum aliquos in societate officij hæc obligatio ad effectum ha-
5 bendi illius executionē, ex quo † circumscripta etiam ista obligatione, instrumentum societatis officij habeat paratam executionem ex dicta constitutione Pij Quarti, vbi disponitur, quòd Societates contractæ iuxta illius formam executioni demandari debeant, vt per *Leonell. dicta glos. 22. vers. licet, Rot. post Cinc. de censib. in addit. decis. 65. num. 2.* Sed tamen ad tollendas omnes difficultates expedit apponere obligationem Cameralem, quæ operatur procul dubio, quod non retardetur executio.]

b *Incerto auctore.* Contrarium videtur dicen-
6 dum scilicet † quòd originem traxerit ex *l. abstinendum C. quorum appellat. non recip.* vbi in debitis cameralibus denegatur appellatio, [& contra contumaces exequi mandatur, ne aut diuturnas Camera substinere lites, aut illas tedio affecta relinquere cogeretur; neue eius debitores interim aut mori, aut deterioris conditionis fieri contingeret. Et hoc erat speciale ius Cameræ, postea vero successiue adeò ad causas particularium personarum suam dilatauit efficaciam, vt inter priuatos ad lites dirimendas, ac suspensiuam appellationem ad instar Cameræ debitorum tollendam seruetur,& passim in Romana Curia recepta sit, *Marchesan. de commission. appellat. in caus. obligat. Cameral. §. 1. num. 2.*
7 *& 3.* Et præcipue in Tribunali A. C. in quo per ipsius Locumtenentes fuit declaratum, instrumentum rogatum per Notarios A. C. censeri debere obligatione Camerali vallatum, licet dicta obligatio fuerit omissa, vt testatur *Salust. Tiber. in sua praxi A. C. lib. 1. cap. 40. num. 1. quem sequitur Rot. in Romana Quarti Dotalis 19. Iunii 1628. coram bon. mem. Coccino qua est infra decis. 164. n. 1. & in Romana Fraterna absolutionis 18. Iunii 1646. coram R. P. D. Meltio qua est decis. 165. n. 13.* Et ratio est quia prædicti Notarij non cōsueuerunt recipere Instrumēta nisi sub prędicta forma Cameræ Apostolicæ, *vt per Tiber loc.*
8 *supra relato*, sicque clausula † apponi solita haberi debet pro apposita, *Rot. in d. Romana 4. Dotalis num. 4.*] Gallesius autem cum incertum facit auctorem obligationis Cameralis, loquitur de ea obligatione Camerali, quæ suis temporibus,& hodie est in vsu, cuius auctorem incertum esse nemo est, qui dubitet.

FORMVLA OBLIGATIONIS quæ est in vsu.

1 **P**RO quibus omnibus, & singulis tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis, idem A. debitor sesipsum, & suos in posterum hæredes, & successores, ac omnia & singula sua,& suorum prædictorum bona, mobilia, & immobilia

lia

ita quæcunque præsentia, & futura dicto B, præsenti, vt supra, pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscunque stipulanti & recipienti obligauit & hypotecauit.

2 † Ac etiam Curiæ Causarum Cameræ D. N. Papæ, eiusque Camerarij, Viceecamerarij, Auditoris, Viceauditoris, Regentis, Locumtenentis, & Commissarij, ac omnium & singulatum aliarum Curiarum Ecclesiasticarum, & secular nm, vbilibet constitutarum iurisdictionibus, & coertionibus, compulsionibus, iuribus, rigoribus, stylis & meris examinibus supposuit, & submisit.

3 † Per quas quidem curias, & earum quamlibet insolidum tam coniunctim, quam diuisim, voluit, & expresse consensit, se & suos prædictos posse, & debere cogi, compelli, & constringi, moneri, & excommunicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachium sæculare deponi, arrestari, capi, incarcerari, & detineri, vno & eodem tempore, vel diuersis temporibus, & per diuersorum temporum interualla, vsque ad plenariam, & integram solutionem prædictorum mille ducatorum auri, ac omnium, & singulorum damnorum, interesse, & expensarum, prædictarum, occasione præmissorum forsan, vt supra, faciendorum, patiendorum, & sustinendorum refectionem, & restitutionem: ita tamen, quòd executio vnius Curiæ executionem alterius non impediat, nec retardet, iure dicente, quod vbi iudicium incœptum est, ibidem finem accipere debet, & qualibet alia iuris, & facti exceptione in contrarium faciente non obstante.

4 † Renunciauit insuper idem A. omni & cuilibet exceptioni dolimali, vis, metus, fraudis, læsionis, & machinationis, & mille ducatorum auri de Camera, ex causa præmissa sibi (vt præmittitur) non mutuatorum, & per ipsum non debitorum, non receptorum, & non numeratorum, speique futuræ habitionis, & receptionis, & numerationis eorundem, præsentis contractus non sic (vt præmittitur) facti, celebrati, & initi, & aliter, aut plus, vel minus fuisse factum, vel dictum, quàm recitatum, & e contra, omnibusque alijs & singulis exceptionibus, cauillationibus, & cautelis, quibus mediantibus contra præmissa, vel eorum aliqua, ipse A. debitor facere, dicere, venire, aut se tueri quouis modo posset, & specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis, & expressa.

Ista Constitutio Procuratoris hodie non est in vsu.

5 † Et ibidem statim & incontinenti idem A. debitor pro maiori cautela, & tutiori securitate dicti N. creditoris, gratis, & sponte omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius, & efficacius potuit, & debuit, constituit, creauit, & solemniter ordinauit suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores actores, factores, negotiorumque suorum infrascriptorum gestores: ac nuntios speciales, & generales, ita tamen quòd specialitas generalati non deroget, nec è contra, videlicet prouidos, & discretos viros dominos N. & N. Romanæ Curiæ Causarum procuratores, & N. & N. eiusdem Curiæ Cameræ Apostolicæ Notarios, omnesque alios, & singulos Dominos Procuratores, & notarios qui nunc sunt, & pro tempore futuro erunt, in Rom. Curia, quorum nomina, & cognomina habere voluit pro expressis, absentes tanquam præsentes, & quemlibet eorum insolidum ita tamen, quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis: sed quòd vnus eorum incæperit, alter eorum prosequi, terminare, mediare valeat, & finire, ac ad effectum debitum, & finem perducere scilicet specialiter, & expresse, ad ipsius Domini constituentis nomine, & pro eo omni tempore & diebus feriatis, in termino solutionis prædictorum mille ducatorum auri, post ipsum terminum, & quotiens prædicto N. creditori, ac suis videbitur, & placuerit coram prædicto Camerario, Viceecamerario, Auditore, Viceauditore, Regente, Locumtenente, Commissario eiusdem, & aliarum Curiarum prædictarum officialibus, Iudicibus, seu eorum Locumtenentibus comparendum, ac ipsum debitum mille ducatorum auri, vel partem ipsius semel & pluries confitendum, & recognoscendum, & ad petendum, audiendum, & accipiendum dicti domini constituentis nomine omne præceptum omnemque monitionem, condemnationem, sententiā, atque mandatum, quæ, quod, & quas præfati domini Camerarius, Viceecamerarius, Auditor, & alij Iudices, & officiales, seu ipsorum locumtenen. & eorum quilibet contra prædictum dominum constituentem eiusque hæredes, & successores, ac bona prædicta facere, & promulgare voluerint, seu voluerit, & eis sponte acquiescendum, nec non submittendum, & resubmittendum, propterea ipsum dominum constituentem pro præmissis fi miter obseruandis, Iurisdictioni Curiarum prædictarum & cuislibet earum ac ad volendum, consentiendum quòd ipsi domini Camerarius, Viceecamerarius, Auditor, Viceauditor, Regens, Locumtenens, Commissarius, & alij Iudices, Officiales prædicti in ipsum A debitorem constitutum excommunic. sententiam ferant, proferant, promulgent, aggrauent, reaggrauent, aliosque processus reales, & personales gerant, faciant quos voluerint, & dicto N. creditori placuerit, & visum fuerit expedire, quousq; de dicto debito mille ducatorum, & expensarum prædictarū sibi fuerit plenarie & integre, ac realiter satisfactum, iuxta præsentis publici Instrumenti seriem & tenorem. Et generaliter omnia, & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna. Promittens mihi Notario publico infrascripto, vti communi, & publicæ personæ præsenti, stipulant. & recipienti, vice, & nomine omnium, & singulorum, quorum interest, interest, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se omni tempore ratum gratum, & firmum perpetuo habiturum totū id, & quicquid per dictos procuratores suos constitutos, & eorum quemlibet, actum, dictum, factum, gestumuè fuerit in præmissis, seu alias quomodolibet procuratum: releuans nihilominus, & releuatos esse volens eosdem Procuratores, & quemlibet ipsorum ab omni onere satisdandi, iudicio sisti, & iudicatum solui, cum suis clausulis necessarijs, & opportunis, sub expressa hypotheca, ac obligatione omnium,

nium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium, præsentium, & futurorum quorumcũque, ac sub omni iuris, & facti renunciatione ad hæc necessaria;

6 † Et præmissa omnia, & singula præsenti publico instrumento contenta tenere, attendere, complere, & inuiolabiliter obseruare, contraque ea, seu eorum aliqua, non facere, dicere, vel venire de iure, vel de facto, quouis quæsito colore, dictosq. Procuratores suos, vt præmittitur, cõstitutos, aut eorum aliquem, quousque præfato B. creditori de dicta summa mille ducatorũ auri vnà cum damnis, expensis, & interesse prædictis, realiter, plenarie, & integre satisfecerit, & premissa omnia, & singula obseruauerit; & adimpleuerit non reuocare, seu reuocari facere promisit, & conuenit, ac ad, & super sancta Dei Euangelia scripturis sacrosanctis per eundem corporaliter sponte tactis iurauit. De, & super quibus, &c.

G A L L E S I V S.

S V M M A R I V M.

1 *Deceat ne inter bonos viros actioribus obligationum vinculis vti.*
2 *Creditoris exacta diligentia in pactis, illiberale est quiddam ex Aristotelis sentẽtia, & Horatij.*
3 *Improbitas creditoris Horatiano carmine pulchrè descripta.*
4 *Debitoris, qui arctius obligatur, fides suspecta est.*
5 *A malis tantum exigendum est iuramentum, ex Sophocle.*
6 *Iniuria quadam afficitur, à quo arctiores obligationes postulantur.*
7 *Abiecti animi est, perpeti se arctis obligationum vinculum alligari.*
8 *Persei creditis pecuniam elegans dictum ex Plutarcho.*
9 *Negligentia in cauendo amicorum iacturæ sæpe causa est.*
10 *Cautio vt creditum plenè constet, & vt obligata nobis bona sint debitoris, honeste adhibetur, & quare.*
11 *Exactio iuramenti, & obligationis in forma Cameræ est hominis nimium cauentis.*
12 *Obligatio in forma Cameræ non ligat hæredes suis vinculis.*
13 *Diligentia nimium cauentis sæpe vana est.*
14 *Bonorum promissio simplex iuramenti est instar, ex Sophocle.*
15 *Debitoris effugientis improbitas Horatiano carmine efficta.*
16 *Nimis caute cum amicis agere, malorum amicorum est, ex Euripide.*
17 *Vitiosæ consuetudinis vis à Sallustio, & Terentio notata.*
18 *Obligationes habentes paratam executionem Baldo fauorabiles visæ sunt, & bonæ, quod authori non placet, & qua causa, Senecæ auctoritate.*

Q V AE S T I O P R I M A.

SEd antequam obligationis verba declarare incipiamus, conueniens videtur, vt nonnullas,
quæ ad rei euidentiam pertinere videntur, quæ-
1 stiones explicemus: ac primum † Deceatne inter
bonos viros, tam arcte obligationis vinculo vti,
quæ tot adhibitis cautelis, & demum etiam iure-
rando sit confirmata? nam siue consideres illum,
qui talem flagitat à debitore obligationem, siue
illum, qui ita se obligat, in vtroque videtur argui
2 posse malitia. † Quandoquidem ex ipsius credi-
toris parte (vt libro metaphys. 3. inquit Aristote-
les) adeo exacta diligentia in pactis, atque in con-
tractibus illiberale quiddam esse videtur: eiusmo-
di autem virum illiberalem significat Horatius,
sub nomine Cicutæ, qui sermo. 3. lib. 2. sub persona
patris, qui disparis naturæ filios admoneret, ait,
Extimui, tu Nomentanum, tu ne sequere Cicutã.
Cum antea significauisset eundem Cicutam soli-
tum esse debitores suos arctissimis obligationibus
innodare illis versibus:
3 *† Scribe decem Nerio, non est satis, adde Cicutæ*
Nodosi tabulas centum, mille adde catenas.
4 † Et ex parte illius, qui ita se obligat, significari
videtur eum suspectum esse, ne alioquin sit fidem
5 seruaturus † Quod vel ex illo Sophoclis versu po-
test intelligi, apud quem Oedipus inquit Theseo:
non te sub iuramento, vt malum, fidem adhibere
iubebo. Quid enim aliud est petere ab homine,
vt medio iureiurando promittat hæc, & hęc se fa-
cturum, renuntietq. illis, & illis legibus, quam du-
bitare, ne ille per ea diuerticula contra datam fi-
dem, quærat elabi? Quod bene sensit Iustinianus
in auth. de instrumentorum caut. §. si tamen quis-
quam. ibi: Huiusmodi subtilitatem addidimus,
non vt credentes priuemus fiducia sua circa ami-
cos, sed vt quantum possibile est, & perfidiam &
negationem multis reconuincamus modis. Ap-
positeq. significauit Syrus ille Terentianus, cum
dixit: Neque tu scilicet, eo nunc confugies, quod
mea? num mihi datum est? num iussi? num illa
oppignorare filiam meam me inuito potuit? verũ
illud Chremæ dicunt, Ius summum summa mali-
tia est. Quibus sic se habentibus in proposita
quæstione concludo (remota consuetudine publi-
ca) posse dici. Eum, qui tali vult sibi debitorem
obligatione esse obnoxium, primum in se ipso illi-
6 beralem esse. † Deinde illius, quem ita vincire
vult fidem suspectam habendo, iniuria quadam
eum afficere, non aliter, quàm is, qui approbatum
fideiussorem, quasi minus idoneum recusat. l. si
7 vero. §. qui pro rei. ff. qui satisda. cog. † Et eum,
tam arcto vinculo se vinciri patiatur, aut abiecti,
& seruilis animi, aut omnino deploratæ fidei ho-
minem esse, & tanquam talem, vt sui conscium
8 iniuria non affici. † Neque hoc causari potest illo
Persei exemplo, qui (vt est apud Plutarcum in li-
bro de vitiosa verecundia) cum noto cuidam daret
pecuniam, apud forum, & mensam, fecit cautio-
nem, memor videlicet illius Hesiodi versus:
Et fratri testem ridens adhibere memento.
Et cum ille admirans dixisset, adeone Perseu le-
galiter? scilicet inquit, vt amanter, recipiam, nec
9 legaliter reposcam. † Multi siquidem ob immodi-
cam verecundiam initio non cauentes, ne fallan-
tur, postea cum amicitiæ detrimento coguntur le-
10 gibus experiri. † Nam prospicere nobis, vt cre-
ditum legitime, ac plene probari possit, ne inter-
cedente morte, aliove humano casu, pecuniæ c. e-
ditæ

ditæ iacturam faciamus, atque etiam illud, vt de
soluendo creditæ promissionem, atque obligatio-
nem, cum bonorum etiam suppositione habere
velimus, potest citra illiberalitatis, alienæve iniu-
riæ notam admitti, præsertim vt caueamus nobis
aduersus debitoris hæredes, qui plerumq. simula-
ta etiam ignorantia prætextu l. qui in alterius. ff.
de reg. iur. defunctorum voluntates, quas religio-
sissime custodire debent, frustrari conantur, aduer-
sus alios creditores. l. scripturas, cum authen. seq.
11 C. qui pot. in pig. hab. † Sed exigere etiam iura-
mentum iuxta sacrũ Euangelium, Matthęi cap. 5.
relatum in cap. Et si Christus. de iureiuran. & cap.
Ita ergo. 22. q. 1. nonnisi à malo est. cap. super hoc
de renunciat. Ac velle præterea obligationem in
forma Cameræ, nisi ob dubiam obligati fidem, &
12 creditoris incredulitatem esse non potest: † Præ-
sertim cum eius obligationis priuilegium, & effi-
cacia (vt ex dicendis apparebit) hæredes non li-
13 get. Quæ tanto magis consideranda sunt, † quia
experientia docuit plerumque eam diligentiam
esse quodammodo vanam: & quidem à bonis (vt
14 Oedipo respondit Theseus) † non vltra quicquam
iureiurando adhibito, quàm simplici sermone se-
res, & à malis omnino nihil accipies. Nam etiam
si ad Cicutæ tabulas, vel ad hanc, de qua loquimur
obligationem mille addas catenas, vt subiungit
15 Horatianus ille interlocutor: †

Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.
Cum rapies iura malis gaudentem alienis:
Fiat aper modo auis, modo saxum, & cum vo-
let, arbor.

Quale significare visus est Plautinus Euclio, vbi
ait: Scio quo vos pacto soleatis perplexarier Pa-
ctum non pactum: non pactum pactum est, quod
vobis lubet. Quòd si hæc ita se habent in simplici
obligatione, quid dicemus de illis, qui vltra ipsam
obligationẽ volũt etiam quòd debitores suscipiãt
in se omnes censuras, & mandatum executiuum,
qua de re inferius tractabimus: nihil certè aliud,
nisi quod nimis caute agunt.
16 † Quod cum amicis faciunt mali amici: vt in
Oreste apud Euripidem habetur. His accedit Se-
necæ moralis auctoritas, cuius (quoniam elegan-
tissima sunt) verba hic adscribere volui. Is enim
lib. de beneficijs secundo ita inquit: Vtinam
quidem persuadere possemus, vt pecunias credi-
tas tantum à volentibus acciperent: vtinam
nulla stipulatio emptorem venditori obligaret:
nec pacta conuentaq. impressis signis custodirẽn-
tur, fides potius illis seruaret, & æquum colens
animus. Sed necessaria optimis prætulerunt, &
cogere fidem quàm spectare malunt; adhibentur
ab vtraque parte testes, ille per tabulas plurium
nomina interpositis pararijs facit. Ille non est
interrogatione contentus, nisi rem manu sua te-
nuerit. O turpem humani generis & fraudis, ac
nequitiæ publicæ confessionem? annulis nostris
plusquam animis creditur, Isti (inquit) viri orna-
ti adhibiti sunt, hi (inquit) annuli imprimũtur, nẽ-
pe ne ille neget accepisse se; quod accepit, hos
incorruptos viros, & iudices veritatis existimas?
at istis ipsis statim non aliter pecuniæ commit-
tentur. Itaque num honestius erat à quibusdam
fidem falli, quàm ob omnibus perfidiam timeri?
Plures (inquit) ingrati erunt, si nulla aduersus in-
gratum datur actio, imò pauciores: quia maiori
delectu dabuntur beneficia; deinde non expedit
notũ omnibus fieri, quàm multi ingrati sint, pu-
dorem enim rei tollet multitudo peccantium, &
desinet esse probri loco commune maledictum.
Hæc (inquam) ita esse arbitror, consuetudine re-
mota: a cuius tanta vis est, vt illud C. Memmius
17 apud Sallustium præclare vsurpauerit: † Quæ quã-
quam grauia sint: tamen consuetudine iam pro
nihilo habentur. Et illud Terentianus ille Chre-
mes: Quam multa iniusta ac praua fiunt moribus?
Sed hæc in huius tractatus initio pro quodam
18 quasi proœmio dicta sint. † Cæterum consuetudo
hæc introducta, vt contractuũ instrumentis obli-
gationes huiusmodi adijciantur, quæ paratam ha-
beant executionem (quando non semper cum
amicis ineuntur contractus, & vsu compertum
est plures improbos fidem fallere) Baldo fauora-
bilis visa est, & bona, tanquam commune bonum
concernens vt dixit ille in l. de quibus. in 2. col. ff.
de legi. refert & sequitur post And. Sicul. Rocch.
Curt. in c. fin. extra de consuet. super glo. verbi ra-
tionabilis in principio: quod tamen mihi aliter
videtur ex ante scripta Senecæ auctoritate: magis
enim vtile esset in commune si maior esset infa-
miæ, ac censurarum pudor, & reuerentia, quæ
multitudine, ac frequentia peccantium vilescit.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo apponendi obligationem Cameralem in contractibus est fauorabilis.*

a CONSUETUDINE remota. [Qua consuetudine
circumscripta non decet inter bonos
viros, vt dicit Gallesius hic arctioribus obli-
gationibus vti, quem refert & sequitur *Cinc.*
de Censib. par. 2. cap. 6. quæst. 3. art. 5. nu. 42.
quamuis numero præcedenti dixerat, con-
1 suetudinem † apponendi hanc obligationem
esse fauorabilem tanquam concernentem
publicum bonum post *Bald. in l. de quibus vol.*
2. num. 10. in fine. ff. de legib.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Causa inueniendi, & componendi obligationem in forma Cameræ.*
2 *Obligatio in forma Cameræ, cur ita vocetur.*
3 *Exempla antiquarum obligationum in forma Cameræ.*
4. *Forma obligationis posita per Speculatorem.*
5 *Forma mandati de obligando principalem in forma Cameræ reposita per Speculatorem.*
6 *Obligationis Cameralis forma diuersis temporibus facta, & completa.*
7 *Formula antiqua obligationis Cameralis non continebat procuratorum constitutionem.*

8 *Cur per obligationem in forma Cameræ facilius consequimur debita vel promissa.*

9 *Per obligationem Cameralem in omnia bonorũ genera nobis paratur executio contra debitorem.*

10 *Executio obligationis in forma Cameræ in primis spectat bona animi.*

11 *Quæ sit ratio paratæ executionis in obligationibus in forma Cameræ.*

12 *Confessio de iure communi paratam habet executionem.*

13 *Differentia inter obligationem in forma Cameræ, & instrumentum confessionatũ vel Guarãtigie.*

14 *Formula obligationis Cameralis, quæ nunc vtitur, longè dissimilis est antiquæ.*

15 *In procuratorum constitutione consistit tota vis, & mysterium obligationis Cameralis.*

16 *Obligationis similis obligationi Camerali meminit Baldus.*

17 *Ex contractu facto per procuratorem ex pecunia sua, non acquiritur domino personalis actio sine cessione.*

18 *Ex instrumento guarantigiato, vel confessionato vtilis actio acquiritur domino absque cessione.*

19 *Instrumenta confessionata, vel guarantigiata vim habent sententiæ, vel præcepti iudicis.*

20 *Ex actis iudicialibus acquiritur actio sine cessione.*

21 *Ex obligatione in forma Cameræ non acquiritur actio sine cessione, nisi & susceptæ fuerint censuræ, & mandatum executiuum, & quare.*

22 *Si in obligatione in forma Cameræ intercedat iuramentum actio acquiritur sine cessione.*

23 *Ex contractu cuiuscunque iurato nobis acquiritur actio sine cessione.*

24 *Quamuis iuramentum extraiudicium delatum fuerit.*

25 *Iuramentum habet vim litis contestationis.*

26 *Hypotheca per obligationem in forma Cameræ constituta sine susceptione censurarum, non habet vim pignoris iudicialis.*

QVAESTIO II.

QVæ fuerit causa componendi huius obligationis formulam, quæque sit vis eius, & efficacia, & quid differat à guarantigia, & 1
1 & confessionato instrumento? † Causam quamobrem huius introducendæ obligationis vsus inualuerit, ab antiquis Curialibus ita traditam esse accepi, quod cum personæ, quibus per Sedem Apostolicam de Episcopatibus, Monasterijs, & alijs Sacerdotijs, beneficijsue ecclesiasticis erat prouisum recedentes, promitterent annatas, & alia Cameræ Apostolicæ propterea debita iura intra certum tempus persoluere sæpe contingebat, quod plerique datæ fidei obliti, non soluebant; neque vt soluerent, iure cogi poterant, nisi citati, & trinis sententijs iudicati: quæ res Cameræ ipsius procuratoribus labori, tædioque erat, & dispendio; maximè vbi citandi in longinquis degebant regionibus. Ideoque conati sunt excogitare formam, secundum quam parata esset executio sine mora faciendi processum ordinariũ, & sine dispen-
2 dio mittendæ ad debitores citationis. † Atque inde sumptum est nomen *b* vt diceretur forma Cameræ: quasi propter ipsius Cameræ credita, & per illius procuratores excogitata. Eius autem exempla, quæ in antiquis dictæ Cameræ libris inueni, sunt huiusmodi.

Exempla antiquarum obligationum.

3 VOS † Domine N. Patriarcha, N. Archiepiscope, N. Episcope, vel N. Electe de licentia, & auctoritate Apostolica, Vobis in hac parte concessa gratis, & sponte offertis, dare promictitis, & donatis pro vestro communi seruitio Cameræ Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri D. Greg. Papæ XI. & sacro Collegio Reuerendissimorum in Christo Patrum Dominorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, videlicet Florenos tot auri de Camera boni, & legitimi põderis, quinque seruitia consueta, pro familiaribus, & officialibus Domini nostri Papæ, & Dominorum Cardinalium prædictorum. Item recognoscitis eidem Cameræ, & Collegio ac Familiaribus, & Officialibus omnes illas pecuniarum quãtitates, in quibus prædicta vestra Ecclesia reperietur in libris ipsorum Cameræ, & Collegij pro aliquorum prædecessorum vestrorũ personis obligata. Quos quidem Florenos tot, cum quinque seruitijs, & recognitis supradictis promittitis reddere, & soluere realiter cum effectu in Romana Curia, vbicunque fuerit, videlicet Reuerendissimis in Christo Patribus, & Dominis, Dominis miseratione diuina Henrico Episcopo Sabinen. & Amedeo Sanctæ Mariæ Nouæ, Diacono Neapolitan. & de Salutijs vulgariter nuncupatis, & Francisco eadem miseratione Archiepiscopo Narbonen. Domini nostri Papæ, & Sacri Collegij Dominorum Cardinalium Camerarijs, vel eorũ successoribus, aut deputatis ab eis, medietatem, scilicet in festo N. & aliam medietatem in festo N. recognita vero in alio N. festo simili. Quòd si dictis loco & terminis dictã florenorum summam & quinque seruitia consueta, & recognita supra dicta nõ soluatis, vt est dictum, promictitis redire ad Rom. Curiam infra quatuor menses post elapsos termi- 7
nos huiusmodi, vel alterum eorundem immediatè sequen. & coram dictis Dominis Camerarijs,
1 seu eorum successoribus, seu deputatis ab eis personaliter comparere, & inde non recedere, donec per vos fuerit de prædictis integraliter satisfactũ. Super hoc obligatis vos, & Ecclesiam vestram, & successores vestros, ac omnia bona Ecclesiæ vestræ mobilia, & immobilia, præsentia & futura vbicunque sint, & consistant: & vt sitis vinculo fortioris obligationis astricti, submictitis vos, & successores vestros iurisdictioni, & coerctioni dictorum Dominorum Camerariorum, & cuiuslibet eorundem in solidum, ac etiam successorum suorum, & deputandorum ab eis: Et de voluntate vestra, qui hoc vultis, & petitis, & hanc iurisdictionem in eos prorogatis, præfati domini Camerarij, & quilibet eorum eandem iurisdictionem in se suscipien, & suscipiens in vos mandatum faciunt, & præceptum, vt de re confessa, de soluendo dictam Florenorum summam, & quinque seruitia, ac recognita supra dicta: & de reueniendo ad Romanam Curiam; & de non recedendo ab ea absque satisfactione. Et quod omnia, & singula supradicta efficaciter compleatis, & atten-

tendatis. Quod si non feceritis, suspensionem ab administratione spiritualium, & temporalium dictæ Ecclesiæ, & ab executione Pontificalium, & maioris excommunicationis sententias ex nunc, prout ex tūc in vos Canonica monitione præmissa proferunt in his scriptis. Comminantes nihilominus dicti domini Camerarij, & quilibet eorum se contra vos dictum dominum Patriarchā, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum processuros absque alia vocatione, seu monitione ad grauiores pœnas, & sententias spirituales, & temporales, & aggrauationes earum, prout eis, seu eorum alteri placuerit, & visum fuerit expedire. Et quòd vos denuntiabunt seu denuntiari facient per se, vel alium, seu alios excommunicarum, suspensum, periurum, & alijs pœnis, & sentētijs, astrictum, quas propter hoc in vos duxerint proferendas. Et vos Domine Patriarcha, Archiepiscope, Episcope, vel Electe, renuntiatis super hoc omnibus literis, Priuilegijs, Indulgentijs Apostolicis impetratis, vel impetrandis, concessis, & concedendis quibuscunque, & beneficio appellationis, & restitutionis in integrum, ac omni foro, vsu, præscriptioni, & iuri reuocandi domum, & omni auxilio iuris Canonici, & Ciuilis, per quod contra præmissa de iure, vel de facto venire possetis, vel aliquod præmissorum. Et omnia, præmissa, & singula iuratis ad sancta Dei Euangelia tenere, seruare, approbare, & in contrarium non venire directè, vel indirectè per vos, aut aliū, seu alios. Si vero ante satisfactionem eiusmodi contingat mori cedere, vel transferri: & ille, vel illi, qui ad regimen ipsius Ecclesiæ vobis substitutus, vel substituti fuerint, infra quatuor menses post substitutionem, & dictæ Ecclesiæ possessionem adeptam, de prædictis florenis & seruitijs, ac recognitis satisfacere non curauerint, ex nunc prout ex tunc easdem pœnas, & sentētias in eosdem substitutos, & eorum quemlibet proferunt, & infligunt in his scriptis.

PROUT dictum est, & narratū auctoritate dictorum Dominorum Cardinalium, & nostra, proferimus in his scriptis. Et vos dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum, petentem, & requirentem ad prædicta recitata condemnamus. Et nihilominus monemus vos semel, & secundo, tertio, & peremptoriè, & sub excommunicationis pena, vt prædicta adimpleatis, attendatis, & obseruetis: Alioquin excōmunicationis sententiam in vos proferimus in his scriptis.

ET vos Domine Patriarcha, Archiepiscope, Episcope, vel Electe vultis, quòd per nos Clericos, vel Notarios Cameræ, qui sumus hic præsentes, de præmissis omnibus, & singulis fiant vnum, vel plura publica instrumenta.

Altera forma antiqua obligationis per Procuratorem.

VOS Domine, vel Magister talis, Procurator D. N. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, vel Electi, personam D.V. à quo plenam potestatem, & speciale mandatum ad omnia, & singula infrascripta per agenda habetis, prout legitimè constat de licentia, & auctoritate Apostolica ipsi D. V. & vobis in personam sui, & pro eo in hac parte concessa, gratis & sponte nomine dicti D. Episcopi offertis dare, promittitis, & donaris pro cōmuni seruitio dicti D.V. & pro Ecclesia sua Cameræ Sanctissimi in Christo Patris, & D. nostri D.N. diuina prouidentia PP. V. & Sacro Collegio Reuerēdissimorum in Christo Patrum Dominorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardin. videlicet tot florenorum auri de Camera, boni & legitimi ponderis. Et quinque seruitia consueta pro familiaribus, & officialibus D. N. PP. & Dominorum Cardinalium prædictorum.

ITEM recognitis eisdem Cameræ, & Collegio familiaribus, & officialibus omnes illas pecuniarum summas, in quibus Ecclesia prædicta D.V. in libris Cameræ, & Collegij pro aliquorum prædecessorum suorum personis obligata reperietur. Quos quidem Florenos cum quinque seruitijs, & recognitis supradictis d. nomine promittitis reddere, & soluere realiter, & cum effectu in Romana Curia vbicunque fuerit, videlicet Reuerendissimis in Christo Patribus, & dominis, dominis miseratione diuina Henrico Episcopo Sabinen. & Amedeo Sanctæ Mariæ Nouæ Diacono Neapolitan. & de Salutijs vulgariter nuncupatis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Francisco eadem miseratione Archiepiscopo Narboneñ Domini nostri Papæ, & Sacri Collegij Dominorum Cardinalium Camerarijs, vel eorum successoribus aut deputatis ab eis, medietatem videlicet in festo N. & aliam medietatem in festo N. ac recognita, in alio festo N. Quod si dictis loco, & terminis dictam florenorum summam, & quinque seruitia, consueta, & recognita supradicta ipse Dominus Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus non soluat, vt est dictū promittitis dicto nomine, quod Dominus Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus personaliter veniet ad Romanam Curiam infra quatuor menses post elapsos terminos huiusmodi: vel alterum eorundem immediatè sequen. & corā dictis Dominis Camerarijs, seu eorum successoribus, aut deputatis ab eis personaliter comparebit, & quòd de ipsa Curia non recedet, donec per eum fuerit de prædictis integraliter satisfactum, super hoc obligans ipsum Dominum Patriarcham, Archiepiscopum, vel Electum, & Ecclesiam suam, ac successores ipsius, & omnia, bona Ecclesiæ suæ mobilia, & immobilia, præsentia, & futura vbicunque sint, & consistant. Et vt ipse Dominus Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus sit vinculo fortioris obligationis astrictus, submittitis ipsū, suos successores iurisdictioni, & coërtioni dictorum Dominorum Camerariorum, & cuiuslibet eorum insolidum, & etiam successorum suorum, & deputandorum ab eis. Et de voluntate vestra, qui hoc nomine ipsius Domini Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, vel Electi vultis, & petitis, & hac iurisdictionem in vos prorogatis, præfati Domini Camerarij, & quilibet eorum eandem iurisdictionem in se suscipient, & suscipiens in vos dicto nomine, & ipsum Dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum in personam vestri [illegible] faciunt & [illegible] de [illegible] soluendo dictam florenorum summam, & quinque seruitia consueta, ac recognita supradicta, [illegible] ve-

veniendo ad Romanam Curiam, & de non recedendo ab eadem, absque satisfactione. Et quod omnia alia, & singula supradicta efficaciter ipse Dominus Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus compleat, vel attendat. Quod si non fecerit, suspensionem ab administratione spiritualium, & temporalium dictæ Ecclesiæ, & ab executione pontificalium, & maioris excommunicationis sententias ex nunc, prout ex tunc, in vos dicto nomine, & in ipsum Dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum in personam vestram Canonica præmissa monitione proferunt in his scriptis. Comminantes nihilominus dicti domini Camerarij, & quilibet eorum se contra dictum Dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum magistrum vestrum processuros, & processurum absque alia vocatione, seu monitione ad grauiores pœnas, & sententias spirituales, & temporales, & aggrauationes earum, prout eis placuerit, & visum fuerit expedire: & quòd ipsum Dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum denuntiabunt, & denuntiari facient per vos, vel alium, seu alios excommunicatū, suspensum, & periurum, ac alijs pœnis, & sententijs astrictum, quas propter hoc in eum duxerint proferendas. Et vos D. Procurator dicto nomine renunciatis super hoc omnibus litteris, priuilegijs, & indulgentijs apostolicis impetratis, vel impetrandis, concessis, & concedendis quibuscunque, & beneficio appellationis, & restitutionis in integrum, & omni foro, vsui, præscriptionis, & iuri reuocandi domum, & omni auxilio iuris canonici, & ciuilis, per quod contra præmissa de iure vel de facto ipse D. Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus venire posset, vel aliquod præmissorum. Et omnia præmissa, singula dicto nomine iuratis ad sancta Dei Euangelia tenere, seruare, approbare, & in contrarium non venire directè vel indirectè per vos, vel alium, vel alios, & quòd ipse D. Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus omnia, & singula tenebit, seruabit, approbabit, & in contrarium non veniet directè, vel indirectè per se, vel alium, seu alios, publicè vel occulte. Si vero ante satisfactionem huiusmodi ipsum D. Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum contingat mori, cedere, vel transferri, & ille, vel illi, qui ad regimen ipsius Ecclesiæ sibi substitutus, vel substituti fuerint, infra quatuor menses post substitutionem, & dictæ Ecclesiæ adeptam possessionem, de prædictis Florenis, & seruitijs, ac recognitis satisfacere non curauerint, ex nunc, prout ex tunc easdem pœnas, & sententias in eosdem substitutos proferunt, & infligunt in his scriptis.

PROVT dictum est, & narratum auctoritate dictorum dominorum Cardinalium, & nostra proferimus in his scriptis. Et vos D. Procuratorem prædicto nomine volentem, petentem, & requirentem in personam dicti D. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, vel Electi, ac ipsū D. Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum in personam vestri ad prædicta recitata condemnamus. Et nihilominus monemus vos nomine, quo supra ac ipsum dominum vestrum in vestri personam semel, secundo, & tertio, peremptoriè, ac sub excommunicationis pœna, vt prædicta adimpleat, attendat, & obseruet. Alioquin sententiam excommunicationis in vos nomine procuratorio, & in ipsum dominum vestrum in personam vestri proferimus in his scriptis. Et vos dictus Procurator prædicto nomine vultis, quòd per nos Clericos, vel Notarios Cameræ, qui sumus hic præsentes, de prædictis omnibus, & singulis, fiant vnum vel plura publica Instrumenta.

CONTRA eas formas (quæ tamen eo tempore in vsu esse desierant) multa conatus est obijcere quidam Nicolaus à Clamengijs, in libello, cui titulum fecit de annatis non soluendis, quo tempore Constantiense Conciliū celebrabatur, de quo & eius dictis, nihil videtur aliud esse dicendum, & quia non sit hic locus, & quia ipsius libelli per se lectio demonstrat, eum indoctum simul, atque ineptum, imprudentemque hominem fuisse, cuius non expediat librum legere.

De formula quæ est in speculo.

4 ALIAM † & quodammodo ab his diuersam formā ponit Spec. in tit. de renūc. & conclus. vers. fin. per hæc verba. Vltimo no. illud, quod in Romana Curia frequentatur, nam aliquo Prælato, seu alio, mutuo pecuniam recipiente, fit super hoc contractu publicum Instrumentum: postmodum vero contrahentes accedunt ad aliquem Auditorem, coram quo creditor petit sibi satisfieri de debito, prout in ipso instrumento continetur & is, qui recipit mutuum, confitetur id coram eo, supponens se iurisdictioni ipsius, ita quòd nisi statuto tempore soluerit, in eum sententiam excommunicationis ferat, & aliter procedat, prout conuentum fuerit inter partes. Quæ submissio videtur approbari à iure, vt extra de officio deleg. c. P. & G. extra de elect. c. cum dilecti ad fin. 1. q. 7. quoties, tamē videtur reprobari extra de foro cōpeten. c. significasti, licet possit defendi: quia existentes in Curia subsunt iurisdictioni Auditorum, quare se eis submittere possunt. Super hoc ergo sic conficitur instrumentum, Vniuersitas, &c. Talis Auditor salutem in Domino. Nouerit Vniuersitas vestra, quòd constitutis in præsentia nostra P. & G. idem P. petit sibi sententialiter condemnari dictum G. in c. libris in quibus tenebatur eidem, prout patet per publicum instrumentum manu talis Notarij confectum, protestans etiam de expensis, damnis, & interesse, vel die, eidē G. petitionem obtulit in hæc verba. coram, &c. dictus vero G. volens bonam fidem agnoscere, & nolens sumptibus, & litibus inaniter se grauare, litem contestando, confessus fuit in iudicio, coram nobis petita vera esse, & se ad præmissa teneri: sed cum tunc soluere non posset, obtulit, & promisit se talibus loco, & tempore dicto P. vel eius nuntio integrè dictum debitum soluturum. Nos igitur auditis, & intellectis confessione, & protestatione prædictis in iudicio habitis coram nobis, viso quoque ipsius debiti publico Instrumento Christi nomine inuocato, de consensu, & voluntate expressa dictorum P. & G. qui se sponte nostro iudicio submiserunt, & præsentem sententiam postulantibus, in his scriptis dictum G. ad solutionem dictæ pecuniæ faciendam eidem P. seu eius nuntio

hoc

hoc præsens Instrumentum restituēti, dictis loco,
& termino integrè satisfaciat de pecunia memo-
rata: nos enim ex nunc, trina monitione præmis-
sa, in ipsum G. eius accedente consensu expresso,
in his scriptis excommunicationis sententiā pro-
ferimus, si dictis, & loco & termino cessauerit in
solutione præfata, vel aliquo præmissorum: & si in
dicta solutione cessauerit, damus de consensu, &
voluntate dicti G. liberam potestatem eidem P.
quòd ex tunc sua auctoritate, sine alia monitione,
vel alterius licentia, cum possit vbi, & quando sibi
videbitur, tamdiu facere excommunicatum pu-
blicè nuntiari, quousq; dictus G. plenè satisfecerit
eidem P. Quæ omnia, & singula dictus G. accepta-
uit, & approbauit, & promisit solemniter se ea ob-
seruaturum, & in nullo contrauenturum sub debi-
to corporaliter præstiti sacramenti: promittens,
quòd nō appellabit, nec vllam exceptionem pro-
ponet. Item quòd non opponet dictam senten-
tiam ante terminum, solutioni præstitutum fore
prolatam, in cuius rei testimonium, &c.

Et si contingebat id esse faciendum per procu-
ratorem eius mandati formam posuit idem Specu-
5 lator in tit. de procura. §. de formis. col. pen. † Vni-
uersis, &c. Talis Episcopus salutem in domino.
Vniuersitati vestræ præsentibus innotescat, quòd
nos talem facimus, constituimus, creamus, & or-
dinamus nostrum Procuratorem generalem, &
specialem pro nostris, & Ecclesiæ nostræ negotijs
apud Sedem Apostolicam promouendis, expl can-
dis, gerendis, & expediendis, sibi per hanc paten-
tem literam mandantes; & specialem, plenam, li-
beram, & absolutam potestatem dantes, & con-
cedentes vsque ad summam centum Marcharum
argenti coniunctim, vel diuisim, simul, seu parti-
culariter vno vel diuersis temporibus, nostro, &
Ecclesiæ nostræ nomine mutuum contrahendi, &
mutuo suscipiendi, ac susceptum pro prædictis, &
in prædictis negocijs exponendi, à quocunque, seu
quibuscunque creditore, seu creditoribus vnde-
cunque & cuiuscuque conditionis fuerit, ac etiam
nos, & successores nostros, ac ipsam Ecclesiam no-
stram, bonaque omnia ad nos, & dictam Ecclesiam
quocunque modo pertinentia, præsentia, & futura,
mobilia, & immobilia, illi, vel illis, à quo, vel qui-
bus præfatam pecuniam receperit, per solemnem
stipulationem, vel aliter obligandi pro ea, nosque
eis ipsa in præsentiarum etiam obligamus, iurandi
etiam in animam nostram quòd loco, tempore, &
termino à dicto Procuratore vna cum creditore,
seu creditoribus statuendi præfatum creditū cum
omnibus expensis, damnis, & interesse, cambio, &
accessionibus de plano restituemus, ac integrali-
ter persoluemus, & contractum ipsum aliàs quo-
modolibet, & in animam nostram iureiurando val-
landi: Insuper etiam renuntiandi nomine nostro
exceptioni non habitæ, seu non receptæ pecuniæ,
vel in vtilitatem Ecclesiæ non conuersæ, exceptio-
ni doli, conditioni sine causa, & indebiti, & in fa-
ctum subsidiariæ, & generaliter omni beneficio, &
priuilegio fori, restitutionis in integrum, constitu-
tionis de duabus dietis editæ in Concilio generali,
litterarum etiam Apostolicarū, & indulgentiarum
impetrandarum, seu impetratarum cuiuscunque
tenoris, seu formæ existant, constitutionum etiam
omnium, & quarumlibet exceptionum de iure sibi
competentium, & priuilegio Cruce signatis in-
dulto, ac Generaliter Iuris Canonici, vel Ciuilis,
dantes eidem liberam potestatem recognoscendi
in iudicio, vel extra prædictum debitum, & sub-
mittendi nos iurisdictioni cuiuscunq; Auditoris,
vel Iudicis generalis, vel specialis, ordinarij, seu
etiam delegati, in quem ex nunc scienter, tanquā
in nostrum Iudicem consentimus, quòd possit, si
necesse fuerit, super præfato mutuo nobis præci-
pere, & nos condemnare, mulctare, & excommu-
nicare, & in nos quamlibet iurisdictionis speciem
libere exercere: faciendi quoque omnia alia super
præmissis, & quolibet præmissorum; quæ nos ipsi,
si præsentes essemus facere possemus: promitten-
tes sub hypoteca rerum nostrarum, & Ecclesiæ
nostræ, nos ratum, gratum, & firmum perpetuo
habituros, quicquid per dictum Procuratorem
promotum, explicatum, gestum, expeditum, con-
tractum, receptum, expensum, obligatum, iura-
tum, & renunciatum, seu aliàs actum, seu procu-
ratum fuerit quomodolibet in præmissis; vel ali-
quo præmissorum, & de iure, vel facto in aliquo
non contrauenire in cuius rei testimonium, & me-
moriam præmissorum, præsentem literam sigilli
nostri munimine duximus roborandam. Da-
tum, &c.

6 † Ex huiusmodi exemplis verificatur id, quod di-
xi. obligationem per addicta mēta diuersis tempo-
ribus facta, in hanc (quæ nunc in vsu est) formam
7 fuisse redactam. † Carent enim antiqua illa exem-
pla constitutione Procuratorum & alijs quibus-
dam clausulis, in moderna form a superius descri-
pta positis: per quam Procuratorum constitutio-
num tollitur difficultas signata per Ægid. Bellam.
decis. 305. & Paulum Castren. in l. si quis in con-
scribendo. C. de pact. quorum tempore secundum
eorum dicta non ponebatur Procuratorum con-
stitutio, c sicut per aliàs clausulas aliæ tolluntur
8 difficultates, de quibus dicetur inferius. † Sicque
apparet, quæ sit ea facilitas, quam ab initio dixi,
per hanc obligationem præstari, vt cessatores per
iudicem facilius cogi possint ad complēdum pro-
missa: nempè quia contra eos etiam absentes, nec
aliter citatos parata sit omnis generis executio. d
9 † Nam quemadmodum tria sunt genera bonorū
homini à natura data, animi, corporis, & fortu-
næ: ita per hanc obligationem in omnia dicta bo-
na trina paratur executio.
10 † Quamquam in ea, quæ sunt animi bona ma-
gis præmatur, scilicet vt res eò sit formidabilior,
quò bonorum huiusmodi, quàm corporis & for-
tunæ bonorum iactura magis est æstimanda. Ita-
que huius obligationis secundum Romanæ Curiæ
vsum, eo potissimum tendit, vt debitores commu-
nione sacrorum priuati, & infami illa publicatio-
ne notati si non aliam ob causam, tædio saltim
vitæ affecti, quandoque satisfacere curent, quam-
quam postremò, & ad bonorum, & ad personæ
11 capturam deueniatur. † Fundatur autem huius
executionis priuilegium in confessione potissimū
iudiciali e quam ipso statim initio processus (vt lo-
co suo inferius dicetur) facere solet vnus quilibet
ex procuratoribus ad id faciendum in ipsa obli-
12 gatione constitutis. † Quæ cōfessio de iure com-
muni paratam habet executionem f quia habet
vim sententiæ, & rei iudicatæ. l. proinde. §. notan-
dum.

dum: ff. ad legem Aquil. C. de confession. l. 1. ff. de
13 re iudic. l. si debitoris, & l. post rem. † Vnde appa-
rer differentia, g quæ est inter hanc formulam, &
inter instrumentum simpliciter confessionatum,
aut etiam guarantigiatum: de quibus tractant Be-
ned. de Barzis in tractatu guarantigiæ, & Anton.
Canar. in tractatu executionis instrumentorum:
nempè quia illa secum ab initio habent, retinent-
que confessionis, & iudicialis præcepti vim, & ef-
ficaciam: nostra vero hæc formula, qua nunc vti-
mur (nisi habeat adiectam censurarum, & man-
dati executiui susceptionem) in se non habet iu-
dicialem confessionem, neque iudicis præcepto;
donec instrumento producto, fiat in iudicio con-
fessio solita, & illa præcedente, Iudicis præceptũ,
prout inferius loco suo dicetur. Apparet etiam
parum considerate locutũ esse Petrum Andream
Gammorum in Commento Constitutionis Iulia-
næ, de Symoniaca Papæ electione, super vers. am-
pliori forma Cameræ, vbi dixit hanc formam si-
milem esse Guarantigiæ, & Hieronym. Grat. qui-
in consil. 12. col. 1. vers. 3. quia dixit, quod obliga-
tio in forma Cameræ, continet pactum Guaranti-
14 giæ. † Nam etsi antiqua forma ex præscriptis
exemplis apparens, similitudinem habeat Gua-
rantigiæ: moderna tamen forma (qua nunc vti-
15 mur) longè est dissimilis, † dissimilitudoq. potis-
simũ prouenit ex proximè dictis, & ex dicta Pro-
curatorum constitutione, h. in qua consistit in
summa totum huius obligationis mysterium: quia
per illam cessant antedictæ difficultates factæ per
Aegid. & Castrens. & alios, de loco iudicij, & pri-
uilegio fori, & similibus, & in ea fundamentum
habet (vt dixi) executionis paratæ remedium
consecutiuum spontanea iudicialis confessionis.
16 † Similis autem formæ (qualis est hæc nostra)
mentionem fecit Bald. in rep. l. 2. ff. de iureiur. in
sexta ex quæstionibus collocatis sub tertia prin-
cipali. Et idem Paul. Castr. in l. post rem iudica-
tam, in fin. ff. de re iud. vbi in indiuiduo dicit ita
practicari in Roman. Cur. insuper ex cognitione
differentiæ, quæ est inter hanc formulam, & Gua-
rantigiam, ac confessionatum instrumentum, in-
17 ter alios datur effectus ille notabilis. † Nam no-
ta est legis dispositio, quòd ex contractu facto per
procuratorem ex re vel pecunia sua dominio (li-
cet dominium & possessio acquirantur) non ac-
quiritur personalis actio sine cessione. l. possessio.
§. & si possessio. ff. de acquiren. possess. vbi omnes
18 notant. † Nota est etiam limitatio, quam ponit
ibi Bar. cuius opin. Alex. ibidem dicit esse com-
munem, quod si instrumentum sit Guarantigia-
tum, vel confessionatum, vtilis acquiritur domi-
no etiam sine cessione i idem tenuit ipse Bar. con-
sil. 71. Gellius fuit confessus, & Rom. cons. 86. viso
quæstionis, in fin. & cons. 76. in causa nobilis, in
principio, Cuius limitationis cum ea tradatur
19 per prædictos Doctores ratio est, † quia talia in-
strumenta vim habent sententiæ, seu præcepti fa-
cti à iudice ordinario, k. vt etiam tenuit idem
Bar. in l. cum vnos in fin. principij, ff. de bon. au-
20 cto. iud. possid. † & ex actibus iudicialibus quæri-
tur actio sine cessione, vt dicunt ijdem Docto. per
l. in causæ, in fin. supra de proc. quod Alex. in d.
§. & si possessio. vers. tertium addit, dicit habe-
re locum in actibus etiam voluntariæ iurisdictio-
21 nis: † quæ ratio quemadmodum procedit, vbi est
obligatio cum susceptione censurarum, & man-
dati executiui propter Iudicis auctoritatem, ita
cum non habeat locum in hac nostra forma sim-
pliciter, sine censurarum susceptione stipulata
22 † sequitur quod ex ea non acquireretur actio si-
ne cessione, nisi esset in ea iuramentum adiectum.
Nam hoc quoque casu fallit dicta propositio: per
23 † stipulationem non solum procuratoris, sed etiã
notarij, & cuiuscunque alterius sine cessione ac-
quiritur actio, vbi contractus est iuratus, vt de
procuratore patet per ea, quæ citat Ias. in l. stipu-
latio ista, §. si stipuler. in fin. de verb. oblig. & de
notario etiam sine iuramento per ea, quæ ponit
idem Ias. in d. §. si stipuler. col. 6. vers. secundo vi-
dendum, & de quocunque alio, si additum sit sti-
pulationi iuramentum, ponit idem Ias. in d. l. sti-
pulatio ista, §. alteri, in primo nos. in 4. limit. &
Rom. in d. consil. 76. Et ita seruat vsus Rom. Cu-
riæ in omnibus casibus prædictis, quod nõ requi-
24 ratur cessio. † Et hoc (dicit Alexan d. §. & si pos-
sessio.) locum habet, etiam si iuramentum dela-
tum fuit extra iudicium, per illum textum indi-
25 stinctè loquentem, † & quia tale iuramentum
vim habet litis contestationis l. nam postea, §. si is
qui, ff. de iureiur. Et hic effectus cessat, vbi huic
obligationi iuramentum non esset adiectum, quod
videtur esse menti mandandum.
26 † Datur insuper ex prædicta inter hanc formu-
lam, ac guarantigiatum, confessionatumq. instru-
mentum, existente differentia effectus alter, quia
hypoteca vigore huius simplicis obligationis cõ-
stituta, remanet in puris terminis conuentionalis,
& non habet vim pignoris iudicialis, quemadmo-
dum habet, si sit cum susceptione censurarum, &
mandati executiui, vt habent guarantigiata, &
confessionata Instrumenta, propter iudicialis
præcepti in illis interuenientis auctoritatem, vt
Bar. in d. l. cum vnus, & ponit Bald. in l. vlt. C. eo-
dem rit. de bonis aucto. indi. possid. vers. ex hoc
destruitur, vbi licèt in alijs reprehendat doctr.
Bart. in l. cum vnius, in hoc tamen, quod instru-
menta confessionata, & guarantigiata habeant
vim sententiæ, & iudicati, præsupponit dictum
Bartoli esse verũ, prout etiam præsupponit Alex.
in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. col. 8. vers. verũ
esse puto, & non vidi alium qui contrarium dicat.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis cur fuerit inuenta, & n. 2.*
3 *Obligatio Cameralis cur ita vocetur.*
4 *Procuratorum constitutio hodie non ponitur in obligatione Camerali.*
5 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem, quod ampliatur, vt num. 6. & 25.*
7 *Obligatio Cameralis in Ciuitate Bononiæ non habet executionem paratam stãte statuto permittente semel appellare à sententia lata vigore cuiuscumque publici Instrumenti.*
8 *Instrumentum de iure communi non habet execu-*

a P*Rocessum Ordinarium,* Adde *Paris. de resign. benefic. lib. 1. quaest. 8. num. 12. Bursat. cons. 361. in princip. vers. primo quia vol. 4. Mart. claus. 297. n. 1. par. 1.* post alios quos allegat; *Rot. in Romana Domus de Valentinis 16. Iunij 1604. coram bon. mem. Litta, quae est decis. 79. num. 4.* Qui omnes firmant, 1 quòd Obligatio † Cameralis inuenta fuit, vt parata

parata esset omnis generis executio sine mo-
3 ra faciendi processum ordinariũ; [Fuit † etiã
inuenta hæc Obligatio, quia, cum prius per-
sepè gentes alienæ iurisdictionis in Vrbe pro
negociorum expeditione pecunias mutuas,
vel ad cambium reciperent, & cum postea
eorum patriam repeterent, nec ita de facili
conueniri possent, cum Iurisdictio Summi
Pontificis ad eos non extenderetur; ideo
fuit introductum, vt isti tales obligarent se
sub huiusmodi forma, per quam consentiunt
posse excommunicari ad effectum, vt trans-
missis litteris declaratorijs ad eorũ patriam,
ab Episcopis reijcierentur à communione fi-
delium; ita vt tali stimulo compulsi credito-
ribus satisfacerent.]

b *Sumptum est nomen*, Et † quod Obligatio Ca-
3 meralis sic appelletur, quia ortum habuit ab
ipsa Camera tradunt, *Vestr. in pract. lib. 2.*
cap. 4. num. 2. Marchesan. *de Commission. re-*
laxat. iuramen. cap. 5. num. 4. par. 1. in prima
adit. [*& in aditione postrema, tit. de Commit.*
in causis Cameral. *Obligat.* §. 1. *num.* 3]

c *Procuratorum constitutio*, Sicut nec † ho-
4 die ponitur ista procuratorũ constitutio, cum
ab Aula recesserit, *Scaccia de Appellat. lib. 3.*
cap. 2. quæst. 17. limitat 9. num. 5. vers. cum
hodie [*Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 179. n. 16.*
lib. 1.] Et in hoc habemus constitutionẽ fel. re-
cordat. Pij Quinti incipiens, Inter illa in Bul-
lar. 121. in ordine, & constitutionem Sanctæ
mem. Pauli Quinti super reformatione ædi-
tam, tit. de A.C.

d *Omnis generis executio*. Nota igitur hic
5 quod Obigatio † Cameralis paratam habet
executionẽ, *Vrsill. ad Afflict. decis. 30. nu. 6.*
in fine Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 2. re-*
solut. 32. numer. 6. Mohedan. decis. 2. & 3.
de exception. Rot. Diuers. decis. 800. num. 6.
par. 3. Cagnol in l. si liberarius 63. num. 91.
vers. Quid de Instrumento, ff. de reg. Iur. Aloy-
sius Riccius in collect. decis. 452. vers. tertiũ, &
collect. 600. vers. Secũdo par. 3. Castrac. de Societ.
Offic. cap. 11. sub. num. 9. Riccius in praxi Ec-
clesiasticæ resolut. 252. nu 1. Thesaur. decis. 26.
num. 11. Rot. coram Cardinali Canalerio, de-
cis. 312. num. 1. & in Romana *Census 3 Octo-*
bris 1599. coram Illustriss. Lancellotto, & in
alia Romana Census *27. Ianuarii 1603. coram*
Sacrato, [*& in Bononien. Pecuniaria 20. De-*
cembris 1630. coram bon. mem. Merlino, quæ
est infra decis. 166. num. 2. & in Romana an-
nua præstationis scutorũ dec. 14. Martii 1633.
coram Reuerendiss. D. Dunozetto, quæ in fine
operis erit decis. 167. num. 2. & in Romana So-
cietatis Officii 26. Iunii 1620. coram eodem,
quæ est decis. 168. num. 1. & in Romana fru-
ctuum Census 29. Maii 1626. coram bon. mem.
6 *Merlino, quæ est in ordine 169. nu. 1.* Et † hoc
procedere vbique locorum dicit, *Rot. de-*
cis. 168. num. 1. par. 7. in recen. dummodo
tamen sit extensa iuxta formam Cameræ, vt
in *decis. 109 nu. 2. eadem par. 7. recen.* Quam-
7 uis † locum nõ habeat in Ciuitate Bononiæ,
in qua stante statuto, quòd liceat semel ap-
pellare à sententia lata vigore cuiuscumque
publici Instrumenti, vt in *rubr. de Instrumen.*
& Laud. S. Saluo semper il secundo, Obligatio
Cameralis non habet executionem paratam,
vt fuit decisum in *Rota Bononiensi, decis. 116.*
num. 5. & seqq. vbi Adden. sub littera A. vers.
verum quia, & ex inde pluries vidi fuisse insti-
tum coram A. C. pro moderatione inhibi-
tionis sub prætextu, quòd fuisset actum vi-
gore Obligationis Cameralis, & nihilominus
moderationem fuisse denegatam, ex quo in
Ciuitate Bononiæ stante dicto Statuto, quòd
quando fuit actum vigore publici Instrumen-
ti, semel liceat appellare, etiamsi illud Instru-
mentum esset munitum Obligatione Came-
rali, vt latius in præallegata *decis. 116. & ibi*
8 *Adden. littera A.*] Absque † ista tamen Obli-
gatione Camerali, aut alia executiua atten-
ta dispositione Iuris Ciuilis instrumenta, li-
cet publica executionem paratam minime
habent, vt in *l. minor. 25. annis, ff. de minor.*
& in l. 1. C. de execut. rei iudic. Becc. de com-
muni, cons. 17. num. 2. & alios ad hoc allegat
Benign. ad statut. Agricoltur. Vrb. cap. 25. in
prima Annotat. littera A. vers. Quia de iure
communi, Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib. 2.
cent. 1. cas. 17. num. 1. Boer. decis. 295. n. 5.
Cacheran. decis. Pedemont. 129. num. 2. Riccius
plures decisiones allegans collect. decis. par 4.
collect. 759. in princip. Rot. Bononien. decis. 27.
num. 8. in nouiss. Diuers. Ludouis. decis. 362.
n. 5. [*& in* Romana *Pecuniaria 29. Maii 1641.*
coram R. *P. D.* Roias, *quæ est infra decis. 170.*
num. 3. & in Hydruntina Pecuniaria 26. Iu-
nii 1641. coram bo. mem. Merlino, quæ habetur
infra decis. 171. n. 3. & in Neapolitana Pecu-
niaria 5. Iulii *1632. coram Eminentiss. Card.*
Verospio alias in fine operis, decis. 172. num. 1.
& in Baren. seu Neapolitana Pecuniaria 24.
Maii 1641. corã R. *P. D.* Royas, *infra decis. 173.*
num. 1. Et consequenter in qualibet Obliga-
tione ad minus bis appellare licet, vt in dicta
l. minor 25. annis, vbi glos. & Bar. ff. de minor.
antequam enim detur executio, præcedere
debet causæ cognitio, *Thesaur. dicta decis. 26.*

Et

Et hæc est communis, & receptissima opinio,
vt testatur Cinc. de Censib. par. 2. quæst. 5. art. 6.
num. 1. quamuis non procedat in aliquibus
9 casibus; & Primo quando † debitor coram
Iudice parte præsente fuerit confessus con-
tenta in Instrumento esse vera: in hoc enim
casu non esset amplius inquirendum de veri-
tate contentorum in Instrumento; cum non
detur maior probatio, quàm propria confes-
sio, quæ præualet omni, & cuicumque pro-
bationi, Rot. decis. 98. num. 1. & 2. Diuers. &
decis. 263. num. 1. par. 7. in Recen. & in Ro-
mana Pecuniaria 1. Iulii 1643. coram R. P. D.
Meltio, quæ est decis. 174. num. 11. nec est
audiendus debitor, qui vult venire contra
propriam confessionem, l. 1. de seru. fugit. &
in d. decis. 171. nu. 12. Ideoque daretur exe-
cutio Instrumento, licet non esset Obligatio-
ne Camerali vallatũ, l. si debitor, ff. de Iudiciis,
Luc. Pet. in praxi fori Capitol. lib. 3. cap. 1. n. 1.
10 Secundò non habet locum, quando † Instru-
menta fuerunt confecta, & stipulata in Iudi-
cio; nam tunc paratam executionem habent,
glos. in auth. generaliter vers. conscribat C. de
Episcop. & cleric. Afflict. decis. 387. num. 1.
& decis. 135. num. 5. Surd. cons. 271. n. 38. &
in l. cum eum pro quo, vbi Bar. Castren. & Alex.
ff. de in ius vocan. Ricc. in collect. decis. 187.
part. 1. & collect. 759. vers. non limitatur tertio
11 par. 4. Tertio † non procedit in instrumentis
sentẽtiæ, quæ de iure communi paratam ha-
bent executionem quotiescumque non in-
terponatur appellatio, l. minor la penult. ff. de
12 minor. l. 2. ff. de execut. rei iudic. Quarto † sibi
locum non vindicat in Instrumẽtis Guaran-
tigia vallatis, quæ eum idem operetur ac
sententia & ac si Instrumenta essent in Iudi-
cio celebrata, Benedict. de Barz. in tractat.
de Guarantigia par. 1. quæst. 3. vers. & sic in
effectu, fol. mihi 88. sequitur, quod parata il-
lis detur executio; prout dari diximus con-
fessionatis, & in iudicio confectis, Rota in
Bononien. Affictus 10. Nouẽb. 1629. corã R. P. D.
Virili, quæ est in fine operis, decis. 175. n. 3. & in
dicta dec. 173. n. 9. & in dec. 26. n. 2. post tract.
Benedict. de Barz. locis proxime supra relatis.
13 Quinto locũ nõ habet in debitore fisci, qui †
executiue in ære, & in persona exequi potest
Peregrin. post alios quos refert, & sequitur de
Iure fisci, lib. 6. tit. 7. n. 5. quod tamen intelli-
gas procedere, quando debitũ est liquidum,
alias enim requiritur ordo, & sententia vt per
Peregrin. ibid. num. 5. vers. Si vero. Et hoc
est priuilegium speciale fisci, nec extenditur
14 ad alios, ita vt nec † ipsi debitores fiscales,
quamuis executiue cõueniantur, possint con-
tra suos debitores executiuè agere, sed illos
via ordinaria, & Iuris ordine seruato conue-
nire debent, etiamsi ex causa fiscali debitum
contraxissent, Ex mutatione namque per-
sonæ amittitur priuilegium, l. Paulus §. 1. ff.
de acq. hæred. l. filius fam. ff. ad leg. falcid. Bald.
in l. 2. C. de Seru. & aq. Roland. cons. 61.
vol. 4. Sicque debitor debitoris fiscalis nec
ad pœnas, nec ad carceres immediatè arctatur,
nisi se subiecerit executionibus in forma Ca-
meræ, Peregrin. qui supra num. 18. vbi ita
obseruari vidisse testatur, Boer. decis. 180. n. 10.
Guidopap. decis. 208. per tot. & singul. 287.
Sexto dicunt aliqui nõ procedere in Instru-
15 mẽto † iurato, quòd virtute iuramẽti habeat
executionem paratam, vt voluerunt Ias. in
d. l. fin. sub n. 6. vers. Quartus casus, Bald. in
l. 2. num. 8. vbi Fulgos. ff. de Iureiuran. Castren.
in l. post rem iudicatam, num. 2. & 3. ff. de re
iudic. Tiraquel. in l. si vnquam v. Donatione
largitus, num. 104. C. de reuocan. donat. Sera-
phin. in tract. de Priuileg. Iuramen. priuileg. 77.
Fælic. de Societatib. cap. 31. n. 72. Berò cons. 85.
16 nu. 1. & 7. lib. 3. Contrarium † tamen plu-
ries tenuit Rot. & precipuè in Romana fructuum
Dotis 31. Ianuarii 1600. coram R. P. D. Lit-
ta, quæ est infra decis. 75. num. 2. & in
Eugubina Dotis 14. Februarii 1642. coram
R. P. D. Carillo, quæ in fine operis erit decis. 177.
num. 1. & in d. Baren. Pecuniaria 173. n. 10.
& 11. vbi affertur ratio nempe, quòd Instru-
mentum, in quo reperitur præstitũ iuramen-
tum, non tribuat viam executiuam, sicque
nec possit hoc operari iuramentum ibi appo-
situm, vti illi accessorium, quòd non potest
plus operari, quàm suum principale. Quæ
17 quidem † Rotæ opinio verior apparet, nam
aliàs omnia Instrumenta haberent executio-
nem paratam, cum in omnibus contractibus
soleant contrahentes iurare Guidopap. decis.
18 199. num. 3. Et Doctores in contrarium ad-
ducti loquuntur de iuramento, quòd defer-
tur à parte parti, & sic litis decisiuo, non au-
tem de iuramento simpliciter apposito in In-
strumento. Et in omnem casum potest res-
ponderi tale priuilegium, quòd iuramento
tribuitur non esse vsu receptum, Bar. in l. 2.
in fine, ff. de Iureiuran. prout respondet ipsa
Rot. in d. Romana fructuum Dotis num. 3.
& 4. & latius respondebitur infra Vltimo
19 fallit dicta communis opinio quando † statu-
tum disponit, quòd Instrumentum habeat
paratam executionem, Cenc. de Censib. par. 2.
cap. 2. quæst. 5. art. 6. num. 3. Est tamen ad-

20 nertendum, quòd † tale statutum dans In-
strumentis executionem paratam est deciso-
rium, nec compræhendit Instrumenta alibi
confecta. *Alder. Mascard de statut. interpretat.*
conclus. 7. num. 80. vers. Si *autem*, & dicatur
contra ius commune, ideoque venit strictè
interpretandum *Thesaur. decis. 26. num. 2.*
Caravit. super Rit. *Magna Curia ritu 166.*
num. 31. vbi, quòd ille ritus debeat intelligi de
Instrumentis guarantigiatis, & confessiona-
tis, quæ vt supra ostendimus, paratam habent
executionem, *Campeg. de dote quæst. 111. n. 1.*
& 2. qui loquitur in terminis statuti dantis
executionem Instrumentis dotalibus, licet
21 contrarium firmet quando † statutum dice-
ret quod Instrumentũ continens præceptum
Guarantigiæ haberet executionem paratam,
tunc enim, vt ipse dicit, non diceretur con-
tra jus commune. Quamobrem non desunt
qui existimarunt non valere statutum dans
executionẽ paratam dictis Instrumentis do-
talibus, licet contrarium teneat *Thesaur. de-*
cis. 26. sub num. 3. vers. Quamuis ego, Et ratio
contrarium asserentium ea est, quam addu-
ximus supra nempe, quòd de Iure Instru-
menta non habent executionem paratam]
22 Et hinc est quod si † committatur causa ali-
cui Iudici cũ clausula, Prout de iure, intelli-
gitur, quòd procedere debeat ordinariè non
autem executiuè, vt dixit *Rot. in Albanen.*
Pecuniaria 10. *Martii* 1593. *corã* Card. *Blan-*
23 *chetto*, Et quod † exceptis supra relatis casi-
bus si deficiat Obligatio Cameralis veniat
ordinariè non autem executiuè proceden-
dum, vt fuit decisum in vna *Bristonen. pecu-*
niaria seu Imolen. 27. *Nouembris* 1695. *coram*
24 *Litta*, & prædicta procedũt † etiam si instru-
mẽtum esset liquidum, quia nihilominus de-
ficientibus præfatis Obligationibus executi-
uis vigore illius est ordinariè procedendum.
Becc. cons. 17. num. 2. cum aliis allegat. per
Benign. ad statut. Agricolt. *Vrbis cap. 25. in*
prima annot. littera A. vers. Quia de iure.
In tantum autẽ Oblig. Camer. habet exe-
25 cutionem paratam, vt hoc † procedat etiam
si causa Oblig. Camer. commissa esset in Ro-
ta cum clausula si quid exequendum, quia
26 constito de iustitia mandati ex ijsdem actis,
prout constare debet stante hac clausula, pro-
ceditur ad vlteriorem executionẽ, vt fuit de-
cisum in *Romana Pecuniaria de Crescentiis* 4.
Iulii 1612. *coram* Card. *Pamphilio, quæ est*
27 *decis. 12. nu.* 4. Clausula † enim si quid exe-
quendum suspendit solum executionem do-
nec de iustitia Sententiæ exequendæ cogno-
scatur, *Marchesan. de commission. locis supra*
citatis num. 78. Paleot. decis. 133. Rot. *diuers.*
decis. 228. num. 5. par. 3. lib 3 Atque hinc fit
28 vt † executionem paratam habeat transactio
quando est oblig. Camer. vallata, & propte-
rea tunc non intrare arbitrium ad impedien-
dam illius executionem, *Rot. coram Card. Ca-*
ualerio decis. 23. num. 1. in qua nu. *3.* fuit in-
super firmatum, quòd transactio habet exe-
cutionem paratam etiam circũscripta oblig.
Camer. per *tex. in l. nõ minorem, C. de transact.*
quòd potest deseruire pro alia limitatione
regulæ supra firmatæ, quòd nimirum instru-
mentum de iure communi non habet execu-
tionem paratam.
29 Hæc † vero executio parata sicut compe-
tit pro actione proueniente ex contractu, ita
etiam pro exceptione, & quòd in terminis
nostris etiã pro non expressis executio com-
petat, quando opponuntur per viam repli-
cationis, & exceptionis quicquid secus es-
set in actione, *Gallesʃ. infra quæst. 31.*
num. 16. Rota diuers. decis. 741. num. 12. par. 1.
& in terminis guarantigiæ ponit [*Munnez.*
de ratiocin. cap. 38. sub nu. 11. vbi quod ex-
ceptio resultat ex eodem instrumento, &
subdit, quòd tunc Iudex supplet etiamsi non
opponatur *Cenal. alios allegans in spec. com-*
mun. opin. con. comm. quæst. 536. num. 48. vt de
exceptione compensationis ex legato, *Rot. in-*
fra decis. 89. num 4.] & de ipsa guarantigia
30 † quòd de iure cõmuni paratam habeat exe-
cutionem tradunt *Thesaur. decis. 26. num. 12.*
Maluasia cons. 98. num. 30. Menoch. de arbi-
trar. iudic. lib. 2. cent. 1. cas. 17. n. 5. Gratian.
31 *disceptat. forens. cap. 455. num. 18.* Et † statu-
to sic dictante difficultatem non habere di-
cunt allegati per *Ricc. par. 4. collect. 759. Se-*
raphin. decis. 331. [*& in par. 5. recen. dec. 234.*
32 *num. 14.* Sed † tum demum guarantigia ha-
bet executionem paratam cum Tabellio ha-
beat facultatem faciendi huiusmodi pręcepta
guarantigiata, *Gratian. loc. citat. Thesaur. de-*
cis. 26. vbi num. 13. vult præceptum guaran-
tigiatum posse fieri a Notario etiamsi non
sit Iudex.]
Et quia de guarantigia aliqua tetigimus
conueniens est, quòd Tirones sciant quid
33 † sit, & vnde dicatur. [Et quòad eius ethi-
mologiam dico, quòd nomen traxerit a ver-
bo quarentare, seu guarentizare, quòd ver-
bum idem sonat, ac confirmare, & validare
Thesaur. d. decis. 26. num. 14.] Et quoad eius
quidditatem dico, quòd guarantigia est præ-
ceptum quoddam, quod fit per Notarium

de

de instrumento rogatum parti, vt obseruet
contenta in instrumento, *Cagnol.in l.si libera-*
rius num.190.de reg.iur. Tiraquell. de iure cō-
stit. possess. par.3. limit. 30. sub num.48. Me-
noch.d.cas.17. num.6. Ideoq. dicitur instru-
34 menta † guarantigiata continere in se sen-
tentiam, *Ioseph.de Sesse decis. Aragon.40. nu-*
mer.30. & allegat. per Ricc. d. collect. 759.
vers.& ratio, imò non solum sententiam, ve-
rum etiam continere in se rem iudicatam,
Tiraquel. in l si vnquam verbo donatione largi-
tus nu.103. C.de reuocan.donat. vbi ait quod
35 † Si in instrumento donationis fieret asser-
tio meritorum, tunc probaret tanquam res
iudicata etiam inter personas prohibitas, &
ad hoc allegat Bald. Panormit. & alios. Sed
ista opinio non videtur tuta, quia facile in-
36 tercedere posset fraus, † cum omnia instru-
menta possint fieri prout de facto fiunt cum
guarantigia, & obligatione Camerali, & sē-
per esset standum huiusmodi assertioni, vt
ponderat post *Tiraquell.vbi supra Mancin. de*
confession.num.38.

e *In confessione iudiciali.* Ad materiam, vide
Scac.de appellat.lib.3.cap.2.quæst.17.limit.9.
num.5. latè de ea differentem. Fundatur au-
37 tem † huius executionis priuilegium in cō-
fessione iudiciali, vt hìc per *Galles.* quem re-
fert *Rot. diuers.decis.132.sub num. 14. par.2.*
& tradunt *Vestr in praxi lib. 7. cap 3. sub nu-*
mer.17. Anton.Corn.de absolut. à iuramen.par.
38 *3.quæst.9.num.16.* Sed † hodie istud funda-
mentum cessat, quia talis confessio procura-
toris non fit amplius, & ille vsus ab aula re-
cessit *Scacc.vbi supra num.29.* vnde ipse aliud
39 assignat fundamentum, scilicet quod† sit pa-
ctum & conuentio inter partes, quod etiam
tenet *Galganett. ad Statut. Vrb. cap.82. sub*
40 *num 50. vers.& ratio lib.1.* valet † enim pa-
ctum, quòd Iudex possit procedere via exe-
cutiua, vt notatur *in l.creditores. C.de pignor.*
Petr.Nunez.de Auendano ad l.4.& 5.tit.de las
exceptiones lib.3. ordinat.Regal. num.1. [*& in*
d.decis.172. num.2. in fine operis; & in decis.
177.num.9. & decis.173. num.6. imò non so-
lum valet prædictum pactum, verum etiam
per vsum, consuetudinem & ritum introdu-
ci potest, vt instrumenta habeant executio-
nem paratam, quam alias de iure non habe-
ret *Rot.in dicta decis.172.num.3.*]
41 Sed contrarium scilicet, † quod istud pa-
ctum, Iudicem posse procedere executiuè
non valeat tradunt *Becc.cons.17.num.2. vers.*
& procedit cōclusio allegat. per Benign. ad sta-
tut. Agricola. Vrbis cap.25. in 1.annotat.litte-
ra A. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.2.
tit.4. num.14. Vel distingue dicendo, quod
quando partes conueniunt instrumentum
habere executionem realem, quod tunc va-
leat, secus autem de executione personali, vt
post *Anton. Canario. de execut. instrumenti*
quæst. 32. num.68. Becc. d. cons. 17. num.69.
Benign. vbi supra Riccius d.collect.759. vers.
limita quarto, quidquid autem sit de prædictis
dubitandum non est, quod partes possint fa-
cere, quod priuata apoca habeat vim instru-
menti publici, cum hac obligatione, *Rot. in*
Bononien. pecuniaria 22. Martii 1602. coram
Card.Lancellotto, quæ est inter recollectas in
hoc tractat. decis.104. sub num.5. Mohedan.
autem decis.3.num.1.de exception. voluit hu-
42 ius † executionis priuilegium fundari potis-
simum in iuramento, quod dare instrumen-
tis paratam executionem probant allegati
per *Cine.de censib. par.2.cap.2. art.6. num.5.*
vbi in fine dicit, *Rotam in decis. per eum*
allegat. tenuisse contrarium *Galganett. ad*
cap.82. Statut.Vrb. lib.1.sub num.50. vers li-
mita septimo, Riccius in praxi Eccles resolut.
43 *255. num.4.*] Hoc † tamen non est verum,
cum iuramentum non habere executionem
paratam pluries fuerit in Rota decisum, & si-
gnanter in *causa* Britonorien. *pecuniaria, seu*
Imolen. dotis 27.Nouembris 1596. coram bon.
mem Litta, *& in causa* Bononien. *census 24.*
April.1600.corā bo.me.Penia, quæ est decis.57.
num.8. [*& in d. Eugubina dotis 177. num.2.*]
Et licet in contrarium multi tenuerint, & si-
gnanter post plures alios *Moron. de fide treg.*
& pace quæst.11.num.1. vbi illud limitat quā-
do partes conueniunt in apoca, quod illa ha-
beat vim instrumenti iurati, quo casu, vt ipse
dicit virtutem non obtinebit, nec ex illo iu-
ramento impeditur remedium *l.2. C. de re-*
scinden. vendit. nam iuramentum relatiuum
vim non obtinet instrumenti iurati, vt ibi
latius per eum *Felic.de societat. cap.31. n. 72.*
44 eorum † tamen opinio est intelligenda de
iuramento tendente ad litis decisionem, vt
post *Seraphin.* quem allegat distinguit *Man-*
cin.de iuramen.par.4. effect.29.vers. Seraphi-
nus autem. Surd.cons.173. num.115. Thesaur.
decis.26. num.7. vers. sed vt breuiter agamus.
Rot. *in* Romana *fructuum dotis* 31. *Ianuarij*
1600. *coram bon.mem. Litta, quæ est decis.75.*
num.3. [*Gratian.cap.946 nu.25*] Sed etiam
vbi daremus veram esse opinionem tenen-
tium, iuramentum habere paratam executio-
nē, istud fundamentū esset satis debile cum,
45 obtenta † absolutione ab illo euanesceret

istud fundamētum de iure communi, & pos-
sent contra ipsam obligationem opponi ex-
ceptiones, *Mohedan. d. decis. 3. in princip. de*
46 *exception.* Et si replicetur quod † A. C. ha-
bet facultatem exequendi oblig. Camer. non
obstante absolutione à iuramento, cum eius
facultates tollant illius relaxationem, illam-
que cassent, & habeatur pro non facta ad ef-
fectum, vt obligatio in forma Cameræ ha-
beat executionem paratam, *Mohedan. decis. 3.*
alias 80. num. 2. de except. & decis. 6. in prin-
cip. eod. tit. & latiùs dicam infra, orietur in-
47 de, quòd † executio parata obligat. Camer.
fundetur principaliter in priuilegijs A. C. &
hoc videtur tutius fundamentum, quam pa-
ctum, & conuentio, de quibus per *Scacciam*
vbi supra, tollitur enim istud fundamentum
in pacto, seu conuentione per eadem priui-
48 legia A. C. dum mandant, quod † ipse solus
possit procedere executiuè in vim huius o-
bligationis, vt latius dicam infra [maximè si
rogitus talium instrumentorum reperiretur
factus à Notarijs A. C. *Rot. Bononien. decis.*
116. num. 12. inter recollect. per Fundat. &
Gyps.] & sic istud fundamentum inane red-
ditur, cum non possit deseruire, nisi coram
A. C. qui isto fundamento non eget, nam vi-
gore suarum facultatum potest, vt supra di-
ctum est, non obstante absolutione à iura-
mento, procedere ad executionem huius o-
bligationis, nisi diceremus, quòd *Scaccia*
loquatur de conuentione, quæ fit in ipsa
49 Camerali obligatione, quia eo † ipso quod
quis se obligat in forma Cameræ vult teneri,
50 ac si esset debitor Cameræ, quo † casu po-
test executiuè procedi, *l. abstinendum. C. quor.*
51 *appellat. non recipian.* quamuis † obligatio
non fiat ad fauorem Cameræ, sed ad fauo-
rem particularis personæ, quia nihilominus
52 † tenebitur executiuè etiamsi non se obli-
garet in forma Cameræ Apostolicæ, sed in
alius Cameræ forma, vt puta Regiæ vel Du-
calis, vt fuit decisum *in causa Ferrarien. af-*
fictus 28. Ianuarij 1611. coram bon. mem. Pe-
nia, quæ est decis. 67. n. 2. & decis. 10. n. 1. &
dec. 44. n. 5. & dec. 54. n. 1. [*& in Rom. saluia-*
ni de Casalibus 4. Martij 1644. coram R. P. D.
Peutingerio, quæ pariter extat impressa in fine
Tractatus, & est decis. 178. num. 1.] Verum
cessat etiam istud fundamentum per eadem
53 priuilegia A. C. quia, vt supra dixi, ipse † so-
lus vigore suorum priuilegiorũ potest pro-
cedere executiuè in vim huius obligationis;
Vnde dicendum est, quod præsupposita iam
in esse deducta hac obligatione, & sic pacto
54 prædicto, † quòd obligatus sub hac forma
vult teneri, ac si esset debitor Cameræ, exe-
cutio illius fundatur principaliter in dicto
pacto, secundario vero in dictis priuilegijs; &
licet posset responderi, quòd etiam alij pro-
cedunt executiuè vigore nostræ obligatio-
nis: tamen hoc (iudicio meo) nihil facit, quia
aliqui procedunt de facto, alij ex priuilegio,
vt Vicarius Papæ inter Ecclesiasticas perso-
nas Romanas, & Curia Capitolina inter Ci-
ues, & incolas, vt latius dicam infra.

f *Paratam habet executionem.* Adde *Rot. di-*
55 *uers. decis. 627. in princip. par. 1.* vbi † præser-
tim si confessio esset facta mediante obligat.
Camer. *Carol. de Grassis de exception. in præ-*
lud. num. 26. Thesaur. decis. 26. num. 13. [*Man-*
dell. Alb. cons. 684. nu. 4. Pract. Papien. in for-
ma libell. exequut. sentent. diffinit. in glos. sa-
piens vir num. 3. fol. 429. Carpan. ad statut. Me-
diolan. cap. 42. num. 134. cum alijs relatis per
Adden. ad Carol. de Grassis d. num. 26.] & pro-
56 pterea † stante confessione quandocumque
obligatio penes acta Curiæ habet executio-
nem paratam, *Vincent. de Franch. decis. 118.*
num. 7. quod intellige quando obligatio pe-
nes acta Curiæ est pura, & liquida, secus, vbi
est conditionalis, *Rota Genuen. decis. 28. sub*
num. 9 in fine.

57 g *Vnde apparet differentia.* Eamdem † dif-
ferentiam inter obligationem Cameralem,
& guarantigiam post alios quos allegant assi-
gnant *Carol. de Grassis de except. in prælud. nu-*
mer. 22. Thesaur. vbi supra, vers. sed ego exi-
stimo, vbi etiam extra alios ponit differētiam
inter instrumentum confessionatum, & gua-
rantigiatum.

h *Procuratorum constitutione*, quæ hodie ab
aula recessit vt supra notaui.

i *Sine cessione.* [Idem de iuramento Guaran-
tigiæ, & obligat. Camer. tradit *Costa de re-*
trotractione cap. 10. effect. 3. num. 6.]

k *A Iudice Ordinario.* Adde *Seraphin. de pri-*
uileg. iuram. priuileg. 77 num. 5. Thesaur. de-
cis. 26. sub num. eodem vers. alia etiam Tiber.
58 *in praxi lib. 1. cap. 39. num. 2.* cuius † præce-
pti vigore Guarantigia habet executionem
paratam, *Seraphin. d. priuileg. 77. num. 5. vers.*
quidem. Carol. de Grassis de except. in prælud.
num. 10. & 11. Campeg. de dot. quæst. 1. 11. nu-
mer. 3. & seqq. vbi id intelligit quando No-
tarius potestatem habet faciendi huiusmodi
præceptum, vt alias dixi, secus vero si illam
non haberet, vt ibi per eum *d. num. 3. vers. se-*
cus autem, & per alios superiori loco ad-
ductos exemplicat Campeg. in Notarijs
creatis

creatis à Comitibus Palatinis, vel ab Imperatore, qui habent hanc facultatem.

59 [Aduerteudum tamen est, quòd † virtus huius obligationis guarantigiatæ quotiescũque pendeat à Notario habente potestatem a Iudice laico faciendi præceptum iudiciale personæ obligatæ non afficiat clericos, *Benedict. de Barz. in tract. de Guarantigia par. 1. quæst. 4. vers. sed ista ratio parum valet, Rot. decis. 173. num. 9. inter recollectas post tractat.* & hoc amplia procedere etiamsi in loco contractus adesset statutum, quod instrumenta guarantigiata haberent executionem paratam, nam adhuc daretur appellatio, statutum
60 † enim laicale non est aptum clericos ligare ex defectu potestatis statuentium *Castren. cõsil. 157. num. 1. lib. 2. Rot.* in terminis Constitutionis Magnæ Curiæ Vicariæ *in d. decis. 173. n. 2. & in Rheginen. seu Salernitana bonorũ 19. Iunij 1643. coram R. P. D. Carillo, quæ est decis. 179. num. 14. inter recollectas, & in eadem causa sub die 13. Iunij 1642. coram Reu. P. D. Pentingerio, & in Baren. seu Nullius pecun. 26. Maij 1645. coram* R. P. D. *Cerro, quæ est decis.*
61 *post tractat.* 180. *nu.* 14. Nec † laicalis potestas valet auferre facultatẽ appellãdi Clericis competẽtem de iure cõmuni, *cap. cum inter de except.* Lancellot. *de attentat. p. 2. cap. 12. ampliat. 5. n. 14. Rot. decis. 16. n. 3. de dol. & contumac. in nouis*, & sępè Rota reiecit huiusmodi constitutiones vti laicales concedentes viam executiuam aduersus personas Ecclesiasticas, vt in supra allegata *decis. 173. numer. 3.* Insuper amplia hæc procedere etiamsi statutum esset confirmatum a
62 Constitutione Synodali, quia † confirmatio statutorum sæcularium facta per Constitutionem Synodalem non compræhendit statuta iuri communi contraria prout est denegatio appellationis, *Petr. de Ancaran. in puncto de synodo cons. 18. num. 16.* nec minus tale statutum sic confirmatum est aptum compræhendere clericos, nisi sit à Sede Apostolica confirmatum, *Rot. d. decis. 173. nu. 12. & 13. & d. decis. 179. num. 16.* Amplia tertiò supradicta habere locum etiamsi adesset stylus dandi viam executiuam tali statuto etiã
63 contra clericos, quia talis † stylus non esset attendendus tanquam repugnans immunitati Ecclesiasticæ, contra quam, vti pęnitus exemptam a potestate laicali nullo tempore potest aliquis vsus induci, seu præscribi, *cap. ad audientiam de consuetud. cap. inter, & cap. causam de elect. Rot. d. decis. 179. num. 15.*]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An obligatio Cameralis in contractu nullo apposita, aliquid operetur.*
2 *Aliud est contractus, aliud instrumentum.*
3 *Nullitas obligationis Cameralis opposita, quando impediat executionem, & quando non.*
4 *Quando intelligitur nihil esse probandum ab opponente nullitatem.*
5 *Si appareat nullitas instrumenti obligationis, executio impeditur, secus aliquando si appareat nullitas ipsius obligationis.*
6 *Opposita nullitas contractus non impedit executionem, vbi in ipso contractu promissum est de ipsa non opponenda: quod tamen limitatur.*
7 *Obligatio Cameralis adiecta valido contractui, accessorio tamen ad contractum nullum, non perdit vires suas simpliciter.*
8 *Refert an per modum exceptionis nullitas obligationis opponatur coram exequente, an per modum actionis coram alio iudice.*

QVAESTIO III.

1 TErtio quæritur, † An hæc obligatio contractui nulli adiecta, possit aliquid operari? a Pro cuius quæstionis determinatione conside-
2 randum est, quod † licet aliud sit contractus, aliud instrumentum, prædictiq., & alij Doct. de instrumentorum executione vigore statutorum paratam executionem habentium tractantes, multas faciant distinctiones, examinando ipsorum statutorum verba, & distinguendo inter contractum, & instrumentum, vt Bartol. in l. 1. si quis ita, & ibi Aret. ff. de verb. oblig. Rom. cons. 42. & alij plerique; nobis tamen eas difficultates ingredi non est opus, quia non arctamur verbis alicuius statuti, sed dumtaxat ipsius obligationis verbis, secũdum iuris communis dispositionem interpretan-
3 dis. Ideoq. hic vsus inualuit, † quod si pro parte opponentis; nullitatem nihil est probandum, siue ea sit nullitas instrumenti, vt quia non est publicum, vel caret anno domini, testibus, &c. siue sit nullitas contractus, & obligationis principalis, talis exceptio absolutè impediat executionem,
4 † & dicatur nihil esse probandum, quando nullitas appatet ex inspectione instrumenti. Si vero aliquid sit probandum, & nihilominus sit tale, quod incontinenti; probari possit tũc etiam illud impediat executionem, aliter non; hæc abunde probãtur per supra nominatos Doct. & per Bald. in l. absentis ad fin. C. si cert. pet. & in l. si ex testamento. C. de fideic. Ias. & Ripam. in d. §. si quis ita. Dec. in c. preterea, col. pennl. de offic. deleg. & eundem Ias. cons. 170. col. 7 vers. & si diceretur lib. 2. Felin. in rubric. de excep. col. 1. & in cap. ex parte, il secondo. de offic. deleg. Colligũturq. sub eleganti compendio per præfatum Canar. quæst. 11. & per Ioan. Bapt. in tract. de arbitr. lib. 7. cap. 11. vers. secunda regula vsque ad finem, quibus in locis etiam habẽtur omnium exempla, rationes, & quando dicatur probari incontinenti. Hæc autem ita simpliciter dicta recipiunt eam
5 distinctionem, quia † si opponatur, & appareat

 nullitas

nullitas ipsius instrumenti, tunc prædicta indistincte sunt vera, quia vt dicunt prællegati Doctores, redditur nulla probatio, quæ per instrumentum erat facienda, & sublata probatione, non potest dici constare de obligatione exequenda, not. glos. vlt. in clemen. vni. de seque. poss. Sed si nullitas opponatur solummodo contractus, & principalis obligationis, adhuc ea nullitate non obstante, in plerisque casibus procedere poterit executio, veluti in omnibus illis casibus, in quibus propter iuramentum adiectum sustinetur contractus alias inualidus: exemplum, in donatione inter virum, & vxorem, de qua decisio Tholosana 261. & Bartol. & Alexan. in l. Seius, & Augerius, ff. ad l. Falcid. Abb. in cap. donatio. de donatio. inter virum, & vxo. Paul. de Castr. cons. 75. lib. 2. colum. 2. & in contractu prodigi, cui sit bonis interdictum, & pupilli pubertati proximi, eadem Capella Tholos. decis. 498. habetur in authen. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. & in cap. cum contingat. de iureiuran. vbi latè Imola, qui multa exempla ponit, & Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. And. Iser. cap. 1. §. item sacramenta de pace iuramen. firman. & demum Bauer. in tract. de virtute iuramenti, vers. 30. & vers. 72. per totum. Posset hic commode quæri de obligatione factâ per minorem qui iuramento affirmauit se esse maiorem, vel per minorem auctoritate falsi, quem verum asseruit suum esse curatorem, vel per filium familias, qui se patrem famil. esse dixit, vel per mulierem, quæ secundum loci statutum non poterat sine consensu consanguineorum obligari & cum illos haberet, iurauit non habere, vt sine illorum præsentia se obligaret, vel auctoritate iuris communis, vel vi statutorum eas irritantium redduntur inualidæ, ita vt illarum executio dari non valeat? Sed quia earum omnium, & similium decisiones facile possunt colligi ex ijs, quæ Anton. Canar. docte (iudicio meo) & eleganter dixit in suo tractatu execut. instrumen. quæst. 16. 17. 18. & 19. idcirco ne eius verba transcribam, illum videndū
6 esse censeo. † Item procedere posset executio non obstante nullitate, vbi in ipso contractu promissum esset, non opponere eius nullitatem, dummodo nullitas non proueniret ex defectu consensus, & habilitatis personæ contrahentis. Ita tenuit
7 Alexan. cons. 32. lib. 2. † Insuper prædicta intelligenda sunt in obligatione accessoria contractui nullo. Secus dicendum in obligatione alterius contractus separati, licet primo accessorij, vt est promissio eius, qui accedit promittendo factum alienum, & obligat se vt principalis, in eo enim & similibus casibus distinguendum est, sicut facit Card. Parisius cons. 16. libri secundi numeris 110. 111. 112. 113. 117. & 118. videlicet, quod si contractus principalis irritatur, aut tollitur aliquo iure speciali, & propter aliquem particularem fauorem, vt erat in casu suo contractus minoris absque certa solemnitate, tunc sustinetur, & remanet cōtractus illi accessorius, pro quo non stet idem fauor, atque idem ius speciale: quod eo magis verum esse affirmat, si accedens promittat non simpliciter, vt accedens, & fideiussor quilibet, sed etiam principalis, & animo nouandi, promittendo
8 factum alienum. Adhuc † intelligenda sunt prædicta, vbi nullitas per modum exceptionis opponitur coram iudice exequente, secus si super ea per modum actionis institutum esset iudicium coram alio iudice, vt inferius loco aptiori dicetur.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatis exceptio non admittitur cōtra obligationem Cameralem, & num. 34. intellige vt num. 2. 8. 35. 36. vsq. ad finem quæstionis.*

3 *Nullitas vbi apparet ex inspectione instrumenti nihil dicitur esse probandum.*

4 *Nullitas, quæ ex inspectione instrumenti apparet admittitur ad retardandam executionem obligationis Cameralis, amplia vt num. 6. 7. & 19.*

5 *Instrumentum, in quo non adest locus celebrationis non licet exequi vigore obligat. Camer.*

9 *Probatione sublata non constat de obligatione exequenda.*

10 *Obligatio minoris facta sine consensu matris, seu tutricis, duorum proximiorum, ac decreto Iudicis ex Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. non sustinetur.*

11 *Minor obligatus in forma Cameræ pro soluenda dote non auditur contra illam.*

12 *Minoris contractus celebratus in executionem ordinationis paternæ sustinetur etiam sine solemnitatibus.*

13 *Fideiussio mulieris pro marito in forma Cameræ obligato valet etiam sine solemnitatibus.*

14 *Filiusfamilias in forma Cameræ obligatus nō potest exceptione nullitatis iuuari ad retardandam exequutionem, intellige vt num. 15.*

16 *Nullitas quæ nō apparet ex inspectione instrumenti non admittitur contra hanc nostram obligationem.*

17 *Nullitas vbi non probetur incontinenti non retardat executionem obligat. Camer.*

18 *Minor obligatus in forma Cameræ executiuè tenetur, vbi defectus solemnitatum non appare t ex instrumenti inspectione.*

20 *Nullitas instrumenti ex defectu non interuentus consanguineorum non impedit executionem oblig. Camer.*

21 *Nullitatis oppositio cessat, vbi illi fuerit renunciatum.*

22 *Fideiussor obligatus vti principalis non potest opponere nullitatem obligationis principalis, & num. 23. & 24.*

25 *Obligatio Cameralis contractui nullo adiecta nihil operatur, nec facit subsistere obligationem nullam. num. 26.*

27 *Obligatio Cameralis tanquam accessoria resoluitur, resoluto ob nullitatem contractus.*

28 In-

28 *Instrumento augumenti dotis facto à marito constante matrimonio non est danda exequutio etiamsi habeat in ventre obligationem Cameralem.*

29 *Statutum denegans appellationem quando in instrumento adest hæc obligatio non habet locum si instrumentum sit nullum.*

30. *Instrumentum ad hoc, vt habeat exequutionem paratam debet esse validum.*

31 *Guarantigia apposita in contractu nullo nihil operatur.*

32. *Exceptio quod instrumentum sit nullum, vel illiquidum semper admittitur.*

33 *Instrumentum guarantigiatum nō habet exequutionem paratam, quando agitur de illius nullitate.*

37. *Via exequutiua non competit processui, quando fuit prauentum in petendo declarari censum esse nullum.*

1 a POssit aliquid operari. Nullitatis † ex-
ceptio non admittitur contra hanc
obligationem, *Turret.cons.9.num.11.vers.se-*
2 *cundo respondetur vol.1.* quod intellige † non
procedere quando pro parte opponentis de
nullitate nihil esset probandum, quia tunc si-
ue sit nullitas instrumenti, vt puta quia non
esset publicum, vel careret anno Domini, si-
ue sit nullitas contractus impedit executio-
nem huius obligationis, [*Cinc.de censi.in ad-*
dit.par.2. cap.2. quæst.5.art.2. sub nu.5.vers.
in dicto & vers.caterū.] *Scacc.de appellat p.2.*
lib.3. quæst.17. limitat.9.num.76.& quæst.19.
remed.1. conclus.5.nu.30. Galgauettus ad Sta-
tut.Vrb.cap.179.sub num.40.col.408. vers.est
3 *etiam sciendum.* & nihil † dicitur esse probā-
dum quando nullitas apparet ex inspectione
4 instrumenti, tunc† autem esse admittendam
ad retardandam executionem nostræ obliga-
tionis tradunt *Rugiuel. de appellat.* §.2. *cap.3.*
vers.obligatio Cameralis *num.146.& post Gal-*
les.hic Honded.cons.17.num.5.lib.2. Scaccia
vbi supra quæst.19.remed.1.conclus.5. num.31.
Mandos.de inhibit. quæst.49. num.4.& 5. Pa-
cific.de saluian.interd.inspect.2. cap.2. n.142.
Marescott.variar.resolut.lib.2.cap.121.nu.33.
Rot.in Neapolitana nullitatis instrumenti 4.Iu-
lii 1574.coram Cotta, qua est decis.36.num.2.
*& post notata per me hic Adden.ad decis.*Bonon.
146. *vers.& proinde vbi multos alios allegant*
[Ricc. *in practic: Eccles.resolut.252. sub n.2.*
Baltass.Turin.in apologet.ad Statut.Vrbis de
contract. sine cert. solemnitat. non valitur. in
quodam voto posito post *decis.28.vers.men-*
sibus elapsis in fine fol.mihi 108. *Rot.infra de-*
cis.27.num.2.& in Romana pecuniaria 9. Iunij
1636. *coram bon.mem.*Merlino, *quæ erit in fine*
operis 181.*num.1.*]
5 Inde si † in instrumento deficeret locus
retardaretur propter istam nullitatem exe-
cutio nostræ obligationis, *Rot.in d.Neapolita-*
na nullitatis instrumenti, Marescot. d.cap.121,
6 *num.34.* quod †procedit etiamsi hæc nulli-
tas proueniens ex ventre instrumenti requi-
reret altiorem indaginem, *Marescot. vbi pro-*
7 *ximè num.36.* idemq. dicendum est si † ali-
quid esset probandum, quòd incontinenti
posset probari; nam & hoc impediret execu-
tionem, alias non, vt pluries fuit decisum
& signanter *in Auximana grani 10. Aprilis*
1592. *coram bon.mem.* Card. *Blanchetto, qua*
est decis.27. num.2. in Firmana pensionis 14.
Decembris 1592.*coram* Card. *Millino, quæ est*
decis.46. num.6. & in Romana depositi 3. Iulij
1600.*coram Reuerendiss.* Coccino *Decano, qua*
est decisio 133.*nu.2.* Sed circa hoc distingui
8 etiā potest cum Gallesio, quòd quādo † ap-
pareat nullitas ipsius instrumenti, tūc prædi-
cta indistinctè sint vera, quia redditur nulla
probatio, quæ per instrumentum erat facien-
9 da, at sublata † probatione non potest dici
constare de obligatione exequēda, [*Cinc.de*
cens.in addit. par.2. cap.2. quæst.5. art.2. sub
num.5. vers.qua sublata, Rot. citata in Neapo-
litana nullit. instrumenti nu.3.] sed si nullitas
opponatur contractus, & obligationis prin-
cipalis, adhuc ea nullitate non obstante in
plerisque casibus non impeditur executio, vt
in casibus in quibus propter iuramentum
contractus inualidus substineretur, vt in do-
natione inter virum, & vxorem, & in alijs
contractibus, in quibus exemplificat *Galles.*
*hic num.*5.post cum *Scaccia de appellat.lib.3.*
c.2.quæst.19.remed.1.conclus.5. n.32. quibus
addi possunt oēs illi casus, in quibus obliga-
10 tio est necessaria, [& propterea licet † vigore
Statuti Vrbis lib.1. c.151. nō valeat obliga-
tio minoris facta sine præsentia, & consensu
matris, & tutricis, duorumq. proximiorum,
ac Iudicis decreto etiamsi sit obligatione
Camerali vallata, Rot. *in Romana nullitatis*
obligationis 31. Ianuarij 1625. coram bon.mem.
Merlino, quæ erit infra decis.182.num.3.] At-
tamen dicto statuto non esset locus; quando
11 † minor se obligaret pro dote sororis, & alle-
garet nullitatem contractus: tali enim casu
ista nullitatis exceptio nō impediret execu-
tionem nostræ obligationis, *vt fuit resolutum*
in causa Maceraten. dotis 10. Iunii 1594. co-
ram Card. Mellino, qua decisio 48.nu.1. [nam
dictum

dictum statutum non comprehendit obligationem necessariam pro dote, *Rot. decis. 3. numer. 1. inter recollect. post tractat. de Societ. offic. & in decis. 13. num. 5. post Pio. ad d. Statut. Caputaq. decis. 199. par. 3. Put. decis. 105 par. 1*

12 & † idem esset quando fuisset celebratus contractus à minore in executionem ordinationis paternæ, qui contractus, cum recipiat principale robur ab ordinatione prędicta parentis non autem à promissione ipsius minoris, sustineretur etiamsi in eo non fuissent seruatæ solemnitates à statuto requisitæ, nec posset retardari per talem exceptionem executio obligationis Cameralis, *Alex. consf. 15. num. 1. & seqq. lib. 6. Rot. coram Buratto decis. 239. sub n. 4. vers. santo magis, & in Anconitana manua* 13. Maii 1644. *corā R.P.D. Corrado, quæ erit decis.* 183. *num.* 15. Similiter

13 idē esset quādo † mulier fideiuberet pro marito obligato in forma Cameræ, quia tūc eum habeatur pro condemnato, sicut valeret eius obligatio tanquam necessaria pro liberando illum à carceribus, ita etiam quādo est obligatus in forma Cameræ, vt sentit *Surd. consf. 367. num. 25. in fine.*]

Pariter idem quoque dicendum venit si

14 † obligatus opponat se esse filiumfamilias, nam neque hæc exceptio impedit hanc executionem, vt fuit decisum *in vna Bononien. pecuniaria, quæ est decis.* 121. *num.* 1. vbi filiusfamilias fideiusserat, & tamen fuit dictū

15 non esse retardandā executionem, sed † hoc non procedit in terminis statuti Vrbis cap. 151. lib. 1. quod annullat expresse hāc obligationem factam à filiofamilias, [*Fenzon. ad statut. prædict. in ann. num.* 85. *Rota in Romana societatis officij* 1. *Iulii* 1644. *coram Reu. P.D. Otthobono, quæ est decis.* 184 *nu.* 1. *& in alia Rom. societ. officii* 19. *Ianuarii* 1643. *coram R.P.D. Peutingerio in fin. operis dec.* 185. *nu.* 2. quòd habet locum etiamsi filiusfamilias in contractu asseruerit medio iuramento se viuere seorsum à patre, ac esse tacitè emancipatum, vt resoluit *Rota in d. Rom. societ. officij coram R.P.D. Otthobono.* Non enim sufficit sola asserrio filijfamilias iurantis se viuere seorsum à patre, neque nocet ipsi filio, vel patri, nisi concurrat cum ipsa assertione iusta & rationabilis causa, quæ potuerit inducere contrahentem ad credendum *Gomes. variar. resolut. tom. 2. cap. 6. sub num. 2. limit. 4. Rot. in Rom. societatis officii coram R.P.D. Peutinger.* 10. *Iulij Aprilis* 1641. *quæ erit suf. decis.* 186. *num.* 1. Et ratio est, quia præsumitur filium eadem lcultate contraxisse, & iurasse se exēptum à patria potestate, *Rot. in Rom. fideicom.* 14. *iun.* 1638. *corā bo. me. Merlino, & in d. Rom. societ. officii coram R.P.D. Otthobono num.* 4.]

Quo statuto circumscripto, prædicta affirmare in omnibus contractibus minorum, & mulierum, quibus per statutum est prohibitum contrahere sine certis solemnitatibus; quando nullitas non apparet ex inspectio-

16 ne instrumenti, vt si † proueniret ex defectu consanguineorum, quia multa essent probanda per opponentem de nullitate, scilicet quod haberet consanguineos, illosque habiles extitisse ad interueniendum, & commodè adhiberi potuisse, *Corn. consf. 241. n. 7. lib. 2. Borgnin. de tut. & curat. num. 131. & decis. 30. par. 1. Boccac. super cap. 25. lib. 5. constitut. Aegid. glos. 3. num. 113. Menoch. consil. 173 num. 46. Guidobon. decis. 1. de stat.* & millies Rota agnouit, & signanter *in Firmana restitutionis dotis* 23. *Iunij* 1603. *coram bon. me. Penia*, [quæ reperitur impressa post *Picum ad Statut. Vrb. lib. 1. cap.* 151. *& est decis.* 57. *num.* 1. *&* 2.] Quando ergo multa restant probanda, vt in prædicto casu quæ non possunt incontinenti probari secūdum ea, quæ

17 supra notaui talis † non interuentus consanguineorum non impedit executionem huius obligationis, quod approbauit *Rot. in causa Romana executionis de Anguillaria* 2. *Aprilis* 1593. *coram bon. mem Orano, quæ est decis.* 114. *num.* 2. in qua præterea fuit decisum, quod

18 etiamsi † instrumentum esset celebratum cum minore, & defectus solemnitatum non appareret, contra tale instrumentum non admittuntur exceptiones, nisi tres illæ vul-

19 gares, de quibus infra Quòd † præsertim procedit, quando minor, seu mulier asseruisset medio iuramento non habere alios proximiores, tunc enim per exceptionem non interuentus consanguineorum non esset retardanda executio obligat. Camer. quod fuit decisum per *Rot. decis.* 599. *par.* 1. *in recent.* vbi hoc multo magis procedere dictum fuit, quando contractus fuit vtilis ipsi mulieri, Et omni caret difficultate, quādo obligatio mulieris est facta cum decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus ad liberandum maritū à carceribus, immo stante obligat. Camer. sufficit periculum carcerationis ob pararā exequutionem, quam trahit secū ista obligatio, *Rot. post Cinc. decis.* 32. *per tot.* & præsertim nu. 7.

20 Idemq. dicendum esset quando † minor sine curatore cum hac obligatione fideiussisset, nam illa exceptio non interuentus curatoris non retardat executionem huius obligationis

nis, quando minor illum non habebat, quia
tunc poteſt ſine illo fideiubere, vt fuit deci-
ſum in *Bononien. cenſus 16. Decembris 1613.*
coram bon. mem. Buratto inter recollectas per Pi-
cnm ad cap. 151. lib. 1. ad Stat. Vrb. vbi oppo-
nebatur etiam defectus ſolemnitatum, quæ
à ſtatuto Bononiæ requiruntur in contracti-
bus minorum, & fuit dictum exceptionem
iſtam eſſe attendendam, quando minor cō-
traxit extra territorium, ſed huius† nullita-
tis oppoſitio ceſſat, vbi in inſtrumento pro-
miſſum erat eam non opponere, vt poſt *Gal-*
leſ. hic nu. 6. tradit *Scacc. d. remed. 1. concluſ. 5.*
ſub num. 8. Rot. in Romana cenſus de Pirouanis
8. Aprilis 1598. coram Orano, quæ eſt deciſ. 110.
num. 8. & 9. & in Romana executionis laudi 2.
2 *Maij 1614. coram Card. Vbaldo,* ſic nec †ea-
dem exceptio poſſet opponi per fideiuſſorē,
quando ſe obligauit vti principalis, tunc e-
nim licet ſit nulla obligatio principalis non
eſt tamen nulla obligatio fideiuſſoris, & pro-
pterea non iuuatur tali exceptione aduerſus
hanc obligationem, vt poſt *Galleſ. hic nu. 7.*
latè proſequitur *Scaccia d. concluſ. 3. num. 33.*
3 *in fine,* vbi præſertim † quando contractus
principalis irritatur aliquo fauore ſpeciali,
Seraphin. deciſ. 1324. nu. 8. Mohedan. deciſ. 2.
de fideiuſſor. & fuit deciſum in cauſa Tuderti-
na cenſus 26. Maij 1600. coram bon. mem. Iuſto,
& vide ad hoc *Rot. Bononien.* latè *deciſ. 63. &*
ibi Adden. latiſſimè Cinc. de cenſib. par. 2. c. 2.
quæſt. 3. art. 2. num. 12. vbi reprobat contra-
4 rios, & hoc idem dicendum eſt, vbi † adeſ-
ſet clauſula, omni meliori modo, iuramen-
tum, & obligatio Cameralis, *Seraphin. d. de-*
ciſ. 1324. num. 5. Cinc. de cenſib. vbi mox *nu-*
mer. 11. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 692. nu-
mer. 20. vbi deciſiones allegat *Adden. ad Lu-*
douiſ. deciſ. 321. ſub num. 15. Ex quibus omni-
bus clara eſt reſolutio dubij propoſiti per
Galleſ. in princip. huius quæſtionis, An † hæc
obligatio contractui nulli adiecta aliquid
operetur, quia ex prædictis apparet nihil
operari, & tradit *Burſat. conſ. 361. num. 33.*
lib. 4. Etenim ſi † obligatio principalis non
ſubſiſtit, illam ſubſiſtere non facit, quia non
facit exequi, quod non eſt *Franc. Menald.*
conſ. 103. num. 11. & 12. & propterea reſo-
luta † nullitate contractus reſoluitur hæc
obligatio tanquam acceſſoria, *Menald. dict.*
conſil. 103. numer. 13. Gratian. cap. 715. nu-
mer. 18. & cap. 740. nu. 44. & ſeq. vbi de con-
tractu locationis, & de Guarantigia ponit la-
tè *Tiraquel. de iur. conſtit. poſſeſ. par. 3. limit. 7.*
num. 25. vbi plurimos more ſuo allegat *Surd.*

conſ. 365. num. 6. Rot. Bononien. deciſ. 146. nu-
mer. 11. in nouiſſ. & citatus Gratian. cap. 423.
num. 45. & pluribus ſeqq. vbi de iuramento,
Guarantigia, & obligat. Camer. & præſertim
28 num. 48. [Hinc eſt, quod † cum Statutum
Vrbis lib. 1. cap. 135. 149. & 150. reprobet
augumentum dotis factum à marito vxori
conſtante matrimonio tanquam donationem
inter virum, & vxorem, etiamſi in inſtrumē-
to talis augumenti adſit obligatio Camera-
lis, attamen illi non veniret concedenda exe-
cutio tanquam continenti nullitatem, *Rot in*
Albanen. donationis 27. Nouembris 1623. corā
bon. mem. Merlino, quæ est inter impreſſas in fi-
ne operis deciſ. 17. num. 3] Exinde etiam ori-
29 tur, quod idem † ſtatutum cap. 176. lib. 1.
denegans appellationem ab iſta obligatione
non habet locum, quando inſtrumentum il-
lam continens eſt nullum, vt ibi notat ibi
Galganet. ſub num. 40. verſ. eſt etiam ſciendum
30 *col. 408.* & eſt † generale in inſtrumento ha-
bente executionem paratā, quod debeat eſ-
ſe validum, & ob id licet contra ipſum non
poſſit opponi exceptio, non cenſetur exclu-
ſa iſta nullitatis, *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 283.*
31 *num. 3.* ſiquidem in † omni caſu, in quo non
poſſent opponi exceptiones, non cenſentur
excluſæ illæ, quæ ſubſtantiam, & validitatem
ipſius inſtrumenti concernunt, & conſequē-
32 ter admittitur † exceptio quod inſtrumentū
ſit nullum, vel illiquidum, quæ duo paria
iudicantur, *Cacheran. deciſ. Pedemont. 129.*
33 *num. 8.* ideo ſi † principaliter ageretur de
nullitate inſtrumenti guarantigiati, tunc il-
lud non haberet executionem paratam, vt
poſt *Caſaneum deciſ. 76. Lancellot. de attentat.*
par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. num. 48.
pagina mihi 365. quod mihi ſatis durum vi-
detur, quia eſſet in facultate debitoris, ita
illudere creditori, intentando principaliter
nullitatem inſtrumenti, vt impediatur eius
executio, quod faciunt tradita per *Veſtr. in*
praxi lib. 2. cap. 4. num. 3. [Quod autem
34 † donec interim de validitate, vel inualidi-
tate obligationis cognoſcatur, executio con-
tractus non retardetur, cum iſta nullitatis ex-
ceptio nihil operetur, niſi poſtquam cauſa
ſit finita per rem iudicatā, *Gratian. poſt alios*
cap. 667. num. 17. in fine, & num. 18. Fontanell.
de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 5. num. 5.
& vide in hoc articulo, *Giurb. deciſ. Siciliæ*
100. per totam, vbi num. 3. diſtinguit, quod
35 aut † nullitas à debitore principaliter pro-
ponitur in iudicio, & non impeditur execu-
tio, quia alias eſſet in debitoris poteſtate

eua-

euadere viam executiuam, vt ibi *Giurb. num. eodem*, sed cauendum esse dicit secundum aliquos de restituendo in casu succumbentiæ; aut nullitas proponitur excipiendo, & tunc impedit executionem, quando nullitas resultat ex inspectione, vt latius ibi per eũ. Aduerte autem, quod de stylo Ciuitatis Florentiæ, quando fuit præuentum in intentãda nullitate etiam principaliter, licet non sit inhibitum, propter illam impeditur executio, vide *Lancellott. de attentat. nullit. pend. cap. 17. num. 87. & seqq. pagina mihi 346. vbi num. 89.* reprobat contrarios: subdistingue
36 autem, quod aut † cesserit dies obligationis, vel non. Si antequã cedat dies debitor præuenit intentando nullitatem, tunc impeditur executio obtenta prius absolutione à iuramento. Si vero dies cessit, & debitor conuentus de nullitate opponit, tunc executio non retardatur *Costa post alios de remed. subsid. remed. 126. num. 13. & seqq.*

Verum pro cõtraria parte facit *decis. Mastrill. 157. par. 2. à num. 7.* vbi disputat, an creditor præuentus à debitore intentando viam ordinariam, si taceat, sibi præiudicet quoad executiuam, & concludit quod sic præsertim num. 15. & seq. vbi quod si facta est præuentio super nullitate, Iudex non debet esse velox ad exequendam sententiam, & dat pro cautela post Castren. debitori, quod præueniat, sed contraria cautela est, quod creditor statim intentet viam executiuam, quia tunc iudicium præuentionis resoluitur, vt ibi per eumdem *Mastrillum num. 20. & seq.* quod intelligit, si statim ac præuenitur id faciat, vt ibi num. 22. alias si præuentus taceat renunciat viæ executiuæ, & consentit ordinariæ, vt ille addit num. eod.

Verum enim vero in hoc eodem articulo, An executio huius obligationis retardanda sit propter oppositionem nullitatis illius, distinguit plures casus, *Cincius de Censib par. 2. cap. 2. quest. 4. art. 1.* & tãdem concludit distinguendo iuxta allatam distinctionem per *Giurb. vt ibi per eum num. 6. 7. & 8.* immo ampliat etiamsi lata esset sententia super nullitate, quando illa fuit opposita incidenter, & talis sententia fuisset suspensa per appellationem, vt per eum num. 7. & in casu, in quo admittitur, cum opponitur excipiendo scilicet, quando est euidens, intelligitur vt sit clara, & nulla oppositione offuscari queat ibidem num. 9. Magis apertè autem quod
37 † via executiua pro censu non competat, quando fuit præuentum petendo declarari nullum censum, sed sit suspendendum in executione, donec fuerit terminatum iudicium super nullitate tener post alios idem *Cinc. vbi supra quæst. 5. art. 6. num. 31.* verum quod habens exceptionem possit efficaciter præuenire suum aduersarium ad hoc vt cognita exceptionis veritate Iudex subueniat ne molestetur, prohibeatque ipsum inquietari etiam ad impediendam executionem, *Costa de remed. subsid. remed. 50. num. 3.*]

G A L L E S I V S.

S V M M A R I V M.

1 *An & quatenus vis obligationis Cameralis transeat ad heredes creditoris contra heredes debitoris.*

2 *Sine iuramento obligationis Cameralis substantia consistit.*

3 *Quod dicitur iuramentum ex parte iurantis esse personale, non simpliciter est intelligendum, & quo pacto.*

3 *Etiam effectus incurrendi periurium transit ad heredem: & qua de causa.*

4 *Iuramentũ defuncti, reputatur factũ heredis.*

5 *Heres adeundo hereditatem, non tantum facto defuncti ligatur, sed etiam suo.*

6 *Quamuis iuramentum requirat formam verborum, satis est tamen, si per relationem ad aliud iuretur.*

7 *Vbi requiritur notabilis expressio satis est eam fieri per relationem ad aliud.*

8 *Iuramentum præstitum à procuratore constituto ad iurandum, ligat dominum, ac si ipsemet iurasset.*

9 *Non reuocans tacite, vel expresse positiones contrarias etiam per alium suo nomine iuratas est periurus.*

10 *In Maleficijs locum habet ratificatio expressa, & tacita.*

11 *Heres adita hereditate compelli potest per excommunicationem ad votum reddendum per defunctum factum.*

12 *Omnes effectus obligationis Cameralis transeunt ab heredes creditoris dummodo appareat eos esse heredes.*

13 *Defuncto debitore, contra quem processum fuerat ad confessionem debiti, & excommunicationem, quo pacto procedendum sit contra heredem.*

14 *Defuncto debitore, qui neque debitum adhuc confessus fuerat, nec censuras susceperat, quomodo procedendum sit contra heredem.*

15 *Heres non minus tenetur seruare pacta inita cum defuncto, quàm ipse defunctus tenebatur.*

16 *Contra heredem defuncti procedi non potest ad executionem obligationis Cameralis, nisi prius facta illi fide obligationis eiusmodi.*

17 *Mora non contrahitur, nisi quis sciat, aut scire debeat.*

18 *Ante executionem contra aliquem, vt heredem fiendam prius probandum est illum esse heredem.*

QVAE-

QVÆSTIO IV.

HInc aggrediédo ipsius obligationis per singulas partes expositioné, quoniá in prima ipsius obligationis parte dicitur quod debitor obligat se ipsum & suos in posterú hæredes & successores creditori pro se suisq. hæredibus, & successoribus recipienti.

1 † Quæritur primo, an, & quatenus vis huius obligationis transeat ad hæredes creditoris, & contra hæredes debitoris? Scio plerosque tanquam super re clara; si interrogarentur, esse absolute responsuros, quod ad hæredes creditoris transit quo ad omnes effectus, contra hæredes autem debitoris tráfit limitate, videlicet excepto effectu periurij, & censurarum, quæ illaqueant animam, per ea, quæ dicunt Doct. per Innoc. in c. ex veritatis de iureiur. & alijs vulgatis locis. Sed quia videtur hæc vna esse de illis quæstionibus, quæ cum primo aspectu huiusmodi esse appareant, subtiliter considerata diuersimode se habere inueniuntur, & confert non modicum ad propositum nostri tractatus, haud inutile fore arbitror, si eam diligentius perscrutemur. Superius dixi nolle me tractare de iuramento, & eius viribus, nisi quatenus concer-
2 nant hanc obligationé, vbi fit in eo positú: † quoniam, & sine iuramento consistere potest huius obligationis substantia a & de iuramento multi viri docti plene tractauerint; attamen pro dicendorum euidentia, nó videtur præteriri posse, quin hoc saltim ad memoriam reducam, † quód doctrina Innocent. in d. c. veritatis, dicentis, iuramentum ex parte iurantis esse personale, non ita simpliciter est intelligenda, ita vt inde inferatur propterea iuramentum non transire ad hæredes. Sed considerandum esse, an iuratum sit super aliquo transitorio ad hæredes, an non. Si actus non est transitorius ad hæredes, nec iuramentum confirmat actum, sed tantummodo lege iubente iuramentum debet seruari, vt in casu c. debitores de iur. iur. & Bart. in l. quis pro eo versi. 3. dixi. ff. de fideiuss. tunc fit locus doctrinæ Innocentij. Sed si contractus sit ad hæredes transitorius, ac sine per se licitus, & validus, sine ex ipso iuramento robur & confirmationem accipiens, iuxta tex. c. cum contingat de iureiur. & capit. licet cum. eo tit. lib. 6. & auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. cú similibus, tunc proculdubio, sicut ipse contractus transit cótra hæredes, ita & effectus ipsius iuramenti, tamquám sequela contractus, & cessat doctrina Innocentij. Sed in hoc quoque differentes sunt opiniones; non nulli enim, cum quibus visum est sensisse Concilium Neapolitanum in decis. Afflicti 383. in fi. voluerunt excepto reatu periurij, quo ad omnes alios effectus obseruantie contractus, iuramentum afficere etiam ipsos hæredes, maxime si defunctus, qui iurauit, promisit etiam pro hæredibus, ita vt hæres possit etiam ciuiliter accusari de incursu penæ propter inobseruantiam eius, quod defunctus iurauit, non tamen criminaliter de periurio, sicut accusari posset is, qui iurauit. Quod etiam habetur in decis. Rotæ
3 338. Nota quód in processu. in antiquis. † Alij (quorum mihi sententia magis probatur) voluerunt etiam effectum incurrendi periurium transire ad hæredes e nempe Angel. de Perus. conf. 316. ex themate, & actis col. 1, Paul. Cast. conf. 67. in antiquis incip. visis, & consideratis Bartol. Soc. conf. 38. in iuram. vers. 45. Quoniam (inquiunt
4 DD.) hæredes funguntur vice defunctorum, † & iuramentum defuncti reputatur factum hæredis, hæresq; adeundo hæreditatem quasi cótrahit cum creditoribus hæreditarijs, & quodámodo videtur se obligasse ad omnia, ad quæ obligatus erat defunctus, & per eundem modum, scilicet cum iuramento, neque pœna hęc incurritur ex iuramento defuncti, sed ex proprio facto ipsius hæredis venientis contra illum contractum. Nec quicquam me mouent rationes Parpal. in Rep. l. si quis maior. C. de transf. in 5. q. & Hieron. Cagn. ibidem n. 229. & seq. dicentium rationes Angeli, & Pauli esse minus validas, eo quod hæredem fungi vice defuncti, & factum hęredis reputari factum defuncti, sit de fictione quadam, & lex ligans animam debeat esse fundata in veritate, non in fictione, vt declarat Ioan. Andr. in c. quanquam secundo de vsur. lib. 6. & Soc. in l. Gallus, §. idem credendum col. 2. ff. de lib. & posthumis. Et quod transire in hæredem, tamquam sequelam contractus, iuxta lég. si hæredi, in principio. ff. de statu lib. non possit habere locum in iuraméto requirente formalitatem verborum, & specificam expressionem eius, qui ligari debet, vt declarant Ant. & Abb. in c. clericus per illum text. de iureiur. & Socc. in §. idem credendum, & Dec. in l. semper in stipu-
5 lationibus circa finem de reg. iur. † Hæc (inquam) nihil me mouent, quia primum nulla interuenit fictio, sed pura veritas, quando hæres adeundo hæreditatem spontè supponit se omnibus hæreditarijs obligationibus, & vbi de illis certificatus non obseruat, sponte etiam ipsa dicitur contrauenire, & sic eius anima non ex solo facto defuncti, sed etiam ex suo ligatur: vt bene senserunt prææl-
6 legati Doct. hanc partem tenentes. † Deinde, etsi iuramentum requirat formalitatem verború tamen, vt inquit Abb. in c. clericus. col. 2. de iureiuran. sufficit, si iuretur per relationem ad aliud, & subiúgit hęc verba: Video enim (inquit) quod
7 etiam, † vbi requiritur notabilis expressio, non refert, an exprimatur nominatim, an per relationem ad aliud, vt quando Iudex dicit in sententia; Condemno, vel absoluo, prout in actis continetur, vel quando refert se ad certum instrumentum.
8 † Addo quod dicit Bart. in l. qui bona, §. si alieno. ff. de dam. infec. in 3. q. iuramentum præstitum per procuratorem constitutum ad iurádum ligat dominum, ac si ipse iurasset; & fortius Alex. in l. solutum. §. vlt. in apostil. ad Bar. tenet esse idem, etiam non expressa in mandato facultate iurandi, ita quód si mandatum sit, geri contractum, possit etiam pro obseruantia contractus iurari, idque iuramentum liget principalem vbi similibus in contractibus solitum erat ita iurari.
9 † Præterea habemus textum in c. vlt. de iureiur. lib. 6. quod si in positionibus non solum per procuratorem præcedente mandato, sed etiam per alium tuo nomine iuratis reperiatur cótrarietas, si postea sciens exprèsse vel tacitè, non reuocando, ratum habueris, periurus esse diceris, no. ibi
10 glos. in verf. ratum habente generaliter. † quod etiam in maleficijs locum habet ratificatio expressa, & tacita, allegata, cap. cum quis de senten.

ex-

excom.eod.lib.vbi habetur, quod per ratihabitionem iniectionis violentarum manuum in Clericũ incurritur excommunicatio, sicque tam in periurio quàm in excommunicatione ligantibus animam, iure determinatum habemus, ligari animã eius, qui tacitè, vel expressè ratum habet factum alienum, prout generaliter ratificatio operatur in omnibus speciale mandatum requirentibus, tenet Bal.& Sal. in l. si maritus. C. manda. & idem Bal. in l.multum. col.3. C. si quis alteri, vel sibi. vbi etiam Sal. per l. quod si de speciali. ff. de min. Nihil ergo inconuenientis habet dicere, quòd scit se adeundo hæreditatem, quasi contrahere cum omnibus creditoribus, & se obligare ad omnia, ad quę obligatus erat defunctus, postea de obligatione sub hac forma per defunctum pro se, & hæredibus facta certificatus, non adimplendo ea, ad quæ tenetur, dicatur per eam inobseruantiam iniicere vinculum vel periurij, vel excommunicationis animæ suæ propriæ.

11 † Quamobrem bene Abbas in c.licet. de voto, & voti red. & ante eum Butr. ibi in secunda oppos. dixerint, quod hæres, postquam adiuit hæreditatem, compelli potest per excommunicationem, vt votum per defunctum factum reddat ea ratione, quia adeundo quasi contraxit, & in hanc sententiam est dicta decisio Rotæ 338. in antiq.

12 † His sic expositis, ad propositã per nos quæstionem ita respondendũ esse existimo, quod mortuo creditore, omnes huius obligationis effectus transeant ad eius hæredem e nihilq. interfit inter defunctum, & hæredem, nisi quod hæres aute omnia tenetur probare se esse hæredem, vt dicemus inferius in tertia parte huius tractatus.

13 † Defuncto autem debitore, tunc considerandum, si forte post eius moram, & ante mortem fuisset cõtra eum processum ad confessionem debiti, & excommunicationem, tunc eius quidem excommunicationis vis ad hæredem non transit: sed alij obligationis effectus, per ea, quæ dicentur in 2. q. sequentis particulæ, & habetur in supra allegata dec.338. in antiq. & ideo vsu receptum est, quod omissa excommunicatione, loco illius, & reliquarum censurarum, citatur hæres ad videndum decerni mandatum executiuum: decernitur itaque similiter si in ipsa obligatione per defunctum susceptæ sint censuræ cum mandato executiuo datur executiuum illud mandatum citato hærede: & talis practica vltra loca superius citata, trahitur etiam ex ijs, quæ latè ponit Alex. in l. postulante. ff.ad Trebel. col.3. atque his casibus locum sibi vendicat supradicta Inn. doctrina in d.cap.veritatis, quia excommunicatio per defunctum incursa, vel suscepta non ligat animam hæredis, sicut & periurium eiusdem defuncti non afficit hæredis animam.

14 Sed ipso debitore decedente re integra, † idest non facta contra eum in iudicio debiti confessione, & excommunicatione, nec susceptis per eum ab initio censuris, & mandato executiuo, qui est proprius propositæ quæstionis status: Considerãdum, quod prout regulariter omnis obligatio transit ad hæredes, & in hæredes, exceptis casibus quos diligenter, & doctè collegisse mihi vid. Alber.Bru.in tract. de interit. & peremption.11. & 12.conclu. & habetur ex locis superius citatis, ita etiam transit hæc nostra obligatio cum omnibus suis qualitatibus ad hæredem trãsitorijs, ita quod excepta excommunicatione, & pœna periurij, & alijs concernentibus personam ipsius principalis obligati (quæ proculdubio non sunt in hæredes transitoriæ) poterit contra hæredem, vel (vt ita dicam) temporaliter dirigendo immediatè executionem in bona, ita videlicet nisi hæres sub pœna mandati executiui monitus satisfecerit, secundum dictam dec. Affl.381. & decis. Rotæ 338. & alios superius citatos, vel spiritualiter, ipso hærede (iuxta doc. Anton.& Abb.in d.cap. licet. de voto, & voti red.) monito sub pœna excommunicationis vt satisfaciat & si non pareat, contra eum ad excommunicationem, & alias censuras procedẽdo (Nec poterit hæres hoc casu declinare forum, iuxta tradita per Io.And. & alios in d.cap. veritatis: Quia quicquid sit de illius decisionis veritate, aut falsitate, casus noster est indubitabilis: ibi enim tantummodo propter iuramentum arguitur causam

15 esse, vel non esse fori ecclesiastici. † Sed in casu nostro adsunt pacta expressa in secunda, & tertia obligationis particula, quæ proculdubio hæres tenetur seruare, non minus, quam teneretur defun-

16 ctus, iuxta ea, quæ sunt superius allegata. † Illud tantummodo est animaduertendum, quod quoniã hæres iustam ignorantiæ causam habere præsumitur d.l.qui in alterius. ff. de reg.iur. cap.cum quis. eod.tit.lib.6. non poterit hæres dici esse morosus, neque contra eum vigore huius obligationis aliquo ex antedictis modis procedi, nisi prius facta sibi fide obligationis eiusdem, arg. l.si quis inficiatus & no. ibi per Bar. ff.depos. intellige autem de fide per instrumenti ostensionem, aut alia cui credere teneatur, iuxta glos. in d.l. qui in alterius, & ibi Bar.& glo. l.qui ius.§.nemo eod. tit. de reg. iur. & Bald. in l. sed si ex stipulatu. ff.de ver. oblig. vbi

17 rationem, quia mora requirit, † aut scire aut scire debere, vt est.te.no.in l.quod te. ff. si cert.pet.& idem Bal.in cons.461. super 1. puncto in 4. dubio lib.2. vbi dicit, non constitui quempiam in mora per interpellationem, nisi sciat, aut scire debeat se esse obligatũ, ad quod citat etiã alia, quæ ibi videri possunt. Quo autem pacto certificatio hęc fit in vsu Rom. Curiæ, ponetur loco suo in tertia parte.

18 † Insuper eo sic in mora constituto, non datur contra eum executio, nisi per actorem prius illo citato probetur illum esse hæredem, & sic de quocunque, cuius nomen non sit in instrumento expressum, vt dicetur in quæstione sequenti. Præterea attendendum erit an præterierit tempus à iure datum hæredi ad conficiendum inuentarium, vt dicetur loco suo in tertia parte.

Hæc autem ita se habent, vbi procedendum esset ex mora ipsius hæredis. Sed quia etiam sine eius mora puto immediatè procedi posse ad executionem contra bona debitoris defuncti: ideò hac de re legantur quæ posita sunt infra, vbi de vi mandati in hac obligatione inserti tractatur.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Substantia Cameralis obligationis subsistit sine iuramento contrarium, num. seq.*

3 Iu-

3 *Iuramentum excepto reatu periurij transit ad hæredes.*

4 *Iuramētum quoad omnes effectus, scilicet obligationis bonorum, transit ad hæredes.*

5 *Guarantigia transit ad hæredes, & exequitur contra illos.*

6 *Instrumentum guarantigiatum ad hoc, vt executioni demandetur contra hæredes, oportet probare illos esse hæredes.*

7 *Instrumentum habens paratam executionem ex forma statuti exequitur etiam contra hæredes, & ad hęredes transit, num.17. at tenetur probare prius se esse hæredem, num.18.*

8 *Obligatio Cameralis exequitur contra hæredem, & ad hæredem transit quoad omnes effectus, num.16.*

9 *Obligatio Cameralis regulariter comprahendit bona hæredum.*

10 *Instrumentum executiuum, in quo defunctus erat obligatus insolidum, non exequitur contra eius hæredes nisi pro virili.*

11 *Obligationis Cameralis vigore procedi non potest contra hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, amplia vt ibi.*

12 *Carcerari si poterat defunctus vigore instrumenti, potest etiam carcerari eius hæres.*

13 *Instrumentum, & obligatio Cameralis, etiam quoad effectum incurrendi periurium, transeunt ad hæredes, contrarium, num.14.*

15 *Iuramentum requirit formalitatem verborum.*

19 *Mandatum relaxatum ad instantiam defuncti non exequitur ad instantiam hæredis, nisi probet se esse hæredem.*

20 *Socius agens executiuè vigore instrumenti celebrati ab vno ex consociis pro se, & sociis, tenetur probare se socium.*

21 *Excommunicari an possit hæres vigore obligationis Cameralis?*

1 HVius obligationis substantia. Secundum Gallesium hic, & secundum *Antonium Corn. de absolut. à iuramen par.3. quæst.9. vers. & insuper, & num. 16. vers. & ideo* Cameralis † obligationis substantia consistere potest sine iuramento, sed † contrarium innuit *Mohed. decis.3. num.1. de except.* dum contendit eam fundari in iuramento, & obtenta absolutione ab illo, nō habere amplius executionem paratam, vt dixi supra quæst.2.

3 *Excepto reatu periurij.* Iuramentum † excepto reatu periurij quoad omnes alios effectus transit ad hæredes, vt hic, quod etiam firmant multi cumulati per *Mancin. de iuramen. par.4. effect.5. nu.12. par.1* [& post notata hic *Farinac. fragm. crimin. par.2. n.1158. in fine fol. mihi* 249. *Rot. diuers. decis.641. numer.15. par.1. Adden. ad decis.* Burati.564. *num.3. cum aliis concordantibus ibi allegatis*]

4 iuramentum † enim pro se, & hæredibus valet quoad efficaciam; quidquid sit quoad incursum periurij, vt post Galles. quem allegat *Moron. de fid. treg. & pac. quæst.10. nu.1.* [*Seraphin. de priuileg. iuramen. priuil.57. num.9. & priuileg.77. num.48. Afflict. decis.381 numer.9.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Mar. Antonin. variar. resolut. lib.2. resolut.60. cas.*

5 *10. vers. nec obstare,*] sicuti etiam † obligatio in forma guarantigiæ transit ad hæredes, & exequitur contra illos, *Vrsill. ad Afflict. decis.145. sub num.3.* vbi constito, quod sit hæres, *Cassaneus ad consuetud. Burgun. rubr. 11. §.6. verbo contra le principal. obligè num. 1. & seqq.* & post hæc notata in terminis obligationis Cameralis dixerūt *Adden. ad decis. Bonien.116. littera B. in vlt.* vbi ponunt regu-

6 lam generalem, quod quando † agitur contra non nominatum in instrumento, oportet illum probare esse talem. Sed ad hunc effectū, vt procedi possit executiuè cōtra hæredem stante illius contumacia, vide contrarias opiniones, de quibus per *Rot. Bononien. d. decis. 116. num.20. in vlt.* & de instrumento executiuo ponit latissimè *Petr. Nunez. de Auendan. ad l.4. & 5. lib.3. ordinat. regal. tit. de las exceptiones num.54. vers. item inspiciet Index:* &

7 de † instrumento habente paratam executionem ex forma statuti dicit *Crass. de success. §. hæreditas quæst.12. num.4.* obligationemque

8 † Cameralem quoad omnes alios effectus transire ad hæredes, *Rot. diuers. decis.64. numer.15. par.1.* [& post *Addit. Cinc. de censib. decis.113. num.1. & decis.134. num.2.*] *Scaccia de iudic. caus. ciuil. lib.2. cap.2. quæst.4. num.109. vbi num.104. & seq.* de ea re disputat *Moron. d. quæst.10. sub num.1.* [*Rot. in Anconitana dotis* 24. *Aprilis* 1643. *coram R.P.D. Cerro, quæ est decis.186. num.4.* inde eius executio competit contra hæredes illius, qui censum imposuit, & se obligauit ad solutionem, *Rot. decis.207. num.3. part.4. in recen. Cinc. de censib. par.2. cap.2. art.6. num.12. vbi num. seq.* hoc procedere dicit, dūmodo constet esse hæredes.] Aduerte autem, quod si ex confessione constaret de aditione hæreditatis, actor releuatetur ab onere probandi, reum esse hæredem, *Rot. Bononien. in vltim. d. decis.116. num.19.* [alias teneretur probare, quia in quolibet iudicio quātumuis executiuo necessaria est legitimatio personarum, *Cinc. de censib. par.2. cap.2. quæst.5. art.6. numer.14.*

mer.14. alias processus est nullus saltem parte petente legitimationem, *Cinc. vbi mox*
9 *num.15.& 36.*] Sed an† comprehendat hæc obligatio bona ipsorũ hæredum dubitatur, & quod regulariter comprehendantur,[*Burat.decis.564. num. 5. Rot. decis.630. num.1. par.1. & decis.194.num.1.par.1. in recent. & in Sãcti Seuerini dotis seu saluiani 4. Maij 1640.coram Reuerendiss.D.Dunozetto, quæ est in fine tractatus decis.187.n.25.*]& *in Romana donationis de Luraghis 14.Nouembris 1605. coram Iusto, quæ est decis.16.num.4.& 6.* licet in illo casu ex circumstantijs facti contrariũ decisum fuerit, & testatur constitutio fel.record. Pauli Quinti super reformat.Tribunal. Vrb.tit. de A.C.Est tamen hic aduertendũ,
10 † quòd instrumentum executiuum in quo defunctus erat insolidum obligatus,non exequitur contra eius hæredes, nisi pro virili latè *Caual.in spec.opin. commun. quæst.76 numer.11.Gratian disceptat. forens. cap 16.n.8. vbi num.6.* limitat in hęrede possidente rem obligatam cum clausula de non alienando, & rescissione contractus si in cõtrariũ fieret.
11 Sed prædicta† non procedunt contra hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, contra quem, vel contra eius bona non potest procedi vigore huius obligationis,[etiamsi talis hæres cum dicto beneficio se obligasset sub hac forma nomine proprio, & renunciasset omni legum auxilio; nam nihilominus non teneretur vltra vires, *Rot. in recen.decis. 392.par.1. quæ est impressa apud Dom. Picum decis.543.*] & etiamsi opponeretur de nullitate inuentarij, vt fuit decisum *in Romana inuentarij 19.Ianuarij 1604. coram Reuerendiss. D Coccino, quæ est decis.96. num.5.* & faciunt, quæ de statuto executiuo latè dicit *Petr.Nun.&d l.4.& 5.tit. de las exceptiones nu-*
12 *mer.25.* licet regulariter quando† defunctus pro sua obligatione, vel debito poterat carcerari, etiam eius hæres possit pro tali debito carcerari, vt de statuto disponente,quod debitor possit pro debito carcerari habere etiam locum cõtra hæredem dicit post *Bar.& alios Cassan. in consuetud. Burg.rubr.11. §.6.vers. contra le principal obligè, num.1.* quod intellige, *vt ibi per eum fol.mihi 1420.*
13 *c Periurium transire ad hæredes.* Adde †cumulatos per *Scacc.de iudicijs caus.ciuil.lib.2.*
14 *cap.2.quæst.4.num.104.& seq.* sed †pro contraria opinione plures refert ibi num.109. quam opinionem ipse sequitur nu.109. *Adden. ad Magon. decis. Lucen.21. littera I. vers. non est audiendus.*

15 *d Formalitatem verborum.* Vt † latissimè comprobat *Mancin.de iuramen. par.4. quæst. num.7. & seq* contra communem,de qua ibi per eum. [Hinc sufficere videtur, quod in instrumento dicatur, illud quoad executionem habere vim instrumenti iurati, nam illam habebit *Rot.infra decis.68. num.3.*]
16 *e Ad eius hæredem.* Obligatio † Cameralis quoad omnes effectus transit ad hæredes, vt hic, & dixit *Rot. in causa Ciuitatis Castelli bonorum 6 Iunij 1594.coram Litta, quæ est decis. 69. nu.1.* [*eadem Rot.post addit. Cincij decis. 113.num.1.& decis.134.nu.2.*] *Adden.ad Rotam Bonon. decis. 116. in littera B. in vltim.*
17 & † de instrumento paratam executionem habente ex forma statuti dicit *Crass. de success.§. hæreditas quæst. 12. num.5.* tenetur, ta-
18 men † probare se hæredem, vt post *Gallesi. hic Rot.in Romana census 10. Iunij 1599. coram Litta, quæ est decis.74. num.10.* ideoque
19 mandatum † relaxatum vigore huius obligationis ad instantiam defuncti non exequitur ad instantiam hæredis, nisi probet se hæredem, vt decisum in *d. Romana Census nu.1.*
20 *in fine.* Et † de socio qui vellet agere executiuè vigore instrumenti celebrati ab vno ex consocijs pro se, & socijs, quod prius debeat probare se esse socium dicit *Felic.de societate cap.31.num.59.* [*Vant. de nullit. tit.de nullit. ex diff. process. sub num.50. Menoch. cons.301. num.17. lib.4* facta autem tali probatione fit executio ad instantiam hęredis, licet mãdatum fuerit relaxatum ad instãtiam defuncti *Cinc. de censib. vbi mox sub num.10.* Et quod tãdem executio huius obligationis detur pro,& contra hæredes, *Rota in recen.decis.630. num 1. in fine par.1.* & hinc via executiua competit etiam hæredi illius, qui cẽsum emit vigore huius obligationis Cameralis, *Cinc. de censib. par.2. cap.2. art.6. nu.9.* ꝙ procedit vbi is probet se hæredem vt ibi.]
21 *f Alias censuras procedendo.* † Latè disputat *Scac.de indic. caus.ciuil.lib.2.c.2. quæst.4. num.105.vers.comprobatur.*

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Effectus obligationis Cameralis ad cessionarium creditoris transit.*
2 *Si quis non nominatus in instrumento obligationis, velit agere ad executionem, prius probare debet, se talem esse cuius vigore executionem petit.*
3 *Obligationis Cameralis efficacia non competit contra particularem successorem debitoris, nec contra*

contra tertium possessorem bonorum obligatorum. quoad viam executiuam.

4 *An efficacia obligationis in forma Cameræ transeat ad nominandos.*

QVÆSTIO V.

SEcundo quæritur, An huius obligationis efficacia transeat contra particulares successores debitoris *a* bonorumque obligatorum tertios possessores, & ad cessionarios creditoris, ac
1 nominatos ab eo? † Et quidem cessionario creditoris proculdubio competit omnis effectus huius obligationis *b* vsus tamen habet, quod non admittitur ad illius prosecutionem, nisi prius citato debitore verificet se esse talem. † Quod locum habet sicut in cessionario, ita & in quolibet volente vigore huius obligationis habere executionem, cum eius nomen in instrumento non sit expressum *c* vt sæpe contingit in socijs, veluti vbi N. contraxit pro se, & socijs, si aliquis tanquam socius audiri velit, & habere pro portione sua executionem, debet ante omnia citato debitore, probare se esse talem, & ita est de iure, vt patet ex dictis per Alex. cons. 115. visa scriptura in fin. lib. 7. & latius per Nicol. Bohe. decis. 10. vbi multas cu-
3 mulat auctoritates. † Sed contra particularem debitoris successorem, & quemlibet tertium possessorem, etiam vigore hypothecæ in obligatione comprehensæ, non datur via executiua *d* per ea, quæ ponit Bened. de Barzis in tract. guarantigiæ, q. 9. col. 3. ver. aliquãdo occurrit. & Alex. in l. à Diuo Pio. §. si super col. pen. ver. & pro hoc bene. ff. de re iu. & Fel. qui plures antiquorum auctoritates citat in cap. cum super. col. antep. vers. amplius dixit de re iu. & Ias. in l. quædam, §. 1. vers. 3. nota. ff. de eden. vbi refert Bal. dicentem esse notandum contra ignorantes Procuratores, & Aduocatos. Et propterea in noua forma putaui esse addenda pacta, de quibus dicetur infra in 5. q. tertiæ particulæ.

4 † Et hæc eadem quæstio posita de cessionarijs, & particularibus successoribus, poni potest etiam de nominatis, & declaratis, vbi factus est contractus per contrahentem pro se, & personis nominandis, seu simpliciter pro persona, vel personis nominandis, vel declarandis, de quibus, ac quale ius, & quando acquiratur personis postea nominatis, videri poterit consilium Petri de Anchar. 127. ad dubia elicita, & Alexan. cons. 232. lib. 6. & Dec. 543. & Ias. in l. ita stipulatus, num. 6. de verb. obligat.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non transit contra particularem successorem debitoris.*

2 *Cessionario competit omnis effectus obligationis Cameralis, amplia num. 3.*

3 *Cessionarius succedit cedenti etiam quoad priuilegium viæ executiuæ, sed debet probare se cessionarium.*

4 *Cessionarius volens agere, debet docere de cessione, & de existentia crediti.*

5 *Cessionario agenti vigore obligationis Cameralis, an & quando possit opponi, quod cessio facta sit pecunia.*

6 *Censurarum, & mandati executiui susceptio reddit ius obligati indubitatum.*

7. *Censuræ non suscipiuntur amplius in forma Cameræ, sed loco illarum præstatur consensus mandato executiuo.*

8 *Obligatio in forma Cameræ continet fauorem cuiuslibet habentis interesse.*

9 *Clausula, Pro omnibus quorum interest, intelligitur de habentibus interesse principaliter non secundario.*

10 *Notarius in instrumentis executiuis, & guarantigiatis potest alteri stipulari.*

11 *Absenti an requiratur actio per stipulationem Notarij ante acceptationem stante obligatione Camerali.*

12 *Obligationis Cameralis executio competit curatori hæreditatis.*

13 *Obligationis Camer. executio competit ad fauorem translatarij pensionis.*

14 *Iuramẽtum seu illius effectus competit non nominato.*

15 *Instrumenti confessionati executionem tertius petere non potest quamuis habeat interesse.*

16 *Guarantigia non prodest non nominato.*

17 *Instrumentum guarantigiatum non habet locum, nisi inter ipsos contrahentes.*

18 *Obligationis Cameralis vigore non proceditur contra non nominatum.*

19 *Executiuè procedi potest contra simpliciter ratificantem instrumentum, in quo adsit oblig. Camer. amplia vt nu. 20. distingue vt nu. 21.*

22 *Scientia oblig. Cameral. requiritur ad hoc, vt contra ratificantem illius vigore agi possit.*

23 *Ratificatio ad hoc vt inducatur requiritur scientia facti, & qualitatum.*

24 *Ratificatio simplex refertur ad factum, & non ad qualitates num. seq.*

26 *Obligationis Camer. multi notitiam habentes, ipsius clausulas, & qualitates ignorant.*

27 *Ratificans ad hoc, vt possit conueniri ex oblig Camer. in instrumento ratificato apposita quæ requirantur.*

28 *Subscribens folium album non tenetur executiuè vigore obligationis Cam. postea apposita.*

29 *Scientia contentorũ in instrumẽto præsumitur.*

30 *Tutor potest obligare pupillum in forma Cameræ.*

31 *Socius potest obligare consocium in forma Cameræ.*

32 *Procurator habens mandatum faciendi quam-*

cumque obligationem non potest obligare Dominum in forma Cameræ, fallit num. 34.

33 *Obligatio Cameralis non venit sub generali mandato, nec sub clausulis generalibus.*

35 *Executiuè vigore oblig Camer. procedi potest contra debitorem debitoris ita obligatum.*

36 *Executiuè proceditur contra non nominatum stante pacto de non alienando in instrumēto.*

37 *Hypotheca omniū bonorum continetur in oblig. Camer. amplia vt num. 38. & 39.*

40 *Dispositio l. emptorem. C. locat. cessat stante hypotheca pro obseruantia contractus.*

41 *Dispositio d. l. cessat stante oblig. Camer.*

42 *Executio parata datur etiam contra tertium stante hac obligatione vigore hypotecæ in ipsa obligatione contenta.*

43 *Executiuè non potest agi vigore oblig. Camer. contra tertium bonorum possessorem, fallit num. 48. 49 & 60. intellige vt nu. 62.*

44 *Guarantigia non exequitur contra tertium possessorem.*

45 *Guarantigia de consuetudine Burgundiæ mādatur executioni contra tertium, licet contrarium de iure sit verum.*

46 *Appellatio an, & quando detur quoties fuit actum vigore oblig. Camer.*

47 *Tertius possessor non tenetur docere de titulo suo, sed volens facere executionem debet docere de iure debitoris super bonis.*

50 *Pactum ingrediendi bonorum possessionem propria auctoritate potest exerceri contra singularem successorem, quando est simul cum constituto.*

51 *Instrumentum habens executionem paratam quando continet constitutum, vel precarium executioni demandatur contra omnes etiam tertios.*

52 *Constitutum, & facultas capiendi possessionem propria auctoritate fuerunt addita per Gallesium in sua formula.*

53 *Formula oblig. Camer. inuenta per Galles. non fuit vsu recepta.*

54 *Facultas capiendi possessionem bonorū propria auctoritate non adest in forma Cam. & quando apponeretur, tunc esset necessaria liquidatio, & citatio, vt num. 55.*

56 *Tertius ex suo bono iure claro impedit executionem oblig. Camer.*

57 *Tertius non impedit executionem data cautione in euentum succumbentiæ.*

58 *Exceptio de iure tertij non admittitur in executiuis.*

59 *Non potest opponi contra hanc obligationem, quòd creditum ad alium spectet si ille non est nominatus in instrumento.*

a CONtra particulares successores debitoris.
1 Quòd vigore †huius obligationis non possit procedi contra particularem successorem debitoris tradit *Bursat. cons. 361. num. 1. vol. 4.*

b *Omnes effectus huius obligationis.* Cessionatio
2 †competit omnis effectus huius obligationis, vt hic & post *Galles.* tradit *Surd. cons. 444. num. 12. vol. 3.* [*Rot. in recen. par. 2. decis. 524. num. 1. in fine*, & post *Addit. Cinc. decis. 75. nu. 1.*] *in* Romana *pretij ferrarij* 4. *Iunij* 1597. *coram Gypsio, quæ est decis. 9. num. 3. & in Romana anterioritatis* 13. *Iunij* 1603. *coram Card. Pamphilio, quæ est decis. 135. num. 9.* [*& decis. 189. num. 4 par. 6. & decis. 23. num. 4. par. 7. in recen.* Petr. *Enriquez. cons. 62. num. 2. Rot. in Romana Quarti dotalis* 15. *Maij* 1635. *corā* R. P. *D. Verospio, quæ erit in fine tractatus decis. 188. nu. fin.* nam quod ius oblig. Camer. cedi possit docet post *Galles. Castilla decis. 120. numer. 15. par. 2. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 40. num. 251.* sicuti, & ius procedendi executiuè datum à statuto cedi potest *Cæsar Argel. de acquiren. possess. quæst. 10. nu. 16.*]
3 Itaque †cessionarius vigore cessionis potest agere, & prosequi executionem mandati sibi cessi, & succedit cedenti etiam in priuilegio huius obligationis, & guarantigiæ, *Seraphin. decis. 1210. nu. 5.* debet tamen probare se cessionarium, *Adden. ad Rot. Bononien.* post notata hic *decis. 116. littera B. in vltim.* Sed *Rot. Bonon. in d. decis. 116. nu. 54.* negligit oppositionem, quæ fiebat illo casu, scilicet, quod non fuerat actum expressè cessionario nomine fundans se in eo, quod erat petita executio omni meliori modo, & prædictis respondet, quod cum in cessionarium transferatur omnis virtus obligationis, exceptio cessionis obstat cedenti, quādo agit vigore huius obligationis cōtra debitorem.

[Sed præterea cessionario competit omnis effectus huius obligationis, etiam pendente iudicio ordinario super nullitate cessionis, cum nihilominus cessionarius possit executionem petere, *Giurb. decis. Sicil. 100. num. 1.* quod limitat nisi cessionis nullitas appareat ex instrumento, vnde sicut competit cedēti via executiua, sic & cessionario census, *Cinc. de cens. par. 2. cap. 2. art. 6. num. 7.*]

4 Semper tamen †tenetur cessionarius, qui agere vult vigore nostræ obligationis ostendere se cessionarium, & verificare existentiam crediti, vt per *Cinc. vbi supra num. 8. & fuit decisum in Romana census 4. Decembris 1595. coram Card. Pamphilio, quæ est decis. 136. nu. 6.*

Sed cum cessio facta sine pecunia non
5 valeat solet dubitari, an † cessionatio agenti
ex hac obligatione possit opponi, quod ces-
6 sio facta sit sine pecunia. Et † quando hæc
obligatio est cum susceptione censurarum,
mandati executiui, quia reddit ius cedentis
indubitatum, ista oppositio non obstet ces-
sionario, *Gabr.consf.67.num.7.8. & seq. lib.1.*
Stephan.Gratian.disceptat. forens.cap.186.nu-
7 *mer.10.* Aduerte autem, † quod hodie ex re-
formatione Pij Quinti in forma Cameræ nõ
recipiuntur amplius censuræ, sed loco illarũ
præstatur consensus mandato executiuo, *Rot.*
in Tarraconen. Archidiaconatus, seu executio-
nis breuis 24. *Nouemb.* 1603. *coram Iusto*, de
qua per *Marchesan.de commission. par.1. pag.*
879. in vlt.adit. [Quando tamen ius ceden-
tis est indubitatum, vt quia habet pro se
instrumentum cum guarantigia cesset quæ-
libet calumnia, & suspicio redemptionis li-
tium, *Rot.in recen. par.1. decis.307. num.13.*
sed quid si cessio esset facta ex interuallo, sci-
licet post solutionem, quando adest guaran-
tigia? *vide Maurum de fideicom.2. par. princ.*
sect.6. cap.5. num.11. in fine.]

c *Cum eius nomen in instrumento nõ sit expres-*
8 *sum.* Competit † enim executio huius obli-
gationis ad fauorem non nominati in instru-
mento, [licet *Rot.coram Reuerendiss.Vrgellen.*
decis.27.num.13. & decis.287.coram eodem,
& decis.33.num.1. post Tractat. Cinc.de censib.
cõtrarium dixerit, nempè quod executio hu-
ius obligationis non detur, nisi ad instantiam
principalis debitoris, non autem tertij; Sed
tamen hæc stipulatio pro omnibus quorum
interest cõtinetur in ipsa extensione obliga-
tionis Camer. & ita attestatum fuisse Colle-
giũ Notariorum dicit *Rot.decis.663. in prin-*
cip. part. 1. diuers. & post Addit. *Cinc. ad*
tract.de cens.decis.134. num.vlt.] vnde patet,
quod hæc forma continet fauorem cuiusli-
bet habentis interesse, *Pacific. de saluian.in-*
terdict.inspect.3. cap.2. num.136. vers.ad quo-
rum corroborationem. Rot. diuers. decis.663. in
princip.par.1. & in Romana pecuniaria 21. Iu-
nij 1596. coram bo.mem. Gypsio, in Romana vi-
neæ 2. Iunij 1597. coram Card. Seraphino, Ro-
mana Releuationis indemnitatis 27. Octobris
1603. coram eodem, quæ est decis.137. num.1.
Romana dotis 29. Martij 1610. coram Reueren-
diss.D.Coccino, quæ est decis.97. nu.1. & in ea-
dem coram eodem 18. Maij 1611. quæ est decis.
99. num.7 in Romana seu Colonien. pecuniaria
26. Nouemb. 1611. coram R.P.D. Pirouano, quæ
est decis.86. num.2. [*in Romana Saluiani de Ca-*
salibus 21. Iunii 1641. coram R.P.D.Cerro, quæ
est infra decis.189. num.13. in Romana pecu-
niaria 1. Iulij 1643. coram R.P.D. Meltio in-
ter impressas in fine operis 174. num.14. & in
Romana fructuum census 11. Decemb. 1645. co-
ram R.P.D. Cerro, quæ erit decis.109. num.12.
& decis.285. num.9. par.6. in recen. Neque
obstant decisiones supra in contrarium alle-
gatæ *decisio enim 27. num.13. coram Reueren-*
diss. Vrgellen. loquitur in casu, quo ille, qui
volebat vti prædicta stipulatione de tempo-
re contractus nullum habebat interesse, deci-
sio vero 287. *coram eodem, & 33. post Cinc. de*
censib. loquuntur in casu quo obligatio fue-
rat restricta ad personam stipulantis, vt de-
clarat *Rota in d.Romana fructuum census co-*
ram R.P.D.Cerro num.13.]

9 Prædicta † tamen clausula, pro omnibus
quorum interest, intelligitur de habentibus
interesse principaliter non secundario *Marc.*
post Bal. quem allegat *de clausul. clausula 96.*
par.1. in vlt.adit.105. par.1. [*Rot. in Romana*
census, seu depositi 26. Ianuarij 1646. coram
R.P.D. Meltio, quæ habetur impressa, & erit
decis.191. num.12. Intellige secundo quan-
do obligatio nõ esset restricta ad certam per-
sonam taxatiuè, & conditionaliter, in quibus
terminis loquitur *decis.33. num.3. supra al-*
legata, tunc enim clausula, quorum interest
non se extendit ad alias personas, *Rot. decis.*
46. num.8. par.7. in recen. Gratian. disceptat.
forens.cap.723. nu.1. & 5. Boer. decis.221 nu-
mer.4. Bened.de Barz.de guarantig.par.1. q.9.
vers. & sic velit se fundare, quia non potest in
plus obligare quam ipsi contrahentes volue-
rint. Inde tertio mulier stante obligatione
Camerali agit pro dote viro promissa, quod
alias sibi non liceret, vt post *Rot.* tradunt *Ad-*
dent. ad decis.Ludouis.97. num.6. Inde etiam
quarto hæc executio datur ei, cuius procu-
rator nomine ipsius censum emit etiam ante
cessionem sibi factam, *Cinc. de censib. par.2.*
cap.2. quæst.5. art.6. nu.11. Et quod tandem
stante hac obligatione Camer. vel Guaran-
tigia ex stipulatione Notarij acquiratur ius
absenti absque cessione tradũt *Adden. ad de-*
10 *cis.Ludouis.97. num.9.*] Potest † enim Nota-
rius in instrumentis executiuis, & guaranti-
giatis alteri stipulari, vt latè post multos
quos allegat probat *Tiraquel. de iure const.*
poss. par.3. limit.30. sub nu.48. [*Rot. post tra-*
ctat. decis.97. num.1. & 99. nu.7. & post Ad-
11 *dit. Cinc. de censib. dec.13. n.20.*] Sed † an re-
quiratur acceptatio absentis fuerunt inter se
DD. valde discordes, vt videri potest in dis-

C 3 cursu

cursu Robusterij in vna Romana fideiussionis Nauarræ, vbi concludit pro negatiua optimis fundamentis, & in hoc articulo in termino Istius stipulationis contentæ in nostra obligatione, adest decisio, seu discursus eiusdem Robusterij in causa *Romana fideiuss.* 28. *Ianuarij* 1577. *qua est decis.* 124. in qua Rota nihil tandem firmat super hoc articulo, licet
12 inclinet † in partem negatiuam, sed fuit dictum esse particulariter considerandum, nihilominus stante iuramento in nostra obligatione non videtur hæc negatiua opinio habere locum, vt post *Thesaur. decis.* 70. *num.* 8. *vers. sed contrarium firmat in terminis, Rot. infra decis.* 97. *num.* 6. Indeque viam executiuam competere etiam curatori hæreditatis fuit decisum in causa *Maceraten. Grani* 9. *Iunii* 1593. *coram Orano, quae est decis.* 139. *n.* 6.
13 Inde † secundo competere ad fauorem translatariorum pensionum, sicut competebat transferentibus fuit resolutum in *Lucana pensionis* 17. *Februarij* 1592. *coram Orano, quae est decis.* 138. *nu.* 1. *& in Papien. pensionis* 19. *Martii* 1607. *coram Reuerendiss. Attrebaten.*
14 Idemq. † dicitur de iuramento, vt latissimè multos allegando, & distinguendo tradit *Mancin. de iuramen. par.* 4. *effect.* 59. *per totu,*
15 & præsertim *num.* 3. & † in hoc differt obligatio nostra ab instrumento confessionato, cuius non potest tertius quamuis habes interesse petere executionem, *Capolla cons. ciuil.* 4. *lib.* 2. & est generale, quod ille, qui nō reperitur nominatus in instrumento, non possit petere illius executionem, quamuis interesse habeat, vt probat alios allegando *Fenz. de moment. temp. cap.* 15. *num.* 8. *in fine.*
16 Et de † Guarantigia quod non nominato, neque prosit, neq; obsit tradit *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 13. *num.* 9. *fol. mihi* 123. [*Rot. in Romana fructuum census* 11. *Decembris* 1645. *coram R. P. D. Cerro, qua erit in fine tractatus de-*
17 *cis.* 190. *num.* 11.] licet de † statuto denegante appellationem stante guarantigia, quod non habeat locum, nisi inter ipsos contrahētes dixit *Rot. in Romana pecuniaria* 19. *Iunij* 1598. *coram Card. Mellino:* [non potest autem opponi contra hanc obligationem, quod creditum ad alium spectaret, quando ille non erat nominatus in instrumento præsertim, cum hæc sit exceptio de iure tertij, quæ in executiuis non admittitur, vt post *Menoch. cons.* 585. *num.* 37. *lib.* 6. dicit *Rot. in Esina pecuniaria* 9. *Iunij* 1614. *coram Card. Caualer.*]
18 Sed quid dicendum ad illud, an † contra non nominatum possit procedi executiuè vigore huius obligationis? non posse defendit *Bursat. cons.* 361. *nu.* 1. *vol.* 4. [*Rot. decis.* 33. *num.* 2. *post tract. Cinc. de censib. vbi nu.* 3. quod non procedit quando obligatio est restricta ad certam personam, allegat tamen Seraphinum, qui hoc non dicit, verum instrumenta habentia executionem paratam non posse mandari executioni contra non nominatos docet *Cinc. de censib. par.* 2. *c.* 2. *quæst.* 5. *par.* 6. *num.* 22. vbi inde *num.* 21. quod non datur via executiua contra possessorem rei censuatæ, secuta tamen nominatione posse contra non nominatum executiuè agi vigore instrumenti venditionis, *Adden. ad Ludouis. decis.* 57. *sub num.* 24. *vbi Rota decisiones allegat Rot. in recen. decis.* 615. *num.* 1. *par.* 1. quod intelligo si nominatus acceptat, & ita loquitur ipsa Rota,] sed contra non nominatum non posse executiuè procedi vigore huius obligationis confirmat ea ratione, q hæc obligatio cohæret ossibus obligati, & ideo transire non potest de persona in personam, atque ea de re non potest vigore illius contra non nominatum procedi, vt per *Rot. in causa Albanen. pecuniaria* 10. *Martii* 1593. *coram Card. Blanchetto, & alios allegat Rot. Bonon. decis.* 27. *num.* 7. *in nouiss. diuers.* Nihi-
19 lominus procedi † potest cōtra ratificantem simpliciter instrumentum in quo aderat hæc obligatio, *Rot. infra decis.* 61. *num.* 6. *Io. Paulus decis.* 294. *lib.* 2. *impressa apud Mohedan. decis.* 288. *aliàs* 8. *de procurat. Ant. August. in epit. verbo obligatio Cameralis, vers. ratificans. Ruginell. de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *verbo Cameralis obligatio sub num.* 165. *vers. ille autem, & fuit decisum in Romana pretij vineæ* 1. *Iulii* 1616. *coram R. D. Lugdunen. qua est decis.* 81. *nu.* 2. *& in eadem coram R. P. D. Pirouano* 12. *Decembris* 1614. *quæ est decis.* 109. *nu.* 3. [qualitas enim executiua transit in ratificantem, *Rot.*
20 *infra decis.* 61. *nu.* 6.] Et † hæc regula procedit etiam in ratificatione, quæ fit per factum scilicet per productionem instrumenti etiam cum protestatione, quod producit in parte & partibus, & in vno capite tantum, quia nihilominus per talem productionem videtur etiam ratificata hæc obligatio, & vigore illius agi potest contra ita ratificantem, vt fuit resolutum in causa *Bononien. census* 24. *Aprilis* 1600. *coram Penia, qua est decis.* 57. *in princip. & in eadem coram eodem* 27. *Iunij* 1601. *quæ est decis.* 61. *in princip. num.* 6, *Scacc. de*
21 † *appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 9. *numer.* 11. distinguit in hoc duos casus, primus est, quando ratificans fuit obligatus nullo

præ-

præcedente mandato, & tali casu sequuta ratificatione potest executiuè conueniri, quia ratificatio æquipatatur mãdato, vt latius ibi per eum. Secundus est casus, quando actus non fuit gestus nomine ratificãtis ab initio, & tunc non potest executiuè conueniri, vt concludit num. 11. & seq. quod videtur approbasse etiam *Rot. in Albanen. pecuniaria* 10. *Mart.* 1593. *coram Blanchetto* respondendo *d. decis.* Mohedan. *de procurat.* quod loquatur, quañdo obligatio fuit cõtracta nomine illius, cuius postea ratihabitio fuerit subsecuta, tunc enim, quod nomine ipsius gestum est potest ratum haberi, & ratihabitio, vt dixi parit effectum mandati, secus vero vbi non fuit contracta obligatio à principio nomine ratificantis, nam eo casu non parit effectum obligationis Camer. neque sufficit quod ratificans tacitè suscipiat hanc obligationem, quia executiuè non agitur, nisi obligatio sit expressa, vt latius dicitur in citata Albanen. pecuniaria.

22 Ego tamen crederem, quod in † omni casu requiratur scientia huius obligationis, alias non potest induci ratificatio illius, cum
23 † ad hoc, vt illa inducatur requiratur certitudinaria scientia, non solum facti, sed etiam qualitatum; vt de communi testatur *Paris. cons.* 47. *num* 97. *vers. vt enim induceretur numeris seqq. lib* 1. latè *Surd. cons.* 143. *num.* 32. *lib.* 2. *Rot. in Neapolitana pecuniaria* 20. *Martii* 1600. *coram Litta, & in* Romana *pecuniaria* 28. *Ianuarij* 1608. *coram Reuerendiss. Lugdu-*
24 *nen.* & † ratificatio simplex videtur respectu facti, & non qualitatum, *in d. decis.* 397. *nu.* 9. *&* 10. *lib.* 2. qui testatur de communi *Paris. de resignat. benefic. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 77.
25 & † difficultatem non habet in ratificatione, quæ fit per verbum quidquid dicatur in ea, quæ fit per factum, *Put. d. decis* 397. *num. eodem lib. eodem Surd. cons.* 60. *nu.* 26. *& seq.* quę multo magis videntur locum habere, vbi ratificatio est facta ad partes; & non in eodem instrumento, quia tunc videtur exclusa scientia huius obligationis requisita ad hunc
26 effectum, multi † enim etiam ex iurisperitis habentes in confuso eius notitiam ignorant illius clausulas, & tenorem illius nescire dicuntur *Galles. infra quæst.* 34. *num.* 5. *vers. & ad rationem* Bisignetti, sine qua clausularum, & qualitatum scientia cum non possit, vt supra dicebam, induci ratificatio, necesse erit
27 concludere, quod ad † hoc vt vigore huius obligationis possit procedi contra ita ratificantem, requiratur scientia ipsius obligatio-
28 nis, & pro hoc facit illud, quod † subscribens folium album non tenetur executiuè vigore obligationis Cameralis, vel alterius executiuæ in illo appositæ, cum subscribens non habuerit illius notitiam, *Roder. Suarez. in repetit. l. post rem iudicatam in* 2. *extent. num.* 6. *vers. vnde infert, & vers. ex quo infert* Asin. *de execut.* §. 1. *cap.* 65. *nu.* 2. quod sine difficultate procedit in terminis nostrę obligationis, quia præsupponit, quod illa, ad quæ quis vult se obligare sint iam scripta, quia cantat, Pro quibus omnibus &c. & ideo executio illius non datur nisi pro expressis in instrumento, vt dicam infra *quæst.* 31. Nec solum voluerunt plures ex Dominis *in vna Romana fideiussionis Nauarræ* 23. *Ianuarij* 1577. *corã* Robusterio, *quæ est decis.* 124. requiri scientiã huius obligationis, sed & styli Notariorum circa illius extensionem esse necessariam cognitionem in ratificante, vel ad minus quod
29 ratificatio † sit facta in eodem instrumento, quia tunc præsumeretur scientia, & si alias diceremus sequeretur, quod plus operaretur ratificatio, quam mandatum, cum clarum
30 sit, quod quidquid dicatur in tutore, † qui potest obligare pupillum in forma Cameræ, *Gratian. disceptat. forens. cap* 360. *num.* 23. *&* 33 *par.* 2. [*Rot. coram Buratto decis* 239. *sub nu.* 4. *& in Anconitana mannæ* 13. *Maij* 1644. *coram R.P.D. Cerrado, quæ erit infra decis* 192 *num.* 3. *&* 13.] & quod hæc obligatio apposita secundum stylum regionis in contractu pupilli valida sit, & suum habeat effectum, *Galganett. de tut. & curat. lib.* 3. *quæst.* 56. *nu.* 2.
31 & quidquid etiam dicatur † in socio, qui potest consocium in forma Cameræ obligare, vt per eundẽ *Gratian. c.* 270. *n.* 2. [*Rot. in Fauētina Societatis* 16. *Apr.* 1646. *coram R.P.D. meo Celso, quæ erit infra dec.* 193. *nu.* 3.] (quod tamen intellige stante consuetudine apponendi hanc obligationem in instrumento, vt videtur loqui ipse *Gratian. ibid.*) Contrarium
32 est verius in procuratore, † qui vigore mandati ad faciendam quamcumque obligationem non potest Dominum in forma Camerę obligare, vt fuit decisum in *Bonon. census* 24. 24. *Aprilis* 1600. *coram Penia, quæ est decis.* 57. *in princip.* [*Buratt. decis.* 537. *num.* 3. *&* 561. *num.* 2. *& in* Romana *pratensæ absolutionis* 18. *Iunij*, 1646. *coram R.P.D. Melzio, quę*
33 *erit dec.* 165. *n.* 11.] & sic obligatio † Cameralis non venit sub generali mandato sicut non venit sub clausulis generalibus, *Rot. in Bonon. census, siue attentatorum* 10. *Decembris* 1607. *coram Ludouisio, quæ est decis.* 122. *nu.* 7.

&

& sic nō debet venire in generali ratificatio-
34 ne ex supra deductis, licet illud, † quod dixi de procuratore sit aduertendum, non habere locum in complementario habente mandatum amplissimum, hic enim potest facere cedulam cum obligatione Camerali, vt deciditur in *Romana pecuniaria* 15. *Martii* 1596 *coram Card. Mellino, quę est dec.* 50. [sicut non haberet locum, quando Procurator habet mandatum ad contrahendum, & obligādum suum principalem cum capitulis promissionibus clausulis ipsi procuratori bene visis, & in loco in quo esset celebrandus contractus adesset consuetudo apponendi huiusmodi obligationem in quolibet instrumento; tali namque casu etiamsi non haberet speciale mandatum ad obligandum in forma Cameræ, attamen id facere posset, vt resoluit *Rot. in d. Romana pretensæ absolutionis num.* 12.]

35 Secundo potest † procedi contra non nominatum vigore istius obligationis, quando ageretur cōtra debitorem sui debitoris executiue obligatum, *Gait. de credito plures allegans cap* 4. *quæst.* 7. *num.* 372. *& fuit resolutum in Romana consignationis sequestri* 16. *Ianuarij* 1596. *coram Card. Lancellotto, quæ est decis.* 7. *num.* 1. & de stylo testatur *Salust. Tiber. in praxi lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 16. [*Rot. in d. Romana fructuum census* 11. *Decemb.* 1645. *coram R.P.D. Cerro num.* 15. Sed contrariū, quod contra debitorem debitoris non possit executiuè agi dicit idem *Gait. de credito ibidem num.* 373. nam cum debitor debitoris fiscalis executiuè non teneatur cōsequens est, quod fiscus licet alias contra suum debitorem agat executiuè; non possit tamen executiuè agere contra debitorem debitoris latè *Peregrin. de iure fisci lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 18. *&* 19. ergo nec alius quisquam poterit agere executiuè simpliciter loquendo contra debitorem debitoris. Quæ autem requirantur ad hoc vt possit agi cōtra debitorem debitoris viden. apud *Rotam in recen. par.* 2. *decis.* 760. *nu.* 2.]

36 Tertio procedi † potest contra non nominatum quando in instrumento, cuius executio petitur, adest hypoteca cum prohibitione de non alienando, tunc enim instrumentum contra principalem demandari potest contra singularem successorem, quamuis nō nominatum in instrumento habentem causam à condemnato, licet ius executiuum non fuerit productū in esse tempore secutæ alienationis, & ratio est, quia debitor nulliter alienauit, vnde non impedit quominus capi possit in executionem iudicati, *Gallesf. infra quæst.* 16. *sub num* 3. vbi alios allegaui, quod elegans, & singulare remedium dicit *Roderic. Suarez. in l. post rem iudicatam ampliat.* 9. *num.* 5 *&* 13. *de re iud. Surd. cons.* 405. *ante num.* 8. *vsque ad num.* 9. *per tot. Gratian. discept. foren. cap.* 16. *num.* 12. *vers. amplius stante hypoteca*, & in terminis instrumenti guarantigiati, *Cenal commun. opin. con. cōmun. quæst.* 74. *sub num.* 23. *vers. & ita sunt intelligenda*, & hoc procedere quamuis nulla præcesserit discussio principalis debitoris, cum possit agi via executiua contra possessorem pignoris, vel hypotecæ stante clausula de non alienādo, vt post *Surd. vbi supra, Gratian. d. cap.* 16. *num.* 14.

[Quarto proceditur executiuè contra non nominatum, quando ageretur contra possessorem rei censuatæ, vbi sit contra eum intentatum remedium constituti cum pactis executiuis *Costa* post alios de scientia iuris, & facti *cent* 2. *distinct.* 33. *num.* 4. *pag.* 474. vbi, quod pro hoc non sufficit clausula ius, & iustitiam ministrari.

Quinto executiuè proceditur contra non nominatum, si is confiteatur dubium instrumentale, vt post *Thesaur. d. decis.* 16. *num.* 11. *Costa de distract.* 33. *num.* 7. *vbi num. seq.* quod via executiua licita est etiam, vbi non adest instrumentum à principio, sed superuenit agnitio debiti, quæ habet vim rei iudicatæ, *Rot. in S. Seuerini dotis, seu salutani* 4. *Maij* 1640. *coram Reuerēdiss. D. Dunozetto, quæ erit decis.* 187. *num.* 26.

Sexto proceditur contra non nominatum, quando aliquis soluisset pro obligato in forma Cameræ fisco; is enim repetit via executiua, *Gratian. cap.* 154. *num.* 23.

Septimo proceditur executiuè contra nō nominatum, quando ageretur contra possessorem rei, quā alienās promiserat nō alienare declarando contractum nullum, & sic stante pacto de non alienando proceditur executiuè contra tertium non citatum, vt post plurimos, *Gait. de credit. cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 1027. quod intellige vt ibi nu. seq.]

d *Non datur via executiua*. Hæc obligatio,
37 † vt hic per *Gallesf.* continet hypotecam omnium bonorum præsentium, & futurorū, quod etiam dixit *Rot. in Romana damnorum & interesse* 11. *Februarii* 1591. *coram Cardin. Seraphino, quæ est dec.* 140. *num.* 1. *&* 2. *& in Romana domorum in Burgo* 24. *Maii* 1602. *coram Card. Lancellotto, quæ est dec.* 141. *num.* 5. [*Baratt. dec.* 687. *num.* 4. *& in Romana Casalis* 11. *Ia.*

11. *Ianuarii* 1638. *coram* R.P.D. *Ghisilerio*,
quæ erit infra decis. 194. *n.* 15. Nec potest du-
bitari de existentia hypotecæ stante hac Ca-
merali obligatione, *Rot. in Rom. Saluiani de
Casalibus* 11. *Martii* 1643. *coram* R.P. *D. Pen-
tingerio, quæ erit decis.* 182. *n.* 1. *& in Rom. Sal-
uiani* 17. *April.* 1643. *coram* R.P.D. *Cerro, quæ
est decis.* 183. *n.* 1. Et hæc hypoteca compræ-
hendit etiam illa bona, quæ quis in specie nõ
fuisset obligaturus, *Pacific. de* Saluian. *interd.
inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 12. ita vt dicantur compre-
hensa bona fideicommisso subiecta, quòad
fructus spectantes ad obligatum in tali forma
Rot. in Bononien. *Pecuniaria* 3. *Iunii* 1633. *co-
ram Vbaldo, quæ erit inter impressas* 195. *nu.* 3.
Insuper licet in obligatione generali omniũ
bonorum non comprehendantur bona em-
phiteurica Ecclesiastica stante pacto de non
alienando etiã late sumpto vocabulo, prout
in Rom. *dotis* 20. *Aprilis* 1643. *coram* R.P.D.
Carillo, quæ erit infra decis. 196. *n* 11. Atta-
men quotiescumque talis obligatio fieret à
primo acquirente talia bona dicerentur cõ-
prehensa sub dicta obligatione, *Rot. d. decis.*
190. *n.* 11. *vers. quoniam inter, & pluribus sequi-
tur, & precipue n.* 16. *& in d.* Roman. *Saluiani*
38 *coram* R.P.D. *Cerro. n* 9. *& seq.*] Et hæc proce-
dunt etiamsi obligatio Cameralis non sit ex-
tensa, *Gratian. discept. forens. cap.* 391. *num.* 48.
39 *par.* 2. Et † vlterius hæc hypoteca non solum
continetur pro sorte principali expressa, ve-
rum etiam pro damnis, expensis, & interesse,
Casar. Barz. decis. Bonon. 108. *num.* 29. [*Rot.
in* Roman. *damnorum, & interesse* 11. *Februa-
rii* 1590. *coram Cardin. Seraphino, quæ erit
infra decis.* 140. *nu.* 2. *& in d. Sancti Seuerini
Dotis seu Saluiani* 4. *Maii* 1640. *coram Reue-
rendiss. Domino Dũnozetto, num.* 14. *Adden.
ad decis. Recen. par.* 3. *d.* 10. *num.* 35.] & ex
hac hypoteca maximi resultant effectus, &
40 inter alios quod, cum stante † hypoteca pro
obseruantia contractus cesset regula, *l. Em-
ptorem C. locati* scilicet, quod successor singu-
laris nõ teneatur stare colono, *Caroc. de locat.
& conduct. par.* 4. *tit. de successore, quæst.* 25. *nu.*
25. *fol. mihi* 219. [*Ludouis. decis.* 68. *n.* 1. *&* 2. *&
vide omnino late materiam disserentem Fonta-
nell. de pact. nupt. clausul.* 4. *gloss.* 25. *num.* 66. *&
plurib. seqq. ac etiam, Gasp. Ant. Thes. quæst. fa-
mil. lib.* 2. *quæst.* 13. *per tot.* vbi disserit qualis
debeat esse hypoteca, an nimirũ sufficiat ge-
neralis, vel potius specialis requiratur, & An
conductor non obstante hypoteca possit ex-
41 pelli soluẽdo illi interesse.] Cessabit † quoq;
dicta regula *l. Emptorem*, stãte hac nostra obli-
gatione cum hypoteca pro obseruantia con-
tractus, vt fuit decisum in *Rom. Domus* 7. *No-
uembris* 1597. *coram Litta, quæ est decis.* 72.
sub nu. 5. [An autem cesset stante iuramento,
vide *Fonsanell. locis supra relatis, num.* 69. *&
plurib. seqq.*

Et hic non videtur silentio prætereundum
vnum singulare (postquam de Hypoteca
contenta in hac obligatione loquimur) quod
42 sicut † hæc obligatio habet executionem
paratam, eandem executionẽ habebit respe-
ctu hypotecariæ, quæ in illa continetur, & hoc
auctoritate *Cornei cons.* 55. *nu.* 17. *lib.* 3. quem
refert, & sequitur, *Gratian. discept. forens.
cap.* 323. *num.* 10. vbi dicunt, quòd si statutum
tribuit paratam executionem apochæ, seu in-
strumento, illam etiam concedet respectu hy-
potecariæ, quæ in instrumento continetur, &
hanc eandem opinionem sequuntur etiam,
loquendo in tacita hypoteca, *Bald. Nouell. de
Dote, par.* 6. *priuileg.* 7. *num.* 2. *circa finem, vers.
communiter tamen, & de communi Negusan. de
Pignor. par.* 2. *membr.* 4. *num.* 167. *& alios alle-
gat Gratian. vbi supra.*

43 Verum † non suffragatur hæc hypoteca,
vt vigore huius obligationis agi possit con-
tra tertium bonorum possessorem via execu-
tiua, vt hic per *Galles. Bursat. cons.* 361. *nu.* 1.
vol. 4. *Mar. Anton. variar. resolut. lib.* 2. *re-
solut.* 32. *num.* 18. *Scacc. de sentent. & re iu-
dic. glos.* 14. *quæst.* 10. *nu.* 35. *Cesar. Barz. decis.
Bonon.* 108. *num.* 33. *& fuit pluries in Rota deci-
sum, & signanter in Causa Rom. computorum* 18.
Martij 1594. *coram Card. Millino, quæ est decis.*
47. *num.* 3. *& in Romana Inuentarii* 19. *Ianua-
rii* 1604. *coram Reuerendiss.* D. *Coccino Decano
quæ est decis.* 96. *n.* 2. *Bononien. executionis* 16.
Iunii 1609. *coram Penia, quæ est decis.* 58. *n.* 3.
Romana nullitatis executionis 25. *Iunii* 1607.
coram Ludouisio, quæ est decis. 128. *num.* 2. *& in
Ciuitatis Castelli pecuniaria seu prætensæ resti-
tutionis dotis* 12. *Decembris* 1608 *coram Penia
quæ est decis.* 66. *nu.* 5. *Romana Saluiani* 9. *De-
cembris* 1613. *coram Reuerendiss.* Coccino *De-
cano, & decis.* 111. *num.* 5. *post addit.* Cinc. *de
Censib. & in dict. decis.* 190. *numer.* 1. *post hoc
tract.*

[Inde non datur cõtra possessionẽ rei cen-
suatæ *Cinc. de censib. par.* 2. *cap.* 2. *art.* 6. *nu.* 21.
vbi ampliat, etiamsi in constitutione illius ad-
sit pactum de non alienando, quod licet alias
operetur, quòd executio fieri possit cõtra ter-
tium, tamen in isto contractu nihil facit, quia
repugnat constitutioni Pij Quinti, & ibi in
vers. nec refert, declarat quomodo sint intelli-
gendi

gendi illi, qui existimant pro censu posse pro-
cedi executiuè contra tertium.]
44 De Guarantigia autem, quòd non mande-
tur executioni contra tertium possessorem di-
cit post *Galles. Ioseph. de Sesse, decis. Aragon.*
67. n. 10. Petr. Nun. ad l. 4. & 5. tit. de las exce-
ptiones, n. 26. lib. 3. Ordinat. Regal. Vant. de nul-
lit. in tit. quis possit dicere de nullititate, n. 17.
Cenal. specul. commun. opin. quaest. 820. nu. 22.
par. 2. [*Mant. decis. 218. n. 13. Scacc. de senten.*
& re iudic. glos. 14. quaest. 7. nu. 21. vnde statu-
tum dans executionem paratam instrumen-
to non intelligitur contra tertium, *Ludouis.*
45 *dec. 362. nu. 6.*] Et† licet contrarium quoad
Guarantigiam obseruetur de consuetudine
Burgundiæ, tamen hanc esse veram de Iure
dicit *Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 11. tit. de*
success. §. 6. de verb. contra le principal. oblig.
n. 6. & 7. vers. vides etiam, & ante, idem Cassan.
rubr. 7. tit de success. §. 13. sub num. 15. Riccius
collect. decis. part 4. collect. 759. vers. limita se-
46 *cundo*, ideoque, licet † quando fuit actum
vigore obligationis Cameralis, non detur
appellatio, nihilominus, quando vigore il-
lius fuit actum executiuè contra tertium pos-
sessorem, illa admittitur, *Rot. in dicta Rom.*
47 *Inuentarij. Gratian. vbi supra*. Non † te-
nentur autem tertij possessores hoc casu do-
cere de eorum titulo, sed volentibus facere
executionē incumbit onus docendi de iure
sui debitoris super bonis, de quibus agitur, vt
dicitur in *Fulginaten. nullit. execut. 30. Martii*
1601. coram Ludouisio inter impressas decis. 22.
48 Quod † autem diximus de admissione appel-
lationis non procedit stante clausula vel fa-
cultate ingrediendi possessionem bonorum
propria auctoritate, tunc enim procedi posse
executiuè, etiam contra tertium, tradit *Gal-*
les. infra, & post eum, Cesar. de Bart. decis. Bono-
nien. 108. nu. 35. Gratian. discept. forens. cap.
49 *926. n. 29.* accedente † presertim constituto
vt post *Galles. tradunt Marc. Ant. de Amat. d.*
decis. 48. num. 3. Barz. vbi proximè, num. 34.
50 pactum † enim ingrediendi possessionem
bonorum propria auctoritate, quādo factum
est simul cum constituto, potest exerceri cō-
tra singularem successorem, etiā resistentem,
& non liquidato debito, vt latissimè reiecta
aliorum distinctione tuetur, *Fonns. de monet.*
51 *temp. cap. 22. n. 9.* & † de instrumento haben-
te executionem paratā, vel ex dispositione
Iuris vel ex forma statuti quando habet vel
continet constitutum, vel præcarium, quòd
possit mādari executioni contra singularem
successorem, vel alium tertium possessorem,
etiam eo non citato, & negocio non liquida-
to possitq. creditor tunc ingredi possessionem
bonorum occupatorum propria auctoritate
per vim contra quemcumque hominē mun-
di nō citatum, nam actus iste creditoris dici-
tur, potius defensio, quā occupatio, post alios
Boccac. de Stat. vrb. præsumpt. glos. 20. n. 25. Et
de pacto præcarij, quòd vigore illius agi pos-
sit executiuè contra tertios possessores di-
cunt allegati per *Rot. Bononien. decis. 40. sub*
n. 1. & seqq. in nouiss. diuers. etiam contra pu-
pillum sine Tutore, vel exclusum sine liqui-
datione, vt post alios, *Marta de clausul. claus.*
304. n. 414. par. 1. in vlt. addit.
52 Aduertendum † autem est, quòd istæ clau-
sulæ continentes constitutum, & facultatem
capiendi possessionem fuerunt additæ *per*
Galles. ex propria auctoritate in sua formula,
53 quæ † nōn fuit vsu recepta, sed semper fuit
obseruata antiqua, vt in specie aduertit,
Rot. in Romana computorum, sub num. 3. & in
d. Ciuitatis Castelli Pecun. & Tiber. in praxi,
lib. 2. cap. 22. num. 16. Quamobrem ces-
sat omnis virtus istarum clausularum, cum
in formula qua nunc vtimur non adsint
54 vt †. de facultate capiendi bonorum pos-
sessionem propria auctoritate, dixit *Rot. in*
Bononien. Spolii 15. Decembris 1600. coram
Card. Pamphilio, quæ est decis. 31. n. 10. Quin
55 etiam vlterius aduertendum, quòd † vbi in
nostra quoque obligatione addetur ista fa-
cultas, si quid est liquidandum, necessariam
esse liquidationē, & citationem, nec anteà vi-
gore pacti potest capi possessio propria aucto-
ritate, vt dixit *Rot. in Cesenaten. spolii 22. Iu-*
nii coram Card. Mantica, quæ est dec. 142. n. 5.
[*& Fōtanell. de pact. nupt. Clausul. 6. gloss. prima*
part. 3. sub. n. 23. & vide infra quæst. 14. n. 5.]
Sed hic opportunè quæritur, cum vigore
huius obligationis non possit procedi contra
56 tertium, quid è conuerso? An † tertius im-
pediat illius executionem, & respondeo,
quòd sic ex bono eius iure claro, *Rot. di-*
uers. decis. 641. num. 16. par. 1. Galganett.
ad statut. Vrb. cap. 195. de execut. facien.
iur. ord. seru. in fine lib. 1. Rugiuell. de Appellat.
§. 2. c. 3. v. Cameralis obligatio, n. 154. [& vide
pro hac quæstione *Scacciam de commerc. §. 7.*
glos. 5. n. 84. & pluribus seqq. Gratian. discept.
forens. cap. 1006. nu. 1. & seqq. Quando verò
vxor possit pro suis dotibus impedire exe-
cutionem creditoris vide *Gratian. loc. proximè*
allegato, nu. 5. & seqq.]
57 Si † tamen pro parte petentis executionē
obtenta fuisset commissio, quòd data per
ipsum

ipsum cautione in forma depositi in euentū succumbentiæ Iudex procedat ad vlteriorem executionē, illa cautione data, vt dati debet sufficit, ne tertius impediat executionē, *Crescent. decis. 14. alias 11. de rescript.* Sed quid quid sit. An tertius impediat executionē clarū
58 est, quòd † exceptio de iure tertij nō admittitur in executionis, vt post *Men. cons. 585. n. 37. lib. 6. Rot. coram Card. Canaler. decis. 312. n. 4.*
59 [Non † posset autem opponi contra hanc obligationem, quòd creditum ad alium spectaret, quando ille non erat nominatus in instrumento, cum præsertim hæc sit exceptio de iure tertij, quæ vt diximus non admittitur
60 in executiuis. Secundo † fallit regula, quòd executiue non possit agi contra tertium, vt non procedat contra tertium intrusum lite pendente, contra quem non solum proceditur ad executione, sed etiam contra eius hæredes absque citatione ad tradita per *Mant. tic. dec. 28. n. 8. Canaler. decis. 131. nu. 2. Gratian. cap. 58. nu. 37. & seqq.* Verum in hoc casu distinguendum est, quòd aut executio tempore alienationis, & intrusionis erat parata, & tunc, quia in fraudē executionis potest videri facta alienatio, executio contra singularem successorem fieri potest, aut executio non erat parata, & tunc, quià alienatio intelligitur facta in fraudem creditoris, non autem paratæ executionis, contra singularem successorem executio fieri non potest, *Mantic. d. dec. 218. sub n. 11. vbi n. seq.* quòd alienatio non dicitur facta in fraudem paratæ executionis quando pignora capta non fuerant, & pro hoc videbis, *decis. in Rom. Separat. Thor. corā Pirouano, siue in Rom. Dotis de anno 1620. & vide etiam in recent. par. 2. dec. 609. nu. 1. in fine, & seq.* Et pluries aliæ distinctiones in hac materia videri poterunt in *Roman. Vineæ 15. Nouembr. 1632. coram R. P. D. Durano, inter eius impressas, decis. 364. in Ord.* Quod autem executio fieri possit contra singularem successorem habentem causam à debitore, cōtra quem lata est sententia, tradit *Mantic. decis. 7. n. 1.* vbi, quod hoc multo magis procedit, quando non fuit actum actione merè personali, sed reali, vel personali in remscripta, nā actio, quæ oritur ex sententia habet naturam actionis super qua lata est, vt ibi per eū *nu. 2. & 3. qui & n 4.* addit nō obstare, quòd ille sit tertius possessor, quādo habuit causā post latas sententias, nam satis est in fauorem tertij possessoris esse inductum, vt contra eum non possit fieri executio, nisi fuerit citatus]. Ter-
61 tio † fallit Regula, quod non possit executiue procedi contra tertium, quando tertius citatus comparuisset, & iudicium in se suscepisset, *Cinc. de Censib. par. 2. cap. 2. quæst. 5. art. 6. num. 23. Rot. post tractat. decis. 197. num. 7. & dec. 198. n. 3. & in Narnien. Successionis 18. Iunii 1631. coram Eminentiss. Verospio, quæ est impressa post Post. de Manuten. in ord. dec. 325.*
62 Aduerte † autem, quòd prædicta intelliguntur quando alienatio est facta à debitore post latas sententias secus vero, quando est facta à Iudice, præsertim vero ad fauorem creditoris, qui habebat ius ante Sententias, tunc enim ille audiri debet. vide omnino *Giurb. decis. 62. n. 18. & seqq. Rot. in recent. decis. 211. sub n. 1. par. 2. Surd. de Alim. tit. 9. quæst. 32. nu. 68.* vbi, quòd non afficitur talis alienatio vitio litigiosi.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Effectus clausulæ obligationis omnium bonorum mobilium, &c.*
2 *Sine causa obligationis bonorum, non obligantur bona debitoris creditori.*
3 *Obligans simpliciter omnia bona, intelligitur etiam futura obligare.*
4 *Post obligationem certæ rei, generaliter omnium facta obligatione, prius creditori debet satisfieri in illa re antequam recurratur ad alias.*
5 *Nomine bonorum simpliciter continentur iura, & actiones, secus nomine bonorum mobilium, & immobilium.*

QVAESTIO VI.

1 Tertio quæritur, † Quid operentur illa verba: Ac omnia, & singula *a*, & suorū prædictorū bona mobilia & immobilia quæcunque præsentia & futura. Dicit Specu. in tit. de obliga. & solut. §. 1. vers omnia eorum bona, &c.
2 † Quod sine illa conuentione non essent credi-
3 tori obligata bona debitoris *b*. † Et subiūgit, quod simpliciter dicendo; obligo tibi omnia bona mea,
4 etiam futura obligantur *c* † Sed si quis obliget aliquam rem certam, & generaliter omnia alia bona sua, quandiu potest creditori de speciali in illo pignore satisfieri ad alia recurrere non poterit *d*. De significatu dictæ clausulæ multa (post antiquiores quos citant) ponunt Iason in d. La diuo Pio. §. in venditione in 4. nota. ff. de re iudic. in l. Stipulatio hoc modo concepta. col. final. ff. de verb. oblig. & Deci. cons. 441. in causa in qua. in prima, & secunda co-
5 lumn. † vbi in summa cōcludunt, quod si simpliciter facta sit mentio bonorum, comprehenduntur iura, & actiones. Sed si dicatur, bona mobilia, & immobilia, vel bona vbicunque sita, non comprehenduntur, quia iura, & actiones sunt tertia species, & non circumscribuntur loco *e*,

ZAC-

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Ac omnia, & singula, de qua in obligatione Camer. quid operetur?*

2 *Predicta clausula comprehendit bona praesentia, & futura.*

3 *Creditor non potest recurrere ad bona generaliter obligata, vbi possit satisfieri de speciali pignore, fallit vt num. 4.*

5 *Iura, & actiones, quando veniant appellatione bonorum?*

a 1 A*c omnia, & singula*. Adde quod stante † ista clausula, Ac omnia, & singula, in nostra obligatione censeantur etiam comprahensa iura, & actiones, & ob id eius virtute licere agere contra debitorem debitoris probat Tiber. *in praxi, lib.2.cap.12. num. 16.* [*Rot. in fine* Tractat. *decis.171.nu.1.* Et latius materia huius quaestionis. An mobilium, & immobilium appellatione veniant iura, & actiones tractat, *Gasp. Ant. Thes. quaest fam. lib. 1. quest. 2.*]

b *Non essent creditori obligata bona debitoris.* [Et quod hypoteca nō censeatur contracta, quando nulla adest promissio seu obligatio bonorum, *Gratian. disceptat. forens. cap. 391. num. 47.*]

c *Etiam futura obligantur.* [Clausula, & om-
2 nia, & singula bona &c. quae apponitur in formula obligationis Cameralis, quamuis expressè bona futura non exprimat, quia est ceterata, nihilominus comprehendit futura, vt post *Galles. hic dixit, Rot. in decis. 419. num. 2. par. 4. tom. 2. recen. & in Rom. Donationis de Luraghis 3. Decembris 1599. coram Iusto, qua est decis. 88. post tract.*]

3 d *Ad alia † recurrere non poterit.* Adde *Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 18. num. 2. Cacheran. decis. Pedemont. 159. num. 1. Put. dec. 38. num. 3. lib. 1. & fuit decisum in vna Rom. Census S. Spiritus 10. Decembris 1583. coram Card. Seraph.* & tam pro ista, quam pro contraria opinione, quas postea ad concordiā reducit plures congerit, *Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 3. à num. 30. vers. Secundo vero, vsque ad num. 43.* Haec tamen quaestio reperitur decisa per *Rotam in causa Bononien. Euictionis 27. Octobris 1597. coram Litta*, hoc pacto, scilicet, quod *l. 2. C. de pignor.* disponens, quòd quādiu creditori potest de speciali pignore satisfieri, ad alia recurrere non possit, non habet locum quādo agitur contra ipsum principalem debitorem, vel eius haeredes, stante praesertim clausula, Quod per specialem non derogetur generali, & e contra, *Put. d. decis. 38. Ca-*
4 *cheran d. decis. 159. nu. 7.* licet † contrarium esset verum quando ageretur contra tertium possessorem, vt larius dicitur in dicta *Bononien Euictionis* [Et vide ad hanc materiam *Fontanell. de pact. nuptial. clausula 4. glos. 18. par. 2. num. 86. & seq.* Vigore tamen huius obligationis potest creditor, omissa speciali hypoteca, agere ad bona generaliter oblata, *Gratian. disceptat. forens. cap. 38. num. 7 in fine*.]

e *Et non circumscribuntur loco.* Vt tradunt
5 † etiam *Bellamer. cons. 5. num. 17. Aldobrandin cons. 104. in fine*, *Tiraquel. qui plures allegat in l. si vnquam v. bona num. 13. C. de reuocan. donat. Card. Mantic. de Tacit. & ambig. conuen. lib. 13. tit. 29. num. 5.* [*Rot. decis. 153. sub. nu. 5. vers. & licet, Surd. part. 3. in Recen.*] *Rot. diuers. decis 194. sub num. 3 par. 2.* vbi dicit, quod secus est, quando ex intentione proferentis, & actus natura veniunt, & stante dictione, Omnibus in instit. hered. venire iura, & actiones [contra vero, quando fit mentio de bonis in certo loco existentibus, tunc non venire iura, & actiones, docet *Seraph. decis. 352. num. 4.*

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An vsu, vel iure comparatum sit, vt contra obligatum in forma Camera procedi possit etiam in loco, vbi is non repertus sit.*

2 *Tutum non est per regulas generales, non consideratis rei circumstantijs, occurrentes quaestiones definire.*

3 *Executio obligationum Cameralium nominatim demandata est Auditori Camerae, & quando alij Iudices eiusmodi facultatem habeant.*

4 *Delegatus iudex à principe dicitur suus iudex.*

5 *Alij quoque iudices non modo Auditor Camera possunt cognoscere, & definire causas obligationum Cameralium, sed iudicio tamen ordinario.*

6 *Contra ecclesiasticas personas non potest procedi extra curiam, vigore obligationis in forma Camera, nisi coram eorum ordinario.*

7 *Limitationes multa Docto. ad l. si conuenerit. ff. de iurisd. omnium iudic.*

8 *In eo loco censetur quis reperiri, vbi eius procurator reperitur.*

QVAESTIO VII.

1 IVxta secundam ipsius obligationis particulam, quae continet submissionem debitoris, suorumque haeredum, & bonorum, Curiae causarum Domini Papae, &c. Primo quaeritur, An hoc, quòd (quemadmodum est vsu) vigore talis submissionis pro-

procedi possit contra obligatum etiam in loco, vbi
proceditur, non repertum, & extra locum desti-
natæ solutionis a Sustineri posset de iure, an vero
constet ex solo vsu. Et quamquam videatur obsta-
re textus in l. si cõuenerit ff. de iurisdict. omn. iudic.
& Paulus de Castro, oblitus eius, quod (quemad-
modum superius notaui) dixerat in l. post rem iu-
dicatam. ff. de re iudica. in d. l. in conscribendo.
C. de pac. dixerit quod Curiales non respondebant
illi legi, cui consentit etiam Aegid. decis. 305. &
alij fortasse primo statim congressu respõdere vo-
lentes, eodem modo dicerent, id non iure, sed solo
vsu Romanæ Curiæ constare, tamen res aliter se
2 habet, verificaturq. † semper esse periculosum in
iure causæ circunstantijs non intellectis, simplici-
ter, & per regulas generales velle occurrentes
quæstiones decidere. Videtur ergo in hac quæstio-
ne considerandũ esse; quòd Auditor Cameræ nun-
cupatus, quando ad illud officium assumitur, inter
alia, creatur à Papa ipsius Papæ, & Camerarij ge-
3 neralis causarum Auditor, & † inter alia causarum
genera, demandatur ei executio obligationum in
forma Cameræ, cum prohibitione etiam ne quiuis
alius eiusdem Curiæ Iudex talibus executionibus
manum apponere possit *b* præterquam si obliga-
tiones receptæ sint in ipsa Camera Apostolica per
illius Notarios, aut coram alijs Curiæ Iudicibus
per eorum Notarios, in negotijs dependentibus à
litibus, & causis coram eis introductis: ad quarum
executionem permissum est per Cameram, & alios
prædictos Iudices procedi; Ea facultate dicti Audi-
toris Cameræ stante, vana est proposita quæstio,
quantum attinet ad ipsum Auditorem, quoniam
& tanquam generalis Auditor Papæ, & tanquam
expressè delegatus ad hanc similium causarum
generalitatem omnibus est Iudex competens.
4 Nam vt (in proprijs terminis, d. l. si conuenerit,
loquẽdo) dixit Albericus in dictionario, in ver. Pro-
mittit sæpè debitor. §. aliquando debitor. in fin. si
Papa vel Imperator concedit rescriptum, quòd de-
bitor possit coram non suo Iudice ordinario con-
ueniri, valet, quia tunc non dicitur nõ suus Iudex,
ex quo delegatus est à Papa, vel ab Imperatore,
qui sunt omnium ordinarij, extra de priuileg. an-
tiqua. quod similiter locum habet in Camera, &
alijs iudicibus prædictis, quo ad obligationes an-
tedictas, quarum est illis permissa per Papam exe-
cutio. Subtilitas vero, per quam Hypol. Marsil.
conatur similem practicam impugnare in l. si quis
ne quæst. num. 59. & sequen. ff. de quæstio. dicens
quòd procurator sic constitutus non possit confi-
teri debitum, nisi de mandato fuerit certificatus
per nuncium, vel epistolam constituentis, nullo la-
bore truncatur: quia sufficit etiam per visionem
instrumenti procuratorem fuisse de mandato fa-
ctum certiorem, vt præsupponunt Bart. in cuius
cons. 73. potissimum Hipp. fundat suam intentio-
nem. & Specul. in loco per eum citato de procu-
rator. §. 1. vers. sed quid si Procuratorium, & om-
nes alij ab eo citati, & Mil. ver. Procurator si non
est certificatus. At in causa nostræ obligationis
non potest deueniri ad confessionem debiti, nisi
prius Iudex, & procurator obligationis instrumẽ-
tum in actis exhibitum viderit, vt loco suo latè di-
citur inferius. Licet in alijs speciebus quartum
modum addant Doc. videlicet valere gesta per
procuratorem non viso instrumento, nec recepto
à principali ea de re, nuncio, vel epistola, si manda-
tum habet clausulam promissionis de rato. ita Ge-
min. in c. is qui. q. 2. de procur. lib. 6.
5 † Dictum autẽ Auditoris Cameræ priuilegium
intelligendum est habere locum solummodo pro
via executiua, prout ipsius priuilegij verba sonãt,
nam quominus ordinario iudicio coram quocun-
que alio iudice procedatur, id priuilegium non im-
pedit. Rom. cons. 300. in casu proposito, Canar.
q. 56. Vndecunque igitur deferatur talis obligatio
ad Roman. Curiam, absque dubio Auditor Came-
ræ erit illius legitimus executor sicque proposita
6 quæstio non habet locum in curia. † Extra ipsam
curiam vero, distinguendum est inter clericos, per-
sonasque Ecclesiasticas, & laicos; nam cum Eccle-
siastici sine consensu sui ordinarij nõ possint alie-
ni iudicis iurisdictioni se supponere, extra de foro
comp. c. si diligenti, non poterit contra eos vigo-
re huius obligationis alibi quã coram suo ordina-
rio, vel in Romana Curia coram Auditore Came-
ræ procedi.
7 † Remanet ergo difficultas solummodo quoad
laicos, quorum respectu videri poterunt limitatio-
nes positæ per Doct. in l. si conuenerit. & in c. 1.
vbi potissimum Dec. extra de iudicijs. quibus in
locis inter alias limitationes, ponunt dispositio-
nem d. l. si conuenerit. non habere locum de iure
canonico, neque vbi conuentio est iurata, neque
vbi debitor promisit vel certo loco soluere, & se ibi
personaliter præsentare, vel certo loco, & tempo-
re soluere, & renuntiauerit priuilegio fori, nec vbi
renunciauerit beneficio d. l. si conuenerit. & alias
plerasq. Ex quibus forsan huic formæ addi possent
aliquæ clausulæ, præsertim vt parata esset executio
etiam per Curias seculares, & contra hæredes &
bona, quas addemus in nostra forma inferius de-
scribenda; maxime ad conuincendum successores
obligati, nam ipse obligatus satis reperiri dicitur in
8 loco, † si eius procurator in obligatione constitu-
tus, debitum ibi confitetur.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus in forma Cameræ potest vbique con-
ueniri.*
2 *Quotiescunque Iudex potest agere executiuè de
partium consensu hoc potest fieri tam in loco
contractus quam in loco destinatæ solutionis.*
3 *Obligatus in forma Cameræ non potest oppo-
nere exceptiones fori declinatorias, nec Iudi-
cis incompetentiam.*
4 *Exceptio litis pendentiæ non potest opponi ab
eo, qui executiue tenetur.*
5 *Episcopus stante oblig. Camer. potest illius vi-
gore procedere inter laicos sua Iurisdictioni
non subiectos.*
6 *Clerici non possunt vigore huius obligationis
conueniri coram Iudice incompetente, sed con-*

ueniri debent, vel coram Ordinario, vel coram A. C.

7 Obligatus in forma Cameræ supponit se iurisdictioni omnium Iudicum tam secularium, quàm Ecclesiasticorum.

8 Obligatus in forma Cameræ, an possit cogi vbique soluere, sicut potest vbique conueniri.

9 Solutio quando certo loco est destinata ibi fieri debet non obstante Camerali obligatione.

10 Obligatus soluere in nundinis certo die, illo adueniente, potest conueniri, etiamsi non fuerit præsens cum habeatur pro presente.

11 Administrator in forma Cameræ obligatus reddere rationem, an possit cogi rationem reddere extra locum administrationis.

12 Dispositio, l. prima, & secunda, C. vbi de rat. agi oporteat non censetur sublata per Cameral. Oblig.

13 Habentes fori electionem illa non gaudent, quando agitur de redditione rationum.

14 A. C. est Iudex, & executor Camer. Oblig. etiam priuatiuè quoad omnes alios.

15 Facultates A. C. se extendunt ad quamlibet Cameralem obligationem, & contra quascumque personas.

16 A. C. inhibet omnibus aliis Iudicibus ne in causis obligationis Cameralis se intromittant.

17 Immo potest auocare huiusmodi causas ab iisdē Ordinariis.

18 A. C. potest procedere ad executionem guarantigia.

19 Iudex etiam delegatus non potest procedere executiue vigore huius Obligationis, nisi ei rescripto sit data facultas.

20 Attentatum non est iudicium executiuum factum coram A. C. pendente causa ordinaria in Rota, ampliatur, num. 21. limitatur, num. 23.

22 Obligatio Cameralis non venit sub clausulis generalibus.

24 Inhibitio emanata vigore commissionis non facientis mentionem Oblig. Camer. non afficit.

25 Reassumptio causæ vigore obligationis Cameralis facta per A. C. post inhibitionem rotalem est attentata.

26 Nullitatis causa commissa in Rota, & obtenta inhibitione A. C. potest procedere ad executionem Oblig. Camer.

27 Absolutione à iuramento non obstante A. C. procedit ad executionem oblig. Camer.

28 A. C. non potest procedere ad executionem oblig. Camer. commissa causa in Rota vbi dictæ obligationis facta fuit mentio etiam incidenter.

29 Priuilegium l. vnica C. quando Imper. inter. pupill. & vid. non suffragatur obligato in forma Cameræ.

30 Clericus in forma Cameræ obligatus non potest declinare forum A. C.

31 Facultates A. C. proceden. ad executionē obligat. Cameræ non obstante commissione, intelliguntur quando illa est clara.

32 Executioni Obligationis Camer. non est locus quoties allegatur aliquid, quod aliquo modo hanc Obligationem offuscaret. Intellige, vt num. 33.

34 Inhibitione Rotali stante A C. debet se abstinere ab executione oblig. Camer. quando dubitatur, an in commissione sit facta mentio dictæ obligationis.

35 Inhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta est timenda, quòd ampli a procedere etiam in inhibitione A.C.

36 Præuentioni est locus inter A.C. & forum Capitolinum super executione obligationis Cameralis inter ciues & incolas.

37 Subiectus foro Capitolino, An validè in hac obligatione renunciet priuilegio fori.

38 Prauentioni est locus inter Vicarium Papæ, & A.C. super executione oblig. Camer. inter personas Ecclesiasticas Romanas, & n. 40.

39 Prauentio inter A.C. & forum Capitolinum non habet locum in reo, vt hic.

41 Obligatio Cameralis habet executionem paratam in Prouincia Marchiæ vigore Constitutionum dictæ prouinciæ declara, vt n. 42.

43 Constitutiones Marchiæ sunt extensæ, & habent locum in toto statu Ecclesiastico.

44 Facultates A. C. habent clausulas derogatorias amplissimas.

45 Facultates A. C. non habent locum quando agitur ordinariè.

46 A. C. non potest reassumere causas obligat. Camer. dependentes à causa coram alio Iudice pendente.

47 Facultates A. C. non procedunt in Ciuitate Ferrariæ.

48 Facultates A. C. non procedunt extra Romanam Curiam.

49 Facultates A. C. non procedunt contra admissum ad beneficium c. Odoardi.

a ET extra locum destinata sententia. Obli-
1 gatus † enim in forma Cameræ, potest vbique conueniri Vestr. in praxi. lib. 2. cap. 4. n. 4. in fine & seq. Thesaur. decis. 26. sub n. 13. vers. sed alia additur clausula, Marc. Anton. de Amat. decis. 81. num. 2. Gratian. decis. Marchia 180. num. 12. Cęsar Ottinell. in suo consil. de reti-

retinen. indemnit. quod est tertium in ordine inter sua impressa *num.72. vers. in nostra vero, & num. seq.* [Nam hæc obligatio continet in se hanc facultatem conueniendi vbique locorum; allegati per *Gratian. disceptat. forens cap.875. num.35. vbi num.* 34. habes, an obstante hac clausula, vbique locorum possit opponi exceptio incompetentiæ.].

2 Et † in hoc videtur priuilegiata nostra obligatio, quia, licet in alijs casibus, in quibus Iudex ex conuentione partium potest executiuè procedere mutetur forus reorum, vt non solum in loco domicilij possit contra debitorem executio peti; sed alibi etiam coram quocumque Iudice, siue contractus, siue destinatæ solutionis, *Petr. Nun. de Auendan. ad l.4. & 5. lib.3. ordin. Regal. tit. de las exceptiones num.9.* non propterea potest vbique conueniri sicut obligatus in forma Cameræ.

3 Adstrictus † ergo vinculo huius obligationis non potest opponere exceptionem fori declinatoriam, nec Iudicis incompetentiæ; *Mandos. de inhibit. quæst.93. num.5. Marc. Ant. de Amat. d. decis.81. d. nu.2. Surd. cons.280. num.13. vol.2. Carol. de Grassis de except.18. except. num.4.* [*Gratian. d. cap.875.*

4 *num.36. & seq.* Nec † ille qui executiuè tenetur potest opponere exceptionem litis pendentiæ, quod idem est, vt post *Galles.* quem allegat tradit *Cenal. specul. opin. commun. contra commun. quæst.851. nu.26. par.2.* & post *Surd. cons.542. num.4. vol.4.* in terminis obligationis nostræ, *Mart. de clausul. par. 1. clausula 297. num 2. in fine,* [*Giurb. decis. Sicil.100. num.16. Maur. de fideiussor. 2. par. principali sect.9. §.79. num.3.* Inde respondi

5 † dubitandum non esse, quod Episcopus stante obligatione Camerali possit vigore illius procedere inter laicos suæ iurisdictioni non subiectos. [Sed quidquid sit quoad laicos,

6 quoad † clericos aduertendum, quod cum illi non possint alienæ iurisdictioni se submittere sine consensu sui Ordinarij non poterit contra eos vigore huius obligationis procedi, nisi à suo Ordinario, vel ab A.C. *Galles. hac quæst.7. nu.6.* Quoad laicos autem cū obligatus sub hac forma possit vbique conueniri; vt hic non obstabit, quod

7 forus sit ecclesiasticus, nam † in hac obligatione expresè cauetur, quod obligatus se supponit iurisdictioni omnium, & singularum aliarum curiarum tàm sæcularium inquam, quàm ecclesiasticarum vbilibet constitutum, *Vestr. in praxi lib.2. cap.4. sub n.2. vers. alias diceremus.* [*Cinc. de cens. par.2. cap.1. quæst.3. art.7. nu.24. vers. neque damnari,* vbi quod hoc pactum est validum, & de iure permissum per *l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iudic. cap. significasti de foro competen. Feder. Martin. de iure cens. cap.6. nu.320. & seq.* & quod hæc submissio omnibus curijs contineatur etiam in Guarantigia dicūt allegati per *Thesaur. decis.26 num.13. vers. in camerali vero, & num. 16. vers. item nota,* ait quod instrumentum in forma Cameræ, Guarantigiatum, & alia similia habētia executionem paratam possunt mandari executioni per quemcumque Iudicem.]

8 Sed hic quæritur, † cum obligatus in forma Cameræ possit vbique conueniri, an cogi possit vbique soluere, & pro parte affirmatiua tenet *Cæsar Ottinell. in d. suo consil. de retinen. indemni num. 74. allegat. not. in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. indic.* vbi dicit ipse Doctores velle, quod quando debitor vbique respondere debet sicut obligatus in forma Cameræ vbique etiam soluere, ac satisfacere debet, sed ego respon-

9 deo quod non, † vbi solutio tacitè, vel expresè est certo loco destinata, vt fuit decisum *in Romana. seu Cæsenaten. fructuum dotis 13. Iunij 1603. coram Litta. quæ est decis. 78. num.3. & 6.* Sed est aduertendum, quod

10 si † aliquis promisisset soluere in feria, vel nundinis, aut in alio loco certo, si certo, & limitato tempore quo promisit ibi soluere non inuenitur præsumitur per dolum abesse, & habetur pro præsente, & tanquam si ibi inueniatur potest conueniri, vt per *Iaf. in l. si conuenerit. ff. de iud.* tradit *Petr. Nun. vbi supra tit. de las exceptiones. num.9 vers. quod*

11 *limita.* Solet etiam dubitari, † an ista conclusio, quod obligatus in forma Cameræ possit vbique conueniri, habeat locum in administratore, qui se obligauit ad reddendas rationes sub hac forma, & sic an per istā obligationem derogetur dispositioni *l.1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi oport.* propter clausulam in nostra obligatione contentam, quod obligatus vult posse conueniri vbiq;

12 locorum, sed nihilominus † per istam obligationem nō censeri derogatum dispositioni *dd. ll.* suadet, Quòd semper militat ratio, in qua est fundata earum dispositio, quia in loco administrationis potest facilius, & plenius veritas inueniri tam per testes, quā per instrumenta, & propterea firmam rem manere dispositionem *dd. ll.* scilicet, quòd administrator teneatur reddere rationem ad-

ministrationis in loco vbi administrauit, vt
optimè defendit Grat. deeis. Marchia 180.
per totam, & præsertim num.12. [& pro hoc
13 etiam facit, quod habentes † fori electio-
nem illa non gaudent, quãdo agitur de red-
ditione rationis. latè Nouar. in praxi elect. &
variat. fori quæst.17. num.1. & per totam.]
14 b Manum apponere possit. A.C. † est iudex,
& executor obligationis Cameralis etiam
priuatiuè quoad omnes alios vt hîc per Gal-
les. & tradunt Vestr. in praxi lib.2. cap.40.
Marchesan. de commiss. appellat. à Camer. oblig
cap.16. num.8. & 9. par.1. & 2. adit. Thesaur.
decis.26. num.11. Mar. Anton. Gennen. in pra-
xi Archiepiscopali Neapolitana cap.117. n.1.
& 2. Bursat. cons.392. num. 17. & seq. lib.4.
Rot. diuers. decis.30. lib.3. par.3. Vant. de nul-
lit. ex defect. iurisdict. deleg. num.13. vers. est
etiam verus executor [Marta de prauent. Tri-
bun. Vrb. cap.2. num.15. Rot. Bonon. decis.116.
nu.12. in nouiss. diuers.] & fuit decisum in Ro-
mana fructuũ dotis 31. Ianuarij 1600. coram
Litta, quæ est deeis 75. num.1. & in Parmen.
datij 4. Iunii 1612. coram Reuerendiss. D. Coc-
cino Decano, quæ est decis.1. num.19. [& quod
15 † facultates A.C. se extendant ad omnes
obligationes Camerales vbicumque, & à
quibuscumque fuerint factæ, & illarum sit
perpetuus ordinarius, & executor, & possit
procedere contra tales obligatos, licet in
partibus existant tradit Io. Maria Nouar. in
sua praxi elect. & variat. fori quæst.14. num.1.
post Diaz pract. quęst. iurid. quæst.12. nu.48.
& per tot. Rice. in sua praxi resolut.342. par.2.
Lãcellot. de attentat. lit. pend. limitat.15. n.8.
16 & cap.20. limitat.26.] Inhibet † ergo A.C.
omnibus alijs Iudicibus, ne in talibus causis
se intromittant vigore suorum priuilegio-
rum, vt in Constitutione fel. recor. Gregorij
XIV. & in Constitutionibus Pauli Papæ V.
super reformatione ædita tit. de A.C. & tra-
dit Marc. Anton. Genuen. vbi proximè. [Qui-
17 nimò † auocat causas coram Ordinarijs
pendentes, Nouar. d. quęst.14. sub num.2. post
Riec. in praxi resolut.342. par.2.]
18 Et † hæc procedunt etiam in guarantigia
nam A. C. potest procedere ad illius exe-
cutionem priuatiuè quoad omnes alios Iu-
dices etiam illis inhibendo vigore suarum
facultatum, Rot. in Romana attentatorum 4.
19 Iulii 1601. corã Penia, adeo vt, nec † Iudex
delegatus etiãsi sit Rotę Auditor possit pro-
cedere executiuè vigore huius obligationis,
nisi ei data sit facultas in rescripto, vt fuit
decisum in Romana fructuum dotis 24. Maii
1599. coram Litta, quæ est decis.73. in prin-
cip. & in eadem corã eodem 13. Ianuarii 1600.
quæ est decis.75. in princip. & in Romana Pe-
cuniaria 18. Iunii 1646. coram R.P.D. Corra-
do, quæ erit in fin. tract. dec.199. n.3. & dispo-
nitur in dicta Cõstit. Gregorij XIV. impres.
apud Tiber. fol. 516. Atque inde est, quod
20 † iudicium exequutiuum factum coram
A.C. pendente causa ordinaria in Rota non
est attentatum, Lancellot. de attent. inhib. it.
pend. limit.5. num.3. cap.20. & de attent. lite
penden. cap.4. limit. 15. num.8. Rota in Tar-
uisina simonia 2. Martii 1596. coram Corduba,
21 quæ est decis.43. num.5. Et hoc † procedit
non obstante, quod causa reperiatur in Ro-
ta commissa cũ clausula, Vna cum toto ne-
gotio principali, vt fuit decisum in Bonon.
census, seu attentatorum 10. Decembris 1607.
coram Ludouisio, quæ est decis.122. nu.5. Ista
22 † enim obligatio nõ venit sub clausulis ge-
neralibus, vt dixit Rot. in eadem Romana cen-
23 sus. Secus † vero vbi data esset facultas in
commissione directa vni ex Auditoribus
procedendi cum facultatibus A.C. quia cẽ-
setur repetita in alia directa alteri Auditori,
vt fuit decisũ in Rom. pecuniaria de Crescẽtijs
4. Iulii 1612. coram Sanctiss. D. N. Innocen-
tio X. & licet contrarium, scilicet, quod tale
iudicium sit attentatum decisum fuerit in
causa Casaraugustana de Maella 15. Iunii
1601. coram bon. mem. Card. Pamphilio, quę
est decis.33. nu.1. & seqq. non videtur, quod
possit subsistere, & cum fuisset allegata in
eadem causa 31. Ianuarii 1603. coram Reue-
rendiss. D. Decano, & in d. Bononien. census, seu
attentatorũ 10. Decemb. 1607. corã Reuerẽdiss.
Archiepõ Bonon. quæ est decis.122. num.8. Ro-
ta de illa dubitauit, & ordinauit, quod vide-
24 retur de bono iure, & † prædicta procedunt
etiam non obstãte inhibitione vigore com-
missionis emanatæ non facientis mentionem
huius obligationis, Mandos. de inhibit. q.93.
num.1. & 2. Marchesan. de commiss. appellat.
cap.5. sub num.18. circa finem vers. licet A.C.
par.2. in 1. ędit. Scacc. de appellat. lib.3. cap.2.
q.17. limit.9. num.59. Rot. in Perusina attenta-
torum 25. Maii 1609. coram Manzanedo, quæ
est decis.87. num.3. Rot. diuers. decis.641. nu-
mer.11. vers. quod antẽ par.1. Et licet contra-
25 rium fuisse decisum per Rot. scilicet † reas-
sumptionem causæ obligationis Cameralis
factam per A.C. post inhibitionem Rotalẽ
fuisse attẽtatam dicat Marchesan. de commiss.
appellat. à Cam. oblig. par.1. §.1. nu.14. in vl-
tim. adit. allegando ad hoc decis. Putei 395.
par.2.

par 2. quæ tamen hoc non dicit quantum
ſpectat ad A.C. ſed ſimpliciter quoad quē-
cumq; Iudicem, cui fuerit inhibitū, Quāob-
26 rem † commiſſi cauſa nullitatis in Rota, &
obtenta inhibitione non propterea impedi-
tur A. C. quominus poſsit procedere ad
executionem huius obligationis Camer. vt
poſt *Gallet. infra de vi instrumenti oblig. Ca-
mer. num.* 26. *Mandos. de inhibit. q.* 49. *num.* 1.
Lācellot. de attentat. post inhibit. par. 2. *cap.* 20.
limit. 5. *num.* 3.
27 Et † procedunt hæ facultates A.C. non
obſtante abſolutione à iuramento, quia per
illam non impediuntur prædictæ facultates
procedendi ad executionem, *Card. Mant. de
tacit. & ambig. conuēt. lib.* 18. *tit* 4. *ſub num.* 7.
& 8. *Mohedan. decis.* 3. *de exception. Scaccia
de iudicijs causa ciuil. lib.* 2 *q.* 4 *cap.* 2. *de ab-*
28 *sol. à iuramen. par.* 3. *q.* 10. Intelligenda † ta-
men ſunt prædicta omnia procedere, non fa-
cta mentione huius obligationis, ſecus ve-
ro, vt alias dictum fuit, ſi fuerit facta mētio,
etiam incidenter, quemadmodum fuit deci-
ſum in citata *Perusina attentatorum* 25. Maij
1609. *coram* Manzanedo, *qua est decis.* 87.
num 4. Quibus priuilegijs, & facultatibus
A.C. ſtantibus, vt poſſit procedere ad exe-
cutionē huius obligationis priuatiuè quo-
ad omnes alios, non obſtantibus quibuſuis
29 priuilegijs, non † poterit opponi ad decli-
nandum eius forum de priuilegio *l. vnicę.* C.
quando Imper. inter pupill. & vid. Marc. Ant.
Gennen. in praxi Archiepiscopali Neapol. cap.
96. *num.* 3. & in hoc eſt deciſio, ſeu potius
diſcurſus *in vna Bononien. obligationis* Came-
ralis de Campegijs 12. Maij 1594. *coram Ro-
busterio* ab eo factus tāquam Referendario, q;
regiſtratur inter deciſiones ad hanc materiā
pertinentes in calce libri appoſitas *num de-
cis* 93. *num.* 2. [*Nouar. in praxi elect. & variat.
fori q.* 14. *sub num.* 2. *& per tot.* vbi recitat te-
norem deciſionis *in d. causa* Bonon. *de* Cam-
pegijs, & ad rem hic videre poteris, an pupil-
lus hæres patris, qui ſe obligauit in forma
Cameræ, poſſit ſe tueri contra illam priuile-
gio *d. l. vnicę*, C. *quando Imperator &c.* Quam
quæſtionem reperies apud *Gratian. disceptat.
forens. cap.* 182. *per tot.* & præſertim *à nu.* 22.]
30 De † Clericis autem certum eſt, quod nō
valeant declinare forum Aud. C. ſtante hac
obligatione, *Marc. Ant. Gennen. d. cap.* 96. *nu-
mer.* 1. *&* 2. *& in d. Bonon. oblig. Camer.* In-
31 tellige † tamen iſtas facultates procedere,
quando obligatio Cameralis eſt clara, ſecus
quando adeſt probabilis dubitatio, an ei lo-
cus ſit, *Mādos. de inhibit. quæst.* 93. *in fin. vers.
in vno casu, & fuit decisum in vna Cæsarau-
gustana de* Maella 15. *Iunii* 1601. *coram* Car
din. Pamphilio, *quę est decis.* 33. *num.* 4. eſt
32 enim vulgatum, quod quando † allegatur
aliquid offuſcans aliquo modo hanc obliga-
tionem non ſit locus illius executioni, ſed
poſſit appellari, *Ruginell. de appellat.* §. 2.
cap. 3. *verbo* Cameralis *obligatio num.* 136. *&
seq. & alios allegat Tiber. in praxi lib.* 1. *cap.*
39. *num* 3. *vers. secus quando.*
33 Eſt † tamen aduertendum, quod ſi illud,
q; allegaretur, reſpiceret tantū vnam partem
inſtrumenti, in illa parte tantum eſſet ſuſpē-
denda executio *Ruginell. post alios vbi mox*
34 *num.* 138. *vers. quæ etiam.* Et hæc † multo
facilius procedunt ſtāte inhibitione Rotali,
tunc enim A.C. non debet ſe intromittere
in tali cauſa, etiamſi adeſſet dubium, an eſſet
facta mentio, vel non obligationis Camera-
lis, ne aperiatur via diſputandi de validitate,
35 vel inualiditate inhibitionis, & ideo † iuſta
vel iniuſta ſit inhibitio debet timeri, quia
in Curia facilis eſt aditus ad Principem, vt
latius fuit deciſum in *d. Perusina attentatorū*
25. *Maii* 1609. *coram* Manzanedo, *quę est de-
cis.* 87. *n.* 6. [& in terminis inhibitionis A.C.
Rot. dec. 296. *nu.* 1. *par.* 6. *in recen. & in Baren.
seu nullius pecuniaria* 26. *Maii* 1645. *coram*
R. P. D. *Cerro, qua erit decis.* 180. *n.* 11.]
36 Secundo intellige † dictas facultates non
procedere, & non præiudicare foro Capito-
lino, quia inter A.C. & forum Capitolinum
datur præuentio in cauſis obligationis Ca-
meralis inter Ciues, & incolas ex diſpoſitio-
ne ſtatuti c. 41. lib. 1. & diſponitur in Con-
ſtitutione Gregorij XIV. in ordine 1. in Bul-
lario, & Pauli Papæ V. ſuper reformatione
ædita tit. de A C. *Vestr. in praxi lib.* 2. *cap.* 4.
de A.C. *num.* 3. & de ſtylo teſtatur *Tiber. in
praxi lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 8.
37 Sed fuit aliquando dubitatum, An † ſu-
biectus foro Capitolino, ſcilicet Ciuis, vel
Incola Romanus poſſit vigore huius obliga-
tionis alibi conueniri, & conſequenter, An
coram A. C. & ratio dubitandi erat, quia
ſubiecti foro Capitolino vigore ſtatuti non
poſſunt, etiam medio iuramento fori ſui pri-
uilegio renunciare, & propterea non obſta-
re, quod obligans ſe in forma Cameræ velit
poſſe vbique conueniri ex allegatis ſupra
num. 1. ſed huic obiectioni optimè ſatisfa-
cit *Vestr in praxi lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. quem
refert & ſequitur *Marta de prauent. Tribu-
nal. Vrb. cap.* 2. *ſub num.* 4. *verſ. nec obſtat*, di-

cendo, quod ille, qui se obligat in forma Cameræ non renunciat priuilegio fori, quod publici iuris est, sed defensioni suæ, quæ iuris est priuati, vt veluti confessus, conuictus, & omni defensione destitutus ad alium forũ non possit transire, & quatenus in hoc aliquis remaneret scrupulus est sublatus per dictas facultates, & per statutum met. [Necnon per Constitutionem Sixti Papæ V. de Erect. Collegij Curiæ Capitolij, in qua expresse declaratur, quod, quando agitur vigore obligat. Camer. & aliarum obligationum executiuarum, præuentioni locus sit inter A C. & Curiã Capitolinam, quotiescũq; tamen agatur inter ciues, & incolas. Qui nam autem dicantur incolæ ad hunc effectum latè declarauit R.P.D. Penia in quodam voto in terminis statuti Vrbis lib.1.cap.141. quod est impressum penes *Fenzon. ad d. statut. fol. mihi* 80. Et quotiescunque inter hæc duo Tribunalia dubitari contingeret, esset recurrendum ad Eminentiss. Card. Signaturæ Iustitiæ pro tempore Præfectum, qui articulum manu regia sine scriptura, omni, & quacumque appellatione, & recursu remotis, definiret, prout disponitur in Cõstitutione Pauli Papæ V. super Reformat. Tribunal. Vrb. tit. de A.C. & eius Tribunal. §. & quo. ad præuentionem.]

38 Tertio intellige† non procedere, quando ageretur coram Vicario Papæ, quia etiam inter ipsum, & A. C. datur præuentio inter personas Ecclesiasticas Romanas, quando agitur vigore huius obligationis, ita disponente Constitutione Pij V. incipien. Confidentes 21. in ord. *Tiber. in praxi lib.1.cap.5.*

39 *num.1.* Verum †ista præuentio, ita est intelligenda, quod non suffragetur reo, si ipse ad euadendas censuras præueniret actorem coram alio Iudice quam A.C. vt puta Romanus Ciuis in foro Capitolino Clericus coram Vicario Papæ, & similes, quia esset in facultate rei excludere actorem à facultatibus in sua obligatione per ipsum stipulata, vt latius *Vestr. in praxi lib.2. cap.4. num.3.*

40 Locum †autem esse præuentioni inter Vicarium Papæ, & A. C. quoad executionem huius obligationis inter personas Ecclesiasticas Romanas, vltra hic allegata dicit *Marta de præuent. Tribunal. Vrb. Roma. cap.2. num* 85.

41 Quarto †intellige non procedere in Prouincia Marchiæ, in qua adsunt particulares constitutiones dãtes executionem paratam huic nostræ obligationi, *Marc. Ant. de Amatis dec.91. num.25. Mar. Antonin. variar. re-*

42 *solut. lib 2. resolut.32. num.19.* Seruato† tamen modo tradito per dictam Constitutionem, vt per DD. allegatos vbi proxime.

43 Et inde oriretur, quod cum †Constitutiones Marchiæ fuerint extensæ, ita vt habeant locum in toto Statu Ecclesiastico per Constitutionem Pauli Tertij, *Scaccia post alios de appellat. lib.3. cap.2. q.17. limitat.6. num.9. Rot. in Perusina fideiussionis de Alexijs 26. Nouembris 1611. coram Sanctiss. D.N. Innocentio Decimo;* vigore huius obligationis posset procedi executiuè ab omnibus in toto Statu

44 Ecclesiastico, Sed †hoc non credo verum stantibus derogatorijs amplissimis in dictis facultatibus, quibus videtur fuisse omnibus in contrarium facientibus derogatum.

45 Intellige† quinto dictas facultates procedere, quando actor viam censurarum eligere vellet, & reum per ipsas censuras compellere ad parendum, vel alias satisfaciendũ obligationi suæ censuratæ, secus autem vbi actor via ordinaria citra censuras procedere vellet, tunc enim posset coram quouis alio Iudice causam suam agere, quia alias esset iudicare contra formam huius obligationis, qua promissor solet se iurisdictioni, & compulsioni cuiuscumque Iudicis secularis, vel Ecclesiastici supponere, vt latè prosequitur *Vestr. loc. citato lib.2. cap 4 num.2. vers. quare ipse. post Gallef. quæst.7. num.5.*

46 Intellige† sexto, dictas facultates non procedere, quando Aud. C. vellet vigore illarum reassumere causas obligationis Cameralis lite pendẽte, quia non posset, vt expresse cauetur in ipsis facultatibus, *Rota in Recanaten attentatorum 21. Iunii 1591. corã Penia*, de qua per *Marchesan. de commission. par.2. pag.587. in vlt. edit.*

47 [Septimo †intellige, locum sibi non vindicare dictas facultates in ciuitate Ferrariæ; nam, huiusmodi obligatione non obstante, Clemens Octauus in eius Constitutione erectionis Rotæ ita disposuit, vt sub nu.31. cum expressa derogatione facultatum A.C. vt ibi num.48.

48 Intellige †octauo, dictas facultates non se extendere extra Romanam Curiam, nec impedire, quin Iudices de Partibus possint cognoscere de causis executiuis vigore huius modi obligationum intentatis coram ipsis, ideoq. A.C. non potest illas auocare, nec dictis Iudicibus inhibere, ne in illis procedant, etenim, vt colligitur ex eisdem facultatibus, & ex reformatione Pauli Papæ V. illæ procedunt

duntaxat um in Curia, & adest etiam obseruantia, nam ita semper obseruatum fuisse latius testatur *Rot. in causa Bononien. dotis 16. Martij 1620. coram Buratto, quæ est dec. 262. num. 1. inter eius impressas, & ibi Adden. littera A, & in Lucana dotis 19. Ianuarij 1629. coram Eminentiss. Card. Virili.*

19 Intellige † nono, dictas facultates nō procedere contra admissum ad beneficium, *cap. Odoardus* per sententiam, quidquid sit, quando solum allegaretur dictum beneficiū, etiamsi causa super illo esset introducta, *Scacc. de Cambijs* §. 7. *glos. 5. nu. 32. vbi nu.* 136. testatur de obseruantia.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An Clericus submittens se in omni foro, possit pati executionem in foro sæculari contra se in bonis suis temporalibus.*
2 *Clericus in laicum iudicem, etiam de Episcopi sui consensu, consentire non potest.*
3 *Clericus licet laici hæres, gaudet priuilegio fori.*
4 *Limitatio præcedentium.*
5 *Declaratio summaria, vbi quis conueniatur, aut respondere cogatur.*
6 *Priuilegia propria singulorum, quæ dicantur, & quæ communia.*

QVÆSTIO VIII.

1 Secundo † quæritur. An virtute huius submissionis possit clericus conueniri in foro sæculari, saltim vt detur executio real s contra ipsius clerici bona temporalia? Habetur similis quæstio inter Tholosanas 126. vbi deciditur negatiuè,
2 † Quia clericus in laicum iudicem etiam de consensu Episcopi sui consentire non potest ad. c. si diligenti, & c. significasti. de foro competen. Et hoc adeo est verum, quod etiam non valet quæcunque temporis contraria consuetudo, vt subiungit in addit. dictæ, q. 126. Steph. Aufreij, & habetur latè in decis. Rotæ 840. Vtrum valeat consuetudo. in antiquis. Imo, quod est fortius, si
3 laicus † vel hoc alio quocunq; arcto modo obligatus decedat, superstite sibi hærede clerico, agēdum erit pro executione corā Iudice ipsius clerici, qui etiam in reali gaudere debet priuilegio, & conueniri in foro ecclesiastico, iux. not. in auth. vt omn. obed. Iudi. prouinc. §. hoc considerandum, vt per Archid. de cler. coniug. cap. 1. lib. 6. & hoc eo maximè, quia (iuxta superius dicta) vbi contra hæredem facienda est executio oportet, quòd præmittatur citatio, & aliqua causæ cognitio, quam in clericum iudex, non potest præmittere: ita tenet Rota decis. 552. Obligatus est laicus Auenione, in antiquis, refert, & sequitur Canar. in tractat. de execut. instrument. q. 57. Hæc autem, & ea quæ dicta sunt supra in prima quæstione præcedentis particulæ, intelligenda sunt, quatenus non esset cęptum & contra defunctum procedi: tunc enim etiam clerico existente hærede laici, procedi posset per Iudicem laicum ad vlteriora *b*.

Quamobrem notanda est dispositio, l. hæres absens, & l. is qui Romæ. ff. de iudic. & quæ ibi not. Doct. & præcipuè, Paul. Castr. cuius in sum-
5 ma hæc est sententia, † Aut conuenietur hæres ex persona defuncti, idest pro eo, pro quo defunctus poterat conueniri, aut ex persona sua, videlicet pro legatis, & fideicommissis, pro quibus defunctus nō poterat conueniri, licet ab ipso defuncto processerint: hoc secundo casu non attenditur domicilium defuncti, & sic hæres non conuenitur in loco, in quo defunctus sortiebatur forum, nisi ibi esset maior pars hæreditatis. In casu autem pręcedenti est distinguendum, esset ne incœptus contra defunctum processus, an non. Nam si processus erat contra illum incęptus hæres tenetur ibidem prosequi, licet sit alterius fori, nec excusatur vllo priuilegio proprio vel communi: & etiam si ipse hæres ibi non reperiatur, quod locum habet etiam in clerico hærede laici conuenti coram Iudice laico. Si vero processus non erat inchoatus, & hæres non sit eiusdem fori, nec ibi inueniatur: tunc de iure communi non potest ibi contra ipsum hæredem procedi: inuentus autem in loco hæres, tenetur ibi respondere, nec excusari potest ratione proprij priuilegij. Hæc de iure communi; Sed vigore huius obligationis iuxta superius dicta semper procedi potest, præterquam per Iudicem laicum contra clericum hæredem laici, contra quem
6 processus non erat inchoatus; † priuilegia autem propria singulorum dicuntur, quæ non sunt clausa in corpore iuris; communia vero quæ sunt in corpore iuris clausa. vt, quod legati petere possint se remitti domum l. 2. §. legatis. eo. tit. de iudic. & quod habent viduæ, & pupilli. C. quand. Imp. int. vid. & pup. cap. ex parte, de foro compet. & quod habent clerici, vt non conueniantur coram Iudice sæculari.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de litigando coram Iudice incompetenti non valet, & paciscens conuentioni stare non cogitur, amplia vt num. 2.*
3 *Clerici habent priuilegium fori à Deo.*
4 *Clerici non possunt vigore obligationis Cameralis conueniri coram Iudice laico, etiamsi in iurisdictionem consenserint.*
5 *Clerici si conueniantur coram Iudice laico, per quem relaxetur mandatum erit omnino nullum, etiamsi per ipsos non fuerit oppositum de incompetentia Iudicis.*
6 *Milites non possunt conueniri, nisi corā proprio Iudice, nec possunt tali priuilegio renunciare.*
7 *Quod procedit etiamsi fuerint in forma Cameræ obligat.*
8 *Clericus hæres laici non tenetur prosequi litem*

tem cœptam, cum defuncto coram Iudice laico, amplia vt num.11. contrarium num.9.
10 *Opinio Rotæ in prædicta quæstione.*
11 *Iudex laicus ratione hypotecæ potest exequi in re possessa à Clerico succedente laico, intellige vt num.13. reprobatur num.14.*

4 CONsentire non potest. Adde plures cumulatos per *Gratian. disceptat. forens. cap.190. nu 3. Marchesan. de commission. auocat. caus. cap.3. num. 30. & seq.* & præsertim *num.34. & 35.* [*Rolan. cons.4. num.9. lib.1. & cons.12. num.44. & cons.23. num.10. & 11. lib.2. Rot. decis 10. de consuetud. in antiq. & decis 44. num.12. par.7. in recen. Bursat. cons.42. num.11. lib.1. cum alijs*, quos refert, & sequitur *decis. Bonon.33. num.45. inter recollect. per Fundat. & Gyps. Mart. de iurisdict. par.4 cen-*
1 *tur.1. cas.16. num.4.* & † clara est dispositio *tex. in l. si conuenerit 18. de iurisdict. omn. iudic.* quod per pactum de litigando coram Iudice incompetenti, Iudex non efficitur competens, & paciscens huiusmodi conuentioni stare non tenetur *Mart de iurisdict.*
2 *d. par. 4. cent. 1. cas. 16. nu. 4.* etiamsi † talis consensus fuerit præstitus cum iuramento, nam adhuc non valebit, nec illius vigore poterit Clericus coram Iudice laico conueniri *cap. atsi Clerici de Iudic. cap. si diligenti, & cap. significasti de for. competen.* Clerici e-
3 nim † habent priuilegium fori à Deo, *Innoc. in cap.2. num.1. de maioris. & obedien. Abb. in cap. atsi clerici num.25. de indic. cum alijs relatis per Leon. in thesaur for. eccles. par.1. cap.1. num.10. Adden. ad dict. decis. Bonon.33. vers. quod non possint*; Quamobrem non mirū,
4 si talis consensus præstitus à Clericis in hac nostra obligatione, vt conueniri possint coram quocumque Iudice, ipsos non liget ad effectum, vt conueniri possint coram Iudice laico, *Cenc. de censib. par.1. quæst.1. art.5. numer.44. Rot. in Baren. seu nullius pecuniaria 26. Maij 1645. coram R.P.D. Cerro, quæ est de-*
5 *cis 180. num. 15. post tractat.* Et † si conueniantur, & mandatum relaxetur erit omnino nullum, & non poterit executioni demandari, etiamsi de incompetentia Iudicis per ipsos clericos non fuerit oppositum, *Seraphin. decis.957. num.5.*
6 Et hæc † quæ dicimus de Clerico locum sibi vindicant etiam in militibus, qui non possunt conueniri, nisi coram Iudice suo, *l. Magisteria. C. de iurisdict. omn. iudic. Ricc. in collect. decis. par.2. collect. 267.* quod procedit tàm in causa ciuili, quàm criminali, *l.1. C. de exhiben. reis*, & cum huic priuilegio renunciare non possint per pactum, cum sit introductum fauore ordinis militaris, non autem personæ, *Tull. Crispol. cas. milit.41. num.13* hinc est, quod licet hæc nostra obligatio Cameralis operetur, vt quis in
7 omni foro conueniri possit; attamen † hoc non operatur in militibus, qui non obstante quouis iuramento, vel Camerali obligatione non possunt conueniri, nisi coram proprio Iudice, & si conueniantur, & mandatum relaxetur erit omnino nullū, & executioni minimè demandandum, *Tull. Crispol. cas. milit. 41. per tot.*]

b *Per Iudicem laicum ad vlteriora.* [Articulus iste, An Clericus succedens laico in re litigiosa teneatur litigare coram Iudice sæculari, valde est inter DD. controuersus, ita ut affirmatiuam aliqui; alij vero negatiuam opinionem fuerint amplexi: Negatiuam
8 † autem opinionem approbarunt *Marant. de ord. ind. par.5. vers. & omnia fiant durante, num.13. Surd. cons.222. num. 4. & decis.110. nu.1. Asin. in praxi iudic. S.2. cap.12. nu.54. cum seq. And. Gayl. practic. obseruat. lib.1. obseruat.37. num.8. Purpur. cons.84. nu. 6. vol.1. Aufr. de potest. secul. in eccl. fallen.6. Peregr. de fideicom. art. fin. num.2. Carol. de Graffis de effect. cleric. effect.1. num.281. Ambros. de immunit. Eccles. cap.20. num.45.* Robusterius in quodam voto impresso penes *Marchesan. de commission. par.2. fol.320. num.127. cum pluribus seqq. Mar. Antonin. variar. resolut. lib.1. resol.49. num.2.*] *Couarru. pract. quæst. cap.8 sub n.3. vers. verum contraria opinio*, vbi ab hac opinione in praxi dicit nō esse recedendum circa medium, *Canal. specul. opin. commun. contra commun. q.36. num.4. Grattan. disceptat. forens. cap.16. nn.1. Boer. decis.69. nu.35.*
9 [Affirmatiuam † vero opinionem fuerunt amplexi, *Angel. in l. hæres absens in princip. circa med. ff. de indic. & ibi Castren.* qui testatur de communi *Cagnol. in l 3. num.249. & seqq. C. de pact. inter empt. & vendit.* vbi attestatur sic pluries vidisse iudicari, cum alijs, quos lōga serie refert *Scaccia de indic. par.1. cap.11. nu.23. in fine*,] *Couarru. d. cap.8. n.3. vers. hinc ergo constat, & in vers. nihilominus ergo, Canal. d. quæst.36. num.1. & 9. Gratian. post Galles. hic d. cap.16. num.31.* Et ita practicari quando lis erat contestata coram Iudice laico, secus re integra, & ita procedere contrariam opinionem tenuerunt plures relati per *Grattan. d. cap.16. sub num.31. vers. vbi quod, Caual. d. quæst.36. num.13.*

10 In-

10 Indistinctè † tamen, nempe, siue causa sit cœpta, siue non S. Rota in hoc articulo sequitur primam opinionem, vt in causa *Florentina domus* 10. Iunij 1591. *coram Cardin. Seraph* [*inter eius impressas* 957. *nu*.9. *& decis*.552. *de for competen. in antiq*.] Et periculosum esset in his loqui contra ecclesiasticas personas, vt dicitur in dicta *decis*.957. *nu*.9. *coram Seraph*. [nam Ecclesia, & Clericus suũ amitterẽt priuilegium, quod debet præponderare prætenso interesse actoris, *Mar. Anton. d. resolut*.49. *sub num*.2. *vers. pro qua opinione post Felin. in cap. quia V. n*.3. *de iud*. Cui quidem interesse posset etiam satisfieri concedendo, quod instãtia inchoata coram Iudice sæculari continuaretur coram Iudice Ecclesiastico, non autem esset alia instantia inchoanda, *Asin. in praxi in d. cap* 12. *nu*.56. *Mar. Antonin. d. resolut*.49. *sub nu*.2. *vers. concedi bene posset*.

11 Et † huiusmodi opinio locum sibi vindicaret etiamsi laicus cui Clericus succedit se obligasset in forma Cameræ, vt post *Galles. hic num*.3. *Alexan. Sperel. decis. for. eccles*.7. *num*.2.]

12 Nolo tamen † omittere, quod ratione
hypotecæ posset Iudex laicus in re specialiter obligata, etiam possessa à Clerico succedente laico in re censuata exequi, *Gratian. disceptat. forens cap*.141. *sub nu* 5. *vers. stante executio*, *Caual. specul. opin. commun contra commun d. quæst*.36. *num*. 19. *&* 27. Quam
13 † opinionem intellige, dummodo exequatur contra bona, non contra personam, *Gratian. vbi proximè sub num*.6. *vers. dummodo*, *Caual.*
14 *d. q*.36. *num*.22 Sed nec † ista opinio est vera, vt optimè probat *Gratia. d cap*.141. *nu*.9. *vers. quamuis illud*. [*Abb. in cap. qualiter, & quando num*.8. *de iudic. Bal. in cap*. 2. *in fine, eod. tit. Soccin. in cap. sanè num*.16. *col*.8. *de for. competen*. cum alijs quos refert & sequitur *Sperel. d. decis*.7. *num*.20.]

G A L L E S I V S.

S V M M A R I V M.

1 *An se submittens omniforo, & loco, possit in omnibus omnino locis conueniri, etiam magis distantibus, quam expressa sint.*

2 *Vbi nominata sunt certa loca, clausula subsequens generalis non intelligitur de distantioribus, quam sint expressa.*

3 *Distinctio Decij ad præcedentia.*

Q V AE S T I O IX.

1 TErtio quæritur, † An vigore talis submissionis procedi possit in quibuscunque locis, prout generalis est, ipsa submissio, etiam si sint loca distantiora expressis? Communis est opin. Doct. in l. si conuenerit de iurisdict. omn. iudic. & in cap. 1. de iudic. quod si debitor promisit soluere vbicunque fuerit inuentus, non expresso nomine alicuius loci, tunc vbique locorum possit
2 conueniri. † Sed discrepant in eo, vbi aliqua loca essẽt nominatim expressa, deinde addita clausula generali, veluti si promissum esset soluere Florentiæ, Bononiæ, & alibi vbicunq. creditori placeret: in quo communior mihi videtur esse opinio, quod non intelligatur de locis, quæ à loco, vbi facta est promissio, distent plusquam loca expressa, vt post alios affirmat Ias. in dict. leg. si conuenerit. colum fin. ver. secundo intellige, &
3 Fel. in d. cap. 1. col. 4. ver. secundo declara † Quamuis Dec. in eod. cap. 1. col. 17. vers. secundo prædicta, distinxerit dicendo, quod si locus, in quo creditor vult procedere, sit insolitus, ita quod de eo partes verisimiliter non cogitauerint, a tunc ibi agi non possit, etiam si nullo expresso certo loco, simpliciter promissum esset soluere vbique locorum Sed si locus non sit insolitus, quamuis locus, vbi creditor velit procedere, remotior sit alijs expressis, ex intentione partiũ, videtur, quòd possit ibi conueniri. Vnde infert, qui Pisis contrahendo promisit soluere Florentiæ, Senis, & vbique locorum, poterit etiam Romæ, & Venetijs conueniri. Ad euitandum tamen hanc difficultatem cautius erit si in obligatione ponatur de locis etiam distantibus.

In hac parte videntur esse superfluè inculcata nonnulla vocabula, quę magis conueniebant antiquis tẽporibus antequã huius formulæ executio soli Auditori Cameræ esset demandata, quàm in pręsenti, veluti sunt illa, eiusq. Camerarij, Vicecamerarij, Viceauditoris, Regentis & Commissarij: quæ propterea in noua formula non putaui esse ponenda.

QVARTO, si quæratur, An hæc submissio obliget hæredes, vt ipsi quoque non possint declinare forum. Solutio apparet ex dictis superius in 1. q. primæ particulæ huius secundæ partis principalis, & in secunda quæst. huius particulæ.

Z A C C H I A S.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula vbique locorum non operatur, vt quis possit conueniri in locis suspectis, & nõ tutis.*

2 *Cautela, vt quis possit conueniri etiam in locis suspectis, & non tutis.*

1 a NOn cogitauerit. Vel † locus non sit tutus, vel debitori suspectus, vt quia timeat potentiam Aduersarij, aut rigorem Iudicis perhorrescat, *Gratia. decis. Marchia* 180. *num*. 15. *Seraphin. de priuileg. iuramen.*

2 *men.priuileg.*13. *num.*25. Cautelam † vero vt debitor in locis etiam non tutis, ipsiq. suspectis possit conueniri docet *Bartol.Capol. cautel.* 70. *vers. ideo ad tollendam*, scilicet, quod addendæ sint in instrumento, vbi dicitur vbique locorum, clausulæ, *Etiamsi ibi reperiatur nauigans, vel aliud simile faciens, vel etiamsi ibi timeat potentiam aduersarij, vel auctoritatem Iudicis, & etiamsi ibi non reperiatur præsens promisit in tali loco soluere, & se ibi personaliter præsentare*, & alias latius prout in dicta cautela videri potest, & apud *Ias.in l.si conuenerit num.*48 *ff.de iurisdict. omn.iud.* & plura ad materiam quæstionis hic à Gallesio propositæ, vide apud *Io. Mariam Nouar. in praxi elect. & variat. for. q.*32. *per tot.* & præsertim *num.*2.] *Gratian. d.decis. Marchia* 180, *num.*16.

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

Quid significent illa verba in formula. Et earumdem curiarum quamlibet insolidum tàm coniunctim, quàm diuisim.

QVAESTIO X.

IVxta tertiam particulam, in qua continetur facultas data per obligatum procedendi contra se, & suos in omnibus Curijs, quarum iurisdictioni se submisit, ita vt possit cogi, moneri, excommunicari, &c. Quæritur primo, Quid significent illa verba, Et earumdem curiarum quamlibet in solidum, tàm coniunctim, quàm diuisim. Respòsio habetur ex cautela Bartolom. Veron. 70 sæpissimè in instrumentis in princ. scilicet, quod ea verba ponantur ad effectum, ne propter copulam, quæ ponitur inter loca, intelligatur esse facta diuisio *a* iuxta l.2. *ff.* si quis ita, ff. de eo quod certo loco, ex qua cautela comprobantur etiam aliæ clausulæ, quas præcedenti particulæ putaui esse addendas, prout apparebit ex nouella forma inferius describenda.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Et, accipi solet pro disiunctiua*, Vel
2 *Dictio, Et, si ponatur inter genus, & speciem stat limitatiuè non autem ampliatiuè, declaratiuè, declara vt num.*3.

1 *a* I*Ntelligatur facta diuisio.* [Dictio† namque, *Et*, sæpissimè accipi solet pro disiunctiua, Vel, *Rot.decis.*135. *num.*6. *& decis.* 584. *num.*3. *par.*4. *in recen. Barbos.de dict.* post
2 alios, quos allegat *dict.*93. *num.*18. Et† quando est posita inter genus, & speciem, vt puta si fuerit dictum consensit posse conueniri vbique locorum, & Romæ & Neapolis &c. dicitur stare limitatiuè, seu declaratiuè quasi restringat, quod possit conueniri in locis specificatis, & non alibi *Bart.in l.quæsitum. §. si quis fundum num.*6. *ff. de fund. instruct. Rot.decis.*366. *num.*2. *par.*1. *& decis.*37. *n.*21. *vers. quia respondetur par.*2. *Diuers. & decis.* 173. *num.*35. *par.*7. *in recen. & coram Buratto decis.*297. *num.*11. *& ibi Adden. num.*16. *Gonzalez ad reg.*8. *Cancellar. glos.*3. *num.*9.

3 Quod † tamen procedere intelligas quotiescumque præcedit genus, secus autem si præiret species: vt puta si fuisset dictū Cōsensit posse conueniri Romæ, Neapolis, & vbicumque locorum, nam tunc non dicitur stare limitatiuè, sed ampliatiuè, *Rot.decis.*59. *num.*12. *&* 13. *par.*7. *in recen. & d.decis.*366 *num.*2. *par.*1. *diuers.*]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An vna via intētata ad executionem obligationis Cameralis, dimitti possit, & alia sumi.*
2 *Coram eodem, vel diuersis iudicibus plures executiua via simul competentes, simul, & successiue intentari possunt.*
3 *Effectus duarum clausularum in hac tertia parte positarum.*
4 *An post iudicium ordinarium intentatum, possit extraordinarium intentari.*
5 *Distinctio Romani ad præcedentem proximam quæstionem.*
6 *Vix fieri potest, vt sine consensu actoris appareat cæptum fuisse iudicium ordinarium.*
7 *Debitore existente contumace in iudicio ordinario cæpto creditor potest aliam rationem iudicij inire, vel iudicem alium adire.*

QVAESTIO XI.

1 SEcundo quæritur, † An vna ex hic positis vijs intentata, illa dimissa, possit alia via procedi? Et si forte sit cæptum procedi via ordinaria, an peti possit vt procedatur executiuè? Considerandum est si contingat hanc mutationem fieri coram vno, & eodem Iudice, an coram diuersis: & si mutetur de vna via executiua in alteram executiuam: An vero de ordinaria in executiuā.
2 † Nam coram eodem Iudice plures vias executiuas simul competentes simul vel successiuè intētari posse, etiam si iam vno modo facta sit executio, habetur pro indubitato, *a* per doctri. Bar. in l. consentaneum, in pen.q. C. quomodo, & quando iud. & ita est in vsu. Idem quoque dicendum est, si contingat diuersas huiusmodi vias executiuas intentari coram diuersis Iudicibus, tum de iure communi, per ea quæ allegat Ias. in l. nulli prorsus. col. fin. ver. sexto, & vltimo. C. de iud. tum præcipuè

cipuè vigore pacti in hac particula positi per illa
3 verba. † Ita tamen quòd executio vnius Curiæ,
executionem alterius Curiæ nõ impediat nec re-
tardet, iure dicente, quòd vbi iudicium cœptum
ibi finem accipere debet, & qualibet alia iuris,&
facti exceptione in contrarium faciente non ob-
stantibus, & per alia verba superiora, ibi, vno, &
eodem tempore vel diuersis temporibus, per di-
uersorum temporum interualla, vsque ad inte-
gram solutionem, &c. *b* propter quas clausulas,
Cardin. Parif. conf. 103. lib. 3. ver 2 voluit quòd
non obstante l. 2. C. de pignori. Creditor vigore
huius obligationis arbitrio suo possit eligere viã
quam velit, & agere tam ad bona specialiter obli-
gata, quàm ad bona hypoteccata generaliter, ita
vt vna electa non præiudicetur alteri.

Quod tamen dictum, quia apud me non est vs-
quequaque probabile, cum subscripta verba (meo
quidem sensu) id non videantur significare; id-
circo in noua forma putaui addenda esse verba
4 per quæ difficultas huiusmodi tollatur. † Maior
autem difficultas remanet in eo, an post intenta-
tum iudicium ordinarium, liceat aggredi viam
executiuam, *e* in qua non opitulantur verba sub-
scripta, quæ non loquuntur, nisi de executione
vnius Curiæ non impedienda per executionem
alterius Curiæ &c. sicq. inspicienda est sola iuris
dispositio, secundum quam videtur, quòd actor,
qui elegit prius ordinariè procedere, renuntia-
uerit viæ executiuæ, tanquam electione vnius ex
contrarijs facta. c. vt qui duas. de elect. lib. 6. c. 1.
de postul. prælat. eod. lib. accedente etiam dispo-
sitione authen. qui semel. C. quomodo, & quan-
do iudic. per quam videtur pars compelli posse
in ea actione, quam intentauit, vsque ad finem li-
tis persistere. Idem quoque videtur si forsan reo
prouocante actor non contradixerit, sed consen-
serit processui ordinario, iuxta not. in glo. ante-
pen. super ver. partibus, in clemen. sæpè de verb.
signif. Attamen Ludouicus Rom. in conf. 133. in
5 præsupposito casu, distinguit, † quòd si iudex sine
consensu partis expressè incepit procedere ordi-
nariè, poterit pars cõtradicens facere, quod mu-
tetur modus procedendi, & procedatur extraor-
dinariè; secus vbi apparet de partium expresso
consensu fuisse processum ordinariè inchoatum,
& ad d. authen. quòd semel respondet; quod intel-
ligenda est de actione prosequenda, sed quòd ni-
hilominus recedi possit à modo agendi, dummo-
do in lite persistatur. Et cum Ludouico fac. Bald.
in l. natales, propè fin. vbi quòd etiam si merus
executor citauerit partem, non tenetur expecta-
rè terminũ citationis, quia licet assumpserit par-
tes Iudicis in citando, potest recedere ab ea via,
& assumere partes executoris. Quæ Ludouici di-
stinctio, quia non potest suffragari, nisi in termi-
nis primi membri suæ distinctionis, & illud etiam
6 non caret difficultate, saltim in facto, † cum vi-
deatur admodum difficile, quòd dici possit vigore
instrumenti intentatum iudicium ordinarium
& quod appareat id factum esse de cõsensu ipsius
actoris: idcirco in nouella forma putaui addenda
esse verba, quæ hanc etiam difficultatem tollant.
7 † Nolo tamen omittere, quod etiam de iure cõ-
muni, posito quòd creditor vigore instrumenti
hac obligatione roborati, intentauisset expresse
viam ordinarij iudicij, citato debitore; sed debi-
tor fuisset in eo iudicio contumax, ipso creditore
postea iudicium mutando, executiuam viam in-
tentando non posset debitor allegare pendentiã
litis ordinariæ: ita limitat Abb dispositionem
l. cęptum. ff. de ind. in c. ex tenore, de rescript. &
sequitur Felin. ibi in 9. col. vers. lex vbi cœptum
& Corsec. in repet. vbi repet. ver. iudiciũ, & idem
Felin. in cap. cum M. col. 13. vers. extra gl. de con-
stitution. qui ex auctoritate Abb. in c. dilecti col.
pen. de foro compet. dicit quod data negligentia
iudicis, vel contumacia rei, actor potest impunè
adire alium iudicem, non obstante dispositione
dictæ l. vbi cęptum. Et hinc sumi fortasse potest
ratio quamobrem in tex. in d. clem. sæpè positum
fuit vocabulum, Patribus, numero plurali.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Creditor quamdiu potest sibi satisfacere de bonis specialiter obligatis, non potest recurrere ad bona generaliter hypotecata, fallit tamen stante obligatione Camerali, num. 2. fallentia aliquibus non placet, num. 3. est tamen vera secundum alios, & seruatur numer. 4. reprobatur ista opinio num. 5. & 7. fallentia procedit, quando agitur contra debitorem obligatum secus contra tertium, n. 6.*

8 *Obligatione Camerali stante non attenditur ordo, sed tolleratur præposteratio causa ad causam.*

9 *Creditori habenti debitorem obligatum in forma Cameræ licita est variatio de re ad personã, & de persona ad rem, declara vt n. 10.*

11 *Creditor, qui conuenit via ordinaria vnum ex pluribus debitoribus, an, & quando possit eundem conuenire via executiua.*

12 *Executiua via obligationis Camer. cessat postquam cœptum fuit agi via ordinaria, fallit num. 18. intellige vt num. 19. 20. 21. & 22.*

13 *Executiuè non agitur pro legato, quando fuit cęptum agi ordinariè.*

14 *Ordinariè agi dicitur cœptum, quando fuerũt seruati termini substantiales.*

15 *Termini substantiales, an & quando seruari debeant in causis executiuis.*

16 *Deficiente clausula, quod vna via electa &c. non potest relinqui via ordinaria, & agi executiuè.*

17 *Renunciatum dicitur via executiuæ, quando fuit actum ordinariè, & quando dicatur fuisse actum ordinariè.*

23 *Creditor, qui habet plures obligatos in forma Cameræ, omissa exequutione facta contra vnum potest variare, & conuenire alios obligatos.*

24 *Cre-*

24 *Creditor potest cumulare iudicium ordinarii cum exequutiuo.*
25 *Obligationis Cameralis vigore potest actor deserere iudicium vno loco ceptum, & alibi agere.*
26 *Intellige tamen refectis expensis, & facta renunciatione via ordinaria, declara vt nu.27.*
28 *In executiuis licet intentare plures vias, & vna intentata alias aggredi, tam coram eodem, quàm coram diuersis Iudicibus.*

a HAbetur pro indubitato. Adde post *Gallesf. hic Scacc. de appellat. lib.3. cap.2. quest.17. limit.9. sub num. 45. vers. comprobatur circa med. Caroc. de sequestr. par.3. q.17. nu.1.* Itaut vna electa non præiudicetur alteri, [*Rota in* Ciuitatis *Castelli spolij 7. Maij* 1638. *coram* R.P.D. *Ghisilerio, qua erit decis.* 197. *num.4. & in eadem coram eodem sub die* 10. *Maij* 1641. quæ pariter reperietur impressa post *tractat. & erit decis.*198. *num.*2. solet enim ista clausula apponi in obligatione Camerali, & in Guarantigia, vt aduertit *Macer. de fideiuss. par.*2. *princ. sect.*9. §.79. *num.*9. *post Ering. eod. tract. cap.*20. §.35. *circa finem.*]

1 Verum notauimus supra, quod †creditor habens specialem hypotecam quamdiu potest de bonis specialiter obligatis satisfieri
2 ad alia recurrere non valet, quòd †fallit stante hac obligatione, vt per *Parif. consf.*103. *numer.3. vol.*2. & hanc opinionem sequuntur *Card. Mant. in tractat. de tacit. & ambig. conuent. lib.*11. *tit.*2. *sub num.*16. *vers. quod tamen*, *Cesar Barz. decis. Bonon.*108. *num.*29. *in fine*, *Turret. consf.*31. *num.*1.5. & 7. *Surd. consf.*513. *nu.*10. *vol.*4. [*Costa de remed. subsid. remed.* 11. *num.*7. *vers. non obstinet*, vbi alios allegat,] *Pacific. de salutan. interd. inspect.*3. *cap.*3. *num.*46. *in fine*, *Scapucc. eod. tract. lib.*2. *q.*20. *in fine*, *Ioan. Aloys. Ricc. in collect. decis. par.*2. *collect.*452. *in princip. & post Caphal. consf.*439. *num.*4. *Gratian. disceptat. forens. cap.*38. *num.* 7. *Mart. de clausul.*
3 *par.*1. *clausula* 297. *num.*3. *in vlt. edit.* & † licet *Gallesf.* hic dubitet de veritate huius dicti, & post eum *Surd. decis.*44. *in fine*, & *Sca-*
4 *pucc.* vbi proximè; tamen hanc †opinionem veram esse, & ita seruari tradit *Pacific. dict.*
5 *cap.*3. *num.*46. *in fine.* Ego † autem non audérem recedere ab opinione Gallesij, quia veritas est, quòd clausulæ, in quibus se fundat *Parif. d. consf.*103. non possunt id importare, vt probat *Surd. post Gallesf. hic d. decis.*
6 44. *à num.*19. Et †non habet difficultatem, quando agitur contra tertium, quidquid dicendum esset, quãdo ageretur contra ipsum principalem debitorem, vel eius hæredes, *Surd. ead. decis.*44. *num.*10. & *seqq. Scapucc. d.*
7 *quest.*1. *in fine*, Et † Parisio tandem optimè respondit *Surd. vbi proximè num.*12. & contra illius opinionem scio pluries fuisse iudicatum, & signanter, ita iudicauit doctissimus, & Reuerendiss. D. Matthæus Butattus S. Rotæ Romanæ Auditor, dum non modica laude, & honore fuit Locumtenens Illustriss. D. A. C. in vna causa Firmana inter Octauium Casetrum, & Constantinum Ronconum de anno 1611. per acta Amodæi.

b *Vsque ad integrã solutionem &c.* Et propte-
8 rea, stante †hac obligatione, non attenditur ordo, sed tolleratur præposteratio causæ ad causam, & vnius causæ ad se ipsam, & datur creditori optio eligendi viam, quam malit, vnaq. electa aliam aggredi, vt post plures *Gratian. disceptat. forens. cap.*38. *nu.*7. *Marta de claus. par.*1 *clausula* 297. *num.*4 [*Rot. in d. Ciuitatis Castelli spolij* 7. *Maij* 1638. & *num* 4. & 10. *Maij* 1641. *nu* 2. Et ratio est, quia, dum non agitur de examinando credito, sed tantummodo de illius executione, cum sit iam liquidum per obligationem Cameralem, quæ comprehendit debiti confessionem; itaut nullas admittat exceptiones, vtique plura remedia tendentia ad eidem finem habendæ executionis experiri possunt, nec ex hoc aliquod infertur debitori præiudicium, quia dum solutionem effugere non potest, parum sua refert, si per vnam, vel per aliam viam soluere cogatur: Sicq. vna via non potest dici præiudicialis alteri, itaut coram vno Iudice causa diuetisimodè suum possit effectum sortiri, cum omnia iudicia tendant ad eumdem finem executionis exceptiones minimè admittentis; & in pœnam contumacis, qui recusat soluere debitum clarum, & confessatum, permittitur, quod possint variari, & cumulari remedia donec ad finem executionis possit deueniri, *Costa de remed. subsidiar. remed.*25. *num.*9. & *in Romana census* 31. *Martij* 1634. *coram bo. mem. Merlino inter impressas dec.*163. *num.*3. *in d. Romana seu Matinen. dotis* 38. *Aprilis* 1638. *coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, quę est infra decis.*200. *nu.*5.
9 Quamobrem † si debitor fuerit carceratus, & adhuc soluere recuset prout vt plurimũ facere debitores solent petentes sibi alimenta subministrari, itaut creditores permittant illos relaxari, si nolunt magis expendere in

præ-

præstandis alimentis, quam sit eorum credi-
tum, poterit creditor tali casu petere, se im-
mitti in possessionem bonorum, sicut è con-
tra, si fuerit immissus in possessionem bono-
rum poterit instare pro captura debitoris,
Rot. decis. 161. num. 25. par. 6. in recen. & in
Romana palatij 28. Iunij 1634. coram R.P.D.
Ghisilerio, & in Romana census 31. Martij
1634. coram R.P.D. Merlino, quæ erit infra
10 decis. 163. num. 3. Quod † tamen intelligen-
dum est procedere, dummodo per actionem
electam à creditore non fuerit ipsi integrè
satisfactum, nam si actio intentata secum
traxit integrã creditoris satisfactionem cer-
tum est, quod nõ erit amplius licita varia-
tio, Cinc. de censib. par. 2. cap. 2. q. 5. art. 6.
n. 33 Rot. in d. decis. 163. nu. 4. post tractat.]
c Liceat aggredi viam executiuam. [Ad ma-
teriam latè Marta de iurisd. par. 4. cent. 2. cas.
117.] Felician. de censib. lib. 3. cap. 2. num. 9.
11 vbi videtur concludere, quod † si creditor
vnum ex pluribus reis debendi conuenit via
ordinaria eumdem poterit executiuè con-
uenire: Allegat tamen Galles. hic, qui hoc
non dicit, nisi in casu, in quo conuentus fue-
rit contumax, & subiungit Felic. hoc maxi-
mè procedere, si debitor conuentus via or-
dinaria restitit, & contradixit, quòd si coram
vno Iudice creditor aduersus debitorem
petierit executionem, liberè potest in alio
loco, & iudicio aduersus eundem executio-
nem obtinere, non obstante litis pendentia.
12 Pro † negatiua vero sententia, scilicet,
quòd post intẽtatum iudicium ordinarium,
non liceat vigore huius obligationis agere
executiuè, Ruginell. post Contard. de appellat.
§. 2. cap. 3. verbo Cameralis obligatio nu. 163.
Scac. de appellat. lib 3 cap. 2. quæst. 17. limit. 9
num. 45. vers. ratio huius, Marchesan. de com-
miss. appellat. à Camer. oblig. cap. 16. sub n. 20.
vers. neque denegandum in 2. edit. Gonzalez su-
per reg. Cancellar. 8. glos. 6. num. 192. Cæsar
de Grassis decis. 2. num. 2. de senten. excommu-
nicat. Ricc. in collect. decis. par. 4. collect. 1236.
vers. secundus casus, vbi nisi adsit clausula,
quod vna via electa &c. & fuit decisum in
Romana pecuniaria 28. Iulij 1593. coram Lit-
ta, quæ est decis. 68. num. 1. & in Perusina pe-
cuniaria 28. Nouembris 1612. coram R.P.D.
Manzanedo, quæ est decis. 132. num. 4. [& in
d. Romana census coram Merlino post tract. de-
cis. 163. num. 2. & in d. Romana seu Mutinen.
dotis, quæ erit decis. 200. num. 1. & decis. 227.
nu. 7. par. 3. lib. 2. diuers. Cinc. de censib. par. 2.
c. 2. quæst. 5. art. 6. n. 28. Giurba decis. Sicil. 74.
num. 11. & decis. 100. nu. 13. Nonar. post alios
de datione in solut. quæst. 6. num. 6. Marescot.
variar. resolut. lib. 1. cap. 38. num. 4. Et hanc
opinionem veriorem esse dicit Mastrill. de-
13 cis. 157. nu. 1. par. 2.] vnde † qui cœpit age-
re via ordinaria pro legato non potest po-
stea illa via relicta agere executiuè, vt fuit
decisum in causa Mediolanen. legati 30. Octo-
bris 1585. coram clar. mem. Card. Pamphilio,
[quæ reperitur impressa penes Marchesan. de
commiss. par. 1. fol. 827. nu. 2. Boer. dec. 295.
num. 12. Marchesan. in d. tract. de commiss. tit.
de commiss. appellat. à Cam. oblig. par. 1. §. 2.
14 num. 229.] Et † cœptum absque dubio dici-
tur agi via ordinaria, quando fuerunt seruа-
ti termini substantiales, Rot. in d. Mediola-
15 nen. legati. Aduerte tamen, quòd † termini
substantiales sunt seruandi, etiam in execu-
tiuis, quando ageretur de causa graui velu-
ti de maiori summa scutorum 200. iuxta fa-
cultates A.C. Marescot. variar. resolut. lib. 1.
cap. 38. num. 8. Ricc. collect. decis par. 4. collect.
1236. vers. sed dubium. [Rot. decis. 109. nu. 2.
16 par. 4. diuers.] & † non habet difficultatem,
non licere redire ad viam executiuam in
casu, in quo deficeret clausula, Quòd vna via
electa non præiudicetur alteri, Marescot. dict.
cap. 38. num. 4. vbi plures allegat decisiones,
vnique contrariæ, quam refert respondet:
17 Dicitur † enim renunciatum viæ executiuæ,
quando fuit actum ordinariè, [cap. vt, qui
duas de elect. in 6. Bald. in l. diffamari col. 1. de
ingen. & manumiss. Add. ad Alex in l vinum
col. fin. ff. si cert. pet. Rot. in d. Mediolanen. le-
gati num. 2.] & actum fuisse via ordinaria di-
citur, si creditor petijsset condemnari cre-
ditorem ad solutionem pecuniarum, de
quibus in apoca, Rot. Bonon. in vltim. recol-
lect. diuers. decis. 8 sub num. 11. vers. quæ vero.
18 Quod intellige non procedere, † vbi reus
in iudicio ordinario intentato fuisset contu-
max, quia tunc actor potest variare agendo
executiuè, vt infra per Galles. num. 7. Scacc.
d. limit. 9. num. 47. Marchesan. loc. cit. num. 28.
Cæsar de Grassis d. dec. 2. num. 3. Marescot. d.
cap. 38. sub num. 6. & 7. [Cinc. de censib par. 2.
cap. 2. quæst. 5. art 6. num. 29. Gratian. discep-
tat. forens. cap. 593. num. 7. & fuit decisum in
Romana Palatij Campi Floræ 16. Decembris
1588. coram Penia, quæ erit dec 56. num. 10.
19 Secundo † intellige, non procedere secũ-
dum aliquos si per actorem reficiantur ex-
pensæ, quia tunc bene potest intentans iu-
dicium ordinarium redire ad viam executi-
uam, vt post plures, quos allegat tradit Ca-

*uall.in spec.edmmun.opin.contra com.quaest.*815 *num.*22. *& num.*30. *par.*2. vbi hanc opinionem veram dicit, & tenendam in iudicando, & consulendo, [quam etiam fuit amplexa, *Rot. in d. Romana, seu Mutinen. dotis* 30. *Aprilis* 1638. *coram Eminentiss. D. Card. Pan. Zirolo, quae est in fine tract. decis.* 200. *num.* 12.]

20 Tertio intellige non †procedere, quando Iudex sine consensu partis expresso incępit procedere ordinariè, vt consuluit *Roman. cons.*133. *incipien. in praesupposito casu, vers. breuiter.* Sed (vt bene dicit Gallesius hic) difficile reputatur ad imaginandum, & credendum, vt ego sim actor, & Iudex incipiat iudicium, me ignorante, & post eum, quem allegat ponderat *Caroec. de sequestro par.*3. *q.*17. *num.*8.

21 [Intellige quarto non † procedere in eo, qui ordinariè cępit agere super contrauentione instrumenti, quia benè potest relicto illo iudicio agere executiuè ad illius obseruantiam, *Rot. infra decis.*66. *num.*2. *Marescot. vbi supra num.*5.

22 Quinto intellige †non procedere, quando actor incipiens agere via ordinaria protestatus fuisset nolle sibi praeiudicare, quoad viam executiuam, vt post *Molin. de primogenit. in addit. ad finem oper. posit. ad cap.* 13. *num.*31. *lib.*3. *Paz. cons.*39. *nu.*24. & alios, quos refert, & sequitur *Ginrba d. dec.*100. *sub num.*53. *vers. nisi cum viam*, *Nonar. de dat. in sol. d. q.*6. *num.*6. *Cenc. de censib. d. art.*6. *nu.*30.

23 Sed quidquid sit de istis, potest† creditor, qui habet plures in forma Camerę obligatos, omissa executione facta contra vnũ ex obligatis, variare, & alios obligatos cõuenire, *Seraphin. decis.*1107. *num.*3.] Sicut

24 † etiam potest cumulare iudicium ordinarium cum executiuo, *Rot. Bonon. decis.*27. *in nouiss. diuers.*

25 Sed † quid si creditor cœpit agere corã vno Iudice, vel in vno loco, An possit deserere illud iudicium, & alibi aliud intentare, & in hoc nulla adest difficultas, quod possit vigore specialis clausulae in hac obligatione, contentae, *Mandos. de inhibit. q* 93. *num.*5. *Vestr. in praxi lib.*2. *cap.*4. *sub num.*2. *vers. immo si alter.*

26 Quod †ita intelligit, vt per actorem refectae sint expensae, quibus reum grauasset, [& facta sit renunciatio iudicio ordinario, *Gut. tier. practic. quaest. lib.*3. *quaest.*39. *num.*6. *Rebuff. ad constit. reg. Gallic. tit. de litt. oblig. art.*6. *glos.*3. *num.*7. *Coler. de process. execut. par.*3. *cap.*5. *num.*42. *Cancer. variar. resolut. cap.*17. *nu.*37. *de appellat. Scacc. eod. tract. lib.*3. *cap.*2. *par.*17. *limit* 9. *num.*46. *& dixit Rot. in saepius allegata Romana, seu Mutinen. dotis num.* 12.] quod maximè aequitati consonum videtur, *Mart. de praeuent. Tribunal. Vrb. cap.*2. *nu.*6.

27 Sed ista † refectio expensarum non habebit locum quando actor conueniret reum alibi, quam coram A.C. & vellet postea petere relaxationem censurarum ab A.C. tunc enim posset absque aliqua refectione expensarum, quia tunc non mutatur iudicium, sed est idem, & expensae ex hoc non augentur, vt latius prosequitur *Marta de praeuent. Tribun. Vrb. cap.*2. *sub num.*5. *vers. ex hoc infertur.* Sed quidquid dicendum sit circa istam refectionem expensarum, vera est generaliter conclusio, quod in executiuis non

28 † impeditur quis intentare plures vias, & vna intentata alias intentare coram eodem Iudice, & coram diuersis non obstante litis

1 pendentia, *Becc. cons.*17. *sub num.*3. [*Cenc. de censib. d. art.*6. *num.*32.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo verba, per quae debitor non recusat posse moneri, aggrauari, &c. sint intelligenda.*
2 *An per tale pactum possit prorogari iurisdictio alieni iudicis.*
3 *Extra Rom. Curiam via excommunicationis, & censurarũ procedi non potest nisi per proprium Episcopũ obligati, aut per alium de ipsius Episcopi consensu.*
4 *Pactum non valet, quod quis sine monitione praecedente excommunicari possit.*
5 *Quae ratio illius vsus sit, vt in curia absentes non moniti excommunicentur.*
6 *Non potest pactum esse immediata causa excommunicationis.*
7 *Cur obligatione facta cum susceptione, censurarum sine monitione quis in curia excommunicari soleat.*
8 *Vsus suscipiendi ab initio censuras, vnde acceptus fuerit.*
9 *Quid sibi optimè cauere volenti in obligationibus sit seruandum.*
10 *Qui semel consensit, in alterius praeiudicium dissentire non potest.*
11 *Pro futuris culpis non debet fieri excõmunicatio.*
12 *Susceptio censurarum ab initio, non valet facta coram Notario solo.*
13 *Excommunicatio à non competenti iudice lata non valet.*

QVAESTIO XII.

1 Tertio quaeritur, †quomodo intelligenda sint verba, per quae debitor paciscitur, & vult posse moneri, & excommunicari, aggrauari, reaggra-

aggrauari, & ad brachium secluare deponi. Pro
quorū intelligentia, suppositis pro notis ijs, quæ
habentur in cap.P. & G. de officio delegati. & in
cap.sacro. de sentent. excom. & in c. cordis ocu-
lus.1.q.7. & in eisdem locis no. glo. & Doct.ex il-
2 lis in summam facio hanc conclusionem. † Quòd
si quis dubitet, An per tale pactū prorogari pos-
sit iurisdictio alieni iudicis, vt talis iudex hæc fa-
cere, possit, & de clerico res est clara, quod non
potest id facere sine consensu sui Episcopi. Simi-
liter potest, & laicus cum consensu sui Episcooi.
Sed an idem facere laicus possit sine tali cōsensu?
quamuis Ant.Butr.voluerit facere certam distin-
ctionem, tamen communis Doct. sententia est,
3 quod non possit. † Vnde sequitur, quod vigore
huius obligationis, via excommunicationis, &
censurarum nō poterit extra Rom. Curiam pro-
cedi, nisi per proprium obligati (siue clerici, siue
laici) Episcopum, aut eius Vicarium, aut alienū,
in quem de consensu proprij Episcopi facta sit
prorogatio, & in ipsa Curia per Auditorem Ca-
meræ, cui hoc genus causarum est (iuxta supe-
4 rius dicta) præcipuè delegatum. a † Si autem du-
bitetur, An valeat pactum quod à iudice compe-
tenti possit obligatus excommunicari non præ-
cedente monitione, seu citatione, & cōtumacia?
& in hoc quoque dubio communis est omnium
sententia, quòd pactum non valet: & ideo pru-
denter positum fuit in hac formula verbum, mo-
5 neri, ante verbum excommunicati. † Quæ cum
ita se habeant, operæ pretium est videre, qua ra-
tione constet vsus Rom. Curiæ, secundum quem
ita obligati, si absint ab ipsa Curia, excommuni-
cantur, aliter non moniti, nec citati. Vt redda-
tur vnicuique suus honor, hoc bene declarat glos.
pragmaticæ sanctionis, tit. de pignorantibus cul-
tum diuinum. ver. abolentes. vbi in summa dictis
6 Doct. in d. c. P. & G. colligit esse verum, † quod
nemo potest obligare se ad pœnam excommuni-
cationis per viam pacti, b ita quod pactum sit
causa immediata excommunicationis. Sed be-
ne potest se obligare, faciendo non quod pactum
sit causa immediata excommunicationis, sed cō-
tumacia vera, vel præsumpta, & subsequitur
(exemplificando ad vnguem, sicut hic in Curia
vtimur) videlicet quia debitor confitetur debi-
tum coram iudice, & Iudex ex tunc condemnat
eum ad soluendum creditori, & consentiente de-
bitore fert excommunicationem sub cōditione,
nisi satisfaciat in termino: tunc enim elapso ter-
mino, erit excommunicatus sine alia monitione:
& hoc casu non ipsum pactum, sed ipsa contuma-
cia vera vel præsumpta in non soluendo tempore
debito, est causa excommunicationis. illaque
comminatio, nisi infra terminum non soluat, ha-
7 bet vim monitionis. † Sed quo pacto defendemus
alteram practicam, quæ est in vsu, vbi obligatio
facta est ab initio cum susceptione censurarum,
cuiusmodi etiam erant in effectu superius positæ
ex antiquis Cameræ libris, & ex Speculatore de-
scriptæ formæ? tunc enim si de obligatione roga-
tus sit aliquis ex Notarijs Curiæ dicti Auditoris,
nisi fiat ex vrbanitate, de communi vsu non est
necessaria citatio, & si instr. aliud deferatur, non
citatur, debitor, vt constituatur in contumacia,
neque ad videndum se excommunicari, sed cita-
tur solummodo pro recognitione instrumenti, &
extractione censurarum. Videtur primo aspectu
dura practica, sed intentius considerata, inueni-
tur habere eandem rationem cum præcedenti:
nec differunt in alio, nisi, quod in præcedenti fer-
tur excommunicatio præcedente confessione, &
sub illa conditione postquam venit dies faciendæ
solutionis, aut alterius implementi: in hac vero
simul omnia fiunt tempore contractæ obligatio-
nis, tunc enim facta per debitorem confessionem,
Iudex eo consentiente, ex tunc profert in eum
sententiam excommunicationis, & alias censu-
ras, nisi tempore conuento satisfecerit. Itaque
hæc est per omnia similis antecedenti, excepto
quòd hic sententia sub illa conditione profertur
ab initio, ibi post lapsum diem præstitutū facien-
dæ solutioni. Sed hæc differentia non substantia-
8 lis in proposito. † Et tàm superior, quàm hæc pra-
ctica suscipiendi ab initio censuras, accepta fuit
ex cautela, quam ex verbis Innocentij sumptam
docuit Hostien. in dicto cap.P. & G. in secunda
columna, vbi inquit: Ex præmissis colligi potest,
9 † quod si quis in hac materia cautè sibi vult pro-
uidere, debet sibi cauere, vt non solum fiat iuris-
dictionis prorogatio, sed statim per iudicem cō-
sentiente: & instanter petente debitore, feratur
in eum excommunicationis sententia, nisi infra
terminum plenè satisfecerit: tunc enim nulla alia
monitio necessaria est, quia dies pro homine in-
terpellat, infra de locato cap. primo in fine. Nec
10 valebit appellatio, si appellet interim: † quia ex
ex quo in hoc semel consensit, in alterius præiu-
dicium dissentire non potest argum. infra de pro-
bat. per tuas, §. fin. ad finem, cum suis concor-
dant. & de re iudica. c. cum causa, quæ inter vos,
§. 1. vers. & eidem iudici, non enim grauatur, nisi
à se ipso. Vnde nec potest de iudice conqueri ar-
gum. infra de appell. c. cum spirituali, §. porro.
secus si expressè non consensisset. sed contra inui-
tum esset lata sententia, & sic loquitur, & tollitur
contrarium, infra de appell. præterea. Hæc sunt
verba Host. cum quo transeunt omnes in d. cap.
P. & G. vbi etiam Anton. de Butr. colum. 4. ver-
sic. ex præmissis cōcludit, Hostiens. affirmat, quòd
in practica sic seruatur secundum Ioan. Andr. &
re vera id dicit Ioan. Andr. qui ibidem in 2. col.
refert suprascripta verba Hostiens. Et licet Abb.
in fi. 3. col. subiungat, quod de præmissis possit
hodie dubitari per cap. Rom. de sentent. excomm.
11 lib. 6. vbi dicitur, † quòd pro futuris culpis non
debet fieri excommunicatio, etiam sub conditio-
ne, nisi causa præcesserit: tamen addit posse dici
causa præcessisse, ex quo debitor sponte in se su-
scepit sententiam; quod dicit esse notandum.
12 † illud nolo hic prætermittere, in quo vidi mul-
tos etiā doctos viros errare, quòd (sicuti ex præ-
dictis colligitur) huiusmodi ab initio facta censu-
rarum susceptio, non valet, facta coram solo no-
tario, sed facienda est coram ipso competenti Iu-
dice (qualem diximus esse extra Curiam propriū
Episcopum, & in Curia Auditorem Cameræ, &
alios Iudices ordinarios, in negotijs, quorum
contractus per eorū notarios recipi possunt) qui
iudex quisquis ex prædictis fuerit, etiam ex tunc

proferat, fulmineтq. actu excommunicationem, 13 & censuras prædictas: † cum nisi à competenti iudice prolata excommunicatio non valeat, secundum ea quæ ponunt Doct. in locis superius relatis. Non ignoro, quod nonnulli ad euitandum hoc absurdum, vtūtur talibus cautelis, videlicet, quòd si de obligatione, & censurarum susceptione rogatus sit ipse actuarius, antequam extrahat, & consignet parti instrumentum censurarum, idem notarius curet habere, vel in calce ipsius obligationis, vel in manuali actorum, Iudicis manu scripta verba huiusmodi. Nisi infra tempus debitum, dentur litteræ de consensu. Sed si censuræ susceptæ sint coram alio Notario, producto prius instrumento, & citata parte aduersa ad dicendum contra illud, videndumque iurate testes super illius recognitione, ac fulminari censuras, seu mandari illas relaxari, in termino citationis Iudex recognitio instrumento in calce illius scribit ea verba, Censuræ, nisi infra tempus conuentum, dentur litteræ de consensu. Quæ tamen cautelæ neutro in casu videntur supplere defectum sententiæ excommunicationis, nisi accederet nouus partis consensus, cū antecedens censurarū susceptio coram solo Notario facta, re propterea ab initio nulla, non possit per subsequentem Iudicis approbationem validari, de electio. cap. auditis, & capit. dudum. Et faciunt ea, quæ ponit Bart. Brixien. in quæstionibus venerialibus 41. & 43. & Ioan Andr. in capit. ratum, & in capit. non firmatur, de regulis iuris, in mercurialibus, in quæstionibus, quas ibi proponit.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ solus potest vigore obligationis Cameralis promulgare censuras ecclesiasticas.*

2 *A.C. non potest vigore suarum facultatum excommunicare Communitates in forma Cameræ obligatas.*

3 *Neque minus potest contra ipsas interdicta promulgare, nisi concurrat specialis licentia Papæ.*

4 *Pœna excommunicationis, an quis per viam pacti possit se subijcere.*

a 1 QVi hoc genus causarum præcipuè est delegatum. Et propterea † ipse solus potest vigore huius obligationis Cameralis promulgare censuras Ecclesiasticas, ita dictantibus eius facultatibus *Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepiscopali, siue Thesauro fori Ecclesiast. par. 3. tit. de suspen. & interd. cap. 39. sub num. 101.* [*Marta de prauent. Tribunal. Vrb. num. 4.* Est tamen animaduertendum, quod licet A. C. facultatem habeat promulgandi ecclesiasticas censuras contra obligatos in forma Cameræ, qui soluere re-2 cusent; nullam † tamen habet facultatem excommunicandi Prouincias, Communitates, & Vniuersitates quantumuis adstrictas vinculo obligationis Cameralis, cum hæc pro pecuniario debito excommunicari minimè possint, vt disponit *tex. in cap. Romana. §. vniuersitatem de senten. excommunicat. in 6. Couarru. variar. resolut. cap. 8. num. 8. in fine, Syluester in summa verbo excommunicatio. 1. §. 3. Nauar. consil. 24. nu. 1. sub tit. de senten. excommunicat. Henriq. in summa lib. 13. cap. 25. §. 4. littera B. Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. glos. 37. num. 7. Adden. ad Burat. decis.*
3 *916. num. 6.* Imò † nec facultatem habet promulgandi contra eas interdicta, nisi concurrat specialis licētia Sedis Apostolicæ, vt expressè disponitur in Constitutione Bonifacij Papæ Octaui, de qua in Bullario veteri to. 1. fol. mihi 33. quam postea Clemens Papa Septimus per aliam Constitutionem confirmauit, & innouauit, obseruarique mandauit non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac obligationibus in forma Cameræ, vt ex lectura ipsius Constitutionis desumere licet, quæ reperitur impressa in Bullar. vet. tom. 1. & est 35. in ord. fol. mihi 339. Quæ quidem specialis licentia supponendi Communitates, & Prouincias interdicto Ecclesiastico cum non fuerit tributa Aud. C. prout requiritur per dictas Constitutiones, vt patet ex ijs verbis, *Nisi talis suppositio interdicti hactenus foret facta, vel antea fieret de Apostolicæ Sedis licentia speciali, & expressa per ipsius Sedis patentes litteras apparente &c.* sed tantummodo fuerit data generalis facultas promulgandi Ecclesiasticas censuras, vt ex lectura ipsius facultatum innotescit, sequitur quod non habeat facultatem promulgandi interdicta cōtra Communitates in forma Cameræ obligatas, nisi ipsi specialiter hoc à Sancta Sede demandetur, vt bene aduertit *Frā. cisc. Leon. in Thesaur. for. eccles. par. 3. cap. 8. num. 102.*]

b *Nemo potest obligare se ad pœnam excommu-*
4 *nicationis per viam pacti.* Vide † in hoc, *Capr. in tractat. prorog. iurisd. post reg. 53. post princip. in conclus. quæst. dependen. fol. mihi 59 à tergo, & per totū,* & in istis terminis *Marc. Anton. Genuen. in d. praxi cap. 117. num. 5.* [& hanc ipsam opinionem tenet *Luc. de Penna contra alios,* quos refert *Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. tit. de iustit. §. 3. vers. mestiers num. 99.*

GAL-

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio verborum, per quæ debitor vult posse cogi, compelli, &c.*
2 *Propria creditoris auctoritate, vt possit quis cõpelli, aut capi non potest pacto conueniri.*
3 *Partes facere non possunt earum pacto, vt ordo iudicialis non seruetur.*
4 *Quatenus partes conuenire possint, vt Iudex procedat sine ordine iudiciario.*
5 *Valet pactum inter partes, vt Iudex ab executione incipiat.*

QVAESTIO. XIII.

1 QVarto † quæritur consequenter de intellectu
illorum verborum, per quę debitor consen-
tit, & vult se, & suos prædictos posse co-
gi, compelli, constringi, arrestari, capi, incarce-
rari, & detineri. Hæc quoque videtur biceps esse
quæstio, videlicet, si vigore huius pacti, personæ
captura, & alia prædicta fieri possint sine ministe-
rio Iudicis, propria creditoris auctoritate? Et so-
2 lutio est expedita, † quòd fieri non possint, &
quòd pactum, si diceretur ea fieri posse propria
creditoris auctoritate, non valeret. *a* Ita Angel. in
authen. vt non fiant pignor. in fin. idem Angel. in
l. si vnus, §. pacta. ff. de pact. Dyn. Bart. Imol. Ang.
& Ludo. & Alex. in l. alia, §. eleganter, ff. solut. ma-
trim. Imol. in cap. cum contingat. de iur. iur. Fe-
lyn. in cap. ex rescripto, col. 5. ver. similiter non
valet, & in 4. col. vers. ista faciunt. Quod proce-
dit, etiam si pactum sit iuramento firmatum, vt
Alex. in d. §. eleganter. Bal. in authen. sacramenta
puberum. Crot. in rep. l. nemo potest, num. 9. de
leg. 1. vbi ponit aliquas limitat. Immo nec desũt,
qui dicant etiam iudicis auctoritate talia fieri nõ
3 posse, quia † partes non possunt earum pacto fa-
rum pacto facere, *b* quòd non obseruetur ordo iu-
dicialis. glo. in clem. sæpè, vers. & necessario. de
verb. signif. & cap. fin. de re iudic. in 6. & in cap.
de causis. de offic. deleg. Bar. in auth. offeratur. C.
de libel. obla. Io. And. & Abb. in c. cod. tit. de lib.
obla. Ad arrestum autem, capturam, & carcera-
tionem personæ, & similia deueniri nõ potest, nisi
præcedat libellus, & litis contestatio, cũ ab exe-
tione nou sit inchoandum. l. cõsentaneum, & ibi
Bar. C. quomodo, & quando iudex, & in l. eum
ex eo. ff. ad legem Iuliam pecul. quamquam etiã
Ang. & Arct. quos citat Crot. vbi sup. teneant
contrarium, ea potissimũ ratione, quia illud po-
test fieri per legem, ergo & per actum. Quod an
sit verum, non videtur esse hic disputandi locus:
satisfit enim nostræ quæstioni, per no. doctr. Abb.
in d. c. de causis. de offic. delegat. col. 2. vers. in
glo. in verb. partiũ, quem posteriores communi-
ter sunt secuti, & comprobatur diuturno vsu: di-
4 cit † enim quòd partes possunt conuenire, vt iu-
dex procedat sine omni ordine iudiciario. *c* Sed
tunc illius iudicis verbum non habebit vim sen-
tentiæ, sed cuiusdam pacti. Nam sicut post factum
partes posũt probare sententiam nullam, & ha-
bebit vim pacti, vt legitur, & not. in l. 2. C comm.
vtri. iudi. & no. in c. significasti. de foro compet.
ita à principio possunt, conuenire, vt Iudex pro-
cedat sine ordine iudiciario: sed si vellent partes,
quod verbum iudicis haberet vim sententiæ, non
possent remittere ordinem substantialem à iure
inductum, vt de lit. cont. cap. vni. l. properandum.
C. de iudic. & clem. sæpè. de verb. signif. & quod ibi
5 no. in fin. hæc sunt verb. Abb. † Ex quibus, & alijs
superius citatis, colligendo in summam proposi-
tæ quæstionis solutionem, dicere possumus pru-
denter compositam fuisse hanc nostram formu-
lam, valereq. dictum pactum, & posse illius vigo-
re, cum ministerio tamen Iudicis, inchoari ab
huiusmodi executione.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Partes possunt earum pacto facere, vt Iudex procedere possit sine ordine iudiciario, amplia vt num. 2.*

a NOn valeret. Aliàs valet *Carol. de Grassis* post multos quos allegat *de excep. in prælud. num. 8.*

b *Quia partes non possunt earum pacto facere.*

1 [Contrarium † voluerunt *Bal. in l. minor 25. annis. ff. de mino. Boer. decis. 295. num. 10. Rebuff. in tractat. de litter. obligator. in præfat. numer 19.* itaut † interueniente tali pacto dicatur non esse locum processui ordinario stante contraria debitoris voluntate, vt tenuit *Rot. coram* Buratto *decis. 274. num. 15. & decis. 134. num. 14. par. 5. in recen. & in Neapolitana pecuniaria 5. Iulij 1632. coram Eminentiss. D. Card. Verospio, quæ est decis. in fine operis 169. num. 2.* Vbi affertur ratio validitatis huiusmodi pacti nempè, quòd sicuti potest induci per vsum, & consuetudinem, vt concedatur executio parata instrumento, quod est quid amplius, nil mirum si valet tale pactũ, quod est minus, dum cõcurrit contrahentiũ voluntas, quæ non concurreret, si adesset consuetudo.]

c *Vt Index procedat sine omni ordine iudiciario,* & post *Gallef.* hic comprobat *Carol. de Grassis loc. supra citato num. 9.* [*Burg. de mod. proceden. ex abruptò quæst. 5. num. 103.*]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Cur in formula obligationis* Cam. *non insit pactum super executione bonorum temporalium ipsius obligati.*
2 *Pactorum bona obligati afficientium adscriptio.*
3 *A quibus eiusmodi pacta auctor sumpserit: & à quibus distinguantur.*

QVAESTIO XIV.

1 QVinto, † cum ex clausulis superius interpretatis vidimus per pacta prædicta bene promissum esse pro habenda ab ipso initio executione, tam in animam, & famam via excommunicationis, & censurarum, illarumq. infamis publicationis, quàm in personam via arrestationis,
2 detentionis, carcerationis, &c. † Quamobrem omiserunt prudẽtes apponere pactum, per quod haberi posset similis executio etiam super temporalibus, quæ fortunæ bona appellãtur, ad quæ (vt tunc se habet forma) non datur executio, nisi in subsidium, & postremo loco, dum non proficientibus censuris, & illarum infami publicatione ad brachij secularis inuocationem deuenitur? causa (nisi me fallit opinio colligi potest ex antedictis. Nam si forma inuenta fuit pro debitis Cam. potissimum ex annatis benef. in longinquis regionibus, & sub extraneis regnis, & iurisdict. consistentium, consequenter non erat facile habere executionem in temporalibus obligatorũ bonis, neque contra successores illorum, & propterea prudentes, qui formulam cõposuerũt, neglexerunt ea pacta, & clausulas, quæ nihil, aut ra-
3 ro poterant proficere. † Nunc autem, quando eadem forma, etiam in priuatorum contractibus passim vsurpatur haud inutile fore existimaui, si adderentur pacta, quæ afficiant bona non solum viuo debitore, & eo mortuo contra eius vniuersales hæredes, sed etiam quoscunque particulares successores, *a* veluti quòd liceat creditori ingredi possessionem bonorum obligatorum propria auctoritate, *b* quæ debitor ex nunc constituit se eius nomine possidere, *c* & concedat etiam in solutũ, promittendo non facere de illis alium contractum huic obligationi præiudicialem, &c prout latius apparebit in noua forma inferius describẽda, quæ singula pacta habent paratam executionem contra quoscunque etiam tertios possessores à debitore ipso causam habentes: & ea sumpsi ex ijs, quæ ponunt Bart. & Doct. ac potissimũ Salic. in l. creditores. C. de pign. vbi qui volet, videre poterit. Quorum etiam dict. si quis sub cõpendio collecta videre voluerit, legat Neguf. in tract. de pign. in 4. par. princ. num. 8. cum plurib. sequen. vbi eleganter, & breuiter omnia reducit ad 15. conclus. ex quibus congruenter relatis iustificantur singulæ par. addit. nostræ prædictæ. Et de modo secundum quem procedendum sit ad talium pactorum executionem, dicemus loco suo in tertia parte huius tractatus.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod possit capi possessio propriâ authoritate operatur, vt etiam executiuè agi possit contra tertium.*

2 *Quod procedit si tertius fuerit citatus, de communi.*

3 *Creditor, qui vigore pacti in instrumento appositi potest propria auctoritate possessionem bonorum debitoris capere, si adeat iudicem, amittit facultatem, declara vt nu. 4. 5. & 6.*

7 *Pactum de capienda possessione propria auctoritate, cum clausula constituti, exercetur etiam contra tertium, nulla præcedente citatione, aut crediti liquidatione.*

8 *Pactum de non alienando dat facultatem exequendi contra tertium possessorem non citatum.*

9 *Fallit tamen in possessore rei censuatæ obstante Bulla Pij V.*

a SEd etiam contra quoscumque particulares successores. Hæc forma vt supra notaui non seruatur, vt dixit *Rot. in Romana computorum* 18. Martij 1594. *coram Card. Mellino, quæ est decis.* 47. *num.* 3.

1 *b* *Propria auctoritate.* [Istud † pactum, quòd possit capi possessio propria auctoritate bonorum debitoris prębet executionem paratam etiam contra tertium, *Gratian. discept. forens. cap.* 926. *num.* 21. *Vivi. decis.* 177. *num.* 1. *& sequen. lib.* 1. *Guttier. de contract. curat. cap.* 23. *tom.* 6 *par.* 2. *Bon. de statutar. Vrb. præscript. glos.* 20. *num.* 25. *& dixit Rot. in Ciuitatis Castelli spolij* 7. *Maij* 1638. *corã R.P. D Ghislerio, quæ habetur in fine tractatus, & est decis.* 197. *num.* 5. *&* 8. *& in eadem coram eodem sub die* 10. *Maij* 1641. *post tractat. decis.* 198. *num.* 4.

2 Quod tamen intelligendum est procedere si tertius fuerit citatus, & auditus alias non posset istud pactum exerceri contra tertium possessorem, *Fontanell.* post alios quos allegat *de pact. nupt. clausula* 5. *glos.* 1. *par.* 3. *n.* 19. *tom.* 2.] Quamuis multi dixerint, quod vigore obligationis Cameralis stante hac clausula possit agi contra tertium bonorum possessorem executiuè ipso non citato *Cesar Barz. decis. Bonon.* 108. *num.* 35. *post Gallesi. hic* [*Gratian. discept. forens. d. cap.* 926. *nu* 21. cum, vt ipsi dicunt, sufficiat fuisse intentatum iudicium cõtra principalem debitorem, quod afficit etiam tertium possessorem. Verum opinio magis vera est, quod contra tertiũ possessorem requiratur citatio pro quocumque suo iure, & interesse, vt dixit *Rot. in d. decis.* 197. *nu.* 7. *&* 198. *num.* 3. *post tractat.*]

3 Aduertendum † tamen est prædictæ clausulæ virtutem cessare per aditionem Iudicis, *Marc. de Amat. decis.* 48. *num.* 10. *Seacc.* post multos, quos allegat *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 45. *vers. confirmatur hac ratio.* [*Mantic. de tacit. & ambig. conuẽt. lib.* 11.

lib.11.tit.5.num.19. & lib.22.tit.22 nu.15. Nouar.post alios de datien. in solut.quæst.6.numer.4.] quia per eam censetur huic facultati renunciatum, adeo vt non liceat amplius
4 ad eam reuerti. [Quod † tamen locum habere non crederem stante obligatione Camerali, quæ dat facultatem creditori intentando plures vias, vnaque intentata non censetur alteri renunciasse, nec vna via potest dici præiudicialis alteri, aut contraria, *Rot.in Romana census 31.Maij 1634.coram bon.mem.Merlino, quæ est inter impressas in fine operis decis.163. num.3.* & latius dictum
5 fuit supra *in quæst.7.* sicut pariter † locum non haberet, quando in petitione facta corã Iudice actor sibi præseruauit facultatem ingrediendi possessionem propria auctoritate, mediante protestatione, tunc namque non obstante recursu ad Iudicem potest, omissa via iuris, de facto possessionem apprehẽdere vigore facultatis, Alex. *cons.130.numer.16.lib.4. Negusant. de pignor. & hypotec. par.4. num. 26. Mantic. vbi supra d. lib.11. tit.5. num.20.* vbi quod cautus esse debeat creditor, qui vult adire iudicem, vt hac protestatione vtatur A*dden. ad Greg. decis.105. vers.quod tamen*, vbi etiã quod ab hac protestatione non dicitur recessum per litis cõte-
6 stationem. Neque minus † procederet conclusio prædicta si habens facultatem capiẽdi possessionem propria auctoritate vrbanius agendo adiret Iudicem pro assistentia, & associatione familiæ ad effectum euitandi scãdala, *Mantic.d.lib.22.tit.22. num.17.* Rot.*coram Card.Seraph. decis.1003. num.1.* Adden. *ad Greg.decis.105. vers.limitatur etiam.*]

Quæ debitor ex nunc constituit se eius nomi-
7 *ne possidere.* [Licet pactũ de capienda † possessione propria auctoritate, vt diximus supra non operetur, quod agi possit executiuè contra tertium absque citatione, & liqui-
8 datione crediti, attamen † si cum dicto pacto concurrat clausula constituti potest agi via executiua, etiam contra tertium nulla præuia liquidatione crediti, nec aliqua citatione, vt per *Bart. in l.creditores col.8. in princip.vers. sed pone quod debitor, C.de pignor. Afflict.decis.139.num.7.Capic.decis.54. num.4. Goz.ad.cons.42.nu.12. Marant.de ordin. iudic. dist.7.nu.51.*Rolan. *à Valle cons.79. num.33. vol.1.* Grat. *cons.42. num.15. vol.2. Maluas. cons.98. num.32. vol. 1.* Negusan. *de pignor. par.4. princip.conclus 5.num. 14.& conclus.8. num.20.Scacc.de senten. glos.14.quæst.9. numer.36.Fenne.de moment.tempor.cap.22.n.9.*]

Cæsar Barz.d.decis.Bononien.108.n.34.Marc. Anton.de Amat.decis.47. num.3.

d *Huic obligationi præiudicialem, Marc.Ant. d.decis.48.num.20.* [Quid autem si adsit pactum de non alienando? An illo stante possit fieri executio contra tertium possessorem non citatum, & affirmatiuam post plurimos defendit *Gait.de credito cap.3. tit.1. n.1027. Cinc.de censib.par.2. cap.2. quæst.5. artic.6.*
9 *sub num.21. vers.licet enim*, vbi † limitat in possessore rei censuatæ, nam dictum pactum repugnat Cõstitutioni Pij V.super cẽsibus.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo pactum de capienda, & detinenda persona iure valeat.*

2 *Quot, & quibus rationibus pactum de carcerando alienum sit à iure.*

QVAESTIO XV.

1 SExto † quæritur de pacto apposito, quòd persona possit carcerari, an iure valeat? *a* Federic.Senen.in cons.69. Quod pactum &c. tenet valere, & ita vbique seruari dixit Paul.Castr.in l.Titio centum. ff.de condit. & demonstr. intelligendo tamen quod captura, & carceratio fiat ministerio iudicis, non propria creditoris auctoritate, tractatur eadem quæst. per Alex.in l. alia. §.eleganter. ff.solut.matrim. & per omnes in.l. nemo
2 potest de leg. primo. † Est autem hoc pactum à iuris dispositione alienum, non solum propterea quia conuenitur, vt peruerso ordine iudicij ab executione incipiatur: sed etiam quia ipsius executionis debitus ordo peruertitur, nõ enim semper carcerari potest, qui non soluit, sed prius requiritur mobilium, immobiliumq. bonorum excussio *b* iuxta not.per gl.in l.3.§.tutores.ff.de suspect.tut.& Bart.in l.1. ff.de cess. bon. & Alex. in d.§.eleganter. col.3. ver. ex prædictis.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, vt quis carcerari posse, valet, stante maximè iuramento, num.2. contrarium n.3. reprobatur num.4.*

5 *Pactum vt quis carcerari possit, valet, quando captura facienda est ministerio Iudicis, limita num.6.*

7 *Obligatio Cameralis, & obligatio in forma guarantigiæ executioni demandantur contra bona, & contra personam, amplia vt numer.8. & 9.*

10 *Clericus per hæc verba, Se obligauit in forma Cameræ, non censetur obligatus ad carceres.*

11 *Clericus, filiusfamilias, Doctor, & mulier*

non

non possunt ad corpus se obligare.
12 *Clericus vigore huius obligationis non potest carcerari, neque excommunicari.*
13 *Debitor Cameræ potest personaliter capi, intellige vt num. seq.*
15 *Excussio bonorum non requiritur stante Guarantigia.*
16 *Excussio bonorum non requiritur stante obligatione Camerali, vbi ratio assignatur.*
17 *Debitor Cameræ potest capi non excussis bonis.*
18 *Obligatione Camerali, vel Guarantigia stante omnia bona videntur constituta in pignus prætorium.*
19 *Habens pro se obligationem Cameralem agit contra fideiussorem, etiam in casu, in quo debitor consentiret, quod ei consiguarentur pecuniæ depositatæ.*
20 *Executio realis non impedit personalem, sicut è contra.*

1 a AN *valeat.* Hoc † pactum, quod per-
sona possit carcerari valet *Carol. de*
Grassis post alios de except. in præl ud. num. 90.
& 91. vbi etiam non obstante, quod habeat
multa bona, *Petr. Nun. in tract. seu declarat.*
ad l. 4. *&* 5. *tit. de las exceptiones nu.*13. *vers.*
quartus est casus, licet contrarium teneat,
Alex. ad Bar. in l. nemo carcerem littera A. vers.
2 *pro debito. C. de exact. tribut. lib.*10. & † non
habet difficultatem stante iuramento, *Ca-*
*rol. de Grass. vbi supra num.*86. *Seraphin. de*
*priuileg. iuram. priuil.*77. *num.*21. *licet à nu.*4.
disputet *Mancin. de iuram. par.* 4. *effect.* 224.
3 *à num.*1. licet † in contrarium tenuerit *Co-*
*uarru. variar. resolut. lib.*2. *cap.*1. *num.*1. *vers.*
4 *sunt etenim*; tamen † eius opinio reprobata
5 est vt infra. affirmatiua verò † opinio sic est
interpretanda, vt procedat quando captura
facienda est Iudicis ministerio, vt post *Gal-*
*les. hic Mancin. loco supra cit. num.*4.
6 Interpretanda † est secundo affirmatiua
opinio, vt non procedat in nobili, qui non
potest etiam medio iuramẽto se obligare, vt
pro ciuili debito possit carcerari quẽadmo-
dũ conatur defendere, *Caual. ĩ specul. opin. cõ-*
*mun. quæst.*689. *n.*4 *& seq.* vbi hanc sententiã
post alios dicit veriorem; & ab ea non rece-
dendum in iudicando: Verum quidquid sit
7 de his, vniuersaliter † obligatio nostra exe-
quitur contra bona, & contra personam,
*Surd. cons.*298. *num.* 4. *lib.* 2. vbi quod contra
obligatum in forma Cameræ potest incipi à
captura, [*Costa de remed. subsid. rem.*25. *sub*
*num.*6. in quo post *Surd. cons.*513. *num.*20. *&*
*decis.*44. *num.* 18. *& seqq.* loquitur in filiofa-
milias obligato in forma Cameræ,] *Surd.*
*autem d. cons.*298. idem dicit in obligato in
forma Guarantigiæ, *Cassan. in consuet. Bur-*
gund. rubr. 1. *tit. des Giustice*, §.6. *vers. Messers.*
& sergens num. 98. *vers. & aduerte*, vbi addit
quod captura non potest fieri die feriata in
honorem DEI, nisi adsit suspicio fugæ, *Gal-*
*ganet. ad statut. Vrb. cap.*82. *num.*5. *vers. limi-*
*ta secundo, Tiber. in praxi lib.*1. *cap.*41. *num.*3.
8 *&* 4. vbi dicit † hoc priuilegium obligatio-
nis Cameralis procedere etiam contra Epi-
scopos Prælatos, viros illustres, ac honestas
mulieres, licet ex modestia excipiantur *Rot.*
in Mediolanen. *affictus* 29. Martij 1596. *corã*
Orano, quæ est decis. 118. *num.*5. [*Mart. de*
clausul. par. 1. *clausula* 146. *num.* 15. *Thesaur.*
*decis.*26. *nu.*13. *Rolan. à Valle cons.*13. *nu.*18.
*lib.*1.]
9 Quibus sic stantibus, etiam Clerici † ad-
stricti huius obligationis vinculo carcerari
poterunt, vt post *Farinacc.* contra *Couarru.*
ita seruari in praxi dicit Marc. Anton. *Genuen.*
in sua praxi Archiepiscopali Neapolis *cap.*3.
nu. 16. *in fine*, [*& Intrigliol. singul.*70] quid-
quid dicat *Ferret. cons.*254. *num.*14. *lib.*2. vo-
10 lens, quod † Clericus per ista verba, *se obli-*
gauit in forma Cameræ, non censeatur obli-
gatus ad carceres, nec renunciasse beneficio,
cap. Odoardus. [Cuius opinio fundatur fortè
11 in eo, quod † Clericus, filiusfamilias, mu-
lier, & Doctor non possint, secũdum aliquo-
rum opinionem ad corpus se obligare, vt
post Hippolyt. *de Marsil.* dicit *Cassaneus in*
consuetud. Burg. rubr. 1. *tit. des Giustices.* §.6.
*verb. messiers, & sergent nu.*99. *in add.* ac pro-
fecto contra *Galles.* hic, multi tenent, quod
12 Clericus † vigore huius obligationis non
possit carcerari, nec excommunicari, & de
magis communi testatur *Carol. de Grassis de*
*effect. clericat. eff.*7. *num.* 12. allegans *Conci-*
*lium Trident. de reformat. cap.*30. *Maur. Burg.*
*tractat. de laud. lib.*3. *inspect.*19. *num.*4. *& seq.*
vbi latè ponit quando, & quo ordine possit
Clericus excommunicari, *Zane de priuileg.*
Eccles. priuileg. 14. *num.* 11. *Monald. cons.*28.
num. 5. *lib.*2. *& cons.*124. *num.*4. *lib.*1. *Io* Le-
gar. de Auilos *in direct. Iudic. Eccles. par.*2. *cap*
13. *nu.*17. *Gaspar Bentius de Inope debit. cap.*
17. *num.*9. idemq. tradit de Clerico obligato
in forma Guarantigiæ, *Carol. de Grass. vbi su-*
*pra num.*15.]
Sed relictis Clericis, quod obligatus in
forma Cameræ possit carcerari, vltra pactum
ex-

expressum non procedit sine ratione, quia qui obligat se sub hac forma vult teneri, vt dixi supra quæst. 2. ac si esset debitor Came-
13 ræ, at† debitor Cameræ potest personaliter capi, etiam non excussis bonis, *Petr. Nun. ad l. 4. & 5. lib. 3. ordinat. regal. tit. de las excep- tiones num. 13. vers. secundus casus. Surd. cons. 298. num. 4. lib. 2.* [*Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 7.* qui & testatur de consuetudine, *Surd. cons. 39. nu. 21.*] *Adden. ad Bar. in l. nemo car- cerem littera A. in 1. addit. C. de exact. tribut.*
14 *lib. 10.* Licet ibi dicant, quod † illa lex qua- tenus disponit fiscum habere electionem, an velit debitorem carcerare, seu potius ad bona peruenire, habeat locum tantummo- do in debitore tributorum, secus autem di- cendum in alio.

b *Immobiliumq. bonorum excussio. Nunz. in tractat. seu declarat. ad l. 4. & 5. vbi supra num. 12. vers. item & secundum* Galganet. *ad statut Vrb cap. 193. num. 50. vers. de iure non potest*, qui & contrarias opiniones refert *Ca- rol. de Grassis de except. in prælud. num. 93.* vbi
15 firmat † non procedere, quando aliquis esset obligatus in forma Guarantigiæ, & in alijs casibus, de quibus ibi per eum.

16 Quod † autem ista excussio non requira- tur stante obligatione Camerali post alios dicit *Gratian. disceptat. forens. cap. 7. num. 28.* [*Rot. in Romana mutui 16. Nouemb. 1601. co- ram Card. Lancellotto, qua est decis. 22. num. 4. & in Romana trium millium 18. Aprilis 1586 coram Card. Blanchetto inter impress. post tra- ctat. decis. 143.*] Et de Guarãtigia tradit *Soc- cin. cons. 24. num. 4. vers. quidam etiam lib. 1. Surd. d. cons 39. nu. 20. vers. quarto responderi potest, & num. seq. lib. 1.* & ratio quoad obli- gationem Cameralem potest esse, quia ad- strictus vinculo huius obligationis, vt supra etiam repetij, ita teneri vult, ac si esset de-
17 bitor eiusdem Cameræ, sed † debitor Ca- meræ etiam non excussis bonis potest carce- rari, vt per *Surd. d. cons. 39. num. 21.* Ergo &c.
18 Vel dici potest, † quod stante obligatione nostra, vel Guarantigia, omnia bona viden- tur constituta in pignus prætorium, & si- gnanter per Guarantigiam, & ideo debitor iure Guarantigiæ habetur pro condemnato, vt post alios *Surd. d. cons. 39. nu. 21. Gratian.*
19 *disceptat. forens. cap. 7. num. 28.* Vnde † *Rota in vna Romana fideiussionis 18. Aprilis 1608. coram Card. Lancellotto* decidit, quod credi- tor habens obligationem Cameralem potest agere contra fideiussorem sub hac forma obligatum, etiamsi principalis debitor, & fi- deiussor consentiant, quod pecuniæ deposi- tatæ consignentur creditori, quia non tene- tur creditor experiri contra dictas pecunias præsertim, quando sunt positæ etiam ad cre- ditum aliorum creditorum, quorum requi- ritur citatio, & hic non ab re est notandum,
20 quod † executio realis non impedit perso- nalem cum tendat ad eumdem finem, *Rot. in causa Bononien. pecuniaria 19. Mart. 1610. coram Archiepiscopo Damasceno, qua est decis. 61. num. 13. inter recollect. per Dominic. Pic. ad Statutum Vrbis cap. 151. Vincent. de Fran- chis decis. 200. num. 3.* vbi de obligatione penes acta Curiæ, & sub d. num 3. dicit idem esse si esset facta executio personalis, quia per illam non impeditur realis.

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An pactum in obligatione Camerali positum, quod clericus incurrat pœnam priuationis be- neficiorum, valeat.*
2 *Et quatenus valeat.*
3 *Mentio duarum clausularum, quæ in noua for- mula obligationis ab auctore excogitata, addi- ta non sunt, & quare.*

QVAESTIO XVI.

1 Septimo quæritur, † An ad magis conuincen- dũ clericos, qui innata perfidia omnibus pa- ctis, & data fide spretis, creditores supplantare satagunt, valeret si adderetur pactum, quod etiã incurrerẽt in pœnam priuationis beneficiorum? Hæc quæstio ponitur per glo. & Doct. in c. P. & G.
2 de offic. deleg. † & concludunt valere pactum, sed declarandum est id dictum procedere ita demum, si accedat auctoritas ordinarij, vel alterius supe- rioris habentis iurisdictionem admittendi resi- gnationem, vt dicit ibi Felyn. col. 2. ver. in glo. vbi.
4 &c. † & propterea in noua forma addi potuissent duæ clausulæ, vna in hac tertia particula, per quã debitor pacisceretur velle incurrere priuatione: altera in quinta particula, vt inter alia daretur procuratoribus hæc facultas, vt possent etiam post incursum priuationis ipsa beneficia in ma- nibus Ordinarij, vel Papæ, aut alius ad id potesta- tem habentis resignare. Sed eas non posui, pro- pterea quod visa fuerit res esse indecora, & mali exempli, si hoc modo beneficia fierent quasi ve- nalia.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Quænam conditiones requirantur ad hoc, vt valeat pactum in obligatione Camerali posi- tum, quod Clericus incurrat priuationem bene-*

beneficiorum? & numeris seqq.

2 *Renunciatio, si non sit facta in manibus superioris habentis potestatem, dicitur nulla.*

3 *Superioris interest ne dimittatur beneficium sine eius licentia.*

4 *Pactum prædictum appositum in instrumento absque voluntate superioris non tenet.*

5 *Clericus, qui obligauit pluribus personis beneficium, si vno agente fuerit absolutus, non potest deinde alius idem factum refricare.*

6 *Clericus ad euitandam pœnam amissionis beneficij sufficit, quod semiplenè probet aliquam exceptionem relevantem.*

* AN *ad magis conuincendum Clericos &c.* [Pactum hoc apponi posse in instrumento obligationis resoluunt communiter DD. *in cap. P. & G. de offic. deleg.* Verum quia appositio huius pacti est quædam taci-
1 ta beneficiorum renunciatio, ideo ad † hoc vt hoc pactum valeat nonnulla requiruntur, & Primo quod cócurrat cum ipso pacto auctoritas Ordinarij, seu alterius habentis potestatem, & iurisdictionem admittendi resi-
2 gnationem, nam † si renunciatio non esset facta in manibus superioris habentis potestatem diceretur nulla, *Rot. decis. 4. num. 8. de renunciat. in nouis Cardin. in cap. quod in dubijs num. 1. de renunciat. Butr. in cap. ad. monet num. 4. & in cap. quod in dubijs nu. 10. eod. tit. de renunciat. & in cap. significauerunt. num. 3. de praben. & in cap. quod Dei num. 18. de statu Monach. Glos. in c. Abbas 18. quæst. 2. & in cap. ex ore de his quæ fiunt à maior. par.* Capituli, *Cassador. decis. 2. num. 7. de appellat.* cum alijs quos refert, & sequitur *Barbos. in collect. DD. ad d. c. admonet n. 2. de renunciat. Rot. coram* Card. Seraph *decis.* 803. Superio-
3 ris † enim interest ne beneficia dimittantur sine eius licentia, cum ei inferatur præiudicium *cap. significasti de foro competen. cap. clericum 11. quæst. 1. cap. non liceat 3. q. 6. Gemin. in cap. si electio sub num. 5. col. 2. de elect. in 6. Paris. de resignat. lib. 7. quæst. 1. num. 3.*

4 Secúdo † requiritur consensus ipsius Superioris, ipso namq. abnuente, istud pactum fieri minimè poterit, & iam factum non sustinebitur *Abb. in cap. cum dilecti num. 14. de elect.*

5 Verum notandum est, quòd licet fuerit appositum hoc pactum in obligatione, cum concursu omnium requisitorum poterit tamen Clericus ad euitandam huiusmodi pœnam amissionis beneficij semiplenè probare aliquam exceptionem releuãtem etiam per vnicum téstem *Felin. in d. cap. P. & G. col. 3. vers. secunda declaratio.*

6 Insuper sciendum est, † quod si fuerint plures creditores, quibus Clericus obligauerit beneficium, & vnus agit et ad effectum vt priuetur beneficio, si illo tantùm agente Clericus fuerit absolutus, non admittatur deinde alius, qui velit idem factum refricare, *Abb. in d. cap. cum dilecti num. 15. col. 6. vbi Adden. littera C. allegant Roman. cons. 152.*]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Quæ exceptiones opponi possint contra obligationem Cameralem.*

2 *Contra instrumentum executionem paratam habens, tres tantum exceptiones opponi possunt falsitatis, quietationis, & solutionis.*

3 *Oportet tamen vt coram Iudice competenti productum sit. Item quod actoris persona legitimè possit constare in iudicio.*

4 *Exceptio excommunicationis numquam censetur exclusa.*

5 *Excommunicatus (etiam reo volente) ad id iudicium admittendum non est.*

6 *Nullitas instrumenti obligationis Cameralis semper opponi potest.*

7 *Exceptio, quod actor ex sui parte promissa non præstitit, opponi potest contra obligationem Cameralem.*

8 *Exceptiones ex ipso instrumẽto obligationis Cameralis apparentes, quæque illi insunt, opponi possunt.*

9 *Non oppugnat instrumentum, qui nititur instrumento.*

10 *Quæ insunt ex rei natura, & tacitè colliguntur, opponi possunt cõtra obligationem Cameralem.*

11 *Non est necesse exceptionem illam proponere, quæ ex rei natura oritur.*

12 *Defectus causæ, quam ob rem obligatio Cameralis inita est opponi potest.*

13 *Cur instrumentum guarantigiæ sine causa factum, valeat.*

14 *Opposita exceptio contra obligationem Cameralem, quod sine causa contracta sit, quatenus admittenda.*

15 *Quando exceptio opposita non admittatur, nec opponens ea probaturus audiatur.*

16 *Quando admissa exceptio vlteriorem processum impediat.*

17 *Quando admissa exceptio processum nõ retardet.*

18 *Prudens, & rationabilis Cur. Rom. stylus.*

19 *Termini, qui obseruantur in exequenda obligatione Camerali.*

20 *Terminus trium dierum censetur sufficiens ad probandum ea, quæ incontinenti probãda sunt.*

QVAESTIO XVII.

1 PRimo quæritur. † An sit absolutè verum id, quod vulgo dicitur, contra huiusmodi obligatio-

gationem non posse opponi alias exceptiones *a*
præterquam falsitatis,quietationis,& solutionis?
& si non sit absolutè verum, quænam sint illæ
aliæ, quæ opponi possunt? Puto veram esse con-
clusionem, quòd contra petentem executionem
huius obligationis non possit opponi alia excep-
tio, quàm falsitatis, quietationis, & solutionis.
Quam tamen cōclusionem ita intelligendam esse
duco, vt executio non petatur, nisi coram iudice
cōpetenti, & data habilitate personæ ipsius acto-
ris, adimpletisq. pro eius parte promissis, & alias
obligatione existente valida', & ab initio liquida,
b & pura, aut postea liquidata,& purificata, eius-
que causa,propter quam contracta extitit perdu-
rante. Hanc autem expositionem his rationi-
bus ductus feci, quia, & si vera,& in ore omniū
2 sit ipsa conclusio, † quod contra instrumentum
habens executionem paratam non possint oppo-
ni, nisi dictæ tres exceptiones,videlicet falsitatis,
pacti de non petendo,seu quietationis,& solutio-
nis, vt dixit Bar. in l.1. §.& parui refert. ff.quod
vi aut clam. & specialiter de hac obligatione lo-
quens, ait Guil.Cassad.tit.de mutuis petit. decis.
3 vnic.tamen intelligēdum est ante omnia, † quòd
instrum.sit coram competenti Iudice productum
c iuxta gl. vltimam clem 1.de sequestr.poss. & te-
net Alex. post alios, quos citat in d.§. & parui in
apostilla magna, circa princ. intelligendum est
præterea, quòd actor habeat legitimam personā
standi in iudicio, alioquin semper opponi possunt
exceptiones facientes ad eum repellendum *d* ve-
luti, vt dicit Bar.in d.§.& parui si sit minor, ban-
nitus,excommunicatus, aut aliud tale, quod nō
repellat instrumentum, sed personam actoris, &
ponit Canarius q.15.& de exceptione excommu-
nicationis habetur in cap. sicut. 2.q 1. & ibi Ge-
4 min. † est enim exceptio, quæ nunquam censetur
exclusa, quin opponi possit etiam coram mero
executore *e* arg. glo. in d clem.1. de seq. poss. &
fruct. Butr. in cap. licet de elect. Bald. in l. si quis
filios, §.si quis. ff.de iniust.rup. & irrit. testa.adeo
5 † quod etiā reo volente non debet iudex admitte-
re excommunicatū cap. exceptionem de except.
vbi doct. & potest opponi etiam coram iudice
laico glo.in l.1. C.de iur. & fac. ignoran. quam ad
hoc citat Bal. in cap. cum contingit. de dolo, &
cōtum. & in cap. intelleximus de iud.& facit tex.
cap fin.de excep.lib.6.& in cap.postulasti de ho-
mic.tradit Ias.in l.1.num.9.C.de iur.& fact.ignor.
& in l.placet.in fi. in lectura pad. C.de sacrosanct.
6 Eccles. † Opponitur etiam nullitas instrumenti,
7 per ea,quæ dicta sunt in 3.q. primæ partis. † Op-
ponitur etiam, quòd ipse actor non seruauit pro
sui parte promissa. *f* Non enim tenetur quis ad
obseruantiam contractus, quando per alteram
partem sibi non obseruatur; licetq. eo casu; fidem
fallere, etiam si interuenit iuramentum l.Iulia
§.offerri. ff. de acti. empti. l cum proponas, la se-
conda.C.de pact.& quæ ibi cumulat Ias. in 3.& 4.
not. sicq. opponi potest de pretio per actorem
non soluto,vel re non tradita *g* Cornens latè cōs.
297.per totum,& 291. col. fi. l.3. Canarius q.27.
8 Dec cons.219. in principio. † Item opponi pos-
sunt omnia illa, quæ patent ex ipso instrumento
cum illi insint, & ex illius inspectione colligantur
h per ea quæ in simili dicta sunt superius, de nul-
litatibus in 3.q.primæ partis. Er ponit eleganter
Canarius q.26. qui omnino super hoc videndus
est, quoniam doctè loquitur: ratio potissima est,
9 † quia nō potest dici impugnare instrumentum,
qui nititur, instrumento: ponit etiam Fel. in cap.
ex parte. secundo de offic. deleg.in 19.limit. & ibi
Deci. etiam 19.limit. Itaque opponi potest, non
venisse diem *i* non esse purificatam conditionem
l sub qua contractum est debitum, & his similia,
Bar.in l.si filius, ff.quod cum eo Bal.in l.si causam
circa fin.& in l.etiam col.1.& in l.2. C.de except.
rei indic. Imola in l.fin.col.10. ff.qui, & à quibus
10 opp.non lic. Alex.cons.20.num.2. lib.6. † Item
possunt ea,quæ, & si ex ipsius instrumenti littera
non legantur, insunt tamen ex rei natura,& taci-
tè coll gi possunt; vt si fideiussor conuentus op-
ponat exceptionem cedēdarum sibi per credito-
rem actionū *m* item si emptor conuentus ad pre-
tium opponat exceptionem rei non traditæ, vel
non libere traditæ, *n* & contra vend tor conuen-
tus ad eam tradendam opponat de pretio non
soluto, & his similia. *o* Alex.d cons.29.nu.2.& 3.
post antiquiores, quos citat Fel. & Dec.in d.cap.
ex parte 2.de offic.deleg. fall.10. idem Deci.cons.
11 507 num.6.Canar.q.27. † habet autem hoc genus
exceptionum id proprium, quia non est necessa-
rium quod exceptio, quæ negotio inest, propona-
tur *p* si quidem producto instrumento statim pa-
tebit. Cardin. post Innoc.in cap.pastoralis de ex-
cep refert Fel.in rub eiusdem tit. col.2.vers.& di-
cit Innoc.& latè Guil. Cassad. in tit. de rescriptis,
dec.16. & posuit Fel.in cap.ex parte.secundo vers.
decimo fallit de offic.deleg.
12 Item opponi potest de defectu causæ, † propter
quam contracta est obligatio *q* quoniam ea defi-
ciente deficit etiam obligatio, exempli gratia: si
res conducta auferatur,vel non præstetur l.ex cō-
ducto.in princ.cum concord.ff.locati,& si vniuer-
sitas villæ promisit, superiori decem annua, vt eā
protegat, destructa villa, non debentur amplius
illa decem *r* Roman.cons.417.in consultatione,
& plura exempla ponit Brunus, in tract. de inte-
ritu, & perempt.conclusionibus 11.& 16.& Ale-
xan.& alij in l.si cum dotem, §.si maritus num.6.
ff.sol.mat. Sed si contractus fuisset ab initio sine
causa initus, putarem esse distinguendum. Nam
si obligatio sit cum susceptione censurarum: eo
casu, quoniam (vt superius dictum est). confessio,
fit coram Iudice, procedit id quod in simili dixit
Bal.in l.sicut.quam ad hoc ponderat. C. de repud.
13 hæred. † quòd instrumentum guarantigiæ sine
causa factum tenet, *f* quia continet illud præcep-
tum carthularij factum in confessum, quod vide-
tur factum esse in iudicio: refert,& sequitur Alex.
in vltima apostil. ad Bart. in l. toties. ff. de inter.
action & Fel.in cap. si cautio. de fid. instrum. in
10.limit.licet remittat ad ea,quæ superius dixerat
in 6.limit. vbi licet ponat valere confessionem fa-
ctam in iudicio sine causa, allegādo multos idem
tenentes, tamen postremo citat Io. Andr.& Gof-
fredum contrariam partem asserentes, cum qui-
bus, & ipse videtur residere: prior tamen est cō-
munis. Sed si obligatio nostra sit simplex, adhuc
14 puto esse considerandum, † quòd si talis opposi-
tio fiat post factam debiti confessionem, non sit
ad-

admittenda, propter eandem rationem: Sed si
opponeretur antequam fieret confessio debiti,
tunc puto quòd recurrendum esset ad dispositio-
nem iuris communis, quæ ponitur per Cyn. in
l. generaliter. C. de non num. pecu. & per Bar. in
l. 2. §. circa, ff de doli excep. vbi etiam Alex. ponit
multas remissiones de diuersis actibus sine causa
factis, videlicet de actu (vt ipse loquitur) promis-
siuo, de confessiuo, de actu adhibitiuo alterius
personæ, & de pacto nudo, & per Fel. in d. cap. si
cautio. Et pro is quæ dicta sunt de exceptione
falsitatis, quietationis, & solutionis, necnon de
nullitate, inhabilitate personæ agentis, & alijs
prædictis melius intelligendis, considerare opor-
15 tet, † tres esse terminos inter se differentes; videlicet primo, exceptionem oppositam, non ad-
mitti, & insuper ea probanda opponentem non
audiri, & locum habet in omnibus alijs, præter-
16 quam in supra expressis. † Secundo exceptionem
admitti per eam admissam impediri processum ad
vlteriora, quod accidit, vbi alicuius ex suprascri-
ptis admissibilibus veritas apparet ex lectura in-
strumenti, & ex rei natura, vel alias est notoria
17 seu iuris præsumptione probata. † Tertio ex-
ceptionem admitti, sed propterea non retardari
processum: quod contingit, vbicunque proposita
exceptio probanda est per extrinseca, & aliunde
quàm ex ipso instrumento, vel ex notorio, aut iu-
ris præsumptione. Neque hoc tertium relinquit
cuiquam querelæ causam, si quis forte dicere vel
vellet, iniquum esse, quòd non admittantur etiam
ad retardandum processum eiusmodi exceptio-
nes, vbi opponens offert se incontinenti proba-
turum *u* iuxta dicta Bar. in extrauag. ad reprimē-
dum super ver. summariè, & in l. is à quo ff. vt in
poss. legat. & glo. & scriben. in clem. sæpe. de ver-
bo. sign. & Guid. Papæ decis. 132. & Ias. in l. nam,
& postea quam legit cum l. ait prætor. la seconda.
18 ff. de iureiur. & alij in alijs plerisq. locis. † Nam
prudenter (vt in plerisq. omnibus habet se stylus
Romanæ Curiæ) prouisum est, simul, vt fatigen-
tur partes inanibus disputationibus, quæ desuper
fieri solent, & habentur apud Doctores in locis
præscriptis: tum in iure. an exceptio incontinen-
ti probabilis sit admittenda, & quatenus intelli-
gendum sit incontinenti probabile quicquam es-
se: tum in facto, an proposita exceptio sit eiusmo-
di, simul, ne iustum habens exceptionem iniustè
19 executionem patiatur: † Nam (vt dicetur in ter-
tia parte) citatur debitor ad confitendum debi-
tum, in cuius citationis termino potest, si habet,
proponere exceptionem, vel euidentem; vel in-
continenti probabilem; quod si non fiat, proce-
ditur quidem ad confessionem debiti, & excom-
municationem, non tamen simpliciter, sed sub il-
la conditione, nisi infra tres dies satisfecerit, aut
probauerit quamobrem nō teneatur amplius sa-
20 tisfacere. † Quem terminum trium dierum ar-
bitrati sunt prudentes sufficere ad probandum
quæ incontinenti probari debent, ducti (vt puto)
exemplo l. fin. C. de errore aduo. vbi triduum po-
nitur pro termino ex continenti. Ac præterito
etiam triduo, citatur iterum reus ad videndum
tradi litteras publicatorias excommunicationis
antea fulminatæ, quibus (cum simili conditione,
videlicet. Nisi per totam primam diem iuridicam
satisfactum aut probatum fuerit) traditis & pu-
blicatis, expectatur adhuc alijs decem diebus, an-
tequam procedatur vlterius: itaque ante relaxa-
tionem realis executionis intercedunt (vbi mini-
mum) dies quindecim; quem terminum nemo,
(vt puto) negabit esse conuenientem ad proban-
dum, etiam ea, quæ altiorem requirunt indagi-
nem, nedum ea, quæ sunt incōtinenti probabilia.

Z A C C H I A S.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptionibus omnibus renunciatur in obligatione* Camerali, *amplia vt num. 2.*

3 *Exceptiones, an veniant admittenda stante hac obligatione, quando agens illius vigore prodigaliter viuit.*

4 *Tres exceptiones tantùm admitti regulariter solent contra obligationem Cameralem.*

5 *Solutionis exceptio admittitur contra obligationem Cameralem.*

6 *Per solutionem eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*

7 *Exceptio solutionis ad effectum impediendi executionem potest iuris præsumptionibus probari.*

8 *Solutiones in dubio censentur facta in duriorem causam, declara vt num. 11. & 12.*

9 *Causa durior dicitur illa, quæ habet obligationem* Cameralem.

10 *Vbi duo sunt causa, in quibus adest obligatio* Cameralis, *illa durior dicitur, in qua currunt fructus.*

13 Beneficiato *agenti contra pensionarium conditione indebiti, pensione nulla declarata, opponere non potest, quod sponte soluit, stante, ista obligatione* Camerali.

14 *Exceptio solutionis opponi potest, etiam post rem iudicatam, contrarium num. 15.*

16 Solutionis *allegatio, stante hac obligatione, suffragatur etiam soluenti damnato crimine læsæ Maiestatis.*

17 *Actio omnis transfunditur in fiscum stante condemnatione in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum.*

18 Damnatus *in pœnam vitæ, cui fuerunt confiscata omnia bona, est liberatus ab omnibus creditoribus.*

19 *Quod procedit etiam in actione personali.*

20 *Damnatus in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum, si fuerit aggratiatus, quoad vitam tantum, etiamsi peruenerit ad meliorem fortunam, non potest molestari à creditoribus, Quod procedit non obstante iuramento n. 23.*

21 *Obligatio in forma Cameræ continet renunciationem omni legum auxilio, contrarium num. 32.*

num. 32. declara vt num. 33.

22 Obligatio Cameralis continet renunciationem iuribus disponentibus, generalem renunciationem non valere.

24 Renunciatio omni legum auxilio continet conditionem si renuncians non fuerit absolutus, & subintelligitur conditio, si persona qualitas maneat.

25 Obligatus ad fauorem Reipublicæ, qui damnatus fuit in pœnam vitæ, & restituitur quoad illam tantum non potest ab ipsa molestari.

26 Renunciatio omni ll. auxilio importat renunciationem, etiam beneficij specialis concessi ratione alicuius indulti.

27 Clausula renuncians omni ll. auxilio importat renunciationem beneficij, l. de his. ff. de transact. declara vt num. 28.

29 Clausula prædicta continet renunciationem beneficio S.C. Velleiani.

30 Per dictam clausulam in hac nostra obligatione appositam censetur renunciatum beneficio ne quis conueniatur, nisi in quantum facere potest, contrarium num. 31.

34 Clausula prædicta apposita in nostra obligatione operatur renunciationem facultati reuocandi donationē ob non factā insinuationē.

35 Renunciatum censetur per dictam clausulam attentatis, declara vt num. seq.

37 Clausula prædicta continet renunciationem beneficij Auth. hoc ita. C. de duob. reis, & §. 1. auth. eod. tit.

38 Depositum factum per cedulam bancariam habet vim solutionis.

39 Depositum admittitur ad retardandam executionem nostræ obligationis, contrarium num. 43. declara vt num. 40. & 41.

42 Depositum, ad hoc vt admittatur in illis terminis, debet esse integrum & purum.

44 Obligatio ista, vbi est pacta de restituendo, non adimpletur cautione.

45 Administrator creditor administrati præsumitur sibi satisfecisse.

46 Exceptio præsumptæ satisfactionis admittitur contra hanc obligationem, contrarium n. 48. intellige vt num. 49.

47 Exceptio redditæ rationis, an, & quando impediat executionem.

50 Exceptio præsumptæ satisfactionis non retardat executionem huius obligationis, quando administrator offert summam, in qua constat remansisse debitorem.

51 Executio an retardetur ad fauorem administrati pro rebus liquidis, quando administrator opponit, quod prius vult reddere rationes.

52 Exceptio erroris calculi, an impediat executionem.

53 Liberatio legata an retardet executionem huius obligationis.

54 Acceptatio legati, in quo testator iusserat comprehendi creditum, obstat volenti agere vigore huius obligationis.

55 Indebiti exceptio quando admittatur contra hanc obligationem.

56 Obligatus executiuè tenetur soluere, & potest deinde repetere.

57 Auth. hoc nisi debitor. C. de solut. an procedat stante hac obligatione.

58 Beneficium prædictæ Auth. non cōpetit illi, qui iurauit soluere, declara tamen vt n. 59. & 60.

61 Exceptio falsitatis admittitur contra obligationem Cameralem, intellige vt nu. 62. & 63. & pluribus seqq.

64 Exceptio nouæ conuentionis admittitur contra hanc obligationem, intellige vt num. 65. & seqq.

66 Non dicitur quis liberatus à Camerali obligatione per renouationem eiusdem cōtractus, in quo fuerat apposita, etiamsi fuerit expressè à dicta obligatione liberatus si non interuenerit creditor, amplia vt num. seq.

68 Procurator non potest liberare obligatum in forma Cameræ, nisi habeat ad hoc speciale mandatum.

69 Exceptiones omnes competentes principali debitori competunt, etiam fideiussori ad impediendam executionem huius obligationis.

70 Sententia lata contra principalem debitorem non nocet fideiussori, etiam stante hac obligatione.

71 Exceptiones admissibiles contra hanc obligationem debent incontinenti probari.

72 Exceptio, quæ opponitur contra Guarantigiam, statim probari debet.

73 An exceptio requirat altiorem indaginem, & quale debeat esse tempus faciendæ probationis remittitur Iudicis arbitrio.

74 Probatio quando dicatur fieri incontinenti.

75 Exceptiones præfatæ probari possunt, vel ex confessione partis, vel ex iuris præsumptione.

76 Obligatio quando fuit contracta in scriptis, probari debet solutio per aliam scripturam, vel per quinque testes.

77 Articuli admittuntur ad probandas præfatas exceptiones.

78 Actor tenetur respondere positionibus, alias non potest obtinere mandatum.

79 Remissoria datur ad probādas has exceptiones

80 Remissoria non datur, vt hic nisi principali personaliter citato.

81 *Exceptio, quod hac obligatio nõ sit liquida retardat hanc executionem.*

82 *Iudicis incompetentiæ exceptio regulariter nõ opponitur contra obligationem Cameralem.*

83 *Exceptio inhabilitatis personæ nunquam censetur exclusa.*

84 *Excommunicationis exceptio semper opponi potest.*

85 *Exceptio non implementi retardat executionem huius obligationis, amplia vt num. seq. intellige vt num. 89. & 90.*

87 *Inhibere est Creditori, qui non implenit pro parte sua ne molestet debitorem.*

88 *Exceptionem non implementi opponens, nihil probare tenetur.*

91 *Agens ex Instrumento guarantigiato ex empto non obtinet, nisi doceat soluisse pretium.*

92 *Exceptio non implementi opponi potest etiam post mandatum relaxatum.*

93 *Exceptio non implementi si reijciatur, admittitur appellatio.*

94 *Exceptio non implementi ad hoc, vt impediat executionem debet esse clara.*

95 *Exceptio quando dicatur requirere altiorem indaginem.*

97 *Exceptio non implementi opponi debet, alias tenet iudicium, intellige vt num. 96. & seq.*

98 *Adimplere, prius tenetur, ille cui fuit iniunctum onus.*

99 *Impletum fuisse semel sufficit, licet non duret.*

100 *Exceptio rei non traditæ admittitur contra hanc obligationem. Contrarium num. eod.*

101 *Exceptio omnis oriens ex ventre instrumenti impedit executionem huius obligationis.*

102 *Exceptio reductionis pensionis admittitur, assignatur ratio.*

103 *Exceptio quod non fuerint dati fideiussores de euictione admittitur in terminis, de quibus loquimur.*
Exceptio non sequuta ratificationis, an & quando admittatur stante obligat. Camerali.

104 *Exceptio resultans ex ventre instrumenti etiamsi requirat altiorem indaginem, retardat executionem, contrarium num. 105. intellige vt num. 106.*

107 *Præsumptio l. Quintus. ff. de iure dotium, an cesset stante hac obligatione.*

108 *Exceptio, quod nondum venerit dies impedit executionem huius obligationis.*

109 *Exceptio, quod conditio non est purificata admittitur contra hanc obligationem.*

110 *Instrumentum conditionale, executionem non meretur.*

111 *Executiuè; an & quando agatur contra consentientem reservationi pensionis.*

112 *Obligatio conditionalis, non habet executionem paratam.*

113 *Exceptio cedendarum actionum, non retardat executionem huius obligationis, contrarium num. seqq. & præcipuè sub num. 116.*

115 *Exceptio prædicta opponitur etiã post sentẽtiã.*

116 *Exceptio cedendarum admittitur contra instrumentum guarantigiatum.*

117 *Exceptio rei non liberè traditæ impedit hanc executionem.*

118 *Executiuè agitur ad repetitionem pretij cõtra venditorem asserentem non esse liberam, si detegatur contrarium.*

119 *Exceptio, quod res vendita est censu granata cessat per cautionem de euictione.*

120 *Exceptio, quod res vendita est fideicommisso subiecta non admittitur in terminis, de quibus loquimur, quando vocati consentiunt, & pretium est inuestitum.*

121 *Læsionis enormissima exceptio nõ admittitur contra hãc obligationẽ, distingue vt nu. 122.*

123 *Exceptio enormis læsionis resultantis ex fideiussione reijcitur stante hac obligatione, præsertim vt num. 124.*

125 *Fideiussor de euictione tenetur litem in se suscipere, donec constet de læsione stante hac obligatione.*

126 *Læsionis exceptio impedit executionem huius obligationis, vbi non requirat altiorem inspectionem.*

127 *Læsionis exceptio non prouenit ex corpore instrumẽti, sed extrinsecè ex modicitate pretij.*

128 *Exceptio, quod dos promissa per minorem sit excessiua non retardat hanc executionem.*

129 *Causa deficiente, deficit obligatio Cameralis, & non exequitur.*

130 *Exceptio defectus causæ admittitur non obstante iuramento, & statuto reijciente omnes exceptiones.*

131 *Obligatio Cameralis, & reliqui actus intelliguntur rebus sic stantibus.*

132 *Obligatus sub hac forma ad soluendum certam summam, quàm attento calculo, credebat se debere, si calculus aliter se habeat non potest conueniri vigore huius obligationis.*

133 *Metus probatus impedit executionem obligationis Cameralis.*

134 *Exceptio metus nõ censetur exclusa per statutum reijciens omnes exceptiones.*

135 *Exceptio illa, quod obligatio est facta in carceribus metu diuturni carceris, retardat executionem.*

136 *Obligatio Cameralis adiecta consensui pensionis cessat resignato beneficio.*

137 *Obligatio Cameralis adiecta consensui pensionis*

sionis cessat non secuta prouisione.

138 *Obligatio Cameralis cessat in casu prædicto, quando beneficiatus nõ potuit habere possessionem beneficij non obstante clausula habita, vel non habita.*

139 *Obligatio Cameralis cessat, quando renunciatio Inquilinatus, & iuramentum expirãt.*

140 R*esoluto contractu locationis resoluitur effectus huius obligationis.*

141 *Causa defectus in terminis, in quibus loquimur debet esse euidens.*

142 *Defectus causæ in his terminis versari debet circa causam finalem.*

143 *Causa defectus debet esse talis, quod si vera fuisset induxisset ad ita se obligandum.*

144 *Exceptio defectus causæ, an obstet marito, cui fuit promissa dos, & non soluta durante matrimonio si agat vxore mortua.*

145 *Exceptio, quod hæc obligatio per errorem facta fuerit non admittitur, intellige vt num. seq.*

147 *Error in transactione, quando non est clarus non impedit executionem obligationis Cameralis.*

148 *Error vbi est clarus impedit hanc executionem.*

149 *Exceptio falsitatis causæ, nisi euidenter probetur non admittitur.*

150 C*ausa præsumitur vera stante obligatione Camerali.*

151 *Obligatio Cameralis continet renunciationẽ, rei non sic gestæ, aut aliter factæ, doli, vis, & omn. except.*

152 *Instrumentum sine causa factam non tenet, contrarium num. seq. & in terminis guarantigiæ, num. 154.*

155 *Iuramentum dicitur causa contractus, ideo illo stante non potest dici factum sine causa.*

156 *Obligatione Camerali stante in instrumento non requiritur causa.*

157 *Falsitas causæ non admittitur stante hac obligatione.*

158 *Exceptio, quod contractus factus sit sine causa requirit altiorem indaginem.*

159 *Exceptio, quod contractus factus sit sine causa admittitur non obstante statuto reijciente omnes exceptiones.*

160 *Exceptio non admissibilis, quando potest incontinenti probari admittitur contra hanc obligationem, intellige vt num. 165.*

161 *Statutum prohibens posse opponi exceptiones non intelligitur prohibere eas, quæ offeruntur probari incontinenti.*

162 P*robatum esse, & posse probari incontinenti paria sunt.*

163 *Probatio facta incontinenti multa habet priuilegia.*

164 *Probatio quando dicatur fieri incontinenti.*

N*On posse opponi alias exceptiones.* Cum
hæc nostra obligatio contineat in se
renunciationem omni legum auxilio, vt di-
1 cemus infra num. 21. absque dubio in † ea
contineri dicitur renunciationem omnium
exceptionum, *Turret. consf. 90. num. 11. vers.*
secundo respondetur vol. 1. Put. decis. 244. n. 6.
lib. 3. in non. impress. C*as. de Grass. decis* 148.
alias 3. de solut. num. 14. [*Mart. de clauf. clau-*
sula 126. *n.* 1. *Alex. cõs. 42. n. 13. lib. 1. & cons.*
11. *nu.* 14. *vers. pondero lib. 2. Aret. cons.* 104.
nu. 9. Mastril. in rubr. de fideiuss. num. 25. Rot.
2 *decis. 89. num. 1. par. 4. diuers.*] & † eo ma-
ximè si exceptiones sint extrinsicæ à con-
tractu *Rot. in Terracinen executionis* 18. *Apri-*
lis 1611. *coram bon. mem.* Coccino, *& in Par-*
men. Datij 4 Iunij 1612. *coram eodem,* [*& in*
Romana fructuum census 29. Maij 1626. *corã*
bon. mem. Merlino inter impress. post tractat. de-
cis. 169. num. 11. & in Anconitana dotis 24. A-
prilis 1643. *coram R.P.D.* Cerro, *quæ erit de-*
cis. 186. num. 3. & coram Card. *Seraph. decis.*
3 1200. *nu. 5. & 6.*] Sed † an exceptiones sint
admittendæ, quando agens vigore huius
obligationis prodigaliter viuit, & sic adsit
periculum dilapidationis, itaut repeti non
possit id, quod fuit in executione captum
in casu, quo esset repetendum, fuit dubita-
tum in *Romana executionis de Anguillaria 6.*
Martij 1592. *coram Orano, quæ est inter im-*
press. in fine operis decis. 114. sub nu. 4. & Rot.
ibi respondit, quod etiam isto casu non ve-
niant exceptiones admittendæ, nisi inconti-
nenti probaretur.
4 Verum † dictas tres exceptiones, de qui-
bus per Galles. hic regulariter contra hanc
obligationem admitti solẽt *Boccac. de censib.*
par. 2. nu. 382. Put. decis. 382. lib 3. in non. im-
press. Marescot. variar. resolut. lib. 2. cap. 121.
num. 33. & sæpissimè dixit *Rot. vt in* Romana
census 3. Octobris 1599. *coram* Card. *Lancel-*
lotto in alia Romana *census 27. Ianuarij* 1603
coram Reuerendiss. *Damasceno, & in Bonon. apo*
charum 27. Maij 1611. *coram* Card. *Vbaldo,*
quæ est dec. 82. n. 2. [*& corã Buratto dec. 422.*
n. 14. Ricc. *in praxi eccles. resolut. 252. nu. 2.*
5 & in specie de † exceptione solutionis post
Turret. Carol. *de Grassis de exception. except. 25*
nu. 2. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48.*
nu. 33. vers. quo circa, Seraph. *decis. 814. nu. 1.*

[Maurit. de solut. cap. 80. num. 6. Rot. coram Coccino decis. 8 num. 1. & decis. 57. num. 1. & in Senogallien. Societatis 22. Iunij 1639. corã R.P.D. Royas, quæ est decis. 35. nu. 3. post tract.
6 Postb. de subhastat. Per † solutionem enim eius, quod debetur omnis tollitur obligatio l. soluendo. ff. de negoc. gest. l. tale pactũ. § post diuisionem. ff. si cert. pet. §. 1. instit. quibus mod. toll. oblig. Rot. decis. 714. num. 1. & 434. num. 1. par. 4. & decis. 262. num. 13. par. 6. & 291. num. 4. par. 7. in recen. Quamobrem
7 † ista solutionis exceptio ad effectum impediẽdi executionem poterit iuris præsumptionibus probari, Gratian. disceptat. forens. cap. 951. nu. 19. Cinc. de censib. in addit. par. 2. cap. 2. quæst. 4. art. 6. num. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. num. 22. in fine, Rot. decis. 92. nu. 1. & 6. par. 1. diuers. & fuit late deductum in Maceraten. nullitatis executionis 7. Februarij 1597. coram Litta. Vnde
8 † cum ex præsumptione iuris solutiones in dubio censeãtur factæ in duriorem causam, Rot. d. decis. 92. num. 1. & 5. par. 1. diuers. & decis. 695. num. 1. par. 2. recen. & coram Gregorio XV. decis. 521. nu. 8. vbi Adden. nu. 12.] si dubitari contingeret, in quam causam fuisset facta solutio præsumeretur facta pro debito, in quo adesset obligatio Cameralis,
9 † quæ dicitur causa durior, Seraphin. decis. 1454. nu. 2. Paris. cons. 122. num. 12. lib. 4. & dictum fuit in causa Anconitana pecuniaria 27. Iunij 1590. coram clar. mem. Card. Pamphilio, Rot. diuers. d. decis. 92. sub nu. 1. par. 1. [Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 493. num. 14. Adden. ad Gregor. decis. 521. num. 12. & in Romana pecuniaria 18. Iunij 1646. coram R.P.D. Corrado, quæ est decis. 199. num. 7. inter im-
10 press. post tractat.] Et † si plures adessent obligationes Camerales durior illa diceretur, in qua præter obligationem Cameralem cõcurrerent fructus, Seraphin. d. decis. 1454. nu. 2. [& in illam causam solutio præsume-
11 retur facta, nisi † tamen concurrerent verisimiliores coniecturæ, ac facti circumstantię, quæ ab ea præsumptione recedendum esse suaderent, Rot. d. decis. 92. num. 2. vers. nam ea solutio, & num. seq. & decis. 679. num. 7. vers. secus autem par. 1. & decis. 176. in princip. par. 2. diuers. cum alijs, quos refert, & sequitur eadem Rot. in mox allegata Romana
12 pecuniaria num. 9.] Et † penitus cessaret dicta iuris præsumptio, quando constaret, partes conuenisse, quod solutio cederet in aliam causam Canaler. decis. 165. num. 3. vbi inde inter mercatores si partita crediti esset posita, vt ipsi dicunt, vel conto corrente, vbi repetitur etiam debitoris partita solutio cederet in extinctionẽ debiti currẽtis, & non in extinctionem debiti cõtracti vigore apocæ obligatione Camerali vallatæ, licet esset durior causa, Et tantum dura est causa, in
13 qua adest obligatio Cameralis, quod † cõtra beneficiatum agentem conditione indebiti contra pensionarium pensione nulla declarata opponi non potest, quod sponte soluit stante obligatione Camerali, cum susceptione censurarum, Rot. in Claramonten. pensionis 9. Maij 1575. coram fel. rec. Clem. VIII. quæ est decis. 15. num. 6.
14 [Huiusmodiq. † solutionis exceptio potest opponi quandocumque, itaut si opponatur post rem iudicatã retardat illius executionem, Rot. decis. 90. num. 3. par. 3. in re-
15 cen.] Et quamuis † contrarium firmare videatur Seraphin. decis. 814. num. 2. nempe, quod debeat opponi ante sententiam [attamen idem fatetur, quod quotiescumque detegeretur iniustitia sententiæ per solutionem claram, & non turbidam prout requiritur ad effectum retardandi executionem, Rot. in Romana vineæ 1. Februarij 1602. corã Card. Mellino, quæ est decis. 51. num. 8. & in allegata Romana pecuniaria nu. 6. numquam aliquod Tribunal maximè si sit supremum exequeretur talem sententiam, vt videre est apud eumdem sub num. 3. vers. tamen iste rigor.]
16 Suffragaretur † quoque huiusmodi exceptio, hac nostra obligatione stante ei, qui soluisset dãnato crimine lęsę Maiestatis quid quid secus dicendum esset aliàs Carocc. de deposit. par. 1. quæst. 3. cap. 3. tit. si reus publ. iud. num. 12. fol. mihi 7. à tergo. Quæ opinio, quod fundamentum habeat ipse videat, ego enim non auderem illam firmare, clari nam-
17 que iuris est, quòd † per condemnationem omnes actiones, tàm actiuè, quàm passiuè transfundantur in fiscum l. si debitor. l. tutor, & ibi Glos. & DD. C. de senten. pass. l. 2. ff. eod. Clar. in praxi. §. fin. quæst. 78. & ibi Adden. num. 22. & num. 28. Grammatic. decis. 85. & seq. [Bar. in l. vlt. in princip. ff. de duob. reis, & in l. quoties num. 3. ff. de nouat. Alexan. in l. si maritus num. 4. ff. solut. matrimon. Alberic. in l. actione. §. publicatione num. 7. ff. pro socio, Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 59. num. 10. Calcan. cons. 68. num. 4. vers. hinc est, vbi, quod ista opinio sit communis omnium eamque omnes sequantur] Rot. in Florentina pecuniaria 1. Aprilis 1614. coram R.P.D. Pirouano, vbi

iute

iure additur, quod ideo tunc sit agendum contra fiscum; itaut inde inferatur ad pulchiam quæstionem.

18 Habemus enim in iure, quod† damnatus
in pœnam vitæ, cui fuerunt confiscata omnia bona, est liberatus à quacumque obligatione, qua ante confiscationem erat adstrictus, itaut amplius à suis creditoribus non possit conueniri, nec molestari, vt per proximè allegatos, & signanter per *Grammat. d. decis. 85. num. 5. & seq. Peregrin. de iure fisci*
19 *lib. 5. tit. 1. num. 54. vers. sic etiam.* Et † hoc
procedit etiam in actione personali, vt per *Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 97. art. 2. nu-*
20 *mer. 13. Farinac. q. 25. num. 179.* Et † hæc li-
beratio durat, etiamsi damnatus fuerit postea aggratiatus quoad vitam tantùm, & nõ restitutus ad bona, & deuenerit ad meliorem fortunam *l. 4. C. de senten. pass. Boss. de proclam. quæ fit in bon. public. num. 14. vers. & ideo, Peregrin. de iure fisci d. tit. 1. nu. 55. vers. nec proposit. quæst. Odd. d. q. 97. art. 2. n. 13. Rot. in d. Florẽtina pecuniaria*, An inquã procedant hæc in obligato in forma Cameræ. Ratio dubitandi est, quia obligatio Cameralis continet iuramentum, vt infra dicetur, & illud ligat animam, & semper seruari de-
21 bet, & † vlterius continet renunciationem
omni legum auxilio, *Put. decis. 465. sub n. 3. lib. 2.* Rot. *in d.* Romana *trium millium 18. Aprilis 1586. coram Card. Blanchetto, quæ est decis. 143. num. 4. & in* Romana *casalis palazetti 16. Decembris 1587. coram* Robusterio, *quæ est decis. 23. num. 8. Mart. de præuent. Tribunal. Vrb. cap. 2. num. 4 vers. item renunciatione.* [Gratian. *disceptat. forens. cap. 411. nu. 2. Carol. de Graff. de exception. except. 8. sub nu. 4. Pacific. de saluian. interdicto inspect. 3. cap. 2. num. 12. Rot. in Auximana dotis 7. Iunij 1619. coram* R.P.*D. Pitouano.*] Videtur ergo quod obligatus in forma Cameræ nõ possit iuuari auxilio dd. legum, præsertim, quia non intrat, quod in generali renunciatione non comprehendatur priuilegium miserationis causa concessum, sed requiratur specialis ad
22 tradita per *Put. d. decis. 465. nu. 2.* quia †hæc
forma continet renunciationem expressam omnibus iuribus disponentibus, renũciationem generalem non valere, sed requiri specialem, vt patet in ipsa obligationis formula. Sed his non obstantibus crederem, quod nec obligatus sub hac forma, quando fuit damnatus in pœnam vitæ, & gratiatus quoad illam tantùm, non possit postea mole-
23 stari, non †enim obstat primo iuramentum,
quia in obligatione iurata idem tenuit *Grãmatic. loco supra citat.* vbi rationem assignat alios allegando.

24 Neque † minus obstat dicta renunciatio,
quia subintelligitur conditio, si non fuerit absolutus, vt in proposito obligationis nostræ dicit *Galles. in fin. q. 19. num 14.* subiungens, quod subintelligatur, si personæ qualitas maneat, [& quod iuramentum, & hæc obligatio intelligatur rebus in eodem statu manentibus, *Gratian. discept. for. cap. 708. num. 3.* ad quod vide, quæ infra habẽtur numer. .] Cum igitur lex talem condemnatum absoluat, & qualitas personæ sit mutata per maximam capitis diminutionem, obstare non poterit talis renunciatio; nec obstat priuilegiũ Cameræ scilicet, quod talis obligatus vult teneri, ac si esset debitor Cameræ, nam non habet maius priuilegium creditor priuatus, quàm habeat ipsa Camera, sicut ergo non posset Camera talem damnatum conuenire, cum sit loco hæredis, *Clar. alios allegans in praxi. §. fin. num. 28* & sic actiones sint confusæ, ita non debet creditor, qui vult se iuuare hoc priuilegio Cameræ, &
25 ideo quòd † nostra opinio procedat, etiam
si damnatus esset obligatus ad fauorem Reipublicæ decidit *Tex. in l. si deportatus. ff. de senten. passis*, & in quibuscũque debitoribus, *Peregrin. d. tit. 1. num. 54. vers. sic etiam.* [& in terminis, quod taliter damnatus, & absolutus non possit molestari vigore huius obligationis, Gratian. *discept. for. cap. 425. per totum, & præsertim num. 43.*

Verum quia dictum superius est, quod hęc obligatio continet renũciationem omni legum auxilio, non ab re erit, si aliquid hìc addamus de importãtia huius renũciationis.
26 Primo igitur sciendum, quòd hæc†clausula,
renũciãs omni ll. auxilio continet renũciationem, etiã beneficij specialis, ratione alicuius indulti, *Tiraq. in l. si vnquã, in præf. sub n. 121. in fin. vers. et generaliter post. Curt. iun. cõs. 18. n. 4 vers. confirmatur. Aret. cons. 104 n. 9. vers. secũdo hoc pbatur, aliàs cõs. 103 breuitas col. 3* quos oẽs refert *Marta de claus. clausula 126. n. 17.* Quod ampliatur, vt nõ solũ procedat, si beneficium competeret de iure communi, sed etiam ex iure municipali, *Roman. consil. 251. sub num. 5. vers. vel secundo, vbi Addentes in verbo vniuersali.* Tiraq. *in d. præfat. l. si vnquam num. 121. in fin. Dec. cons. 452. n. 19. Ruin. cons. 51. nu. 21. lib. 1. Riminald. iun. cons. 587. num. 28. & seq. & alios allegat. Marta d. clausula 126. num. 18.* & consequenter per il-

iam censetur renunciatum lucro dotis prouenienti ex statuto, vt iā dictū fuit supra *Dec. cons. 195. sub nu 2. ad finem*, *Roland. de lucr. dot. q. 42. per tot.* & præcipuè *num. 24. Marta d. clausula 126. num. 19.*

27 Secundò censetur renunciatum beneficio, *l. de his. ff. de transact.* itaut valeat renūciatio facta etiam non visis verbis testamē ti, *Ias. in d. l. de his sub num. 11. vers. concludo ergo*, *Ripa in l. si vnquam sub num. 118. circa medium. C. de reuocan. donat. Tiraquel. in præfat. d. l. si vnquam sub num. 121. circa finem, vers. & beneficio, l. de his, & num. 145* & plures alios, & Rotæ decisiones ad hoc allegat *Mart. d. clausul. 126. num 2.*

28 Verum † aduertendum est, quod hoc in simplici renunciatione omni legum auxilio patitur aliquam difficultatem, quia *Ias. hic allegatus, & Tiraquell. d. num. 145* & alij loquuntur, quando contra dictam renunciationem adest iuramentum, sed hæc difficultas cessabit in terminis obligationis nostræ, quia, vt dictum est, & dicetur etiam infra, hæc obligatio continet duo iuramenta.

29 Tertio † stante dicta renunciatione omni legum auxilio in nostra obligatione censetur renunciatum auxilio S.C. *Velleiani, Rip. in d. l. si vnquam d. num. 118. post princip. Tiraquell. in d. præfat. num. 121. in princip.* & alios plurimos allegat *Mart. d. clausula 126. num. 3.*

30 Quarto † censetur renunciatum per hanc nostram obligationem stante dicta clausula beneficio Ne quis cōueniatur, nisi in quātum facere potest, vt voluerunt *Rip. in d. l. si vnquam sub d. num. 118, Tiraquell. in d. præfat. num. 121. vers. & denique, Rolan. cons. 13. num 10. vol. 1. & in tractat. de lucr. dotis q. 42 num. 13.*

31 Cōtrariū † tamen nempè quod huiusmodi beneficio non censeatur renunciatum per obligationem Cameralem fuit per Rotam resolutum in vna *Anconitana pecuniaria 1. Iulij 1622. coram R. P. D. Remboldo, quæ erit infra decis. 204. num. 5. & coram Buratto de-*
32 *cis. 281. per tot. & ibi Adden.* Et † ratio principalis resolutionis fuit, quia in hodierna formula non contineatur prædicta clausula, Renuncians omni ll. auxilio prout continebatur tempore Putei. Verum prædicta Rotæ opinio, nisi esset alijs validissimis rationi-
33 bus munita hodie cessaret, cum in † formula Cameralis obligationis, quæ est in vsu expresse legatur dicta clausula, vt videre est in ipsa formula, quæ in fine tractatus erit impressa, & in ea, quæ ponitur per *Salust. Tiber. in sua praxi.*

34 Quinto † per istam obligationem dicta renunciatione stante censetur renunciatum facultati reuocandi donationem ob non factam insinuationem, *Rolan. q. 42. num. 19. Tiraquell. in d. præfat. d. nu. 121. vers. neque &c.* & alios vide allegatos per *Mart. citata clausula 126. num. 1. & Rolan. d. cons. 13. vol. 1.*

35 Sexto † dicta clausula, Renuncians omni legum auxilio in nostra obligatione apposita operatur renunciationem attentatorum, *Lancellot. de attentat. lit. penden. limitat. 25.*
36 licet † hoc non procederet in obligatione adiecta compromisso.

37 Continet † tandem prædicta clausula renunciationem beneficij, *Auth. hoc ita. C. de duob. reis, & §. 1. auth. de duob. reis. Ferret. cons. 52. num. 11. lib 1.*]

Sed redeuntes iam ad rem nostram, cum exceptio solutionis, de qua supra admitta-
38 tur, vt diximus; quid † dicemus in deposito facto per cedulam bāchariam in manibus Iudicis, quod vim solutionis habet, *Put. decis. 163. lib. 1. & fuit dictum in Romana saluiani interdicti 20. Nouembris 1598. coram R. P. D. Gypsio* [*Boccac. ad cōstitut. Marchiæ glos. 2. sub num. 46. vers. & tamen Rota,*]& de stylo Tribunālis A.C. à Rota approbato non habet difficultatem, *Mohed. decis. 6. in princip. vers.*
39 *sed fuit dictum de exceptione*, & † propterea illud esse admittēdum ad retardandam executionem obligationis Cameralis dixit *Rot. diuers. decis. 821. num. 1. & 2. par. 3. lib. 3. quæ est eadem cū decis. Mohedan. 6. de except.* [*Adden. ad Ludouis. decis. 347. sub num. 19.* vbi
40 post Rot. declarant † non procedere, quando cedula continet solum promissionem de soluendo cedulam factam ab ipso mercatore, sed solum habere locum, quando cedula continet solutionem, seu depositionem pretij adeo, vt per traditionem cedulæ inducatur nouatio.]

41 Adnotandum tamen est, † quod in casu prædictarum decisionum, vltra qualitates personarū, & absolutione à iuramento, duo concurrebant scilicet, quod depositum erat actuale, & exceptiones fuerant proba-
42 tæ incontinenti, & † propterea prædictis nō concurrentibus non esse admittendum fuit decisum in *Bononien. executionis instrumenti 27. Iunij 1603. coram Reuerēdiss. Attrebaten, quæ est decis. 32. num. 14.*

43 Et † in casu etiam, in quo admittitur depositum debet esse integrum, & purum, vt fuit

fuit decisum *in Romana pecuniaria* 5. *Maij* 1610. *coram* R.P.D. *Pirouano*. Alias est regula, quod depositum, & fideiussio non admittantur ad retardandam executionem, *Surd. decis.* 184. *num.* 5.

44 Sed quidquid dicatur † de deposito, sine dubio non sufficeret cautio, quando hæc obligatio esset pura de restituẽdo, tunc enim non adimpletur cautione, sed solutione, *Rota in Parmen. datij* 4. *Iunij* 1612. *coram Reuerendiss. D.* Coccino *Decano*, *qua est decisio* 1. *num.* 12.

45 Sed quid dicendum in † exceptione præsumptæ satisfactionis? exempli gratia administrator, quando est creditor illius, cuius bona administrauit, præsumitur sibi satisfecisse, *Afflict. decis.* 13. *nu.* 16. & 18. *Surd. consil* 290. *num.* 33. *lib.* 2. *Pedroc. cons.* 3. *nu.* 82. *& seqq. Rota in vna Perusina executionis* 27. *Maij* 1596. *coram Penia*, Dubitatur igitur an

46 † hæc exceptio præsumptæ satisfactionis sit admittenda contra hanc obligationem, & pro parte affirmatiua tenet *Gratian. dec. Marchia* 179. *per totam*, & præsertim *nu.* 9. & 10. *& disc. foren cap.* 129. *num.* 37. *par.* 1. *Rota in Romana vinea* 14. *Iunij* 1613. *corã Sãctiss. D. N. Innoc. X. qua est decis.* 13. *num.* 7. generali-

47 ter autem, quòd exceptio † redditio is rationis administrationis nõ impediat executionem, dicit *Ricc. collectan. decis. coll* 1245. *in princ par.* 4. *in vlt edit.* licet addat, quòd potest opponi in executione sententiæ, inde mater agens executiuè ad dotem, mortuo marito, non potest impediri propter nõ redditas rationes administrationis tutelæ filiorum, vt post alios de agente vigore instrumenti, quod ex forma statuti haberet executionem paratam, tenet *Negusan. de pignorib. par* 5. *membr.* 1. *num.* 36. *vers. tamen istis fol. mihi* 90. & ita fuisse iudicatum per Rotam Florentinam dicit *Borgnin. de tut. & cur. sub num.* 219. vbi tam veram credit hanc opinionem, vt eam dicat se verissimam tenere sicut Euangelium rationibus, de quibus per eum, sicut etiam eadem mater nõ potest cogi ad restituendas res liquidas, nisi prius cõtra illam agatur pro redditione rationis, quia potest esse, quòd plus expenderit, *Falic. de so iet. cap.* 71. *num.* 69. Sed de instrumento inter socios, quod non habeat executionem paratã ante redditas rationes probat idem *Felic. ibidem num eod. & seq.* quod *num.* 73. limitat in summa expressa etiam ante reuisam rationem, quando socius promisit illam reddere, puta quolibet mense, ex quo non reddit tempore conuento, & non docet adesse damnum: remisa autem ratione non dubitatur, dari executionem, vt prosequitur idem *Felic vbi supra num.* 74.

48 Sed in contrarium, † quòd exceptio præsumptæ satisfactionis non sit admittenda, *Marescot. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 121. *nu.* 69. *& fuit resolutum in causa Romana tutelæ* 17. *Febr.* 1603. *coram* Card. *Seraph. qua est decis.* 126. *num.* 1 [*Romana saluiani* 9. *Decemb.* 1613. *coram* Reuerendiss. D. *Coccino De-*

49 *cano*,] & ista est vera, quando † non constat tot pecunias peruenisse ad manus administratoris, vt ex illis possit prẽsumi satisfactio quemadmodum declarat *Rota in d. Romana tutelæ*, & in istis terminis loquitur *Gratian. d. decis.* 179. & *d. cap.* 129. *num.* 40.

50 Sed & ista exceptio cessat, nec † propter illam retardatur executio huius obligationis, quando ex relatione periti de consensu partium electi constat, administratorem remanere debitorem in aliqua certa summa, quam ipse offert soluere, in reliquis non retardatur executio, *Rota in Romana vinea* 14. *Iunii* 1613. *coram Sanctiss. D.N. Innoc. X. quæ est decis.* 13. *num.* 8.

51 Mouetur, & alia † quæstio, quam latè discutit *Nunez. de ratiocin. cap.* 21. *per totum*, an scilicet retardanda sit executio ad fauorem administratoris, quando aliquæ res sunt liquidę, & administrator opponit, quòd prius vult reddere rationem, quia ipse poterit remanere creditor, & intendit compensare, & non esse retardandam probatur ex rationibus, & auctoritatibus, de quibus per *Benintend. decis.* 90. *in fine*, *vers. contrarium tamen*, vbi hanc opinionem dicit magis communiter receptam, post *Soccin.* quem allegat, & sequitur in casu, in quo tutor offerat se ex nunc paratum esse reddere rationem, & de magis cõmuni testatur *Surd. dec.* 184. *per totam*, & præsertim *num* 11. quod multo magis haberet locum, vbi ageretur vigore instrumenti habentis executionem paratam, latissimè *Surd d. decis.* 184. *num.* 2. *vers. præmissis tamen non obstantibus*, vbi præcipuè *numer.* 12. *vers. non resistunt*, respondet contrarijs, & præsertim *Canal. de tut. & cur.* contrarium tenenti *num.* 14. *in fin. vers. tamen magis mihi placet*, licet postea videatur ad cõtrariam opinionem accedere, quando tutor se obligasset medio iuramento ad restitutionem dictorum bonorum, & suam opinionem procedere dicit, quando tutor incontinenti, scilicet durante ead. instantia, vult liquidare

quidare suum creditum, vtibi per eum, & tamen non desunt, qui contrarium dicant, nempè quòd ista exceptio, quòd instrumẽtum ante reuisam rationem non sit exequẽdum, admitti debeat, vt ex pluribus ab ipso adductis, *Felic. de societ. cap. 31. num. 64.* illamq firmat *num. 69.*

52 [Sed quid dicendũ de †exceptione erroris calculi, an impediet executionem? vide *alleg. per Ricc. in collect. decis. coll. 149. vers. & quando,* & hãc exceptionem opponi posse, & admittendam esse dicit *Nunez. de ratiocin. cap. 38. num. 3. & seqq.* vbi dictum hoc declarat]

53 Liberatio quoq; legata videtur †vim solutionis habere, dubitari ergo potest, an illa retardare debeat executionem nostræ obligationis, & pro parte negatiua, quando requirit altiorem indaginem, fuit decisum in *Rom. censuũ* 30. *Ianuarii* 1606. *corã Ludoni-sio, quæ est decis.* 108. *num.* 2. sed quid dicen-

54 dum, si † creditor acceptaret legatum sibi factum, in quo testator disposuit compræhendi etiam suum creditum, an ex tali acceptatione sibi præiudicasse dicendum est, adeo vt illi agenti ex hac obligatione obstet hæc exceptio? & pro parte affirmatiua ex eo, quod ex ista acceptatione legati non solùm resultat exceptio solutionis, verum etiã quietationis ad effectum impediendi hanc executionem, fuit resolutum in *Romana cẽsus, seu donationis propter nuptias* 16. *Nouemb.* 1594 *coram Litta, quæ est decis.* 71. *nu.* 5. quid

55 † autem si debitor opponeret, aliàs soluisse indebitum, an hoc impediret executionem obligationis Cameralis, & pro parte negatiua, quod tali casu debeat prius soluere, & postea repetere, fuit decisum in *Romana Vsuraria prauitatis* 4. *Iulii* 1597. *coram Peregrino, vers. decimò conuentio, in fin. qua est decis.*

56 126. de † instrumento enim habente executionem paratam dici solet, solue, & repete, *allegat per Felic. de societ. cap. 31. nu. 71.*

57 Sed dubitatur vlteriùs an debitor† huius obligationis vinculo adstrictus possit opponere beneficium, *Auth. hoc nisi, C. de solut.* & in hoc articulo in terminis statuti tollentis omnem defensionem, *Rota Bonon. decis. 70. per totam,* & præsertim *num. 21. vers. nec resistere, visum, & num. seq. in nouissimis diuersorum senet,* quòd non censentur exclusæ exceptiones executionem magnificantes, & ad hoc alios allegat, sed forsan in terminis nostræ obligationis contrarium erit verum propter iuramentum in illa contentum, quo stante cessat hoc beneficium, *Rota Bonon. loco cit.*

58 [Aduerte autem, quòd† quamuis beneficium, *auth hoc nisi,* de quo supra, non competat illi, qui iurauit soluere *Io. Maria Nonarius de dat. in solutum q. 12. num. 1. & seq.* vbi plures allegat, & inter alios *Thesaur. decis. 153. Gutier. de iuram. confirm. cap. 29. num. 5. Ludouis. decis 352. num. 3. & ibi* Ad-

59 *den.* fallit † tamen quãdo succedit casus insolitus, & inopinarus, *Nouar. d. q. 12. num. 7. vbi sub num. 8.* quòd casus insolitus dicitur, quando factis diligentijs non reperitur emptor, *Magon. decis. Flor. 66. num. 16. Franch. decis. 81. in fin.*

60 Secundo fallit, † & intellige prædicta quando debitor iurasset soluere in pecunia, secus si se obligasset simpliciter ad soluendum centum cum iuramento; tunc enim iuuaretur hoc beneficio, *Nouar. d. q. 12. nu. 17. Thesaur loc. cit. Ioseph. Ludouic. decis. 64.*]

61 Sed satis dictum est de †exceptione solutionis, nunc vero de exceptione falsitatis, quam admittendam esse, obligatione nostra non obstante firmãt *Verall. decis. 256. par. 2. Rot. in causa Veneta donationis 7. Nouembris 1614. coram Buratto, qua est decis. 4. num. 1. Io. Aloys. Ricc. in sua collect. decis. collect. 352. in fine par. 2.* [*Rot. decis* 540. *num.* 8. *par.* 2. *recen Gregor decis.* 406. *num.* 8. *& in Romana census de Prouanis* 8. *Aprilis* 1598. *corã Orano, quæ est decis.* 110. *post tract.*] dummodo

62 † tamen falsitas sit euidens, *Rot. post tract. d.*

63 *decis.* 110. *num.* 3. & † possit incontinenti probari, alias autem si altiorem requirat indaginem non est admittenda, cum præsumatur opposita ad differendam solutionem. Vnde merito *Rot. coram Crescentio decis.* 3. *de fide instrument.* resoluit quod in illo casu propter istã exceptionẽ nõ erat retardanda executio: nam falsitas deducebatur ex eo, quod quidam Notarius dederat instrumentum translationis pensionis, in quo dicebatur, quod transferens interrogatus, an vellet transferre responderat affirmatiuè, & post idem Notarius dederat aliud instrumẽtum in quo dicebatur, quod transferens interrogatus, an vellet, quod stipularetur, negatiuè responderat, vnde perquirendum erat, quis contractus esset verior, vel an Notarius, verum diceret, qua perquisitione durante non erat retardanda executio; cum magnam requireret indaginem.

64 De † exceptione etiam nouæ conuentionis, quod admittatur contra hanc obligationem

nem dixit *Rot. in Romana palatii 12. Nouẽbr. 1610. corã Card. Sacrato, qua est dec. 89. in ord.*
65 *n. 3.* [*& dec. 90. n. 1. p. 4. diuers* quæ † noua conuentio tũc retardaret executionẽ huius obligationis, quando esset illi contraria non autem retardaretur executio per renouationem contractus absque hac obligatione, quia non per hoc censetur debitor à prima
66 obligatione liberatus. Immo † etiamsi in instrumento renouationis fuisset expressa liberatio debitoris à dicta obligatione, tamẽ si in hac non interuenit creditor non diceretur liberatus debitor, & per talem renouationem non retardaretur executio obligationis Cameralis, *Rot. in Romana Societatis officii 26. Iunii 1620. corã Reuerendiss. D. Dunozetto, quæ est post tractat. dec. 168. num. 2.*
67 Et † hoc procedit etiamsi in dicta renouatione interuenisset procurator ipsius creditoris, qui haberet mandatum procurare am-
68 plissimum, quia † si non esset speciale ad liberandum ab obligatione huiusmodi esset, ad hunc effectum, ac si nullus pro creditore interuenisset, *Rot. in d. Romana Societatis officii num. 3.*]
69 Est autem notandum, † quod tam istæ exceptiones, quam omnes aliæ competentes principali debitori contra hanc obligationem competunt etiam fideiussori ad impediendam eius executionem, *Rot. diuers. decis. 95. num. 1. par. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 15. num. 17 Gratian. disceptat. forens. cap. 290. num 41. par. 2.* [*Pacific. de saluian interd. suspect. 5. cap. vnico*
70 *num. 101.*] Sed † non propterea sententia lata cõtra principalem debitorem nocet fideiussori contractus, etiamsi adsit obligatio Cameralis, *Seraph. decis. 1477.* licet alias frequentius contingat, vt ius speciale fauens principali debitori non prosit fideiussori stãte hac nostra obligatione, *Gratian. vbi supra cap. 310. num. 29. & 30.* [*Rot. coram Card. Seraph. decis. 1324. num. 5. & decis. 118. num. 4. post 2. vol. consil. criminal. Farinac. Marescot. variar. resolut. cap. 65. num. 9. lib. 2. Maur. de fideiuss. cap. 5. nu. 25. & fuit dictum in Romana censûs de Prouanis 8. Aprilis 1598. coram Orano, quæ est decis. 110. num. fin.*]
71 Verùm † prædictæ exceptiones, & aliæ quæcumque ad hoc vt admittantur debent incontinenti probari, nam alias si requirant altiorem indaginem reiiciuntur, *Scac. de appellat. lib. 3. cap 2. quæst. 17. limitat. 9. nu. 52.* [vel saltem admittuntur absque retardatione mandati executioni, *Rot. in Romana Vineæ 1. Decembris 1634. coram R. P. D. Pirouano in fine oper. decis. 201. num. 6. & decis. 1. nu. 11. & decis. 98. nu. 2 & decis. 147. nu. 3. & 199. n. 6. & in Romana cambiorum 17. Iunii 1633. coram Eminentiss. D. Card. Verospio, qua pariter est in fine operis impressa numer. decis. 202 nu 4.*] *& in d. Romana trium millium, quæ est dec. 92. n. 2. Mar. Ant. var. resolut. lib. 2 resolut.*
72 *96. nu. 11.* Et † de exceptione, quæ opponitur contra Guarantigiam, quod debeat statim probari tradit post alios *Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1. cas. 17. num. 7.* vbi vult
73 *num. seq.* quod † Iudicis arbitrio remittatur an exceptio requirat altiorem indaginem, necne, & quale debeat esse illud tempus probationis faciendæ, [quem sequitur *Argel. de acquiren. possess. quæst. 2. num. 264.*]
74 Sed † satis diceretur probatio fieri posse incontinenti si aliud instrumentum publicum solutionis ostenderetur, & ex interuallo dicitur cum super illa exceptione examinandi essent testes, *Menoch. vbi supra nu. 7. vide tamen Borgnin. in tract. de tut. & curat. num. 215. in fine*, qui vult illud dici probari incontinenti, quod eadem instantia probatur, quod non potest locum habere in terminis nostris, cum nulla possit considerari instantia, vt dicam infra.

Sed redeũdo vnde digressi sumus, videmus quoque ꝙ si executio instrumẽti debeat fieri ex forma statuti realiter, & personaliter ad voluntatẽ creditoris, tũc nulla exceptio probanda admitteretur, nisi ea, quæ momento posset probari, vt per instrumẽta, ideo opponens debet offerre, se incontinenti probaturum, vt post *Ant. à Cona. de execut. instrumen. sub num. 16. vers. ex quo patet. Fanut. de momento temporis cap. 15. sub num. 5.*
75 Sufficeret † tamen illas exceptiones probare, vel ex confessione partis, *Scacc. vbi supra num. 55.* vel iuris præsumptione, *Gratian. disceptat. forens. cap. 716. num. 14. & seqq. Rot. d. decis. 92. num. 1. par. 1. diuers.*
76 [Sed † in contrarium, nempe quod non possint huiusmodi exceptiones præsumptionibus probari, facere videtur *tex. in l. testiũ. C. de testibus*; nam cum obligatio Cameralis debeat esse in scriptis ad hoc, vt habeat executionem paratã, vt dicetur infra quæst. 27. vtique solutio aduersus illam debet probari per aliam scripturam ei contrariam, vel per quinque testes idoneos bonæ opinionis, & famæ, qui fuerint præsentes vt disponitur in *d. l. testium, & ibi notat Glos. & Bar. num 1. Castren. num. 1. in fine. Ias. in l. 1. num. 61.*

C. de iure emphit. nō autem per præsumptiones, Responderi tamen potest, quod lex tēdit ad euitandam testium facilitatem, vt ex eius lectura patet, quæ quidem ratio cessat, quando agitur de probatione, quæ oritur ex iuris præsumptione.]

77 Ad † probandas autem supradictas exceptiones admittuntur articuli, vt fuit decisū in vna *Albanen. pratensa donationis* 28. *Aprilis* 1572. *coram Robusterio, quæ est* 25. *in-*

78 *ter decis. in fine operis impress.* Et † ideo si reus daret positiones, vt puta ad probandū pactum de non petendo actor non obtineret mandatum, nisi prius responderet positionibus, *Scacc. ubi supra d. limit.* 9. *num.* 15.

79 Immo † q magis est datur quoq; remissoria ad illas probandas, *Tiber. in praxi lib.* 1. *cap.* 31. *sub num.* 5. & videtur de mente fel. rec. Pij Quinti in sua Constitutione 22. in ord. impress. apud eundem *Tiber. fol. mihi* 505.

80 Est tamen aduertendum, quod † ista remissoria non datur, quando petitur ad liquidādam obligationem Cameralem, nisi principali personaliter citato, *Put. decis.* 32. *num.* 2. *lib.* 2. *in nou. impress. Tiber. in praxi lib.* 1. *cap.* 49. *num.* 1.

81 *b Et ab initio liquida.* Alias enim hæc exceptio, quod hæc obligatio non sit liquida retardat eius executionem, vt post *Turret. cons.* 57. *num.* 17. *lib.* 2. *Carol. de Graff. de exception. except.* 36 *num.* 1. *Marc. Ant. de Amat. decis.* 80 *num.* 8. & de instrumento guarantigiato, quod debeat esse liquidum aliàs nō sit exequendum dicit *Vrsill. ad Afflict. decis.* 283. *num.* 7.

82 *c Coram competenti Iudice productum.* Sed hæc exceptio Iudicis incompetentiæ, vt supra notaui, regulariter non opponitur, stante hac obligatione, vt post plures, quos allegat *Carol. de Graff. de except.* 18. *except. num.* 4.

83 *d Ad eum repellendum.* Hæc † enim exceptio inhabilitatis personæ nunquam censetur exclusa, vt post Gallesium hic *Manc. de iuram. par* 4. *eff.* 216. *num.* 6. & ideo potest hæc exceptio opponi contra instrumentum confessionatum, *Petr. Nun. de Auendan. ad l.* 4. & 5. *lib.* 3. *ord. reg. tit. de las exceptiones num.* 23. *vers. item facit.* vbi alios allegat.

e Quin opponi possit coram mero executore.

84 † Hæc excommunicationis exceptio semper opponi potest post Gallesium hic Rota in *Pacen. pensionis* 20. *Nouembr.* 1609. *coram Reuerendiss. D. Lugdunen. quæ est decis.* 144. vbi propterea resolutum fuit obstare ad effectum, ne excommunicatus possit agere pro pensione,

f Quod actor non seruauit pro parte sua promissa. [Nunquam enim censetur exclusa ista exceptio, semperq. opponi potest in quocūque iudicio, & non obstante statuto reijciēte omnes exceptiones, *Argel. de acquir.*

85 *possess. q.* 7. *nu.* 225.] † admittitur ergo ad retardandam executionem huius obligationis, *Addentes ad Magon. decis. Lucen.* 21. *verbo exceptio non implementi litt.* G. *Turr. cons.* 74. *nu.* 38. *Gratian. discept. foren. cap.* 273. *numer.* 19. *par.* 2. *Castracan. de societ. offic. c* 69. *num.* 3. *Pacific. de saluian. interd. inspect.* 2. *c.* 2. *num.* 269. *vers. quod procedit, & inspect.* 5. *c.* 1. *n.* 100. vbi vsq. ad finem ampliat, & limitat, *Marescot. var. resolut. lib.* 2 *cap.* 121. *n.* 92. *Ritt. in collect. decis.* 1245. *vers. amplia* 5. *par.* 4. *in*

86 *vlt. edit.* vbi ampliat † procedere etiamsi in minori parte verificetur nō implementum, *Cæsar Argel. d. art.* 7. *num.* 231. vbi etiam cōtra quamcunque executionem, & plures cumulant *Modern. de euict q.* 150. *num.* 27. *Rota in recent. decis* 242. *n.* 3. *Rota in Romana execut. laudi* 26. *Iunii* 1613. *coram Card. Vbaldo, & in Romana euacuationis* 27. *Ianuar.* 1615. *coram eod. ead. Rota in Romana execut.* 2. *April.* 1593. *coram Orano. Asculana pecuniaria* 13. *Martij* 1606. *coram Reuerendiss. D. Coccino Decano, quæ est decis.* 14. *num.* 2. *Romana pretii vineæ* 27. *Iunii* 1600. *coram Reuerendiss. D. Lugdunen. quæ est decisio* 81. *n.* 4. & 5. *Romana de Gabriellis* 19. *Iunii* 1595. *coram Orano, quæ est decisio* 116. *in princ. Recanaten. pradii* 29. *Maij* 1600. *coram Reuerendiss. Episcopo Pacen. quæ est decisio* 107. *nu.* 1. *Parmen. datij* 27. *Iunii* 1612. *coram Reuerendiss. D. Coccino Decano, quæ est decisio* 113. *numer.* 15. *in fin.* [& *coram eodem decis.* 33. *nu.* 3. *inter impressas, & in Romana euacuationis* 26. *Ianuarii* 1615. *coram Vbaldo, quæ erit decis.* 210. *num.* 2. Eatenus enim obligationes ligant quatenus omnes obligationum partes obseruentur maximè si sint inuicem correspectiuæ, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 759. *num.* 11. & 12. *Rot. decis.* 428. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & in Crateuien. decimarum* 21. *Maij* 1640. *coram R. P. D. Cerro.*]

87 Et tali † casu inhibendum est creditor, ne molestet debitorem, vt post Rotam, & alios tradit *Gratian. discept. for. cap.* 273. *num.* 20.

88 *Rota in d. Parmen. datij,* & † opponens istam exceptionem in terminis, de quibus loquimur, nihil probare tenetur, sed ad aduersarium spectat probare se adimpleuisse, *Turret.*

vet. conſ.74. nu. 30. [Caſar Argel. de acquir.
poſſeſſ. q.2. art.7. num. 226. & pluribus ſeqq.
89 & num.232. vbi num. ſeq. intelligit, †quan-
do dubitatur, an impleuerit, ſecus ſi dubi-
tatur, an implere teneatur, tunc enim ſi ta-
lis exceptio requirit altiorem indaginem,
non admittitur, vt mox etiam dicetur, in-
90 tellige etiam hanc † exceptionem non im-
plementi admitti, & ad aduerſarium ſpecta-
re probationem implementi, quãdo allega-
tur ab eo, cui promiſſum erat, ſecus ſi à ter-
tio, tunc enim partes excipientis erunt pro-
bare non implementum, Argel.d.q.2. art.7.
num.234. Rota diuerſ. par. 4. deciſ.761. ſub
num. 1.]
91 Ideò † agens ex inſtrumento Guaranti-
giato ex empto non obtinebit, niſi doceat
ſoluiſſe pretium, Petrus Nunez de Auendan.
ad l.4. & 5. ordin. regal. tit de las except. nu-
92 mer. 28. verſ. ideoq. & poteſt † opponi etiam
in executione, & ſic poſt ſententiam, vel
mandatum relaxatum, licet exaduerſo poſ-
ſet offerri implementum, Rota in Romana
pretii fundaci 1. Iunii 1607. coram Manzane-
93 do, qua eſt deciſio 145. num.6. & ſi † talis ex-
ceptio reijcitur admittitur appellatio, Rugi-
nell. de appellat. §.2. cap.3. verbo Cameralis
obligatio num. 143. ad hoc autem, vt impe-
94 pediat executionem, requiritur, † quod aut
ſit clara, aut de illa conſtet per tres ſenten-
tias conformes, Rota in Romana affictus, ſeu
damnorum 2. April. 1593. coram Card. Man-
tica, quæ eſt deciſ.146. nu 8. [aliàs autem
ſi eſſet turbida, vel requireret altiorem inda-
ginem, non retardaret executionem huius
obligationis, Rota in recen. dec.686. num.2.
par.2. vbi d.num.2. in fine, quod generaliter
95 exceptio † dicitur requirere altiorem inda-
ginem, quando ſuper illa lis pendet, & alios
cum Rotæ deciſionibus ad hoc allegat
Mangilius de euiction. q.57. num. 13. vbi
præſertim num.14. quando ſuper ea lis pen-
det.]
96 Neque † ſolum, vt admittatur hæc excep-
tio requiritur, vt ſi clara, ſed etiam vt de illa
opponatur, aliàs tenet iudicium, Riec. col-
lect. deciſ.1245. verſ. ſed intellige ſi à parte
par 4. in vltima edit. & fuit dictum in citata
Romana precii fundaci 1. Iunii 1607. coram
97 Manzanedo †, quæ eſt deciſio 145. num.4. po-
teſt tamen per Iudicem ſuppleri, vt habetur
in eadẽ deciſione vltimo loco allegata. [Sed
adeo neceſſaria eſt oppoſitio, vt ſi quis, cui
cõpetebat hæc exceptio nõ implementi, ſol-
uiſſet multos ante annos, non opponens de
hac exceptione, oriatur præſumptio, quod
omnia fuerint adimpleta, vel ſaltem, quod
adimplementum fuerit remiſſum ad effectũ,
vt vlterius non retardetur ſolutio, Rot. in
Bononien. reſtitutionis 22. Iunii 1594. coram
Card. Arigonio, qua eſt deciſ.211. nu.2. Intel-
lige tamen, quod ſi opponatur hæc excep-
tio, licet agitur ex eodem contractu, ſi ille
contractus continet diuerſa capita ſeparata,
non opponitur in capite ſeparato, Adden. ad
Ludouiſ. dec.541. n. 2. Rot. corã Burat. dec.571.
Secundo intellige, quod hæc exceptio non
retardaret executionẽ obligat. Camer. quã-
do alia pars, quæ opponit hanc exceptio nõ
adimpleuit ea ad quæ tenebatur, Rot. deciſ.
109 num.3. par.7. in recen. non enim poteſt
quis ea exceptione iuuari, in qua ipſe defecit
Gratian. diſceptat. forenſ. cap. vlt. num.21. &
& ſeqq. Rot. deciſ.369. par. 4. diuerſ. & in Ro-
mana pecuniaria 20. Nouembr. 1624. coram
R.P.D. Vbaldo, & in Romana aſſignationis bo-
norum 26. Iunii 1630. coram Reuerendiſſ. Vr-
gellen. & in Romana executionis cõtractus 27.
Maii 1594. coram Litta. Intellige tertio, vt
non procedat, niſi in contractibus vltro, ci-
troq. obligatorijs, Rot. in Peruſina executio-
nis 3. Decemb. 1599. coram Penia. Quarto in-
tellige, quod prædicta exceptio non retar-
det executionem obligationis Cameralis,
niſi fuerit oppoſita à parte, vel etiam Iudex
ſuppleuerit, Rot. in Romana pretii fundaci 1.
Iulii 1607. coram R. P. D. Manzanedo, quæ eſt
infra deciſ.145. nu.4. Intellige quinto, quod
nec retardetur per dictã exceptionem exe-
cutio obligationis Cameralis, quãdo etiam
poſt ſententiam adimplementum poteſt fie-
ri, Rot. in d. deciſ.145.]
98 Conſiderare autem oportet, † cuinam
partium onus fuerit iniunctũ primò pro par-
te ſua adimplendi, nam iſte ordo eſt ſeruan-
dus, Rota in Maceraten. grani 9. Iun. 1593.
99 coram Orano, quæ eſt deciſio 139 nu.3. & † ſuf-
ficit in terminis, de quibus loquimur, vt
ſemel fuerit impletum, licet impletum non
duret, vt fuit deciſum in Romana pecuniaria
18. Iunii 1607. quæ eſt deciſ.64 nu.3. ad quæ
omnia, vide diuerſis Mareſcot. variar. reſo-
lut. lib.2. cap.121. à num.92. & ſeq. vbi habes
multa circa hanc exceptionem.
100 g. Vel re non tradita. Generaliter † in exe-
cutiuis iſta exceptio rei non traditæ admit-
titur, Maur. de ſolut. cap.44. num 3. admit-
tique contra hanc obligationem tradit Ge-
miu. conſ. 149. verſ. item quoad effect. Tuſc.
verbo oblig. camer. concl. 40. num.1. Ant. Au-
guſt.

gust. in epit. verbo oblig. cavier. vers. exceptio rei non traditæ, vbi subdit,quod quando cõstat fuisse traditam, omnia præsumuntur latissimè *Gratian.discept. for. cap.*411.*per tot.* & præsertim *num.*11.

[Contrariũ vero scilicet, quod non possit opponi exceptio rei nõ traditę,vel non numeratæ pecuniæ cũ obligatio Cameralis ipsius exceptionis renũciationẽ contineat dixit *Rot.in dec.*787.*& decis.*800. *lib.* 3 *p.*3.*divers.Cas.de Grass decis.*3. *n.*2.*de solution.Mohed.dec.*1.*de exception.* Hæc tamen contraria opinio plures habet fallentias, & fallit primo quando opponeretur dicta exceptio facto prius deposito ; tali namque casu exceptio prędicta esset admittenda, *Rot. decis.*821. *par.*3. *lib.*3.*divers.* Secundo fallit, quando pars non reclamaret, nam tunc talis exceptio admitteretur *Bocca.de societ.num.*142.*ad medium* Hoc tamen intelligitur nõ ad retardandam executionem,sed ad effectum agẽdi via ordinaria, *Mohed. decis.*3. *de except.* fallit Tertio, quando clarè & concludenter fuerit probata, *Rot. in Terracinen. domus* 28. *Nouemb.*1613.*coram Manzanedo, & in Romana executionis de Anguillara* 6.*Mart.*1592 *coram Orano. Cæsar de Grassis decis.*13.*nu.*10. *de probat. Ludouis.decis.*195 *in fine.*]

h *Et ex illius inspectione colliguntur.* Omnis
101 † exceptio, quæ oritur ex ventre instrumenti admittitur ad retardandam executionem huius obligationis, vt tradit *Galles.infra q.*18.*num.*5. *Felician. de societ. cap.* 31. *sub num.*70. qui & alios allegat, *Turres.cons.* 91. *nu* 29. *vol* 1. *Argel.de acquir. possess.q.*2. *num.* 245. *Rota in Asculana pecuniaria* 13. *Martii* 1606. *coram Reuerendiss. D. Coccino, quæ est decisio* 14.*nu.*2. *& in Recanaten.transactionis* 27.*Nouemb.*1592.*coram Giptio, quæ est decis.*8. *num.*1. *& in Romana cambiorum* 10.*Decemb.*1632.*coram Eminẽtiss. Card.Verospio, quæ erit decis.*212.*num.*1. *& in eadem* 17.*Iunii* 1633.*corã eodem, quæ erit dec.*202. *num.*1 inde exceptio reductionis pensionis,
102 etiam † si requirat altiorem indaginem admittitur,quia resultat ex ventre supplicatio-
103 nis,† *Garzias de benef. par.* 1,*cap.*5.*nu.*18. sic admittitur exceptio, quod non fuerint dati fideiussores de euictione, prout permissum erat in instrumento, *Rota in d. Asculana pecun.*

Admitteretur quoque exceptio non sequutæ ratificationis,quando ratificatio fuisset in instrumento promissa, itaut per talem exceptionem instrumẽtum, licet obligatione Camerali vallatum non posset executioni demandari tanquam nullum ex defectu dictæ ratificationis, *Rota in Fulginaten. saluiani* 1.*Iulii* 1643. *coram R P.D. Bichio, quæ est decis.*211. *num.*8. Et ad retardandam executionem talis instrumenti sufficeret, quod per reum conuentum talis ratificationis defectus allegaretur, quia cum ratificatio sit quid facti non præsumitur, ideoque per allegantem illius existentiam probanda veniret, vt in *d.Fulginaten. saluiani nu.*10. Insuper in instrumento census admitteretur exceptio nullitatis ex eo, quod fuerit impositus super fundo incapaci, vt puta si fuerit impositus super re prohibita alienari, q̃ impositio est ipso iure nulla, *Rot.in d. Fulginaten.num.*2. quia est species alienationis dum constituit ius reale, & specialem hypotecã super fundo censuato, prout in *d.decis.nu.*1. & hæc exceptio retardaret executionem huius nostræ obligationis, bene verum est, quod obligatio Cameralis non esset in hoc casu in totum vana, operaretur namque, vt agi posset pro fructibus saltem loco damnorum, & interesse contra impositorẽ d. census non autem cõtra successorem in possessione rei alienari prohibitæ, *Rot. in d.Fulginaten. saluiani n.*3.*post Cinc. de censib.par.*1. *cap.*2. *quæst.*1. *artic.*6. *num.*41. *&* 42. *& in Romana census* 10.*Iunij* 1641. *coram R.P.D. Cerro.*]

Ampliatur vero ista regula de admit-
104 tenda exceptione† resultante ex ventre instrumenti, vt procedat etiam si requirat altiorem indaginem, *Argel.d.q* 2.*num.*246. *& fuit resolutum in d. Recanaten. transactionis, Garzias de benef.par.*1. *cap.* 5. *nu.*400.
105 licet in contrarium videatur † decisum in *Romana responsionis casalis* 11.*Ianuar.* 1597. *coram Episcopo Pacen. quæ est decisio* 42. *n.*8. *&* 9. sed ibi opponebatur exceptio remissionis affictus, quæ non oritur ex ventre instrumenti, & propterea mirum non est, si fuerit decisum non esse admittenda,quia requirebat altiorem indaginem.
107 Sed quid † si opponeretur de præsumptione *l.Quintus.ff. de iure dotium*, an proptet illam esset retardãda executio nostrę obligationis ? certè non habet difficultatem, quòd illam impediat quando sumus in puris terminis d.l.secus in fallentiis vt respõdet *Rota in Rom. societ.* 23.*Ianuar.*1593. *corã clar.me. Card.Pamphilio*,de qua per *Marches.de commiss.par.*1.*pag.* 843.Non suffragatur autem quando allegaretur ab alio, quàm à marito,

&

& eius hæredibus, aliàs non esset propter il-
lam retardanda hæc executio, præsertim,
vbi maritus in eodem instrumento se obli-
gasset cum vxore, quia ex hoc resultaret ta-
cita confessio mariti, quòd pecuniæ essent
vxoris, quæ confessio etiam contra ipsum
maritum, & eius hæredes facit cessare præ-
sumptio *l. Quintus* vt latiùs *Rota in d. Roma-
na soc.*

i *Itaque opponi potest non venisse diem.* Et
108 consequenter † non est locus executioni
hujus obligationis, *Rot. in* Bononien. *spolij* 15.
Decemb. 1600. *coram clar. me. Card. Pamphilio,
quæ est decisio* 31. *num.* 10.

l *Non esse purificatam cõditionem.* Hæc quo-
que exceptio admittitur contra hanc obli-
109 gationem, † *Turret. cons.* 91. *num.* 14. *vol.* 1.
Rota diuers. decis. 123. *num.* 18. *par.* 2. *Rugi-
nell. de appell.* §. 2. *cap.* 3. *verbo Cameralis obli-
gatio. num.* 144. [*Argel. de acquir. possess. q.* 2.
num. 22.] *& fuit dictum in* Romana *de Lura-
ghis, & Pallauicinis* 30. *Octobr.* 1600. *coram
Iusto, quæ est decisio* 18. *nu.* 1. *& in Cæsaran-
gust. de Maella* 25. *Iunii* 1601. *coram clar. me.
Card. Pamphilio, quæ est decisio* 33. *n.* 4. [Vnde
fit quòd pro instrumento census conditio-
nali non possit agi executiuè, nisi constet
citato debitore conditionem extitisse *Cinc.
de censib. par.* 2. *cap.* 2 *q.* 5. *art.* 6. *num.* 26. &
110 generaliter † instrumentum conditionale
executionem non meretur, *Giurba post plu-
rimos decis.* 60. *nu.* 4.] & propterea licet con-
111 tra † consentiẽtem reseruationi pensionis
possit agi executiuè, stante obligatione Ca-
merali, tamen hoc procedit, quando gratia
est pura, secus vero si contineat conditio-
nem, vel modum, quia tunc consensus re-
cipit eandem conditionem, vel modum, &
non liberat ab onere iustificandi, & conse-
quenter non iustificata clausula, dummodo
remaneant centum, non potest procedi ad
executionem huius obligationis, vt fuit de-
cisum in vna *Aretina pensionis* 28. *Iun.* 1600.
coram Card. *Mellino,* de qua per *Marchesan.
de commiss. appellat. in causis pensionis* §. 1.
pag. 528. *Gratian. disceptat. foren. cap.* 365.
nu. 41. [similiter, & obligatio penes acta Cu-
riæ non habet executionem paratam, quan-
do est conditionalis, *Rota Genuen. decis.* 26.
112 *nu.* 9. *in fin.* & in summa obligatio † condi-
tionalis non habet executionem paratam,
Riccius post alios collect. 839. *vers. infero sex-
to. in vlt. edit.*]

m *Opponat exceptionem cedendarum sibi per
creditorem actionum.* Rota aliquando vide-
113 tur † de hoc dubitasse, vt in *decis.* 112. *n.* 4.
par. 1. *diuers.* Nihilominus veritas est, quòd
114 hæc exceptio † cedendarum admittitur
etiam ad retardandam executionem huius
obligationis, *Boccac. de societ. off num.* 131.
vers. maximè quia. Castracan. eod. tract. c. 67.
num. 5. *& post Gallesium hic Mancinus de iu-
ram. par.* 4. *eff.* 216. *num.* 11. *Rota diuers. de-
cis.* 123. *n.* 15. *par.* 2. *Falicius. de societ. cap.* 29.
num. 58. *vers. & competit. & fuit dictum in
Romana muini* 16. *Nouemb.* 1601. *corã Card.
Lancellotto, qua est decisio* 22. *nu.* 5. [*& coram
Buratto decis.* 281. *num.* 10. *& ibi Adden. lit-
tera C. Gratian. discept. forens. cap.* 799. *nu-
mer.* 27. *&* 28. immò etiam fideiussor, qui
promisit soluere, remota omni exceptione,
potest tamen opponere, quòd sibi cedantur
iura, *Surd. cons.* 536 *num.* 10. vbi quòd ista
115 exceptio opponitur etiã † post sententiam,
& in executione illius, *Vinc. de Franch. decis.*
476. *num.* 2. & vlterius admittitur hæc ea-
dem exceptio contra instrumentum gua-
rantigiatũ, & non obstante statuto reijcien-
te omnem defensionem, *Scacc. de commerc.*
§. 2. *glos.* 5. *num.* 89. *vers. extende* 5. *Maur. de
fideiuss. par.* 2. *sect* 5. *cap. de cedendar. benef.
num* 14. qui allegat *Bertazzol. de claus. clau-
sula* 40. *Glo.* 4. *nu* 8. *vers. & in tantum. Man-
tic. de tac. par.* 2. *lib* 16 *tit.* 19. *num.* 14.

Et quod huic exceptioni non censeatur
per obligationem Cameralem renunciatum
Rot. in Rom. fructuum census, *Vener.* 29. *Maii*
1626. *coram* R. P. D. Merlino, *qua erit infra
decis.* 169. *num.* 3. Verum circa huiusmodi
116 exceptionem † cedendarũ velim animad-
uertas, quòd creditorem agentem non re-
pellit, nisi quando facto, & culpa sua non
posset cedere iura, *Rot. in d. Romana fru-
ctuum census*, vbi etiam fuit firmatum dictã
exceptionem non obstare si excipiens de
tempore contractus sciebat, quod iura sibi
cedi non possent, & nihilominus se voluit
obligare, prout nec etiam talis exceptio suf-
fragatur fideiussori, qui consensit liberatio-
ni principalis, *Vinc. de Franc. decis.* 476. *nu-
mer.* 15. Eaq. tunc repellit creditorem agen-
tem si iura cedere non possit, vel ex natura
obligationis, vel quia debitor sit exceptio-
ne tutus, *Rot. decis.* 645. *num.* 1. *par* 2. *in re-
cent.* & hæc exceptio sicut cæteræ omnes
opponi non potest, nisi quatenus intersit,
Rot. d. decis. 645. *num.* 4]

n *Vel non liberè tradita.* *Rota in Romana
pretii domus* 16. *Iunii* 1600. *coram* Litta, *quæ
est decisio* 77. *sub num.* 2, hanc exceptionem

admittit, *Gratian. disceptat. foren. cap.*411.
sub numer. 12. & admittenda est, quando
117 in instrumento assertum fuit, rem
venditam esse liberam, & fideicommis-
so non subiectam, vel si fuisset dictum,
nullum fuisse factũ de illa contractum, nec
quasi contractum, quod idem est in effectu,
cum dicta assertione, tunc enim posse agi
118 executiuè ad repetitionẽ † pretij, si dete-
gatur res obligata dicit *Seraphin. decis.*321.
119 sed hæc† exceptio cessat, data cautione
de euictione, vt in *Romana pratensa extin-
ctionis census* 16. *Februar.* 1607. *coram Ludo-
uisio, quę est decisio.* 127. sed neque excep-
120 tio, †quòd res non sit libera propter fidei-
commissum obstat ad hunc effectum, quan-
do vocati consentiunt, & pretium sit inue-
stiendum: tunc enim cum emptor reddatur
securus non potest solutionem retardare,
vt in d. *Romana pratensa extinctionis census*,
[licet aliàs admittatur *Seraph. decis.*1388. *Ro-
ta in Romana septem millium* 23. *Febr.* 1604.
coram Iusto,] vel quando execntio fieri po-
test super fructibus, super melioramentis, &
super legitima, quamuis fuisset prohibita,
vt fuit decisum in *Terracinen. executionis*
18. *Aprilis* 1611. *coram* R.P.D. *Coccino, qua
est decis.*98 *num.*3.

o *Et his similia.* Sed quid si daretur de enor-
121 missima læsione? † illam non esse admit-
tendam ad retardandam hanc executionem
sæpissimè fuit in Rota dictum, [*Riec. in pract.
Eccles. resolut.*252. *nu.*2.] *Io. Paul. decis.*44.
*qua est diuers. decis.*800 *num.*6. *lib.*3. *par.*3.
Anton. August. *decis.*72. *lib.*3. *Tiburtina Ca-
stri Poli* 17. *Martij* 1564. *coram Cotta, qua est
decisio* 147. *à num.*2. *ad* 5. *Romana executio-
nis de Anguillaria* 6. Martij 1592. *coram Ora-
no, qua est decisio* 114 *nu.*5. *& seqq. & in Ro-
mana executionis oblig.* Camer. 2. April. 1593.
coram Orano, qua est decisio 148. *num.* 5. *Ro-
mana executionis contractus* 22. *Maij* 1594.
coram Litta, *qua est decisio* 70. *num.* 16. *Bono-
nien. pecuniar.* 9. *Iunij* 1603. *coram Ludouisio.
Maceraten. grani* 9. *Iunij* 1593. *coram Orano,
quae est decisio* 139. *nu.*14. Rot. *decis.*89. *nu.*2.
122 *&* 3. *par.*4 *diuers.* [Sed tamen† distinguen-
dum videtur, quòd aut læsio est detecta,
vel adhuc remanet detegenda, in primo ca-
su retardatur executio, in secundo nequa-
quam, *Costa de re integra distinct.*45. *num.*6.
Rot. diuers. par. 4. *d. decis* 89. *sub num.*2. *vers.
quibus in contrarium*, vbi sic declarat proce-
dere doctrinam *Beroi in cons.* 277. *lib.*1.]
Nõ admittitur aũt exceptio enormis læsio-

123 nis † resultantis ex fideiussione; *Rota in
Romana census* 23. *Februar.* 1609. *coram Lu-
douisio, quae est decisio* 134. *num.* 19. debet
124 † enim ante præcedere excussio bonorũ
principalis debitoris, antequam exceptio
læsionis proponatur, aliàs non admittitur
contra hanc obligationem, vt contra vxo-
rem, quæ pro viro fideiusserat, fuit decisum
in causa *Interamnen. merciũ* 4. *Iunij* 1596. *co-
ram Penia, qua est decisio* 100. *num.*5. Inde
125 fideiussor † de euictione tenetur litem in
se suscipere, donec constet de tali læsione,
stante hac nostra obligatione, vt fuit reso-
lutũ in d. *Tiburtina Castri S. Poli*, tunc enim
126 hæc exceptio† læsionis impedit executio-
nem, cum vt de plerisq. alijs dictum est, al-
tiorem indaginem non requirat, *Rota in Ro-
mana cẽsus de Promanis* 8. *Aprilis* 1598. *coram
Orano, qua est decisio* 120. *num.*4. *& in Roma-
na execut. oblig.* Camer. 2. *April.* 1593. *coram
eodem, qua est decis.* 148. *num.* 5. Ant. *Aug. tit.
de iur. iur.* § *de oblig. Camer. num.*4. si quidem
127 ista exceptio †non prouenit ex corpore
instrumenti, seu contractus, sed extrinsecè
ex modicitate precij, vt fuit dictum in dicta
Tiburtina C*astri S. Poli*, atq; hinc est, quod
128 cum non† admittatur hæc læsionis excep-
tio, neque etiam admittatur exceptio quòd
dos promissa per minorem fuerit excessiua,
vt fuit resolutũ in *Maceraten. dotis* 10. *Iunii*
1594. *corã Card. Mellino, quae est dec.*48. *n.*2.

p *Qua negotio inest proponatur.* Adde post
G*allesium hìc Carol. de Grass. de except.* 10.
*except. num.*4. *Rota diuers. decis.*626. *num.*10.
*par.*1.

q *Propter quam contracta est obligatio.* Cau-
129 sa† enim deficiente, deficit ista obligatio,
& impeditur eius executio, [*Rota post addi-
tiones* C*incii de cens. d.*76. *num.*2.] Gratian.
discept. foren. cap. 273. *num.* 20. *& seq.* Ant.
Corn. *de absolut. à iuram. par.* 3. *q.*22. *n.*25.
*Oradin. decis.*52. Rota *diuers. dec.* 123. *nu.*15.
*par.*2. *& fuit dictũ in Romana nullitatis obli-
gationis* 23. Iannar 1602. *corã clar. me.* Card.
Pãphilio. Camerinen. pecuniar. 13. *April.* 1599.
coram Card. Millino, Maceraten. *saluiani, seu
spolij* 12. Maii 1608. *coram* Manzanedo, *qua
est decisio* 130. *num.*9. *Bononien. pecuniaria*
22. Martii 1602. *coram Card. Lãcellotto, qua
est decis.*104. *num.*4. *Legionen. pensionis* 5. *Iu-
nii* 1609. *corã* Reuerendiss. *D. Lugdunen. qua
est decis.*80. *num.*2. Romana *palatii* 12. *No-
uemb.*1610. *coram* Card. *Sacrato, qua est de-
cis.*89. *num.*1. *Parmen. datii* 27. *Iunii* 1612.
coram R. P. D. Coccino, *qua decis.* 113.
*num.*4.

130 *num.4.* admittitur †enim hęc exceptio de-
fectus causæ etiam non obstante iuramento
vt post *Gallesium hìc Mācin. de iuram. par.4.*
effect.216. num.22. & non obstante statuto
reijciente omnes exceptiones. *Carolus de*
Grassis de exception.4. except. 10. obligatio
131 namq. †Cameralis,& reliqui actus intelli-
guntur rebus sic stantibus, *Rota diuers.decis.*
132 123. *num.* 16. *par.* 2. vbi ideo si †aliquis se
sub hac forma obligauit ad soluendum
certam summam, quam attento calculo cre-
debat se debere, si calculus aliter se habeat,
non potest vigore huius obligationis con-
ueniri, & ratio principalis conclusionis po-
test esse, quia deficiente causa deficit con-
sensus, vt firmant præallegati, & dicitur de
133 metu, qui† cum faciat cessare consensum,
impedit executionem huius obligationis, vt
fuit decisum *in Romana census 9.Iun.1594.*
*coram Card.Blanchetto, quæ est decis.*88. *n.3.*
134 [sicut etiam exceptio† metus nō censetur
exclusa per statutum reijciens omnes exce-
ptiones, *Farinac.fragm. crimin. par. 2. tit.*
*metu gesta nulla. & inualida nu.*11. nec cen-
setur purgatus metus etiamsi in instrumen-
to adesset iuramentum assertorium contenta
esse vera, *Farinac. vbi supra tit.de purgat.me-*
135 *tus nu.*165.] Hinc putarem † posse oppo-
ni contra hanc obligationem, quod fuerit
facta in carceribus metu diuturni carceris,
Rota in Romana repetitionis indebiti 30.*Apri*
lis, & 21.*Iunii* 1610. *coram R.P.D. Pirouа-*
no, vbi respondet contrarijs, cum metus car-
ceris sit iustus metus. *Allegat. per* Riccium
collect. dec. 943. [Ideoq obligatio in carce-
ribus facta dicitur nulla ipso iure absque eo
quod rescindatur, Rot. *in Rheginen. seu Sa-*
lernitana bonorum 19.*Iunii* 1643.*coram* R.P.
*D.*Carillo, *quæ erit decis.* *nu.*3. itaut nec
sit necessaria absolutio à iuramento apposi-
to in dicta obligatione, Rolan.*à Valle cōs.*2.
*num.*76. *& seqq.* & præcipuè *num.*82. *lib.*1.
*Guttier. de iuram. confirmat. par.*1.*cap.*57.
*num.*10. *vers. pro contraria.* Rot.*decis.*26. *nu-*
*mer.*49.*par.*6.*in recen.& in d.*Rheginen.*pro-*
*ximè supra relata num.*17.

Quę intelligas procedere si iniusta sit car-
ceratio, & obligatio tendat ad fauorem il-
lius, qui carcerationem procurauit huius-
modiq. iniusta carceratio probat metum, &
quidem cadentem in constantem virum, ita
vt nulla alia iustificatione opus sit, Rot. *de-*
*cis.*490. *num.*1. *&* 2.*par.* 1. *in recen.& decis.*
286.*num.*4. *post* 2.*vol. consil. Farinac.* Rot.*d.*
*decis.*26.*num.*4. *par.*6. *in recen.* Non autem
habere locum, quādo is qui obligationem
fecit in carceribus erat validè & iustè carce-
ceratus, tunc namq. obligatio est valida, &
substinetur, Rot.*decis.*122.*num.*7.*&* 12.*Gra-*
*tian. discept at. forens. cap.*479. *num.*30. *& in*
d. Rheginen. *num.*4. Nec potest in hoc casu
dici obligationem fuisse factam per metum;
non potest enim dici metus dum in satisfa-
ctionem iustitiæ aliquid gestum est; & in
tantum dicitur nullum id quod fuit per me-
tum factum, in quantū id processit contra iu-
stitiā, & iuris executio, nec metū, nec iniuriā
affert *l.iniuriā.* §.1. *ff. de iniur. l.quemadmo-*
dum. §.*Magistratus. ff.ad leg.* A*quil*, Rot. *in d.*
*decis.*26.*num.*1.2. *&* 3. *& per totam* in qua
hæc materia latè pertractatur].
136 Cæterùm cùm hæc obligatio † cesset ces-
sante causa, cessabit quoq; adiecta consen-
sui pensionis, resignato beneficio, nec vigo-
re illius contra consentientem agi poterit,
P*aris.de resignat. benefic. lib.*1. *q.*8. *num.*11.
& consuluit B*ursat. cons.*361. *vol.*4. *Oradin.*
137 *decis.*52. Inde secundo cessat hæc † obli-
gatio adiecta pariter consensui pensionis, si
non sequatur prouisio, quæ fuit causa illius,
vt fuit decisum in causa *Legionen pensionis*
16.*Iunii* 1609. *coram* Reuerendiss. *D. Lugdu-*
nen quæ est decisio 80. *num.* 1. Inde tertio ces-
138 sat pariter † hæc obligatio, quando quis
non potuit habere possessionem beneficij,
non obstante clausula, habita vel non habi-
ta, *Marescot. var. resolut lib.* 2. *cap.*18. *nu-*
mer. 3. & decisiones ad hoc allegant R*icc.*
*collect.decis.*1234. *vers amplia par.*4. *in vlt.*
edit. Gratian. discept. foren cap. 423. *nu.*46.
139 [Inde †quarto cessat hæc obligatio, quan-
do renunciatio Inquilinatus, & iuramentum
expirant, annullata dispositione, super qua
ponuntur, Gra*tian. discept. for. cap.*715. &
dictum fuit supra, *& cap.* 740. *numer.* 44.
140 Inde quinto† resoluto contractu locatio-
nis resoluitur effectus huius obligationis
adiectæ in locatione, vt apparet ex de-
cisionibus ad hoc allegatis à Modernis de
euict. q. 150. *num.* 28. *vbi num. seq.* quod
promissio soluendi appaltum Gabellæ intel-
ligitur quatenus appaltus duret.]
141 Defectus†autem causæ in terminis, de
quibus loquimur], necesse est, quod sit eui-
dens, R*ota in Romana census de Prouanis* 8.
Aprilis 1596.*corā Orano, quæ est decisio* 110.
*num.*3. *& in* Romana *executionis oblig.* Cam.
2.*Aprilis* 1593. *coram eodem, quæ est decisio*
148.*num.*2. quin etiam hic defectus versari
142 debet † circa causam finalē obligationis,

vt fuit dictum in citata *Romana executionis n.2. & in Bonon.executionis 16.I m.1602.corã Reuerendiss. Attrebaten.*& in *Rom executionis laudi 2. Maij 1614.corã Card.Vbaldo,inter re..p.2.dec.540 n.9.*& debet vlteriùs esse
143 talis,† vt si vera fuisset,induxisset ad ita se obligandum; vt in *d.Romana executionis numer.2.* sed retentis terminis regulæ, quod contra hãc obligationem possit opponi exceptio ex defectu causæ, dubitatur, an illa
144 obstet marito, cui fuit †promissa dos & nõ soluta durante matrimonio, si agat mortua vxore, cum dos detur propter onera matrimonij,& non obstare fuit decisũ in *Senogallien. dotis 26.Iun. 1606.corã S.D.N. Innoc.X. quæ est decisio* 10. ex eo potissimum, quòd in dicto casu aderant liberi, & sic dicuntur adhuc durare onera matrimonij.
145 Cæterùm exceptio,†quod hæc obligatio per errorem facta fuerit, contra eam non admittitur, quia hæc requirit altiorem indaginem, *Rota in Romana pecuniaria 28. April. 1586.coram Card. Seraphino, in impressis decis.736. quæ est decisio 149. num.2. Thesaur. decis.26. sub num. 14. vers.an autem, & num. seq.* vbi limitatur dictum,nisi probaretur in-
146 continenti, [quod etiam firmat in † Guarantigia, addendo ibi, quòd debet opponẽs probare per instrumenta liquida, secus si per
147 viam capitulorum]† & propterea error in transactione, quando non est clarus non impedit executionem obligationis Cameralis; *Rota in Castren. cassarum 16. Octobr.1585. coram Seraphino in impress. decis.705.num.3.* [Quid autem dicendum de errore calculi,& eius exceptione ? an per illum impediatur executio instrumẽti Guarãtigiati, quod sic *Nunez de ratiocin. cap.38. per tot.* & præsertim *num.3. vide Laucellot. de attent.par.2. cap.4. limit.28. num.5.*] Verum quando er-
148 ror †est clarus, hæc exceptio admittitur, *Rugiuell de appell. §.2. cap.3 verbo Camer. oblig. num.140.* Sed neque exceptio falsita-
149 tis causæ † admittitur contra hanc obligationem, nisi illa euidenter probetur, *Rota in Rom. census 23. Februar.1609. coram Ludouisio, quæ est decis.134.num.12.* & decidit *eadem Rota in d. Romana executionis laudi,* vbi etiam fuit dictum, non sufficere, quòd Iudex de tali defectu causæ dubitare posset
150 ad hoc, vt intret † executio huius obligationis, *vt in d.dec.542.n.8.p.2.rec.* pſumitur enim vera causa expressa, vt puta in alienatione rerũ minorũ,existentia,&vrgentia de-
151 bitorũ,& ideo illi standum est, †hac stante obligatione in illa enim renunciatur rei non sic gestæ, aut aliter factæ, doli, vis, simulationis, & omnibus exceptionibus, *Put. decis.244. num.6. in nouis impress.*

r *Non debentur amplius illa decem.* Adde post *Gallesium hic Castracan. de societ.offic. cap.39. num.3.*

s *Sine causa factum tenet.* Aduerte autem,
152 quòd *Bald.* tenet † contrarium, vt refert *Cassaneus in consuet. Burgund rubr.11. tit.des censes. §.6. num. 10 vers sed contrarium,* & illius opinionem sequi videtur nu.11. con-
153 traria † tamen est verior opinio, *Gratian. discept. foren.cap 280. num 5. Rota in Bonon. execut. apocar.27.Iunii 1611. coram Card.Vbaldo,* & de iuramento, guarantigia,& obligatione Camer. idem *Gratian.discept.foren. cap.423.sub num.48. vers. quicquid.* & add.
154 in terminis † Guarantigiæ post Gallesium hic quem allegat *Phanuc. de iuuent. par.5. num.101. Alexan. ad Bart post Bald.* quem allegat in *l nuda. litt. A. verbo nuda ratio. ff. de donat.* quamuis in contrarium allegetur per *Petr.Nun. de Auendan, ad l.4.& 5. tit. de las excepciones sub num.21. vers.& quòd semper,* vbi etiam pro contraria parte allegat *Hippolyt. in rubr. C. de donat,* & idem dicitur
155 stante †iuramento, cũ ipsum dicatur causa contractus, vt post plurimos tradit *Mancin.de iuram.par.4.effect.24.*[*Genua de scriptur. priuat. lib.1. q.4. num.107.* vide tamen *Gail de credit. cap.3. tit.1. nu 461.nu. seqq.*]
156 & ita quoque stante†hac nostra obligatione, non requiritur causa, & contra eam opponi non potest, quod facta fuerit sine causa [*Gratian. plures allegans cap.423. sub numer 48. vers. quicquid.*] *Rota in Bononien. pecuniaria 22. Martij 1602. coram Card. Lancellotto, quæ est decisio 104. num. 5. & in Bononien. execut. apocar. 27. Iunij 1611. coram R.P.D.Vbaldo,quæ est decisio 82.num.* 3.& videtur de mente *Putei decis.244.num.6.lib.3.*
157 *in nouiss. impress.* vbi quoque † non posse opponi dicit de falsitate causæ, stante hac obligatione: hæc enim exceptio, quòd cõ-
158 tractus† factus sit sine causa, requirit altiorem indaginem, & ideo non admittitur, *Rota in d.Bononien.executionis apocarũ,* quic-
159 quid†in cõtrarium dicatur in terminis statuti reiicientis omnes exceptiones, *Carol.de Graff. de except.40. except.* & in terminis statuti habentis executionem paratam, *Maur. de fideiuss sect. 8. cap.47. sub num.9.*

t *Tres esse terminos inter se differentes.* Adde per *Gallesium hic Ant.Corn. in tract.de absolut.*

folut. à iuram. par. 3. q. 9. fub num. 5. verf. in quibus tamen, & num. feqq.

11 Vbi apponens offert fe incontinenti probaturum. Notandum eft †hic, quòd licet exceptio non effet admiffibilis, quando tamen poteft incontinenti probari admittitur contra hanc obligationem, *Turret. conf. 75. n. 12. vol. 1.* & tenet *Gallef. infra q. 18. num. 5 in fine. Rota in Romana pecuniaria, feu mercium 5. Iunij 1613. coram Card. Sacrato, de qua per Marchef. de commiff. part. 1. pag. 776. fub n. 2.* &† ideo ftatutum prohibens poffe opponi exceptiones, non intelligitur prohibere eas, quæ incontinenti probari offeruntur, vt poft plures contra alios tenet *Fenut. de moment. temporis cap. 14. num. 4.* vbi ante *num. 2.* paria effe dicit, quid probatum effe, & poffe incótinéti probari, &† per totum † cap. prædictū ponit multa priuilegia probationis incótinenti factæ, & cap. feq. latè docet quando dicatur † probatio fieri incontinenti. In contrarium tamen quod exceptio nō admiffibilis etiam fi incontinenti probari poffit non admittatur, *Scac. de appell. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 3. num. 5 2.* &† hæc eft vera, nifi exceptio oriatur ex ventre inftrumenti, vt fupra dixi.

160
161
162
163
164
165

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An quatuor iftæ exceptiones fimulationis, compenfationis, retentionis, & reconuentionis, & quatenus opponantur contra obligationem Cameralem.*
2 *Exceptio firmat regulam.*
3 *Cur exceptiones omnes præter certas excludantur, excepta tantum poffunt opponi.*
4 *Renuncians quis exceptioni fimulationis, nullo pacto illam poteft opponere.*
5 *Simulatio per iuris præfumptionem probata, vel ex inftrumento patens opponi poteft, non obftante renunciatione huiufmodi exceptionis.*
6 *Compenfationis exceptio opponi contra obligationem Cameralem non poteft.*
7 *Aequitatis ratione interdū liquidi debiti compenfatio admittenda eft.*
8 *Per iniquum eft quod debeas nolle perfoluere, & quod tibi debeatur acriter perfequi.*
9 *Debiti poft contractam obligationem facti compenfatio facilius admitti debet.*
10 *Cautio, qua creditor poffit euitare exceptionem compenfationis.*
11 *Reconuentio non folet retardare executionem obligationis forma Cameræ.*
12 *Retentionis ius obiectum remoratur obligationis Cameralis executionem.*
13 *Ampliatio, etiam quantitate retinenda nondum liquidata.*
14 *Si non conftet ius retentionis folo verbo oppofitum, nihil prohibet executionem obligationis Cameralis fieri.*
15 *Exceptio retentionis ad particulares etiam fucceffores tranfit.*

QVAESTIO XVIII.

1 Secundo quæritur,† Quid dicendum fit de exceptione fimulationis, compenfationis, retentionis, & mutuæ petitionis, feu reconuentionis? Et fi vulgare fit ab omnibus confeffum, 2 † quòd exceptio facta de genere, feu de vniuerfitate firmat difpofitionem in reliquis, l. nam quod liquide, ff. fin. primo refpōfo. ff. pen. leg. & l. quæfitum, §. denique. ff. de fund. inft. l. eum fimul. & propterea cum dixerimus vfu effe receptum, non admitti alias exceptiones præter fupra defignatas, fuperfluum videatur nunc reuocare in dubiū quid dicendum fit de fimulatione, & alijs in hac quæftione propofitis, maximè cum dictam regulam particulariter in his terminis exemplificatā 3 habeamus, videlicet, quod† exclufis exceptionibus præter certas, nullæ aliæ poffunt opponi, vt Bal. & Sal. in l. ita nobis pudor. C. ad leg. Iul. de adulter. Bart. in d. l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. Canonift. in cap. ex parte de offic. deleg. & notat Imol. in l. fin. ff. à quib. app. non licet. Tamen quia quatuor in hac q. propofita non carent difficultate, vifæq. funt fpeciali nota dignæ, idcirco de illis quæftionem propofui. Simulationis ergo exceptionem admittendam nō effe cenfuerunt prudentes, qui vfum hunc introduxerunt, quia ei eft in obligatione non folum generaliter per illa verba, omnibufq. alijs exceptionibus, &c. fed etiam nominatim renunciatum per illa alia verba, præfentis contractus non fic, vt præmittitur facti, &c. quibus renunciationibus fic fe habentibus addito etiam iuramento vid: tur æquior, 4 & communior effe Doct. fententia, †quod renūciatio teneat, & exceptio non poffit opponi; quā tenuit Bart. in d. §. & parui. latè profequitur Vitalis in libro claufularum cap. an iuramentum valideт contractum fimulatum, vbi infert folemne confilium Raph. Fulgof. & verba Io. Imol. idem tenētis in l. nemo poteft de leg. primo tradit etiā Iaf. in d. l. nemo poteft in prim. lect. §. col. 8. ver. tertio adde, & Bart. Veron. in tractatu fimulat. contractuum in 7. præfumpt. & Bart. Soc. conf. 82. fuper quæftionibus, in princ. ver. fecunda ratio vbi dicit hanc effe communem opin. lib. 3. & conf. ibi immediate feq. 83. ver. fed hanc obiectionem, quibus in locis citat Abb. Ant. & Imol. Hæc 5 † tamen intelligenda funt procedere nifi fimulatio effet, vel iuris præfumptione probata, vel ex infpectione inftrumenti patens, quia tunc non poteft dici effe aliquid exequendum, b & fine oppofitione partis iudex poteft agentem repellere, per ea quæ dicta funt fupra in prox. præcedenti q. & in 3. q. primæ partis, vbi de nullitate locuti fumus, & ponit Canar. in q. 13. & Bar. Soc. conf. 27. vifis inftrumentis. col. 6. verf. fecundus fcrupulus. lib. 4. vbi etiam immediatè fupra ver. fed hic reftant. dicit id procedere etiam non obftante iuramento in obligatione pofito, & periurij incurfu: atque hoc eadem ratione intelligendum eft habere locum in omnibus alijs exceptionibus, quæ

illas non essent admittendæ, vt operentur, si
sint, vel iuris præsumptione probatæ, vel ex ipso
6 instrumento pateant. † De compensatione quo-
que non admittenda *c* licet Bart. in l. amplius nō
pet. ff. rem. rat. hab. in vlt. col. dixerit quod, & si
debitor certa die soluere promiserit, & iurauerit
nihilominus compensare possit, eius tamen opi-
nio est communiter reprobata, vt testatur Aret.
cons. 79. longitudo, &c. col. 2. ver. 3. & Doct. in
cap. veniens, de iureiur. vbi Butr. Imol. & Abb. &
Alex. cons. 91. visis actis lib. 2. & Anch. cons. 138.
in auxilium veritatis. Soc. in l. Iulian. col. pen. ff. de
condi. & demon. Tyndarus de compensat. in 7. q.
col. 1. & Feli. in cap. ad nostram. col. pen. de iureiur.
vbi dixit communem opin. esse contra Bar. quod
etiam testatur Ias. in l. eum qui. §. si iurauero. ff. de
iur. iur. Iure igitur Rom. Curiæ vsu receptum est,
quod contra huius obligationis executionem re-
gulariter non admittatur compensationis excep-
tio, quod vidimus placuisse etiam consilio Nea-
politano, vt testantur Afflict. dec. 381. quædam
Hippolyt. & Capic. decis. 167. in causa Manfred.
7 Dixi regulariter, † quia hoc quoque plerumque
vsitatur, vt aliqua æquitatis ratione concurrente,
debiti liquidi admittatur compensatio, quod pa-
riter ipsis quoq. Neapolitanis videmus placuis-
se, secundum dicta eiusdem Afflict. decis. 136. die
7. Octob. &c. vbi iudicatum fuit secundum opin.
Bar. attento quod debitor erat pauper, & ponitur
exemplum etiā si esset grauatus onere filiorum.
In summa dicere possumus id esse in arbitrio Iu-
dicis, vt consideratis circumstantijs compensa-
tionem admittat, vel reijciat; nec puto iuste re-
præhendi posse iudicem, qui subsistente æquitate
8 id faciat. † cum è contrario non videatur honeste
agere creditor volens exigere sibi debitum, nec
soluere quod debet: quod faciunt plerumque ini-
qui homines, volentes quod sibi debetur huius
obligationis prætextu executiuè exigere, & vicis-
sim ipsi non eodem modo obligati per moras
trium instantiarum ordinariæ litis antequam sol-
uant ijs à quibus exegerunt, creditores suos di-
strahere, quod ego, si essem Iudex, nunquam per-
mitterem, habens præsertim pro hac parte Bar-
tol. æquitatis fontem, & alios egregios Docto-
res, qui eum sunt imitati; atque hoc maximè fa-
9 cerē, † vbi debitum, cuius opponeretur compen-
satio, contractum esset post tempus factæ huius-
modi obligationis, cum qua distintione appro-
bauerunt opin. Bart. etiam Tynd. & Soc. in loci
superius citatis, & Capic. in dicta decis. 167. ver.
mihi visum est, & Afflict. dicta decis. 382. ver. & ad
10 hoc bene facit. † Si quis vellet euitare hanc diffi-
cultatem, posset in obligatione addere expressam
renunciationem huius exceptionis *d* cum pro-
missione de non opponendo eam cuiuscunque
naturæ, & modi fuerit debitum compensabile: sed
quia (vt dixi) nimis iniquum rei puto, id absolu-
tè statuere, vt omnis compensatio reijciatur, pro-
pterea nolui quicquam hac de re addere in no-
uella inferius descripta forma, cum melius videa-
tur id relinquere arbitrio Iudicis, prout nunc ha-
11 bet vsus. † Mutuæ vero petitionis, & reconuen-
tionis concursus, tanto minorem habet efficaciā
ad retardādū hanc executionem, *e* quāto præsup-
ponere potest regulariter quātitatem non liqui-
dam, debitumq. dubium esse, & propterea vsus
habet, quod non faciat executioni impedimentū
f quod testatur Guil. Cassad. in superius citata de-
cis. de mutuis petitionibus, & ita etiam de iure
esse probat Marian. de mutuis petit. in 6. princi-
12 pali articulo, in decima fallentia. † Diuersa ratio,
quæ est pro habente ius retentionis, facit, vt ta-
le ius habenti liceat retinere, rem, quam vigore
huius obligationis tradere tenetur, *g* & eo medio
executionem retardare. Bar. & Alex. in l. in fund.
in fine. ff. de rei vendic. Ias. in l. si in area. ff. de
cōd. ctio. indeb. Paul. Castren. cons. 17. & cons. 134.
veteris impressionis.
13 † In tantum, quod etiam si quantitas, pro qua
sit retentio non sit liquida (puta propter melio-
ramenta in re facta nondum æstimata,) & offera-
tur per eum, qui petit executionem, cautio de
soluendo melioramenta, cum fuerint liquidata,
nihilominus subsistat retentio, *h* & impediat exe-
cutionem *i* per ea, quæ ponit Capic. Neapol. de-
cis. 17. Ruin. cons. 82. col. fin. lib. 1. non obstantibus
ijs, quæ partem contrariam tenens adduxit Ne-
gusant. in tract. pign. par. 5. membr. 4. nu. 10. & sic
vidi in auditorio Rotæ in causa magni momenti
post multas informationes determinari, quod il-
le qui fuerat per tres sententias condemnatus ad
dimittendum rei, de qua agebatur possessionem,
& opponebat ius retinendi, & insistendi rei pro-
pter melioramenta in ea facta, haberet dilationē
ad illa liquidandum, & interim in facienda exe-
cutione dictæ rei iudicatæ supersederetur, non ob-
stante, quòd petens executionem offerebat cau-
tionem banchariam de soluendo illa, cum primū
essent liquidata, *l* & non obstante etiam, quod
actor opponeret de facienda compensatione fru-
ctuum, in quibus reus erat condemnatus; immo
dictum fuit, quod quantitas fructuum condem-
natorum diminuenda erat, ita quod illorum pars
relinqueretur ipsi reo pro rata melioramētorum,
14 vt decisum est etiam apud Afflict. dec. 87. † Ne
tamen erres, aduerte, quod in dicto casu proba-
tum erat inesse melioramenta, & restabat solum-
modo illorum valorem probare, sed liquidare:
nam si neque esse melioramenta constaret, sola
verbalis illorum allegatio non esset sufficiens ad
15 retardandum executionem. † Atque hoc ius re-
tentionis huiusmodi, nedum competit illi, qui fe-
cit meliorationes, aut cui consti tuta fuit hypote-
ca, aut aliud simile, propter quod ius tale com-
petere possit, sed etiam transit ad successores,
etiam particulares ab illo causam habentes, per
ea quæ allegat Aymo. cons. 248. Nobilis Anto-
nia. in prin. vbi etiam citat plures auctoritates
ad probandum id quod dixi, ius retinendi habe-
re vim etiam contra executionem.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 Exceptio simulationis non admittitur stante obligatione Camerali, præsertim si non sit clara & liquida num. 2. vel non sit concludenter probata num. 3.

4 Per

4 *Per simulationem probatam, non autem probandam impeditur executio.*

5 *Simulatio ad hoc, vt impediat hanc executionem debet probari vt hic.*

6 *Simulatio quando requirit altiorem indaginem non impedit hanc executionem.*

7 *Simulatio probata admittitur contra obligationem Cameralem, amplia vt num. 10. declara vt num. 12.*

8 *Instrumentum simulatum nullius est roboris, & momenti.*

9 *Obligatio Cameralis, seu alia clausula apposita in instrumento simulato nullius sunt roboris, cum & ipsa simulata dicantur.*

11 *Simulatio, vbi quis fuit admissus ad illam probandum, & probauit impedit hanc executionem.*

13 *Exceptio compensationis non admittitur, vbi agitur vigore obligat. Camer. contrarium num. 17. & 18.*

14 *Compensationis exceptio non admittitur stante iuramento.*

15 *Exceptio compensationis requirit altiorem indaginem.*

16 *Fideiussor in forma Cameræ obligatus non potest opponere exceptionem compensationis de eo, quod creditor debet principali debitori.*

19 *Exceptio compensationis admittitur in quolibet iudicio.*

20 *Exceptio compensationis admittitur contra hanc obligationem, quando debitum est pariter priuilegiatum.*

21 *Exceptio rei iudicatæ admittitur contra obligationem Cameralem.*

22 *Pro legato an agi possit executiuè.*

23 *Compensationis exceptio admittitur contra obligat. Camer. de æquitate, amplia vt num. seq.*

25 *Exceptio compensationis admittitur, quando debitum, cuius opponitur compensatio est contractum post oblig. Camer.*

26 *Exceptio prædicta quando est clara, & probatur incontinenti admittitur contra obligat. Camer.*

27 *Exceptio remissionis afficctus reijcitur stante hac obligatione.*

28 *Exceptio remissionis afficctus admittitur etiam stante hac obligatione, quando causa remissionis incontinenti probatur. declara vt numer. 29.*

30 *Reconuentio non retardat executionem instrumenti guarantigiati.*

31 *Reconuentio quãdo, & quomodo admittatur in executiuis.*

32 *Retẽtio datur nõ obstãte obligatione Camerali.*

33 *Exceptio retentionis pro melioramentis admittitur, etiam stante hac obligatione, declara vt num. 34.*

35 *Retentio pro melioramentis datur, quando fuerunt probata in genere, nec sufficit cautio, etiamsi daretur per cedulam bãchariã. n. 36.*

4 QVid dicendum de exceptione simulationis?
1 Executio † huius obligationis regulariter nõ impeditur per exceptionem simulationis, neque illa stante talis exceptio admittitur *Rot. diuers. decis. 123. n. 11. par. 2. Ant. August. decis 62. lib. 3. & in epitom. verbo obligatio Cameralis. vers. exceptio simulat.* [*Rot. decis. 113. num. 8. post addit. Cinc. de censib. & decis. 472. nu. 6. par. 4. tom. 2. & decis. 528. num. 8. par. 4. tom. 3. in recen.*] Quod
2 † difficultatem non habet [si clara & liquida non sit eadem *Rot. in d. decis 472. num. 7. & 528. num. 9. & coram Greg. XV. decis. 195. in*
3 *fine.*] Vel † non sit concludenter probata, *Cæsar de Grassis decis. 16 num. 10. de probat.* & fuit pluries decisum, & signanter in *Romana executionis de Anguillaria 6. Martii 1592. coram Orano, quæ est decis. 114. num. 8. Romana census 3. Octobris. 1599. coram Card. Lancelloto, Romana census 26. Nouemb. 1604. coram Greg. XV. quæ est decis. 150. in fine tract. & in Terracinen. Domus 28. Nouemb. 1605. coram* R. P. D. *Manzanedo, quæ est decis. 129. num. 2.* [*& in Anconitana pecuniaria 26. April. 1624. coram eodem, quæ est inter decis. impress. in fine operis 205. nu. 3. & coram Gregorio XV. decis. 195. num. 16. & ibi Adden. num. 18. & de-*
4 *cis. 620. num. 4. par. 1. in recen.* sola † enim simulatio probata obstat executioni non autem probanda, *Costa de re integra distinct.*
5 *45. num. 4.*] Et † probari debet, [vel ex depositionibus testium, *Rot. decis. 594. num. 1. par. 5. tom. 2. in recen.*] vel ex instrumenti inspectione, [*Rot. decis. 61. num. 9. par. 5. in recen. & d. decis. 594. num. 1. & in Romana prætensi cambii 27. Aprilis 1640. coram R. P. D. Merlino, quæ erit decis. 206. num. 2. & decis. 259. num. 7. vers. neque obstat par. 6. in recen.* vel ex iuris præsumptionibus, *Rot. in d. decis. 594. num. 2. & in d. Romana prætensi cambii num. 2.*] alias non admittitur in terminis, de quibus loquimur, *Farinac. de falsit. & simu-*
6 *lat. q. 162. n. 6. vers. limita par. 5.* Vbi † enim requirit altiorem indaginem reijcitur hæc exceptio, *Rot. in d. Romana executionis de Anguillaria, & d. decis. 620. nu. 6. & coram Cardinali Caualerio decis. 312.*
7 Quando † autem probata est tunc, impe-

dit

dit executionem huius obligationis, *Marchesan. de commiss. relaxat. iuramen. ad effectum agendi par.2. cap.3. num. 15. Cæsar de Grassis decis.16. num. 16. de probat.* [*Rot. d. decis 594. num 1 par.5. tom.2. in recen. & in d. decis. 61. num.9. ead. par. 5. & decis. 259. n.8. par.6. & in d. Romana pratensi cambij num.1. & in Romana cambij 30. Ianuarij 1643. coram Reuerendiss. D. DunoZetto, quæ habetur in fine operis num. decis. 207. & in Romana domus ad Transtyberim 18. Iunij 1638. coram Eminentiss. D. Cardin. Panzirolo, quæ post tractat. est decis. 208.*] simulatione namque pro-
8 bata nihil adest exequendum, [cum † instrumentum sit nullius robotis, & momenti, *Rot. decis.188. num.8. par.5. in recen.*
9 prout † etiam nullius robotis remanet hæc nostra obligatio, & aliæ quæcumque clausulæ in ipso instrumento appositæ, cum ipsæ quoque simulationis morbo laborate dicantur *Adden. ad decis. 9. num.13. par. 3. in recen. Rot. decis.11. nu. 18. par.7. in recen. Soccin. sen. cons.66. n.14. vers. in quibus iuribus lib.1.*
10 *Paris. cons.55. num.23. lib.3.*] Vnde † merito, si talis simulationis exceptio cõcludenter probata reijciatur, datur appellatio, etiamsi huic exceptioni fuisset renũciatum, *Rugiuell. de appellat § .2. cap.3. verbo Cameralis obligatio num.139.* & tradit in terminis guarantigiæ, *Seraphin. de priuileg. iuramen. priuil.77. sub num.12. vers. quia immo*, vbi, quod tunc censetur simulatum iuramẽtum,
11 & guarantigia, & propterea † si aliquis fuit admissus ad probãdam hanc exceptionem, illamq. probauit, impeditur executio huius obligationis, & Iudex potest super illa pronunciare post *Galles. Boccac. de societat. offic. num.142. Carol. de Grassis de exception. 12. except. sub num.23. Ant. Corn. de absolut. à iuramen. par.3. quæst.23. num.15.* [*Rot. in Bononien. pecuniaria 27. Aprilis 1644. coram R.P. D. Royas post tract. decis.209 num.8.*
12 Prædicta † tamen locum sibi vindicare intelligas, quando simulatio versaretur circa substantiam contractus, secus vero si non respiceret substantialia, super quibus cadit obligatio Cameralis, nam tali casu etiamsi simulatio concludenter probaretur non retardaret executionem huius obligationis, *Rot. in Anconitana pecuniaria 26. April. 1624 coram Reuerendiss. Manzanedo, quæ est decis. 205 nu.4. in fine operis, & in eadem coram eodem 27. Martij 1623. quæ pariter erit decis. 214. num.12. inter impress. post tractat.*]

b *Non potest dici esse aliquod exequendum.* Vt mox notaui, & tradit *Castracan. post Galles. hic de societ. offic. cap.68. num.22.*

c *De compensatione quoque non admittenda.*
13 Regulariter † compensationis exceptio non admittitur, vbi agitur vigore huius obligationis, vt tradunt post *Galles. hic Marchesan. de commiss. appellat. à Camerali obligatione par.1. cap.16. num.106. & seqq. Lancellot. de attent. par.3. cap.24. q.28. nu 3. tit. de reo. & except. cõtra attent. par.3.* vbi de communi *Menoch. de præsumpt. lib.2. præsumpt.48. num.36. Mar. Antonin variar. resolut lib.2. resolut.36. numer.6. Gratian. discept. forens. cap.129. n.18. & decis. Marchiæ 179. num.9. Mart. de clausul. par.1. clausula 297. num.2. in fine in vltima edit. Ioan. Aloys. Ricc. collect. decis.452. vers.5. part.2. Ioseph de Sesse decis. Aragon. 90. Sarmien. select. sentent. lib.2. cap.1. n.11. Pacific. de saluian. interdict. inspect. 2. cap.2. num.244. Ant. Corn. de absolut. à iuramento par.4. cap.16. num. 13. Marescot. variar. resolut. lib.2. cap.121. num.53.* [*Adden. ad Gre-*
14 *gor decis.342. sub nu.7*] Sicut † neque admittitur stante iuramento, *Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg 74. sub num.30. & pluribus seqq. vsque ad num.100* de ea re disputat, & licet pro contraria parte plures referat sub *d. num.100.* tamen in hac residet *numer.129. Cacheran. decis. Pedemont. 92. per tot. Mancin. de iuramen. par.4. effect.36 n.1. Carol. de Grass. de except. except.16 num.19. vers. supradictus tamen*, vbi de veriori, & magis communi, *Cæsar de Grassis decis 148. alias 3. de solut num 16. Marescott. var. resolut. lib.2. cap.121. sub num.53. vers. & hanc opinionem*, & hãc ipsã quæstionem latè exagitat *Mart. med. decis. Senen examinat. 60. nu.24. & seqq. Viuian. de iurepatronat. lib 13. cap.8. nu.191.*
15 Ista † enim exceptio requirit altiorem indaginem, *Rot. diuers. decis.627. num 3. par 1.*
16 & † res difficultate caret vbi compensatio opponeretur à fideiussore adstricto vinculo huius obligationis de eo, quod creditor debet principali debitori, quia quoad hoc est tertius, vt fuit decisum in causa *Pistorien. depositi 10. Octob. 1561. coram Rubeo*, [*& in decis.205. num.13. & decis. 224. num.4. par.5. in recen.*]
17 In † contrarium tamen, quod ista compensationis exceptio admittatur cõtra obligationem Cameralem post alios quos allegat tradit *citat. Mart Medic. loc. allegat. n.18. & Gratian. discept. forens. cap.276. num.19. & decis. Marchiæ 179. num.11. Adden. ad Gregor. decis.342. num.7. in fine, Rot. coram Bu-*

ratto

ratto decis. 277. num. 1. & 2. Thom. Zerol. in praxi episc. verbo compensatio, vers. septimo. Carol. de Graff. de exception. except. 16. nu. 1.
18 vbi † quod hæc exceptio admittatur non obstante statuto reijciente omnes exceptio-
19 nes, & † in quolibet iudicio etiam rei iudicatę admittendam esse firmauit *Rot. in Romana pecuniaria, seu merciu n 5. Iunij 1613. coram Card. Sacrato.*

20 Verum opinio negatiua limitatur, † vt non procedat quando debitum, cuius opponeretur compẽsatio esset pariter priuilegiatum, quia tunc debet admitti, & propterea, si hæres creditor legatarij contra illum agat vigore huius obligationis, legatarius potest excipere de legato, pro quo competit etiam via executiua, vt fuit decisum in *Romana palatij 12. Nouemb. 1610. coram Card. Sacrato, quæ est decis. 89. num. 4* & ea de re in eadem decisione decisum reperies, quod
21 † admittenda sit etiam exceptio rei iudica-
22 tę, cum habeat idem priuilegium. Et † licet Rot noluerit hanc opinionem firmare nempè, quod pro legato agi possit executiuè imò potius videatur in contrariam sententiam inclinare, vt in causa *Mediolanen. legati 30. Octobr. 1585. corã cla. me. Card. Pamph.* [& de stylo nũquã Rota consueuerit concedere viam executiuam pro legatis, itaut si executiuè procederet diceretur nulliter procedere, quotiescumque causa non reperiretur commissa cum facultatibus A. C. qui legatis dat paratam executionem, vel quod executio iam fuisset cœpta iuxta stylum A. C. & committeretur causa in Rota cum clausula, Qui ad vlteriorem &c. tunc namque si Rota daret executionem paratam legatis nõ diceretur facere contra stylum, quia eius partes sunt tãtummodo declarare, an sit locus, vel non vlteriori executioni, vt fuit dictum in *Romana legitima 22. Maii 1643. coram R.P.D. Pentingerio, quæ erit decis. 215. num. penult.*] In alijs autem Tribunalibus communiter seruatur, quod executio parata detur legatis, vt testatur *Becc. cons. 17. numer. 6. post Matt. cons. 626. Simon de Pratis de interpret. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 3. num. 151* idemq. testatur *Rota in d. Romana palatii*, & illam opinionem potius difficultate carere, quando hæres non negat testamẽtum, dicit *Becc. dict. cons. 17. num. 7.*

23 Limita, & intellige secundo † dictam opinionem negatiuam de exceptione compensationis, vt non procedat stante æquitate, veluti si debitor esset pauper, vel grauatus onere filiorum, vt hic per *Gallesium*, & post eum tradunt *Ant. Corn. de absolut. à iuram. par. 3 q. 5. num. 282. & par. 4. casu 16 nu. 13. Gratian. discept. foren. cap. 129. num. 19. & cap. 728. nu. 13.* [*vbi num. seqq.* idem locum habere dicit, quando procedit ur de bono, & æquo, prout inter socios, & mercatores, im-
24 mò num. 19. firmat, Iudicem † debere indistinctè admittere cõpensationem inter quoscumque non obstante quacumque obligatione Camerali;] & de eadem æquitate idem *Gratian. decis. Marchia 179. num. 11. Marchesan. de commiss. appellat. à Camer. obligat. cap. 16. num. 167. in 2 edit. Mancin. de iuram. par. 4 effect. 30. num. 3.* quam æquitatem amplexi quoque sunt in suis terminis, *Cacher. decis. Pedem. 92. num. 35. vers. non omitt. Seraphin. d. priuil. 74. nu. 142. & plurimos allegat. Carol de Graff. de except. d. except. 16. num. 24.* idque relinquendum esse Iudicis arbitrio, qui consideratis circumstantijs, & statu personæ, nam compensationem posset iudicare esse admittendam, post Gallesium voluerũt *Ant. Corn de absol. à iuram. par. 4. cas. 16. numer. 13. & Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. num. 36.*

25 Limita † tertiò, vt non procedat, quando debitum, cuius opponeretur compensatio, esset contractum post huiusmodi obligationem, vt post Gallesiu n, *Gratian. d. decis. Marchie 179. nu. 11. & discept. for. cap. 129. num. 19. & cap. 728. nu. 20. Pacif. de saluian. interd. inspect. 2 cap. 2. num. 248. Ant. Corn. d. casu 16. num. 24. Carol. de Graff. d. except. 16. nu. 22. Mancin. de iuram. par 4. effect. 30. num. 2. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 121. num. 54 Marta, seu potius Io. Baptist a Costa inter eius clausulas par 1. clausula 297. sub num. 2.* [*Addent. ad Ludouis. decis. 342. nu. 7. in fine, Christoph. Martius Medices d. senen. seu examin. 60. num 40. Rot. in Mediolanen. pecuniaria, Luna 18. Iunij 1629. coram R. P. D. Motman. & decis 205. num. 12. par. 5. in recen. Afflict. decis. 381. nu. 3. Buratt. decis. 277. num 2. Adden. ad Gregor. decis. 343. nu n. 7. in fine,*] & rationem assignat *Seraph. vbi supra d. priuil 74. num. 130.*

26 [Quarto, † & vltimo limita quando compensatio facienda esset alicuius crediti liquidi, seu fieret incontinenti liquidatio, tunc enim obligatio Cameralis admitteret compensationem *Vivian. de iur. patronat. lib. 13. cap. 8. num. 192. post Afflictum* quem allegat *decis. 381. Buratt. d. decis. 277. num 3.* & in his casibus intellige procedere contrariam opi-

opinionem, hoc est affirmantem exceptionem compensationis esse admittendam, de qua supra.]

27 Eademque †ratione qua non admittitur compensatio stante hac obligatione, reijcitur etiã exceptio remissionis affictus, vt fuit plures decisum, & signanter in causa *Romana responsionis Casalis 15. Ianuarij 1597. coram Corduba, qua est decis.42. num.2. & in Romana affictus 30. Martij 1612. coram Reuerendiss. Pirouano, qua est decis.11.nu.5. Mancin. de iuramen. par.4. eff.* 228. *n.*16. [& hoc non habet difficultatem, quando hæc exceptio remissionis requirit altiorem indaginem, sufficit enim cautio quidquid secus sit quando altiorem indaginem non requirit *Carocc. de loc. & cond. par.4. de remiss. merced. q.8. num.*114. *pag.*195. & merito quia cum, vt sæpè dictum est, hæc obligatio contineat renunciationem omni ll. auxilio, consequenter per illam censetur renunciatum etiam exceptioni remissionis affictus, vt per plures allegatos per *Mart. de clausf. clausula* 126 *num.6. Capic. decis. Neapolitana* 87. *num.*10. *Rolan. de lucro dotis q.*42. *num.* 12. vbi post *Capol.* & alios dat pro cautela locatori, vt faciat apponere in instrumento istam clausulam, ad hoc vt non teneatur facere remissionem,] nam quod diximus maximè absque dubio procederet, vbi illi fuisset renunciatum, cum hac obligatione, *Rot. in Romana affictus* 8 *Februarij* 1593. *coram Gypsio, qua est dec.*151 *num.*12.

28 Verum † enimuero hæc regula de non admittenda exceptione remissionis affictus stante hac obligatione procedit regulariter, scilicet quando ante petitam executionem non fuisset probata causa remissionis, vt puta incursus Bannitorum, & damna per eos illata, secus vero quando est probata, tunc enim cum iam non requirat altiorem indaginem nullo iure cauetur quin faciat cessare omnẽ virtutem obligationis Cameralis, vt fuit dictum in *Romana remissionis affictus* 19. *Octobris* 1589. *coram Robusterio, quæ est decis.* 105. *num.*7.

29 [Erit tamen animaduertendum, †quòd ad effectum, vt cesset virtus huius obligationis per huiusmodi exceptionem remissionis affictus, non solum debet esse probata causa remissionis; verum etiam debent esse liquida damna, & interesse propter quæ petitur remissio affictus, nam aliàs licet fuisset probata causa remissionis non posset retardari solutio affictus donec liquidaretur interesse passum per conductorem, vt dixit *Rot. coram Caualer. decis.*217 *num.*5. *& in Theatin. affictus* 20. *Nouembris* 1615. *coram Reuerendiss. Coccino. Adden. ad Greg. decis.*235. *n.*6.]

d *Addere expressam renunciationem huius exceptionis.* An vero huic exceptioni possit renunciari, & quando, vide *Carol. de Grass. d. except.*16. *num.*18. *Seraphin. d. priuil.*74. *sub num.*35. *Put. decis.*451. *lib.*2.

30 e *Tanto minorem.* Quòd †reconuentio nõ retardet executionem instrumenti Guarantigiati tradit *Menoch. de adipisc. remed.*4. *num.* 649. *Marches. de commiss. appell. oblig. Camer. cap.*16. *nu.*109. *par.*1. *in* 2. *edit. Mar. Antonin. var. resol. lib.* 1. *resolut.*36. *num.*13. *Anton. Corn. de absolut. à iurament. par.*3. *q.*9.

31 *nu.*17. *& seqq.* [sed licet † reconuentio non admittatur in executiuis circa modum procedendi pari passu, admittitur tamen, vt coram eodem Iudice illa tractetur, nisi vtraque causa habeat executionem paratam, *Gait. de credit. cap.*2 *tit.* 8. *nu.* 3027.]

f *Et propterea vsus habet, quòd non facit executioni impedimentum,* Vt post Gallesium hìc *Rota in causa Bononien. executionis instrumenti* 27. *Iunij* 1603 *coram Reuerendiss. Attrebaten. quæ est decisio* 32. *num.*12.

g *Liceat retinere rem, quam vigore huius obligationis tradere tenetur.* Et hinc habes, quòd licèt contra hanc obligationem non possit regulariter admitti exceptio compensatio-

32 nis, vt dixi supra nihilominus † est admittẽda retentio, [*Maur. de solut. cap. vlt. nn. fin. post. Put. decis.*293 *lib.*2.] *Lancellot. de attent. par.*3. *cap.*24. *q.*29. *num.*10. *tit. de reo, & de except. contra attentata. Corn. de absol. à iuram. par.* 4. *casu* 16. *num.* 28. *Gratian. decis. Marchiæ* 179. *num.*10. & faciunt tradita per *Bursat. post Gallesium hìc cons.*60. *nu.*31. *vol.*1. *Carol. de Grass. de except. d. except.* 16. *num.*10 *Rota diuers. decis.*115. *par.*2.

h *Nihilominus subsistit retentio.* Vide *Lancellot. d. q.*29. *num.* 10.

33 i *Et impediat executionem.* Et † quod exceptio retentionis pro melioramẽtis admittatur, etiã stante hac obligatione post *Gallesium dicit Scacc. de appellat. lib.*3. *cap.* 2. *quæst.*17. *limit.* 6. *membr.*4. *num.* 183. *vers. ac etiam per eis, & num. seq. Marescot. var. resolut. lib.*2. *cap.*112. *num.* 19. [quod procedere etiam si offeratur cautio, & in genere admitti firmat *Io. Petr. Molign. de retent.*

34 *q.*406. *per totam.*] Aduerte † tamen, quòd retentio pro melioramentis datur in executiuis, quando de illis constat saltem in genere,

re, secusaliàs, *Rota in Romana de Thesauris* 11.*Ianuarij* 1613.*coram* Card.*Sacrato*, de qua per *Marchesanum de commiss. appellat. à mand. de euacuan. par.* 1. S.1. *pag.*1087.

l *Vidi in auditorio Rotæ in causa magni momenti.* [*Gallesium hic sequitur Rota in causa Spoletana bonorum* 22.*Aprilis* 1616.*coram Buratto*, vbi idcircò fuit decisum, quòd con-
35 stabat† de iniustitia notoria, quia melioramenta erant liquidata in genere, quo casu danda erat retentio, nec sufficiebat cautio, vt supra dictum est.]

m *Offerebat cautionem banchariam de soluẽdo illa cum primum essent liquidata.* Vide latè *Pacifieũ de saluian.interd. inspect.*2 *cap.*2. *à num.* 198. vbi plures decisiones allegat.
36 [verum, † quod ista cautio bancaria nihil operetur post *Gallesium*, quem allegat, dicit *Vinc. de Franeb. decis.* 112. *num.* 17. *inf.* & maximè quãdo sunt saltem in genere liquidata, vt supra, *Bursat. cons.*60. *num.*31.*vers. & dummodo lib.*1. *Lancellot. vbi supra nu.*9. vbi idcirco tenet sententiam non esse exequendam post *Put. & Peregrin.* quos allegãt prædicti Rot *in d. Spoletana bonorum*, *Marescott. post* G*allef. hìc*, *qui Rot. decis.* ad hoc allegat *lib.* 2. *var. resol. cap.*112. *num.*21.]

G A L L E S I V S.

S V M M A R I V M.

1 *An exceptiones solum limitantes ipsam Cameralem obligationem retardẽt ipsius executionẽ,*
2 *An excommunicationis sententia contra pauperem, & impotentem lata valeat.*
3 *Sequestri exceptio remoratur executionem obligationis Cameræ.*
4 *Iusta impedimenti causa excusat à periurio.*
5 *Petitio reductionis laudi ad arbitrium boni viri impedit executionem obligationis Cameralis*
6 *Reductio ad arbitrium boni viri in certis casibus nulla cautione impediri potest.*
7 *In compromissi obligatione inest tacita conditio vt petatur arbitri sententia, nisi reductio petatur.*
8 *Paria sunt dolum re ipsa interuenisse, quo fieret enormis læsio, & ex proposito intereessisse.*
9 *Petens reductionem, in primis relaxationem à iuramento petere debet.*
10 *Præscriptio temporis quando opponatur contra obligationem Cameralem.*
11 *Statutum præscribens creditorĕ tempus petendi creditum, non valet.*
12 *Statutum vrbis vigens, quo præscribitur certum petendi tempus creditori.*
13 *Statuta vrbis omnia per Papam ex certa scientia sunt confirmata.*
14 *Exceptionum capita, quæ contra promissionem ...itam opponi possint.*
15 *Quomodo interdum de obligationibus Cameralibus vsu veniat, vt in Rota agitentur.*

QVÆSTIO XIX.

1 TErtio quæritur, † An huiusmodi executio retardetur propter nonnulla superuenientia, quæ non opponuntur contra ipsum instrumentum, & in eo contentam obligationem, sed solummodo ad executionem aliquo modo limitandam, seu impediendam. Canar. in q.28. hoc dubium ponit, exemplificatq. in exceptione cõpetenti marito in restitutione dotis, ne conueniatur vltra quam facere possit: & in exceptione inuentarij; ne hæc teneatur vltra vires hæreditatis, & in beneficio cessionis bonorum, si conuentus velit bonis cedere, *a* & tenet quòd per ea impediatur executio, quia talia non impugnant instrumentum, sed mutant, vel restringunt executionem, & allegat iura, quæ ibi videri possunt, cuius dictis non per easdem rationes addere possumus beneficia competentia clericis ex dispositione cap. Odoardus. de solut & cap. peruenit.de fideiuss. & si qua sunt alia pauperibus, & impotentibus, ac iusta causa impeditis à iure conces-
2 sa. † Et quantum attinet ad paupertatem, & impotentiam, an ea non obstante valeat sententia excommunicationis. Canonistæ post Innocen. & Host. in cap. P. & G. de offic. deleg. faciunt multimembrem distinctionem, quam clarius, quã alij videtur mihi explicauisse. Dec. ibi col.2. ver. 6. venio ad secundum, per duas colum.seq. cuius dictis accedo additis ijs, quæ dicentur inferius in
3 3.par. in quæstionibus processus. num.44. † De genere huius q. videtur esse impedimentum sequestri, accidit enim plerunque quòd Iudex competens ad instantiã alterius, qui sit creditor creditoris, sequestrat apud debitorem pecunias debitas, & contingit dubitari, an ipse debitor tali sequestro impeditus, si non soluit in termino cõuento, sit excusandus, & per consequens debeat executio huius obligationis impediri, donec creditor faciat impedimentũ remoueri? Vsus Rom. Curiç habet quòd retardetur executio *b* & est de iure per tex.l.fi. & ibi not. Doct. ff. de leg. commissor. & faciunt alia quæ allegat ad idem propositum Io. Frãciscus Curtius in tract. sequestro-
4 rum. q.16. † Estque omnium huiusmodi impedimentorum vniuersalis illa ratio, quòd iusta causa impeditus non incurrit periurium c.vlt.ff.qui satisd. cog. Bar. in l. amplius non peti ff. rem.rat.
5 hab. † Eiusdem generis videtur esse, vbi compromisso cum pacto de parendo laudo, sub hac obligatione facto, & laudo promulgato, per alteram partium aduersus illud petitur reductio ad
6 arbitrium † boni viri *d* (cuius petitionem in certis casibus nullo pacto, nullaq. cautela impediri posse defendunt egregiè solemnes Doct. Io. Baptista pronepos Bartoli in tract. Arbitrorũ, lib.7. cap.15.16.& 17. & Lanfrancus in simili suo tract. in 14. vltimæ partis, & latissimè Vitalis in clausulis sub rubrica, An reductioni ad arbitrium boni viri possit renunciari) dubitatum fuit, an pendente iudicio reductionis, retardanda esset executio laudi, & me pro vna partium interueniente, determinatum fuit, executionem retardari ad euentum,

euentum, & finem dicti iudicii reductionis, ea
7 potissimum ratione, † quia in compromisso, &
obligatione desuper adiecta, inesse videtur taci-
ta conditio, quod laudo pareatur, nisi interueniat
reductio ad arbitrium boni viri: quod etiam vo-
luit Lanfran. in dicta vltima parte sui tract. q. 30.
& latè disputat, & confirmat post alios quos al-
8 legat Deci. cons 180. Visa renunciatione, † vbi
etiam sustinet par esse, si dolus interueniat re ipsa
faciendum læsionem enormem, ac si ex proposi-
to interueniret, & habetur apud Cassad. de empt.
9 & vendit. decis. vnica. † illo tamen hoc casu ani-
maduerso, quòd volens petere reductionem hu-
iusmodi, debet ante omnia obtinere relaxationẽ
10 à iuramento *e* cap. si vero de iureiur. † Nec di-
uersi generis videtur esse præscriptio temporis si-
ue à statuto municipali determinati. Et si con-
tractus non esset iuratus, fortasse præscriptio in-
differenter allegari posset, & procederet, vt visus
est voluisse Canar. q. 12. Sed si adsit iuramentum,
communis omnium sententia est, quòd, præscrip-
tio non procedat, *f* vt dixit Bauer. de virtute iu-
ramenti, conclus. 29. & latius Hip. Marsil. singu-
11 lari 141. Audisti forte, &c. † Et quantum atti-
net ad præscriptionem statutariam, licet commu-
nis sententia Doct. pariter sit, quòd statutum di-
sponens, quòd, qui non petierit creditum infra
certum tempus, non possit illud amplius petere,
tanquam nutritiuum peccati, nõ valeat *g* vt no-
uissimè scripsit Thomas Ferrat. cautela 38. ex-
plorati iuris &c. & posuit Alex. in multis consi-
lijs, & alij plerique etiam per dictum, Thomam
non citati, attamen hic in vrbe tãquam validum
12 seruatur statutum, † per quod disponitur, quod
si creditor fuerit negligens in petendo debitum
ex causa cuiuscunque contractus per sexdecim
annos, *h* non audiatur vlterius, sed sibi obstet effi-
caciter præscriptio temporis prædicti, ex qua ex-
tinctam, & sublatam esse actionem statuitur, &
præsumptionem solutionis induci, qu præsump-
tio iuris esse intelligitur, cui statur, n. si contra-
rium probetur per creditorem: cuius obseruan-
tiæ, quantum ego accepi, duo sunt argumenta:
vnum ex ipsius statuti verbis, non in debitorem,
sed in creditorem negligentem directis, per ea
quæ posuit dictus Thomas vbi supra ver. tertia
cautela: alterum ex confirmatione Papæ, † quo-
13 niam statuta Vrbis omnia sunt per Papã ex cer-
ta scientia confirmata per quæ duo videntur tol-
li omnia argumenta adducta per Doct. tenentes,
quod similia statuta non valeant, & sic vidi in
auditorio Rotæ contra obligationem in forma
Cameræ admitti exceptionẽ præscriptionis sex-
decim annorum vigore dicti statuti oppositam;
Omnes autem superuenientes huiusmodi causæ,
quæ aduersus iuratam promissionem opponi pos-
14 sunt, † reduxit Bal. ad certa capita per eum posi-
ta post glo. ibi in lectura l. fi. C. de non num. pec.
vbi videri possunt, & sunt hæc, si tu mihi fidem
seruaueris, si Iudex non præcipiat contra, si non
fuero absolutus, si arbiter æque iudicauerit, si cau-
sa ob quam facta est promissio duret, si personæ
qualitas maneat, si res in eodem statu persistat,
& sequitur Sal. † Ne autem quisquam admire-
15 tur, quod dicam vidisse in auditorio Rotæ agita-
ri causas huiusmodi obligationum, cum superius
dixerim in curia solum Auditorem Cameræ esse
harum obligationum competẽtem executorem,
is debet scire, quòd in Rota non audiuntur causæ,
nisi per Papam singulatim delegatæ, accidit au-
tem plerunque, vt de vniuersitate similium cau-
sarum Auditori Cameræ delegatarum aliqua ra-
tione speciali suadente, idem Papa excipiat ali-
quas, & eas Auditoribus Rotæ, vel alijs commit-
tat cognoscendas, & terminandas. Idcirco id
quod dictum est de Auditore Cameræ, intelligen-
dum est vniuersaliter, & regulariter, excepta vi-
delicet auctoritate Papæ, & suarum specialium
commissionum. De vltima clausula huius quat-
ti membri nostræ obligationis, per quam renun-
ciatur generaliter omnibus alijs exceptionibus,
&c. & specialiter iuri dicenti generalem renun-
ciationem non valere, &c. non habeo quid dicã:
quoniam est bene formata, & de illius efficacia
scribunt latè Doct. in l sed & quis. §. quæsitum,
vbi potissimum Ias. in primo not. ff. si quis cauti.
ad quorum dicta me refero.

Z A C C H I A S.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatus in forma Cameræ nõ admittitur ad cessionem bonorum, contrarium num. 3. amplia vt num 4.*

2 *Debitori Cameræ non suffragatur cessio bonorum.*

5 *Cessio bonorum impedit executionem obligationis Cameralis.*

6 *Lite pendente super cessione bonorum debitor carcerari non potest, contrarium num. 7. declara vt num. 8.*

9 *Beneficium cap. Odoardus non competit Clerico in forma Cameræ obligato, contrarium num. 12. reprobatur num. 13.*

10 *Clerico, qui se obligauit ad solutionem pensionis non competit beneficium cap. Odoardus, declara vt num. 11.*

14 *Dilatio non conceditur obligato in forma Cameræ.*

15 *Clausula, promittens non impetrare aliquam moratoriam saluum conductum &c. non continetur in formula obligationis Cameralis, quæ est in vsu.*

16 *Dilatio, seu moratoria concessa per quemcumque non prodest obligato in forma Cameræ. declara vt num. 17.*

18 *Exceptio sequestri impedit executionem obligationis Cameralis.*

19 *Obligatio Cameralis adiecta compromisso amittit vires suas, vt hic.*

20 *Facultates A. C. non intrant quando obligatio Cameralis est adiecta compromisso.*

21 *Executio obligationis Cameralis in casu prædicto pendente reductione ad arbitrium boni viri est attentata.*

22 *Exe-*

22 *Executio laudi lati vigore compromisso, in quo aderat hac obligatio non potest retardari, amplia vt num. 24. intellige vt num. 25.*

23 *Statutum si tribuit paratam executionem laudo non impeditur per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri.*

26 *Reductio ad arbitrium boni viri non operatur effectum suspensiuum colore enormissima læsionis.*

27 *Executio laudi in isto casu non potest retardari, etiam pendente reductione ad arbitrium boni viri, declara vt num. 28.*

29 *Obligatione Camerali stante in compromisso Signatura committit causam reductionis, cum clausula, sine praiudicio legitima executionis.*

30 *Exceptio compromissi an impediat executionem oblig. Camer.*

31 *Statutum cogens ad compromittendum non procedit in causa executiua.*

32 *Exceptio præscriptionis contra obligationem Cameralem, an & quando admittatur.*

4 SI *conuentus velit bonis cedere*. Obli-
gatus † tamen in forma Cameræ non
admittitur ad cessionem bonorum *Io. Franc.
Leon. in Thesaur. for. Eccles. par. 1. tit. de pri-
uileg. Cleric. cap. 11. sub num. 16. Iacob. Ma-
chell. patrocin. 42. num. 1. & per tot.* [*Adrian.
Neguşan. quæst. 286. num. 9.* nam † neque
debitor Cameræ, & fisci vti potest cessionis
beneficio, *Guidopap. decis. 211. nu. 3. Thesaur,
decis. 182. Boer. decis. 349. sub num 8.* cum
alijs refert quos, & sequitur *Io. Aloys Ricc. in
prax. for. Eccles. resolut. 251. n. 2.* Licet † quoad
obligationem Cameralem cõtrarium regu-
lariter esse verum, etiam non obstante re-
nunciatione, & iuramento probet *Giurb. de-
cis. Sicil. 41.* post alios longa serie per ipsum
relatos. Immò † quod huic beneficio renun-
ciari non possit, *Carol. de Grassis de exception.
except. 17. num. 9. Ricc. in collect. decis. collect.
121. vers. item num cessioni*, *Marchesan. de
commiss. par. 2. cap. 7. num. 37. Cinc. de censib.
par. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 5. num. 47.* Quod
procedit etiamsi in huiusmodi renunciatio-
ne interuenerit iuramentum, *Mancin. de in-
tamen. par. 4. effect. 56. & eff. 223. Gratian.
disceptat. forens. cap. 222. num. 46. Menoch.
de arbitrar. Iudic. cas. 183. num. 18.* Vnde
meritò per huiusmodi cessionem bonorum
impeditur executio huius obligationis,
*Scacc. in tractat. de cõmerc. & camb. §. 7. glos. 5.
num. 122. & num. 130. & seq.* vbi declarat
procedere postquam obligatus fuit ad tale
beneficium admissus, secus vero lite pen-
dente super admissione.

6 Sed an † ea lite pendente interim debitor
carcerari possit? negatiuam tuetur *Ricc. de-
cis. Cur. Archiepisc. par. 1. decis. 81. nu. 1 & 2.*
& opinionem contrariam procedere, quan-
do adessent statuta disponentia circa carce-
rationem obligatorum per guarantigiam,
quæ vterentur verbis generalibus admodum
& geminatis. Neque minus obstare dicit
decis. Capella Tholos. 28. in qua firmatur, quod
7 † si debitor citat creditores ad viden. fieri
cessionem bonorum, nihilominus lite pen-
dẽte creditores possint facere executionem,
8 quia † intelligitur de executione reali non
autem de personali. Secundò procedit, quã-
do contra instrumentum non potest opponi
exceptio aliqua ob statuti prohibitionem,
secùs alias, vt latè ibi per eum nu. 3. & seqq.
Quamobrem eum contra nostrã hanc obli-
gationem nõ possit opponi aliqua exceptio
retenta hac opinione fieret executio non
obstante lite super cessione.]

Peculiaris tamen dubitatio emergit scili-
cet, an Clerico vinculo huius obligationis
adstricto competat beneficium *cap. Odoar-
dus de solut.* [Quam quæstionem latissimè di-
sputant *Carol. de Grass. de effect. Clericat. eff. 7.
num. 12. 16. & seqq. Scacc. vbi supra num. 26.*
9 *Ricc prax. for. eccles. resolut. 252.*] & † nega-
tiuam tenet *Ioan. Franc. Leon. vbi supra,* qui
tali casu dicit non admitti, nisi ex gratia
speciali, quæ per Signaturam Gratiæ expe-
ditur, cõstito summariè de paupertate, *Mar-
chesan. de commiss. super dilation. cap. 3. sub
num. 22. vers. & eo maximè, & numeris seqq.
par. 1. in 1. edit.* [*Adden. ad Buratt. decis. 97.*
10 *num. 9.*] Quod † non videtur habere diffi-
cultatem in Clerico, qui se obligauit sub
hac forma ad solutionem pensionis, [*Cassa-
dor. decis. 21. nu. 3. de locat. Scacc de commerc.
d. §. 7. glos. 5. num. 129. Gratian. disceptat. fo-
rens. cap. 222. num. 50. Costa de remed. subsid.
in repert. verb. obligatio Cameralis post Thom.
Treuis. decis. 8. num. 2. & 3. lib. 1. Barbos. in
collect. DD. ad d. c. Odoardus nu. 6*] *Marche-
san. de commiss. vbi mox nu. 22. vers. & eo ma-
ximè,* vbi quod tunc debet potiùs dimittere
beneficium, quod accepit post *Gomes. in
compend. vtriusque Signaturæ col. fin. vers. est
tamen, Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 19.
nu. 18. Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. n. 9.
sub vers. quoties vero. vers. vnde si quis consen-
serit.* Quando autem conceditur Clerico be-
neficium *d. cap. Odoardus* de stylo Signaturæ
H semper

semper additur clausula sine retardatione
solutionis pensionis, *Marchesan.vbi supra.*
11 Qua† clausula non obstante, vbi pensio es-
set, vel nulla, vel excessiua, nihilominus
clericus admittitur ad beneficium *d.cap.O-
doardus, Couar.d.cap.1.nu.9. vers.ex his*, vbi
12 firmat, quod †non obstante hac nostra obli-
gatione, admittatur, quem refert & sequi-
tur *Marc. Anton. Genuen. in praxi Archie-
piscopali Neapol. cap.3. num.13. Ferret. cons.*
13 254.*num.*14. *lib.*2. Sed † prima opinio ve-
14 tior videtur, adeo vt stante † hac obliga-
tiõne non concedatur dilatio, *Marches. vbi
supra cap.2. num.18. Iacob. Machell. patro-
cin.43. num. 1. & seq.* dilatio tamen quin-
quennalis conceditur obligato in instrumẽ-
to guarãtigiato, *Ricc.collect.decis.*393.*par.*2.
licet alia ex parte per moratoria, & quin-
quennales dilationes non impediatur exe-
cutio contractus census, vt tradit *Cincius
de cens. par.2.cap.2.q.5.art.6.nu.*45. quod
ampliat, vt neque impediatur per exceptio-
nem cessionis bonorum num. seq.

Dixi autẽ veriorẽ esse primã opinionem
præsupposita renũciatione, de qua mox, at-
que ea propter subiungo, quod nullum fun-
damentum fieri potest in hac clausula, de
qua infra, cum fuerit addita per *Galles* in
sua formula, neque sit vsu recepta, sed [*Gra-
tianus discept. for. cap.*799. *num.*19. poste-
riori opinioni adhæret, quam etiam opinio-
nem sequuntur *Guttierez de iuram.confirma-
tor.par.1.cap.17. num.40. Farinac.q.27.nu-
mer.70. Io. Franc. Leo in Thesaur. for. eccles.
par.1. tit.de priuileg. Clericor. cap.11. n.16.*]
videndus tamen *Marchesan. loco proximè al-
leg. num.* 18. vbi etiam ponit quid stante
consensu creditorum, & quid etiam si non
habentes Cameralem obligationem consen-
tiant, & illam habentes nolint cõsentire: Hęc
enim obligatio continet promissionem de
non impetrando aliquam moratoriam, sal-
uum conductum, inhibitionem, significatio-
nem, priuilegiorum, vel gratiam quamcum-
que seu illis, aut illarum aliquo, etiam mo-
tu proprio Principis concesso vti, *Marc.An-
ton de Amatis decis.*81. *nu.*80 *Mandos.de in-
hibit.q.49. sub num.2.vers. promisitq.* Tamen
15 †nullum fundamentum fieri potest in hac
promissione, quia fuit addita per *Gallesium*
in sua formula, vt dicit *Mandosius d.q.49.d.
num.2.vers.quam clausulam inuenit practicus
prædictus Antonius Massa Gallesius*, & sic in
forma, qua vtimur, non adest, nam illa no-
ua Gallesij non fuit vsu recepta, vt supra
16 notaui, habemus †tamen in hoc constitu-
tionem Gregorij XIV. num.26. disponen-
tem, quòd quæuis constitutio, quæ Odoar-
dus, & Peruenit, Incipiunt, & quæuis alter-
natiuę, seu moratoriæ, & dilationes per quos
cunque decretæ quo ad obligationes in for-
ma Cameræ nullatenus prosint, quinimò
obligatio hæc debitæ executioni demande-
tur, [*Scaccia de commerc.* §.7. *Glos.*5. *nu.*151.
17 vbi declarat† dd. facultates procedere ad ef-
fectum impediendi admissionem ad *cap. O-
doardus.* non procedunt tamen in casu, in
quo clericus iam fuit admissus, quia tunc
impeditur executio personalis, vt latiùs per
*Scacciam ibi num.*132. qui etiam *num.* 134.
respondet ad illud, quod dicitur dd. consti-
tutiones loqui in beneficio *d.cap. iam cõces-
so*, ibi, *per quoscunque decreta*, quia vt ip-
se dicit, debet intelligi de concesso sine
causæ cognitione.]

b *Vsus Romanæ Curia habet, quòd non retar-
detur executio.* Inter alias exceptiones, quæ
18 opponuntur contra hanc nostram † obliga-
tionẽ, est illa sequestri, quæ vt hic per *Gal-
lesium*, impedit illius executionem, & post
*Carrocc. de sequestr. par.3. q.10. num.1. Rota
in Romana damnorum, & interesse 4. Maij*
1590. *coram Card. Seraphino, quæ est inter
impressas dec.*919.

c *Iusta causa impeditus non incurritur periu-
rium.* Rota *in Romana afflictus, seu damnorum*
2.*April.*1593. *coram Card.* Mantica, *quæ est
decisio* 146. *num.* 4.

d *Petitur reductio ad arbitrium boni viri.* [An
executio laudi, pendente reductione ad ar-
bitrium boni viri suspẽdatur, & quid si sta-
tutum tribueret paratam executionem lau-
do, & quid stantibus renũciationibus, & pa-
cto de non opponendo, vide latè *Mastrillũ
d.Sicilia par.1.decis.*90.] sed obligatio nostra
19 apposita in † compromisso pro paritione
laudi amittit vires suas, quando aduersus
laudum petitur reductio ad arbitrium boni
viri, vt hic per Gallesium, *Marches. de com-
miss.appell. à Cam. oblig. cap.16. nu. 14. p.1.
in 2.edit.* & ratio assignatur infra per Aucto-
rem nostrum num 7. quia in compromisso,
& hac obligatione desuper adiecta videtur
inesse tacita conditio, quòd laudo pareatur,
nisi interueniat reductio ad arbitrium boni
viri, *Lancellott. de attent. cap.4. limit.15. nu-
mer.10. par. 2. fol. mihi* 144. Immò quan-
20 do obligatio hæc † adiecta est compro-
misso pro paritione laudi non intrant fa-
cultates A. C. *Rota in Cæsaraugustana de*

Maella

Maella 15. *Iunij* 1605. *coram* Cardin. *Pam-
philio, quæ eſt deciſio* 33. *num.* 5. Et prædicta
21 in tantum ſunt† vera, quod executio facta
vigore huius obligationis pendente dictæ
reductione, eſt attentata, *Lancellot. de attent.
lite pend. cap.* 4. *limitat.* 15. *num.* 5. *par.* 2. *d.
fol.* 144. præſertim vbi ſuper d. reductione
emanaſſet inhibitio, *Lancellott.* vbi proximè
22 *nu.* 6. † ſed contrarium quòd executio lau-
di lati vigore compromiſſi, in quo aderat
hæc obligatio non poſſit de iure retardari,
fuit decilum in *Romana executionis laudi* 26.
Octob. 1584. *corã clar. me. Card. Pamphilio, quæ
eſt deciſio* 152. *nu.* 2. *Marcheſan. de commiſſ.
appellat. à laudo par.* 1. *S.* 1. *num.* 115. *Rota
in alia* Romana *executionis laudi* 26. *Iunij &
2. Decemb.* 1613. *coram Vbaldo*, & in termi-
23 nis quando †ſtatutum daret executionem
paratam laudo, quòd illius executio non
rerardetur, non obſtante petitione redu-
ctionis ad arbitrium boni viri, *Rota Bono-
nien. poſt alios deciſ.* 81. *num.* 82. *in nouiſſ. di-
uerſ. licet Addentes ibi, verſ. præcipua eſt il-
la*, plures allegent ad probandum, quòd de
iure reductio petita impediat executionem,
Sed quòd non impediat tenent cum iam ſu-
pra citatis in terminis Guarantigiæ *Caſtrẽſ.
conſ.* 260. *ſub num.* 4. *verſ. tamen contrarium
eſt verum lib* 1. *Anan. conſ.* 50. *n.* 7. *&* 8. *The-
ſaur. deciſ.* 26. *num.* 4. *verſ. quod tamen intelli-
24 ge*, & † procedit non obſtante oppoſitione
nullitatis, vt in *dicta* Romana *executionis lau-
di coram* Card. *Pamphilio. Anan. d. conſil.* 50.
num. 8. *Caſtrenſ. d. conſ.* 260. *num.* 4. *&* 5. In-
25 tellige † tamen niſi laudum fuiſſet nullum
declaratum, *Rota in Ariminen. laudi* 4. *Iunij*
1604. *coram clar. mem. Card. Pamphilio, quæ
eſt deciſio* 153 *num.* 3.
26 [Sed † neque reductio ad arbitrium boni
viri operatur effectum ſuſpenſiuum ſub co-
lore læſionis enormiſſimæ, quando per pa-
ctum iuratum conueniſſent partes, quòd re-
ductio non impediat executionem laudi. *Co-
ſta de re integra diſtinct.* 45. *nu.* 4. *Lancellott.
de attentat. reduct. pend. cap.* 16. *num.* 35. *&
ſeq. & ante num.* 33. *& ſeq.* additque *Coſta* id
præſertim habere locum quando citrà ca-
lumniam fuiſſet præuentum in petenda exe-
27 cutione,] nam etiam † pendente reductione
ad arbitriũ boni viri executio laudi lati vi-
gore compromiſſi, vt ſupra, in quo aderat
hæc obligatio, non poteſt retardari *Caputaq.
deciſ.* 181. *incipien. ſtante compromiſſo lib.* 1.
in manuſcriptis. Mãcin. de iuram. par. 6. *q.* 16.
infra Rotã in cauſa Nepeſina affictus 4. *Fe-
bruar.* 1602 *coram Epiſcopo Pacen. quæ eſt de-
ciſio* 41. *num.* 4. vbi aliæ deciſiones allegan-
tur, [licet per reductionem retardari laudi
executionem dicat *Lancellot. de attent. re-
duct. pend. num.* 39. *& ſeqq. par.* 2. *cap.* 16.]
28 Declara † tamen, quod non retardetur, niſi
cauſa eſſet commiſſa in Rota cum clauſula,
ſi quid exequendum, quia tunc ſuſpendi-
tur executio, donec cognitum fuerit de iu-
ſtitia laudi, *Caputaq. decis.* 182. *lib.* 1. *in ma-
nuſcriptis*, & vide *Lancellott. de attent. cap.* 4.
limit. 15. *num.* 4. *& ſeq. &* 2. *par. cap.* 16. ſed
quicquid ſit de veritate prædictarum opi-
29 nionum † Signarura ſolet, ſtante hac obli-
gatione in compromiſſo, committere cauſã
reductionis, & appellationis, ſed cum clau-
ſula, ſine præiudicio legitimæ executionis,
& ſic admittit appellationem ad effectum
deuolutiuum tantùm, *Caputaq. d. decis.* 181.
ſeu 182. *Mancin. de iuram. par.* 4. *effect.* 244
num. 6. ſed quid dicendum de exceptione
30 compromiſſi? an illa † retardare debet exe-
cutionem noſtræ obligationis? & videtur
diſtinguendum inter compromiſſum volun-
tarium, & neceſſarium, quia facta vigore
ſtatuti ad illud compellentis, quod abſque
dubio impedit executionem huius obliga-
tionis, ſecus dicendum eſt in voluntario,
[*Mantica deciſ.* 221. *nu.* 10. *vſque ad finem*,]
Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. *cap.* 121. *num.* 99.
31 *& ſeqq.* Sed† ſtatutum de compromiſſis nõ
habet locum in cauſa executiua, quia illa
dicitur expedita, & Iudex non dicitur defi-
nire, & iudicare, ſed definitum, & iudicatũ
exequi, & ſic nulla poteſt conſiderari iis,
quæ veniat compromittenda, vbi cauſa ſit
executiua, *Rota bonon. poſt alios deciſ.* 64.
num. 1. *in nouiſſ. diuerſ.*

e *Debet ante omnia obtinere relaxationem à
iuramento.* Adde *Mancinum poſt Galleſium
hic de iuramento par.* 6. *q.* 16.

f *Quòd præſcriptio non procedat.* Adde *poſt
Galleſ hic Carroc. de loc. & conduct. par.* 5. *de
ſtatut. num.* 8. *fol. mihi* 256. *Mancin. de iuram.
par.* 4. *effect.* 85. *num.* 3. *Galganett. ad ſtat Vr-
bis cap.* 18. *de præſcript. num.* 50. *verſ. an hoc
ſtatutum procedat*, [*Rota poſt addit. Cincij ad
tract. de cenſib. deciſ.* 75. *num.* 3. *Gratian cap.*
490. *nu.* 6. *& ſeqq.* Sed præſcriptionem non
procedere intellige, niſi ſtatutum tolleret
fidem inſtrumento, vt facit ſtatutum Vrbis,
de quo per *Rotam in Romana pecuniaria* 10.
Iunij 1624. *corã* Merlino, *quæ erit deciſ.* 225.
num. 1. in qua magiſtraliter enumerantur, &
reſoluuntur plures caſus, ſuper interruptio-
ne præſcriptionis ſtatutariæ, & perpetuatio-
ne actionis, ſeu in quib. caſibus currere in-

cipiat præscriptio 30. vel 40. annorũ,] quãdo autem statutum tollit fidẽ instrumento cum non constet de iuramento, præscriptio habet locum, vt post plures decisiones tradit *Galganett.decis.158. circa finem. Grattan.discept. for. cap. 490. nu. 11. & seqq. & fuit decisum in Romana pensionis domus 16. Ianuarij 1598. coram Card. Lancellotto, & in Romana fructuum census 13. Iunij 1603. coram Card. Mellino.*

5 *Tanquam nutritiuum peccati non valeat*, Et tradit supra cit. *Caroc. post Gallesium hic d.tract.d.loc.& cond.tit.de statut. par.5. nu.5. vers.addo vltra eum fol.mihi 286.[Vivian. in comm. opin. verbo statutum. vers. statutum disponens, quod qui non petierit creditum.*]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An non admittendæ exceptiones, admissa tamen aliquid operentur.*
2 *Iurans si alleget exceptionem non numeratæ pecuniæ, non est audiendus, & quandoque tamen auditur.*
3 *Detecto periurio non repellitur quis à probando, qui alias poterat non admitti.*
4 *Prudentis procuratoris officium ne obligationi suæ præiudicium fiat.*
5 *Exceptio non excluditur nisi replicatione, sicut nec actio, nisi exceptione opposita.*
6 *An exceptione non admittenda à Iudice admissa valeat processus.*
7 *Romanæ Curiæ vsus circa admissas exceptiones, quæ admittendæ non erant.*
8 *Protestatio de exceptionibus non admittendis facienda.*
9 *Procuratoris lapsum fatalis permittentis ignauia vulgo notatur.*
10 *Non admittendas exceptiones admittere summa est inscitia vel ignauia.*
11 *Quid, si competentem quis exceptionem non opponens vlterius procedi patiatur?*
12 *In iudicijs taciturnitas pro consensu habetur.*

QVAESTIO XX.

VIdimus quæ possint, quæque non possint ad impediendum, retardandumve huius nostræ obligationis executionem opponi. Nunc
1 opportunè videtur quæri oportere.† Quid sit agendum vbi cõtingat opponi aliquid ex ijs, quę diximus non esse recipienda, & an recepta, admissaq. aliquem pariant effectum? Et quidem si fuerint consentiente, ac tacente actore admissa, proculdubio faciunt præiudicium, non secus, ac si fuissent iure admittenda *a* tenuit Lapus allegatione 25. an minor certificatus. ver. ad quartũ, & est argumẽto id quod voluerit Bal. in l. fi. ad finem. C. de non nu. pecu. & ibidem Sal. in prima
2 q. tenentes, †quod licet is, qui iurauit vere pecuniam numeratam esse, non sit audiendus, allegãs exceptionem non numeratæ pecuniæ *b* quia non potest id allegando detegere suum periurium, tamen si est admissus ad probandum negatiuam, & probauit eam, tunc quia periurium est iam detectum, potest allegare illud, iuxta id quod legitur in l. alias, ff. de iureiur. & Alex. in l. nemo potest. col. 4. ver. quorũ dicta. ff. de leg. primo. fretus præ-
3 scripta Bal. & Sal. auctoritate, dicit,† quòd licet vbi iuratum est contenta in instrumento esse vera, non audiatur is, qui iurauit, allegando simulationem: tamen si desuper eius fuerint probationes receptæ, tunc quia per eas probationes detectum est periurium, licitum est insistere allegatæ simulationi, eandem Bal. & Sal. doctrinam refert, & sequitur idem Alex. cons. 89. viso puncto & instrumentis. col. fi. lib. 2. & Bar. Soc. cons. 264. visis instrum. col. 6. lib. 2. & Fel. in c. sciscitatus. col. 5. vers. limit. 4. de rescr. & in cap. inter monasteriũ col. 15. in 8. limit. de re iudic. vbi recitat multos alios casus, in quibus præiudicatur illi, qui patitur fieri probationes, seu disputationes, quę alias ipso contradicente non fuissent admissibiles, & alios ponit Ripa in commentario. §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de ac. possess. num. 72. post las. in l. patre furioso. ff. de his qui sũt sui, vel alie.
4 iur.† Cauti igitur procuratores pro executione instantis officium est, intentum habere animum, ne fiat suæ obligationi præiudicium admittendi exceptiones, & super illis probationes nõ admissibiles, sed quo pacto is gerere se debeat aliqua tali exceptione proposita, operæ precium erit si
5 doceamus.† Ante omnia non debent tacere, nã tacendo videretur consentire, & valeret processus, vt not. Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulian. in vlt. col. ff. de iureiur. & in l. si quis ad se fundum col. 2. C. ad leg. Iul. de vi pub. & priuato est illa generalis, quòd in iudicijs taciturnitas habetur pro consensu. l. cum ostẽdimus. §. fi. ff. de fideiuss. tut. cap. 2. & ibi glo. & Gemi. de accus. lib. 6. specialis vero ratio est, quam ponit Bar. in d. l. si quis ad se fundum, quia ita se habet replicatio ad exceptionem, sicut exceptio ad actionem l. 2. ff. de excep.
6 Sed actio non excluditur, nisi exceptio †proponatur. ergo neque debet excludi exceptio, nõ proposita replicatione. Itaque oportet contradicere, & protestari ne omnino exceptiones non recipiendæ admittantur, & super illis probatio-
7 nes recipiantur:† Sed si Iudex nihilominus procedendo exceptionem recipiat, valeat ne talis processus an non *c* licet Bal. in l. certi condictio. §. quoniam. in fi. ff. si cert. pet. dixerit, quòd si pars protestatur ne fiat probatio, quando statutum illam fieri prohibet, non valebit processus contra protestationem factus, quod Bald. dictum refert Alex. ibi in princ. 1. col. vers. & iuxta hæc tangit Bal. adducens Imolam, & Butr. in simili idem tenentes, subiungensq. id esse menti tenendum, vt sis cautus, & protesteris, quòd non admittantur, & sequitur etiam Fel. in cap. cũ contingat col. 3. vers. noto ad hæc, de offic. de leg. Romanæ tamen Curiæ vsus, in hoc de quo agimus, & similibus
8 alijs casibus, habet † quòd si non attenta præcedenti contraria protestatione de non recipiendis exceptionibus, & probationibus incompetentibus, Iudex illas recipiat, ea receptio valeat, nisi post facta eadem pars, quæ ante protestata fuerat, ... cum

ctum grauamen etiam appellet. Ratio est, quia Iudex post habita protestatione procedens videtur tacitè illam reijcere, & illi reiectioni actor nõ appellans videtur tacitè acquiescere. *d* Huius sententiæ fuit Lud.Rom.consi.384. in casu proposito, vers.quo ad tertium, vbi tenet, quòd exceptio, quæ admitti non debuerat, admissa operatur, si ab admissione non fuit appellatum; prout similiter valet sententia lata vigore rescripti nulli, si ab ea non fuit appellatum. Eãdem opinionem, non habita tamen Ludouici mẽtione, secutus est Franciscus Aret.in l.naturaliter. ℱ.nihil commune in 5.col. vers.sed ipse non declarat. ff. de aeq. possess. vbi loquẽdo de exceptione dominij obiecta illi,qui agit iudicio possessorio recuperandæ,& citando Ioan.Mo.& Io.Andr.in cap.1.de confess. lib.6. cum quibus tenet etiam Gemin. ibi in fin. concludit valere processum,& quòd id sibi ipsi imputare debet pars, quæ non appellauit, & ipsum Aret.ad verbum refert Felin. in d.cap. inter monasterium, de re iudic.in 16.col. in primo temperamento limitationis. Ergo in casu nostræ obli-
9 gationis, †;vbi contingat opponi impertinentem exceptionem illico protestandum erit ne admittatur,& si Iudex illam, & multo magis si super ea probationes recipiat, erit ab ipsa receptione ap-
10 pellandum:Et†semper Procuratores sint memores, quòd sicut iuxta illud antiquorum Romanæ Curiæ practicorum dicterium, nihil magis detegit summam Procuratoris ignauiam, & socordiam, quam pati tacito fatalium lapsu appellationem
11 interpositam deseri, ita † nihil magis detegit ignorantiam,aut incuriam eius quam pati hoc de quo loquimur parti suæ fieri præiudiciũ, admit-
12 tendi probationes de iure, si contradicatur. † In casu autem opposito, quid responderi oporteat, vbi is, cui competebat aliqua exceptio,passus est, illa non opposita,procedi ad confessionem debiti, & alios actus citra effectualem obligationis executionem? vidi per bonos iudices ita obseruari, vt si processum sit contra reum ad id citatum, sit locus doctrinæ communi, quam ponũt Doct.potissimum Paulus Castrens. & Ias. in l. 1. C.de iur. & fact. ignor. si vero processum sit contra absentem aliter ad hoc non citatum, is quandocunque compareat, integrum sit sibi suas exceptiones proponere,cum tali non possit adscribi,quod;neglexerit, aut tacitè consenserit. Huic autem quam præ manibus nunc habemus, quarte oblig. particulæ, quando ita vt dixi, est vsu recepta, nihil addendum esse putaui.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numerata pecunia non censetur exclusa per statutum reijciens omnes exceptiones.*

2 *Exceptio prædicta non admittitur,quando adest obligatio Cam. limita vt num.6.*

3 *Obligatio Cameralis continet renunciationem exceptioni non numerata pecunia.*

4 *Exceptio non numerata pecunia non admittitur stante hac obligatione, etiam obtenta absolutione à iuramento, intellige vt num. 5. & 6.*

7 *Exceptio non numerata pecunia est probanda per allegantem stante obligatione Camerali.*

8 *Articuli non admittuntur ad probandam exceptionem non numerata pecunia.*

9 *Iuramentum non defertur super ista exceptione nec super alijs.*

10 *An, & quando valeat processus, in quo Iudex admittit exceptiones,qua nõ sũt admittẽda?*

a NOn secus ac si fuissent iure admittenda. Adde *Corn.de absolut. à iuramen.par.3 quæst.23. num. 8.vers. & ita nominatim*, & plures decisiones ad hoc allegat *Tiber. in*
b *praxi lib. 1.cap.14.sub num.3. vers. immo in executiuis*, [*Mastrill. decis. Sicil.* 157. *nu.*25. *Rota in recen. par.*2. *decis.*191. *sub nu.*2.*vers. sicuti &c.*]

b *Non sit audiendus allegans exceptionem non*
1 *numerata pecunia.* Licet †exceptio non numeratæ pecuniæ sit valde releuans, itaut nõ censeatur adempta, nec exclusa per statutũ reijciens omnes exceptiones, *Carol. de Grassis de exception. except.*43. *num.* 1. *Rot. Bononien.decis.*126. *sub num.*6. [*Caluol. in praxi* §.*exceptiones conclus.*5. *Rim. cons.*296.*nu.*5.]
2 Attamen † non audiretur obligatus in forma Cameræ, qui vellet exceptionem hanc opponere, vt post plures decisiones, quas refert tradit *Mancin. de iuramen. par.*4. *eff.* 155. *num.* 6. *Cas.de Grassis decis.*3.*num.*1. *de fideiuss. Ricc. collect. decis. par.*2. *collect.*452. *vers.quarum,& par* 4.*collect.*1177.*vers. primo quod. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 18. *tit.*4. *sub num.*7. *in fine.* Inde commissio præfixionis termini ad probandam numerationem haben.obligationem Cameralem dicitur tollere ius quæsitum, *Ant. August.in epitom.verbo obligatio Cameralis. vers.*
3 *commissio.* [Obligatio † namque Cameralis continet renunciationem prædictæ exceptionis, & propterea per illius allegationem non retardatur executio, *Boccac. de societ. num.*142. *Rot.decis.*787.& 800.*lib.* 3. *par.*3. *diuers. Mohedan. decis.* 1.*de except.*]
4 Quod procedit † etiamsi fuerit per debitorem obtenta absolutio à iuramento, *Mohedan. decis.*3. *num.*2. *de exception.* & plures decisiones allegat ad hoc *Tiber. in praxi lib.* 1.*cap.*14. *num.*3. *Mancin. de iuramen. par.*4. *eff.*55.*num.*8. *Boccac.de societ. offic. num.* 142. *Rot.diuers. d.decis.*787.*per tot. & decis.* 800. *num.*2. *par.*3. *lib.*3. *Cæsar de Grassis decis.*3. *num.* 1.

num.1. de fideiuss. [*Scacc.de comerc.& camb.*
5 *§.2 glos.8.sub num.11.*] Et †hoc vigore facultatum A.C. nam secus esset de iure cõmuni, *Mohedan.decis.3. d.num.2. de except.* [*Scac.d.§.2.glos.8.num.11.*]

6 Hæc † tamen regula de non admittenda exceptione non numeratæ pecuniæ contra hanc obligationem limitanda venit, vt non procedat, quando opponens fuisset ad illam probandam admissus, & probauit [*Scac.de commerc. §.7. glos.5. num.132. in fine,& sub num.137.*] *Rot.diuers.decis.821.num 3.par.3. lib.3. Boccac.de societat.offic.num.142. Ant. Corn.de absolut.à iuramen. par.3. q.23 n.37. post Galles.*quem allegat *Tiber.in praxi lib.1. cap. 14. sub num.3. vers. immo in executiuis,* & difficultatem non habet quando Incontinenti probatur, facto deposito, si id suadet qualitas personarum, *Ant. August.in epitome verbo obligatio. vers.excipiens.* [Et ita practicatur in Tribunali A. C. quia secundũ qualitatem personarum nõ cogitur debitor statim soluere creditori, sed facere actuale depositum, quo facto, admittitur ad probandum, si aliquam exceptionem releuantem adducit in tempore, & si debitor in probatione deficit, seu conatur probare, quod nõ potest relaxatur depositum ad fauorem creditoris, si vero debitor releuanter probet, absoluitur, de quo stylo plenè habetur in *dec.821. ante n.1. vers vnde Episcopus p.3. lib.3.diuers.* in quo casu stante dicto stylo,& quod agebatur de summa scutorum 2000. & creditor nimis liberaliter viuebat, & sic repetitio difficilis fuisset, reus facto deposito fuit admissus ad probádam exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt latius *in d. decis. per tot.*]

7 *c Et probauit eam.* Etiamsi † hæc exceptio sit omnino probanda per illam allegantem stante hac obligatione, quidquid secus esset alias, *Mohed.decis.1.de except. Ant. August. in epitom. verbo obligatio Cameralis. vers.excipiens. Cæsar de Grassis decis.2. num.2. de fideiuss. Mantic.de tacit.& ambig.conuent. lib.*
8 *18.tit.4.sub num.7.in fine.* Non †tamen admittuntur articuli ad illam probandam, *Tiber. in praxi d.lib.1. cap.14. sub num.3.* Si-
9 cut †non defertur iuramẽtum super tali exceptione, prout nec super alijs non competentibus contra hanc obligationem, *Crescent.decis.4. de iureiuran.*

d Vales ne talis processus annorum. Nega-
10 tiuè resoluit *Rot. in causa Elboren. pensionis 9.Iulij 1595. coram Episcopo Pacen.* quotiescumque per actorem nolentem sibi impediri processum executiuum fuerit appellatũ, postquam appellationem interpositam omnia gesta nullitatis vitio laborant.

e Videtur tacitè acquiescere. Adde *Mancin. post Galles. hic de iuramento par.6. quæst.20. num.10.*

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Superfluam esse quandam decisionem Aegidij.*
2 *Ibi Dominus esse censetur vbi procurator inuenitur.*
3 *Qua ratione sustineatur constitutio procuratorum incertorum in obligatione Camer.*
4 *Procurator debet constitui certus.*
5 *Certum etiam dicitur ob relationem factam ad aliquid certum.*
6 *Incertitudinis mandatum vitiantis exempla.*
7 *Ratio formæ cuiusdam noua mandati.*
8 *Constitutio procuratoris, quem Titius puta elegerit, valet.*
9 *Vt prothocollum differat, vel minus contineat, quam instrumentum ipsius, inconueniens est.*

QVÆSTIO XXI.

1 SEquitur quinta particula † in qua cõntinetur constitutio procuratorum ad confitendum debitum, &c. quæ particula constitutionis, cum esset in vsu dudum antequam Aegidius Bellamera scriberet suas decisiones, non possum non admirari, quamobrem idem Aegid. in sua decis. su-
2 perius citata 305. dubitauerit † si is qui existens extra curiam subiecit se iurisdictioni Cameræ, & promisit soluere in curia, posset extra curiam citari, vt ibi respondeat, necne? Nam vt (de simili obligatione loquens) dixit Bald.in cons. 167.verba dicunt. lib.3.inuenitur procur. ad hanc causã, & ad hunc locum constituens, ibi iuris fictione dicitur inueniri dominus, & potest ibi citari, & conueniri. Quod antem tunc esset (quemadmodum dixi) in vsu hæc particula, patet ex casu dubij 43 inter decisiones Thomæ Fastoli, vbi recitatur, quòd procurator sic constitutus coram Auditore Cameræ recognouerat debitum,& cõdemnationem subierat, recepto termino ad soluendum,qui scripsit eas decisiones sub Benedicto XII. Papa, & sic multis annis antequam Aegidius, qui scripsit suas sub Greg.XI. Nisi quis excusando Aegidium diceret, quòd poterat esse in vsu vtraque forma,& quòd ipse locutus fuerit de antiqua illa, in qua procuratores non constituebantur: Quamquam Aegidius nimio, vt apparet impulsus liuore semper aduersus Auditorem Cameræ, & illius iurisdictionem inuehitur, & plerumque solo ipsius liuoris impetu nulla ratione ductus, vt in decis.210. in causa D. Simonis. & 508. conclusio quòd Audit.& in alijs locis. Circa particulam, quia (vt antea sum testatus) de his partibus non sum disputaturus, nisi quatenus in hac obligatione sunt collocatæ, alia quæ dicẽ- ... da

da esse videantur non occurrunt, nisi vt declare-
3 mus, † quo iure sustineri possit hæc constitutio,
pro quanto dicitur, quòd constituit suos veros
certos, &c. procuratores, &c. N. & N. omnesq.
alios, & singulos procuratores, & notarios, qui
tunc sunt, & pro tempore futuro erunt in Rom.
Curia, quorum nomina, & cognomina habere
voluit pro expressis: illa enim clausula generalis,
omnesq. alios, &c. videtur esse contraria, tam
superius positæ dictioni, certos, quàm dispositio-
4 ni iuris communis † secundum quam procurator
constitui debet certus, & incerti constitutio non
valet *a* ff. de procur. l. 2. Sed cessat contrarietas,
5 & sustinetur mandatum, † ex eo, quia de iure cer-
tum dicitur esse non solum, quod est per seipsum
certum, sed etiam illud, quod certificatur facta
relatione ad alium certum. l. certum. ff. si cert. pet.
l. vbi autem. § illud. de verb. obl. l. asse. toto. de hæ-
red. instit. l. institutio talis. de condit. instit. dicta
igitur constitutio per illa verba, omnesque alios
&c. redditur certa per relationem resultantem
ex verbis sequentibus, qui nunc sunt in Rom. Cu-
6 ria procuratores, & notarios, &c. † Incertitudi-
nis autem vitiantis mandatum exempla ponunt
in d. l. Ang. & Albericus post Marti. Sil. & Guil.
Cun. si constituatur qui primus ascenderit Capi-
tolinum: nam talis posset ascendere qui nollet,
vel non posset esse procurator, & si plures sint Ti-
tij, constituaturq. procurator Titius, non aliter
designato aliquo ex illis pluribus. Et quamquam
sive extra nostrum propositum, quia tam est affi-
nis materia, non erit fortasse absurdum, si videa-
7 mus † quam rationem habere possit alia manda-
dati forma, quæ frequenter exercetur: veniunt
enim sæpe ad Romanam Curiam de longinquis
partibus, veluti ex Germania, Polonia, Scocia,
ac sæpius Gallia instrumenta mandatorum, po-
tissimum ad resignandum Ecclesiastica beneficia,
in quibus vno, aut pluribus nominatim descrip-
tis procuratoribus, iuxta relinquitur album spa-
tium *b*; in quo aliorum nomina describi possint.
quod ideo excogitatum fuit, vt si forte nominati
procuratores essent mortui, aut absentes à Cu-
ria, aut nollent onus mandati suscipere, is ad cu-
ius manus instrumenta peruenerint, possit in al-
bo spatio aliorum nomina addere, quorum mini-
sterio negotium expediatur, quod plerumque id
fieri contingit. Hoc & si prima fronte videatur
absurdissimum, sua tamen ratione non caret: nã
in effectu id perinde esse videtur, ac si ita consti-
tuens diceret, constituo N. & N. & quoscunque
alios per talem amicum meum Romæ commo-
rantem hic in albo spatio describendos, ita enim
agi tacitè videtur, habetq. antiquissima consue-
tudo, vt illi cui instrumenta diriguntur, id facere
possit: quemadmodũ antedicti Albericus, & An-
gelus in d. l. 2. affirmant, & tenet Bar. in l. institu-
tio talis. ff. de condit. instit. † Valet mandatum,
si constituo procuratorem quem Titius elegerit,
seu nominauerit arg. l. huiusmodi, de verb. obl. &
l. vnum ex familia. §. 1. & § de Falcidia. ff. de leg. 2.
& aliarum legum citat. per Alber. in l. 1. ff. eod.
tit. de procur. Sicut etiam de iure canonico in
cap. 1. §. 1. de procur. lib. 6. approbatur facultas
à Domino constituente substituendi alium, etiam
certa non expressa persona, procuratori consti-
9 tuto concessa. † Vnum tantummodo remanere
videtur absurdum, quòd facta (sic vt profertur) in
albo relicto aliorum nominum descriptione, re-
perietur notarij prothocollum in ea parte diffe-
rens, & defectiuum: sed id parui momenti esse vi-
detur, quando fraus omnis abest, & totum de ip-
sius constituentis voluntate procedit, & hanc
partem defendit, & comprobat latè Boer. q. 274
an valeat procuratorium improbato Cassaneo,
qui cõtrarium senserat in comment. Constit. Bur-
gundiæ rub. 4 §. 5. num. 8. f. 144.

Z A C C H I A S.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator non constituitur amplius in obliga-
tione Camerali, nisi vt hìc.*
2 *Regulariter subscribens folium album non
obligatur, fallit vt num. 3.*
4 *Scientia eorum, quæ scribenda erant præsumi-
tur in subscribente.*
5 *Tradens folium album alicui suo sigillo fir-
matum sibi præiudicat, & quæ scripta in eo
sunt præsumuntur scripta de eius voluntate,
declara vt num. 7.*
6 *An subscribens folium album possit obligari in
forma Cameræ.*
8 *Solo animo quis non obligatur nisi Deo.*

a ET *incerti constitutio non valet*. Quod
1 hodie indubitatum redditur † etiam
circumscripta dispositione iuris communis,
stante Constitutione fel. record. Pij V. inci-
piens inter illa 22. in ord. in Bullario, & est
impressa apud *Tiber. in praxi fol. 505. in vlt.
adit.* vbi procurator ad confitendum debi-
tum in ipsa formula obligationis Cameralis
constitui non potest, nisi ad defendendum
etiam constituatur, & ipse defendendi onus
acceptet, vt latiùs continetur in dicta Con-
stitutione, & in alia Pauli Papæ V. super re-
formatione ædit. tit. de A. C.

b *Iuxta relinquitur album spatium.* [Oppor-
tunè hìc quæri potest, an per subscriptionem
folij albi, vel per appositionem sigilli possit
2 quis obligari, & regulariter † subscribens fo-
lium album non obligatur, vt notant DD.
*in l. si ita stipula. §. Chrysogonus. ff. de verb.
3 obligat.* Sed † tamen fallit regula quãdo sub-
scribens habuit notitiam eorum, quæ in fo-
lio erant scribenda, *Innoc. in cap. 2. num. 4.
vers. sed dices, & ibi Zabarell. num. 6. col. fin.
ad finem. vers. secus si à sciente de fide instru-
ment. Ias in cit. l. si ita stipulatus. §. Chryso-
gonus sub num. 13. & ibi Angel. num. 2. de
verb. oblig. Seraphin. decis. 973. sub num. 1.
4 vers. quia hoc procedit,* quæ † quidem scientia
in

in subscribente folium album præsumitur, *Rot. in Romana societatis officij* 30. *Octobris* 1598. *coram* Card. *Mellino*, *Ias. in prædicta l. si ita stipulatus.* §. *eod. num.* 12. *vers. aduerte contrarium. Innocen. vbi supra num.* 4. *vers. sed dices, Seraphin. d. decis.* 973. *num.* 1. Et

5 † quod si aliquis albam cartam suo sigillo firmatam in qua nihil est adnotatum alteri tradat, ea, quæ postea scripta sunt dicantur scripta de eius voluntate ipsiq. præiudicet dicit post *Bal. Felin. & Bocr.* quos allegat *Mācin. de confess. cap.* 6. *num.* 61.

6 Verum † crederem solam subscriptionem in folio albo factam non sufficere ad hoc vt quis possit obligari in huiusmodi forma, etiamsi sciat ea, quæ sunt scribenda in folio albo, nisi quoque notitiam habuerit apponendam esse obligationem Cameralem, quia cum sit speciali nota digna, *Rot. coram Buratto decis.* 537. *num.* 5. *&* 561. *num.* 2. *& in Bononien. census* 24. *Aprilis* 1600. *coram R.P.D. Penia, quæ est dec.* 57. *num.* 4. *& in* Romana *pratensa absolutionis* 18. *Iunij* 1646. *coram* R.P.D. *Meltio, quæ post tractat. est decis.* 165. *num.* 11. necessarium est quod exprimatur, aliàs nō potest obligationis Cameralis vinculo adstringi, *Rot. post tractat. d. decis.* 57. *num.* 1. Nisi tamen essemus in locis, in quibus contractus nonnisi sub tali forma celebrarentur, prout est in Vrbe, tunc namque posset subscribens folium album obligari sub tali forma, etiamsi non fuerit de ea facta mentio, cū sufficeret habuisse notitiam apponendas esse clausulas apponi solitas, *Rota in d.* Romana *pratensa absolutionis num.* 12. *& seq.*

7 Hæc † autem quæ diximus de subscriptione crederem locum sibi non vindicare in sigillo, itaut non sufficiat sola appositio sigilli, nisi concurrat subscriptio, *Bar. in l. ad testium.* §. *si quis ex testibus. vers. vltimo nota. ff. de test. Speculat. in tit. de instrument. adit.* §. *instrumentum ergo publicum. vers. item quod non est sigillatum, Guidopap. decis.* 157. *num.* 1. *Dec. in cap. post cessionem num.* 36. *vers. secūda conclusio de probat.* & quamuis contrarium voluerint *Gabr. conclus.* 4. *nu.* 3 *de præsumpt. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas.* 113. *nu.* 6. *Couarru. practic. quæst. cap.* 22. *num.* 9. *nec vbi constat*. Attamen possunt hę contrariæ DD. opiniones ad concordiam reduci, si dicatur hanc secundam sententiam procedere, quando agitur de rebus modici præiudicij, primam vero quando de aliqua re graui ex qua magnum damnum resultare potest. Sicque cum in casu nostro non possit in dubium reuocari, quin agatur de re magni præiudicii, non erit dicendum per solam sigilli appositionem, quem consentire bona, personam, & animam, non solum propria, sed & suorum hæredum tam arcto obligationis vinculo adstringi, & hoc maximè quia sigillū multis, & diuersis ex causis potest apponi, & ideo necessarium est sigillantem exprimere ad quem effectum sigillum apponat, & si non exprimat licet ex natura actus deberet voluntas intelligi, *Abb. in cap.* 2. *num.* 16. *& ibidem Bald. num.* 15. *de fide instrument.* attamen non esset dicendū se obligare voluisse maximè obligatione Camerali, licet animum se obligandi habuerit,

8 solo † enim animo, & sola volūtate quis non obligatur nisi Deo, *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 98. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 99. *num.* 8.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An mandatum in obligatione Camerali reuocari possit, & quando.*

2 *Per debitorem nullo pacto reuocari potest mandatum obligationi Camerali adiectum.*

3 *Iure communi probari potest mandatum obligationis Cameralis morte non extingui.*

4 *Mandatum à mera voluntate mandantis non dependens morte non finitur.*

5 *Quamuis mandatum morte non finiatur, reuocari tamen per hæredem potest.*

6 *Interdum tacitè censetur mādatum reuocatum ab hæredibus.*

7 *Cur mandatum obligationis Cameralis, neque per constituentem, neque per hæredem reuocari posse videatur.*

8 *Quomodo intelligendum sit illud, stipulationem sequi naturam contractus, super quo interponitur.*

9 *De pacto adiecto obligationi Camerali, de non reuocandis procuratoribus.*

10 *Hæres ad omnia pacta defuncti obligatur.*

QVAESTIO XXII.

1 QVæri etiam hic non immerito potest, An † hoc mandatum per constituentem reuocari possit. Et si non possit reuocari per eum viuentem, an finiatur morte ipsius constituentis? Et si non finitur morte, an per hæredem reuocari possit? Pro quarum quæstionum insimul facienda resolutione repetenda sunt memoriæ ea, quæ diximus in prima huius secundæ partis quæstione, vbi declarauimus quatenus vis huius obligationis transeat contra hæredes debi-

2 toris. † Et quamquam sit vsu receptum, quòd per ipsum quidem debitorem nullo pacto reuocari possit hoc in obligatione insertum mandatum,

sed

sed eo mortuo censeatur finitum, & contra hæ-
redes nequaquam detur via executiua, sed pro-
cedi consueuerit via iudicij ordinarij: tamen au-
3 deo affirmare, † quòd (supposito vsu prædicto) de
iure communi quemadmodum cætera pacta in
hæredes transitoria durant, sicut in dicta prima
quæstione est explicatum, ita hoc ipsum manda-
tum mortè minimè extinctum perduret, a possit-
que quilibet ex procuratoribus debitum confite-
ri, & subire executionem realem contra bona
defuncti, cum termino consueto, quia regula iu-
4 ris est, quòd † vbi mandatum non pendet à mera
voluntate mandantis, sed est super eo, quod fa-
ciendum mandans præcisè compelli posset, tunc
mandatum eius morte non finitur. b l. fundi ven-
ditor. §. item si amicus. ff. de acquir. poss. vbi Paul.
Castren. dicit tex. esse sing. de iure ciuili, & quòd
de iure Can. est tex. in cap. super gratia. de rescr.
in 6. & sequitur ibi Alex. & Rom. in l. 2. §. sed si
quis. ff. de donat. & idem Rom. in cons. 202. ver.
quod primo probo, & Bald. cons. 57. punctus quæ-
stionis. num. 7. lib. 5. idem Bal. & Paul. Castren. in
l. si quis cum procuratorio. in princ. ff. de proc.
idem Paul. in l. fin. ff. de solut. Alex. cons. 170. circa
primum dubium. col. 2. ver. nec posset excusari.
lib. 2. Ias. in l. eius qui. super ver. placeat. in 8. limi.
5 ff si cert. pet. † Et quamuis dici soleat quòd, & si
tale mandatum morte (vt prædictum est) non fi-
niatur, attamen per hæredem potest reuocari, vt
in d. l. fundi venditor. & ibi per Alex. in vlti. not.
& in alijs locis superius citatis per eosdem ferè
6 omnes Doct. ponitur. † Immo, & si non expres-
sè, interdum etiam tacitè reuocatum censetur ex
persona hæredum, quando contingit hæredes es-
se status differentis à statu defuncti, puta, si hæ-
res sit pupillus, Ecclesia, vel furiosus, quoniam
etiam per talem status mutationem reuocatur
mãdatum, vt subtiliter probauit Socin. cons. 112.
multum abundè. col. 6. vers. tertium est, in primo
libro refert, & sequitur Dec. in l. rogasti. §. si fugi-
7 tiuus, in 2. not. ff. si cer. pet. † Tamen in casu hu-
ius obligationis, neque per ipsum cõstituentem,
neque per eius hæredes mandatum hoc reuocari
potest: ex quo illud quod in mãdato continetur,
deductum est in conuentionem, & pactum stipu-
latione vallatum, vnde etiam est alteri parti ius
quæsitum. l. aliud. ff. de solut. & l. vero procurato-
ris. §. sed si quis. & ibi not. Paul. Castr. eod. tit. Im-
mo alia ratione dici potest, quòd hoc non sit mã-
datum, sed assumat naturam alterius contractus c
per not. in l. 1. C. mand. in l. salarium. ff. eo, & §. in-
stit. eodem tit. super quo alio cõtractu interpo-
sita stipulatio efficitur irreuocabilis d l. sicut. C.
de acti. & oblig. l. in commodato. §. sicut. ff. com-
8 mod. Ruin. cons. 125. col. vlt. lib. 1. † & quamuis
alias dicatur, quòd stipulatio sequatur naturam
contractus, super quo interponitur e l. stipulatus,
ff de vsur. cum simil. id procedit solummodo quo
ad effectum, vt quis non obligetur in plus, quàm
si stipulatio nõ fuisset interposita: sed quo ad ef-
fectum, vt obligetur efficacius, & ita quod reuo-
cari non possit, & quòd ab eo per vnum solum ex
ex contrahentibus recedi nequeat, in hoc stipu-
latio non sequitur naturam illius contractus, vt
probatur in l. miles. §. decem. ff. de re iudic. & ibi
not. Imol. & alij posteriores, & est de mente Bar.
in l. penul. C. de cõd. ob cau. & ita concludit Alex.
in l. 1. ff. de pact. & in l. sciendum, & in l. stipulatio-
9 nes non diuiduntur de verb. obl. † Accedit tertio,
quia in sequenti huius obligat. particula ponitur
pactum expressum firmatum etiam iuramento,
de non reuocando hoc mandatũ: quo pacto stan-
te, pro certo habetur etiam de vsu per Curiam
ab antiquissimo tempore (vt prædictum est) ser-
uato quòd ipse constituens non potest tale man-
datum reuocare iuxta celeberrimã doctr. Alber.
in l. si procurat. col. pen. vers. quid si in literis. ff. de
procur. qui dicit ita in facto obtinuisse, qui etiam
idem tenet in l. item ad litem. vers. sed numquid
potest. eod. tit. de proc. etiam si non sit iuratum,
allegat potissimum d. l. sicut. C. de acti. & oblig. &
ita eum refert Fel in cap. ex parte decani, col. 6. in
fi. ver. & stantibus prædictis de rescrip. Quod si
non potest per ipsum constituentem, multo mi-
10 nus reuocari poterit hæredem, † qui tenetur sta-
re omnibus pactis defuncti, l. cum à matre. C de
rei vendic. sicq. poterit nihilominus per quemli-
bet ex procuratoribus fieri debiti cõfessio, & su-
scipi executio realis contra bona defuncti, nisi
soluatur in termino consueto infra tres dies, &
subinde dari mandatum executiuum, sicq. dura-
bit via executiua, nec calumniosi hæredes potiē-
tur optato, vt quasi reuocatis procurat. & extin-
cta etiam obligat. distrahere possint creditores
per moras ordinarij iudicij trium instantiarum,
& deinde etiam negocij executiui.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum factum duraturum post mortem non finitur morte.*
2 *Mandatum re non integra nõ potest reuocari.*
3 *Res non integra quando dicatur in hoc proposito.*
4 *Quando mandatum est obligatorium non extinguitur morte.*
5 *Mandatum si tendit ad commodum tertij, vel ipsius mandatarii non extinguitur morte.*
6 *Mandatum non gratuitum etiam expressè reuocari non potest.*

a *MOrte minimè extinctum perduret.* [Quod
in hac obligatione procurator con-
stitutus ad confitendum debitum non pos-
sit reuocari, nec tale mandatum morte finia-
tur post *Galles. hic*, quem allegat dicit *Gra-
tian. disceptat. forens. cap.* 783. *num.* 22.]
b *Tunc mandatum eius morte non finitur.* Si-
1 cut neque † finitur per mortem, quando
expresse fuit factum duraturum post mor-
tem *l. si vero non remunerandi.* §. *vlt. ff. man-
dati, Rot apud Pacific. de saluian. interd. decis.*
2 16, *num.* 3.] prout † etiam mandatum re non
integra non potest reuocari DD. *in l. man-
datum*

datum in princip. C. mandat. Gabr. tit. de procurator. conclus. 3. *in princip. qui de communi Mantic de tacit. & ambig. convent. lib.* 7. *tit.* 23. *num.* 22. *Menoch. de praesumpt.* post plurimos *lib.* 2. *praesumpt.* 36. *nu.* 32. *Surd. cons.* 99. *in princip. & decis.* 89. *nu.* 17. *& seqq.* [Quãdo autem res dicatur integra videndus est, *Surd. cit. decis.* 89. *num.* 17. *& seq.* & si vnum negocium est inceptum, an dicatur integra respectu aliorum, *Seraphin. decis.* 531. *nu.* 3.

3 In nostro autem proposito res† integra nõ dicitur, si mandatarius cepisset vtiliter pro mandante agere, *Gait. de credito cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 2425. *post Costam de re integra distinct.* 46. *num.* 5.

4 Neque † minus mandatum extinguitur per mortem quando est obligatorium *Bald. in l. si quis alicui in fine, & ibid. Alberic. in*
5 *fine. ff. de acquiren. haredit.* Sicut nec † extinguitur morte quotiescumque tendit ad commodum tertij, vel ipsius mandatarij, *Bald. in l. id, quod pauperibus q.* 2. *C. de Episcop. & Cleric. Ruin. cons.* 7. *num.* 8. *lib.* 2. *Aret. cons.* 124. *num.* 1. *&* 2. *Menoch. de praesumpt. lib.* 2. *praesumpt.* 36. *num.* 35. *Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 25. *num.* 3. dicens hæredem hoc casu non posse factum defuncti improbare, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 783. *num.* 20. *Vin. decis.* 294 *num.* 3. *lib.* 2. *Gabr. cons.* 83. *numer.* 16. *lib.* 1. *Felin. in cap. relatum* 19. *nu.* 2. *de offic. delegat.*

c *Assumat naturam alterius contractus*. [Et
6 hac ratione non† potest reuocari, nec tacitè, nec expressè mandatum non gratuitum, *l. naturalis. §. sed si facio. ff. de praescript. verb. Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 17. *& seq. Scacc. de commerc. §.* 1. *q.* 7. *par.* 1. *num.* 70.]

d *Efficitur irreuocabilis*. Contrarium fuit decisum in causa *Placentina salarij* 7. *Maij* 1607. *coram Penia, quae est decis.* 147. *par.* 3. *in recen. vbi post Caesar de Grass. decis.* 3. *nu.* 7. *& seqq. de senten excommunicat.* reprobatur *Ruin. hic allegatus*, & alios plures ad hoc refert, & tradit *Bart. in l. cum precario la prima num.* 1. *vers. & per hoc dicimus*, & ibi *Paris. & Menoch. in addit. ff. de precar. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.* 75. *num.* 7.

e *Super quo interponitur*. Et hanc opinionem sequitur *Rot.* in his terminis mandati procuratoris in *d. Placentina salarij*, [illegible]



GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Ex stipulatione notarij sine mandato quaritur vtilis actio sine cessione tertio ratum haberi.*
2 *Promissor pro absente, etiam ante absentis acceptationem non potest promissionem, & mandatum in forma Cam. reuocare*
3 *Verba addita in noua formula actoris circa procurat. constituit.*
4 *Cur mandatum alias irreuocabile, defuncto aliquo sine harede deficiat.*
5 *Raro vel nunquam quis sine harede decedit.*
6 *Nunquam fiscus vltra vires hæreditatis tenetur.*
7 *Conditio si sine harede decesserit, intellecta de harede successionis nunquam existit.*
8 *Quomodo, & quando quis intelligatur sine harede decessisse.*
9 *Qua dicatur iacens hareditas.*
10 *Cur per haredem debitoris reuocari non possit mandatum oblig Cam. appositam.*

QVAESTIO XXIII.

1 QVæri † autem hic opportunè posse videtur, supposita pro communi, & vera conclusione illa, quod Notarij possint validè sine mandato pro alijs absentibus stipulari, & quod ex tali stipulatione quæratur illi, pro quo stipulatio facta est, vtilis actio sine cessione *a* secuta tamen illorum ratificatione; *b* seu acceptione, ita quod si illi, pro quibus stipulatum est, non ratificent, euanescat stipulatio, gl. in l. Pomponius, §. si ita scriptum, ff. de procu. & ibi not. Bal, idem Bal. in l. si absentis, col. 1. ver. modo renoco in dubium, C. si cert. pet. His inquam suppositis prout probantur per virum bene doctum And. Tiraq. in tract. constit. par. 3. lim. 30 præsertim, num. 23. &
2 seq. † quæro an is, qui promisit Notario stipulanti pro absente possit promissionem, & cum ea mandatum in hac obligat. factum reuocare eumque facti pœnitere? saltim antequam per illum absentem facta sit acceptatio, & sic an d. Notarij stipulatio ante acceptationem prædictam pariat aliquem effectum? respondeo, quòd in hac re nihil habet obligatio nostra specialè, sed generaliter verum est, quòd promissor non possit vllo modo etiam ante acceptationem illius, cui absenti mediante Notar o promissum est, reuocare, nec pœnitere, vt Bal. in l. cũ à foec o, col. 2. vers. caue tibi. C. de iur. dot. & alij multi doct. quos citat & sequitur idem Tiraq in d. 30. lim. num. 49. ex quorum consensu dubitari non potest, quin dici possit eam communem esse sententiam. Immo ibi etiam num. 79. sustinet quod acceptatio talis promissionis fieri possit etiam per hæredem illius, cui absenti promissum fuerat, si res sit in-
3 tegra, id est si viuat adhuc is, qui promisit. † Et quamuis (iudicio meo) forma secundum prędicta sic per se sufficiens, vt mandatum sit etiam per hæredem irreuocabile, tamen pro abundantiori cautela, in nouella forma addidi verba, per quæ mandatum ipsum conferatur ad tempus etiam post mortem testatoris futurum: sub qua forma factum etiam simplex mandatum durat, & non finitur

finitur morte. l. mortis causa. §. Titia. ff. de don.
cau. mor. l. si vero. non remunerãdi. §. si. cum l. seq.
ff. mand. not. Bar. in l. si. ff de solut. & in l. manda-
tum. C. mand. & ibi Bal. & Sal. Ang. in disp. Asten-
sis miles, in prin. Rom. cons. 202. Corn. cons. 86.
circa prin. in vlt. col. lib. 4. Soc. cons. 60. in præ-
senti consult. num. 10. & 11. lib. 1. & cons. 87. in
præsenti consult. in prin eo. lib 1. ponit. Feli. in
cap. relatum, in 4. fallen. de offic. deleg. & ibi Dec.
in prin. & idem Dec. in l. eius qui in prouinciam,
§. placebat. in 6. fallen. & ibid. Ias. in 8. fall. ff. si cer.
pet. & licèt hoc duobus modis per Doct. decla-
retur, videlicet primo quod intelligatur dummo-
do sic constituens decedat cum hærede, aliàs se-
4 cus, ratio affertur, † quia procurator repræsen-
tat dominum, & si defuncto domino constituen-
te non adest hęres, sequitur quòd nullus est do-
minus principalis, & sic ille nullus erit procura-
tor, ita Angelus in præallegata disp. Ro. in d. §. Ti-
tia, & in d. cons. 202. & idem Rom. & Alex. in d. l.
fundi venditor. §. item, de acquir possess. & secũ-
do nisi per hæredem reuocetur, prout reuocari
potest, glo. l. sed interim. §. si vxor. primo. ff. de
don. inter virũ, & vxor. Ro. in d. §. Titia. & con-
sil. 202. Socc. cons. 49. viso instrumento. in prin.
lib. 4 Alex. in d. l. fundi. in vlt. not. Dec. in d. cap.
relatum, in 3. fallen. Eæ tamen declarationes no-
stri huius procuratoris officiũ nequaquam im-
5 pedient. † Nam primum quòd quis decedat sine
hærede, si supersint bona, super quibus facienda
sit executio, vix, & raro continget non esse hæ-
redem. Nam vt dixit Ias. in l. non omnis. col. 3.
ver. illud dictum. ff. si cer. pet. nemo dicitur vnquã
decedere sine hærede, quia saltim vltimo loco
habet fiscum hæredem. l. ex facto. ff. ad Treb. nec
6 † verisimile est fiscum esse repudiaturum, cum
nunquam teneri possit vltra vires hæreditatis. d
Bal. in l. fin. in prin. in 4. q. C. de iur. delib. & ibi
Cast. & Ias. & Bar. in l. 1. §. an bona, ff. de iure fisc.
7 † & hinc prudenter ait Bal. in l. fin. in 7. opposit.
C. de hære. instit. quòd conditio, si sine hærede
decesserit, vbi intelligitur de hærede successionis,
& non sanguinis, est conditio nunquam extitu-
ra, & eam quodammodo impossibilem dicit De-
ci. in cap. in præsentia, col. 5. vers. 2. concl. de pro-
bat. prout etiam dixerat ante eum Abbas ibid.
8 col. 8. vers. in 3. par. gl. † Et ne quis fortè æqui-
uocet adhuc puto esse aduertendum, quod deces-
sisse aliquem sine hærede, non intelligitur, eo ip-
so quod nemo adijt hæreditatem adhuc iacentẽ,
sed ita demum, quando apparet neminem velle
esse hæredem, veluti si facta diligenti inquisitio-
ne, & citatis ijs, quos tangit proxima successio-
nis causa, iuxta doct. Bart. post gl. in l. sancinius. §.
quos autem. C. ad Trebellia. nemo se offert, qui
velit hæres esse, quo facto incipiunt esse bona va-
cantia ad neminem pertinentia, antequam oc-
9 cupentur. d. l. 3. §. an bona. ff. de iure fisci. † aliàs,
& ante, quàm hoc appareat, diceretur, & esset
hæreditas iacens, quæ repræsentaret personam
defuncti. l. hæreditas. ff. de acquir. rer. domin. l. cũ
hæreditas. C. de poss. vbi Bar. & propter illam re-
præsentationem duraret mandatum post mortẽ.
Hæc sunt verba Decij in d. cap. relatu. col. 1. vers.
sed tamen aduertendum, ex quibus ostenditur id
quod dixi, ex dicta prima Doct. declaratione, hu-
ius nostri procuratoris officium nunquam, aut
10 per quam rarissimè impediri posse: † prout ne-
que per hæredem reuocari potest mandatum in
hac obligatione insertum, & post mortis tem-
pus collatum, factum videlicet non ad commo-
dum ipsius constituentis, aut sui hæredis, sed ad
commodum tertij, cum quo initus est cõtractus,
Bal. in l. id quod pauperibus, in 24. q. C. de episc. &
cler. refert: & sequitur Ruin. cons. 7. col. 3. in
fin. lib. 2.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Ex stipulatione Notarij acquiritur ius absenti stante iuramento.*

2 *Ex stipulatione Notarij acquiritur ius absenti stante obligatione Camerali.*

3 *Emptor census petit executionem huius obligationis, etiamsi non fuerit præsens in instrumento.*

4 *Cessio non est necessaria stante in instrumento hac obligatione, vel Guarantigia.*

5 *Iuramenti natura est, vt eo interueniente quæratur actio sine aliqua cessione.*

6 *Notarius stipulando pro absente acquirit illi etiam sine ipsius ratificatione.*

7 *Acceptatio inducitur ex sola scientia, & patientia.*

8 *Scientia eorum, quæ commodum afferunt præsumitur.*

9 *Stipulatio Notarij operatur vt obligatus non possit pœnitere, etiamsi non superuenerit ratificatio absentis.*

10 *Fiscus hæres non tenetur vltra vires hæreditatis.*

a QVod Notarij possint &c. & quod ex tali stipulatione acquiratur illi pro quo stipulatio facta est vtilis actio &c.

[Hanc conclusionem, quam pro communi, & vera supponit Auctor noster maximè cõtrouersam esse dictum fuit *in Romana fideiussionis Nauarra coram Robustierio, quæ est in-*
1 *fra decis. 123. num. 1.* Verum† cessat ista cõtrouersia stante iuramento, tunc enim per stipulationem Notarij acquiritur ius absenti itreuocabiliter, vt fuit dictum *in Romana dotis 29. Martii 1610. coram bon. mem. Coccino, quæ est decis. 97. num. 5. & in Romana donationis* 11 Martii 1615. *coram R. P. D. Vbaldo, & coram Card. Seraphino decis.* 1184. *num.* 10. *& seq. & in par.* 1. *diuers. decis.* 489. *num.* 1. *&* 683. *num.* 3. *Thesaur. decis.* 70. *nu.* 8. *vers. sed contrarium.*

2 Et † sic cessat etiam dicta controuersia
in

in nostra obligatione Camerali, in qua non vnum, sed plura concurrunt iuramenta, nempè vnum de obseruando contractum, alterum narrata esse vera, vt dicetur infra in quæst. 25. & sic in specie, quod sufficiat stante obligatione Camerali stipulatio Notarij resoluit *Rot. coram Card. Caualerio decis. 12. num. 5. & in par. 1. recen. decis. 262. sub n. 5. & decis. 125. num. 6. & decis. 221. in fine tractatus.*]

3 Et hinc est, quòd emptor † census potest petere executionem huius obligationis etiamsi non fuerit præsens in instrumento, quia Notarius pro eo fuit stipulatus, [*Rot. decis. 273. num. 3.*] *par. 7. recen. Cinc. de censib. par. 1. cap. 2. q. 5. art. 6. nu. 11. Boccac. de censib. par. 2. num. 125.* & tradit in terminis iuramenti, *Mancin. post alios de iuramento par. 4. effect. 23 num. 5.*

4 *b* *Vtilis actio sine cessione.* [Quod † cessio non sit necessaria stante in instrumento iuramento communem dixit *Gabr. conclus. 1. num. 98. vers. contrarium de verb. obligat.* dixit *Rot. coram Ludouisio decis. 97. nu. 3. & ibi Adden. num. 9.* vbi quod idem procedat in instrumento obligatione Camerali, seu guarantingia vallato post *Höded. cons. 25. nu. 12. lib. 2.* in vtroque enim concurrit iuramen-

5 tum. cuius † natura est, vt eo interueniente quæratur actio sine aliqua cessione, *Rot. in Romana casalis 11. Ianuarii 1638. coram R. P. D. Ghisilerio, quæ erit infra decis. 194. num. 14. Iaf. in l. stipulatio. §. si stipuler. in fine. ff. de verb. obligat. Roman. cons. 76. in princip. Rota coram Ludouis. dict. decis. 97. num. 5.*]

c *Sequuta tamen illorum ratificatione.* Con-

6 trarium vero, quod † etiam non sequuta dicta ratificatione nihilominus dicatur orta actio ad fauorem illius pro quo Notarius fuit stipulatus pluries Rota resoluit, & signanter *in d. decis. 12. nu. 5. coram Card. Caualerio*, & in alijs ibidem supra citatis, & est vera, & communis opinio, vt testatur *eadem Rot. in d. decis. 262. num. 5.*

Nec obstat *decis. 12. eadem par. 1. in recen.* cum alijs qui contrariam videntur tenere opinionem, nam ad concordiam reducuntur distinctione videlicet, quod aut agitur ad effectum, vt sit acquisitū ius, seu dominium absenti, & tūc requiritur ipsius ac-

7 ceptatio, quæ † potest induci ex sola scientia, & patientia absque aliquo actu positiuo, *Rot. decis. 124. num. 1. & 125. num. 7. in fine huius tractatus, Gabr. de verb. significat. conclus. 1. nu. 102. in fine, Gonzalez ad 8. reg. Cancellar. glos. 26. num. 25. Rot. in d. decis. 262. nu. 6. par. 1. in recen. & decis. 663. nu. 2. par. 1. diuers. & in d. Romana donationis 21.*

8 *Aprilis 1614. coram R. P. D. Vbaldo.* Et † quod ista scientia præsumatur cū simus in his, quę commodum afferūt voluit *Rot. d. decis. 262. num. 2.* vel saltem quod solis præsumptionibus, & coniecturis talis scientia probetur dicunt post *Rotam d. Adden. sub num. 3. & in d. decis. 125. per totam.*

9 Aut † vero agitur ad effectum quod non possit ante ratificationem absentis ille, qui se obligauit pœnitere, et tunc non est necessaria acceptatio, *Rot. in decis. 683. num. 4. par. 1. diuers. & decis. 369. num. 3. & 488. sub num. 6. par. 2. in recen. & in d. Romana casalis 11. Ianuarii 1638. coram R. P. D. Ghisilerio, nu. 8. 9. & seq Adden. ad d. decis. Ludouis. 97. num. 8. Mancin. de iurament. par. 4. effect. 23. num. 4.*]

d *Cum nunquam teneri possit vltra vires hæ-*

10 *reditatis.* [Fiscum † hæreditatem capientem non teneri vltra vires hæreditatis, etiamsi non fuerit confectum inuentarium dicit *Peregrin. de Iure fisci lib. 4. tit. 1. num. 3. in fine, & tit. 3. num. 25.*]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An pactum iuratum de non reuocando procuratore, seruandum sit necessariò.*
2 *Cur facultati reuocandi procuratorem renunciari non possit.*
3 *In omnibus resignationibus, donec per superiorem recepta non sunt, reuocari potest mandatum.*
4 *Cur non obstante periurio reuocari possit procurator.*
5 *Constitutio procuratoris iurata reuocari non potest in captiuum tertij.*
6 *Clausula, contenta in instrumento esse vera, quæ in noua Auctoris forma adscripta est, quam vim habeat.*
7 *Qua ratione impediatur impetratio relaxationis à iuramento.*

QVAESTIO XXIV.

Sequitur sexta, eademq. vltima obligationis particula habens promissionem de adimplēdo, seruandoq. conuenta, quòd non reuocando procuratores, addito etiam iuramento. Iuxta quam pro clariori adhuc antedictorum demon-

1 stratione, reuoco in quæstionem An † hoc pactū promittentis non reuocare procuratores, addito etiam iuram. valeat itaut promittens teneatur illud inuiolabiliter obseruare? Cui quæsito statim

tim occurrit gl.cap.fi.in verb.reuocatus, de pro-
cu.lib.6. & doctr.Bar.in l.cum præcario, ff.de pre-
2 car. per quas habetur, † quòd facultati reuocan-
di procuratorem non poteſt renunciari, quia id
eſt contra naturam mandati, vt ſit irreuocabile,
itaque non firmatur etiam addito iuramento, &
ſic poterit eo non obſtante mandatum reuocari
a, licet cõſtituens inde remaneat periurus, quod
latè probant Angel.conſ.225. Punctus eſt talis
Martinus &c.& in l.& in perpetuum, ff.de proc.
& Ro. in l.alia, §. eleganter. ff. ſol.mat & Paul.
Caſt.in conſ.57. Venerabilis vir. col.2. ver. nunc
ergo quæritur tertio,& Imo.in cap.cum contin-
gat,col.24. & nu.53. de iur.iur. ponit latè Fel. in
ſupra allegato cap. ex parte decani. & in cap. ſi
diligenti.in 9.limi. de for. comp. qui in vtroque
loco citat illam deciſ.8. de proc. in anti. quæ eſt
ſecundum num. 104.quæ deciſio habet, quod cõ-
ſtituens procuratorem ad reſignandum beneſ.ex
cauſa permutationis cum pacto iurato de illum
non reuocando, non poſſint valide reuocare.
Quod ſimiliter etiã refert, & ſequitur Stef.Aufr.
in addi ad 260. deciſ. Tholoſa. ſed d. deciſ. Rotæ,
quemadmodum ipſe Fel.de iu e fuit ſuſpecta, ita
3 etiam non eſt in vſu. † Sed indifferenter practica-
tur, quòd in quibuſcunque reſignationibus, ſiue
ex cauſa permutationis, ſiue aliàs quacunque ra-
tione correſpectiuis locus ſit pœnitentiæ, donec
reſignatio per ſuperiorem fuerit recepta, & ad-
miſſa, nec darentur per Cancellariam lit. ad co-
gendum via iuris partem retinentem, vt ſernaret
contenta, vt teſtatur etiam Hier.Paul.in lib. cui
titulus eſt, Practica Cancel.fol.51.ver. Duo tra-
ctauerũt,& meo tempore in pluribus cauſis Ro-
ta iudicauit: quibus argumentis, & rationibus,
non eſt hic dicendi locus. Sed quantum ad pro-
poſitum à nobis hoc loco quæſtionem attinet;
vſus habet iuxta ſuperius citatas Alberici doctr.
quòd hoc mandatum reuocari non poſſit, quod
etiam voluit Bal. in rubr. extra de procur. col.4.
4 ver.periurium dicens. Periurium † non impedit,
quin procurator poſſit à domino reuocari, vt in
cap.vlt. de procu.lib. 6.in gl.ord. & ratio eſt, quia
ex tali iuramento nulla inſurgit obligatio, ſecus
ſi eſſet promiſſum aduerſario de non reuocando,
quia ex tali pacto licito, & honeſto, ne aduerſario
illudatur, bene oritur obligatio.C. de tranſact.l.ſi
quis maior. Itaque ſumma eſt, quòd mandatum
ſimplex etiam cum iuram. de non reuocando il-
lud, nihilominus reuocari poteſt, licet reuocans
5 remaneat periurus. † Sed vbi iuramentum præ-
ſtitum eſt alteri habenti intereſſe de non reuocã-
do talem procuratorem, illud ſit irreuocabile
b ſecundum Albe. & Bald. & ſecundum Ro.Cur.
vſum ratio (quantum ab antiquioribus audiui)
propter quam eſt hic vſus introductus, eſt illa no-
tiſſima, quia iur. hoc ſeruari poteſt ſine peccato,
& ſine interitu ſalutis æternæ, quam ponit etiam
Iaſ.idem ſentiens, in l. ſi non ſortem, §. ſi centũ,
col.3.verſ.dubio de hac deciſ. ff.de condit ind.vbi
etiam citat dictam doctr. Bald. licet in alio loco,
quod etiam Iaſ. ſimpliciter imitatus Doct. Hi-
ſpan.in repet.rubricæ, de don. inter vir & vxo.in
6.limit. quæ in lib. meo, eſt ſol.52. col.1. ver. nec
6 obſtat gl.in cap.fin. † Huic vltimæ particulæ, in
noua forma addita eſt clauſula, per quam partes
iurant contenta in inſtrumento eſſe vera, quæ
inter alia valet, ne poſſit aliqua partium contra
ſic iuratam aſſertionem venire ſimulationem, aut
rem aliter geſtam eſſe dicendo, vt latè Imol.poſt
Anton.de Butri.in cap.cũ contingat in 6.memb.
de iur.iur.& ibi Abb. in verſ.decimus caſus. & in
diſputatione ſtatuto Ciuitatis Senarum, ver.de-
cimus caſus. Bal. & Salic. in l. fin.C.de non nu-
mer.pecun. Imol.& Alex. in l. Scius, & augerius,
col.vlt.ff.ad leg.Falcid.Alex.in conſ.36.viſo the-
mate. col.2. lib.2. & conſ. 132. viſo inſtrumento.
7 eod.lib. & in l.nemo poteſt. ff. de lega.1. † Valet
inſuper ea clauſula, ne ad effectum impugnandi
inſtrumentum, iuramenti relaxatio poſſit impe-
trari, vt poſt Fran. Aret.dicit Iaſ.in d.l.nemo po-
teſt, col.8. de leg.1. nam eo ipſo quòd quis pete-
ret ſe à iuramenti nexu abſolui, opus eſſet, vt di-
ceret id, quod iurauit eſſe falſum, & conſequen-
ter poneret ſe eſſe periurum, & ſic tanquam pe-
riurus turpitudinem ſuam detegens eſſet omnino
repellendus, vt latè per Bar. in l.iuſiurandum,
quod ex conuẽtione, §. procurator, ff.de iureiur.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum regulariter expirat morte man-
dantis.*

2 *Mandatum non expirat morte mandantis, nec
poteſt per hæredem reuocari, quando Procu-
rator fuit conſtitutus in Camerali obliga-
tione.*

a ET *ſic poterit eo non obſtante mandatum
reuocari.* Et hanc opinionem ſequitur
*Rot.Mohed.deciſ.28.num.1.de renunciat.& in
Placentina ſalarii 7.Maii 1607.coram Penia,
quæ eſt deciſ.147.par.3.in recen.* Mancin. *de
iuramen.par.4. eff.22.num.11.*

b *Illud ſit irreuocabile*. Hanc diſtinctionem
ſequuntur *Boer.deciſ.207.nu.3.* & poſt plu-
res, quos allegat *Mancin.de iuramen. par.4.
effect.22.num.11.* [Verum non videtur poſ-
ſe aſſignari in terminis obligationis Came-
ralis hæc diſtinctio, quia conſtitutio procu-
ratoris non dicitur facta ad commodum ip-
ſius conſtituentis, aut ſui hæredis, ſed ad
commodum tertij, cum quo initus eſt con-
tractus, & hinc eſt, quod licet regulariter
1 † mandatum expiret morte mandantis, *Rot.
deciſ.297.num.4.7.8.& 9.& deciſ.172.nu-
2 mer.13.par.7. in recen.* Attamen † in termi-
nis noſtris mandatum non expirat, nec po-
teſt per hæredem reuocari, vt tradit idem
Galleſ.in concluſ.22. num.9. Sed cum con-
ſtitutio procuratoris facta ad fauorem tertij
ſtante pacto iurato de non reuocando nullo
modo poſſit reuocari, vt per *Galleſ.hic nu-*

mer. 5. Ergo constitutio procuratoris facta in obligatione Camerali erit semper irreuocabilis cũ dicatur semper facta ad fauorem tertij, nec obstant DD. firmantes, quod non obstante iuramento possit mandatum reuocari, quia non procedunt, quando constitutio procuratoris fuit facta ad fauorẽ tertij.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An iuramenti relaxatio sit concedenda obligato in forma Cam.*
2 *Ex iusta causa ob ligatus in forma Cam. relaxatur à iuramento.*
3 *An in concessione relaxationis à iuramento sit pars citanda.*
4 *Ratio vsus, quo non datur relaxatio à iuramento ad effectum excipiendi.*
5 *Frustra petitur solutio vinculi nõ adstringẽtis.*
6 *Absolutio à iuramento ad effectum excipiendi passim conceditur.*
7 *Qua ratione defendatur iustam esse concessionem relaxationis à iuramento ad effectum agendi.*
8 *Quomodo Staphilei, & Cassadori dictum intelligatur de absolutione à iuramento non permissa contra obligat. Cam.*
9 *Auditoris Cameræ priuilegium circa executionem obligat. Cam.*
10 *Tactus scripturæ in iuramento quando requiratur.*
11 *Corporale iuramentum plus adstringit, quàm verbale.*

QVÆSTIO XXV

1 SEd † hic sumpta occasione, quæro an ei, qui est sub hac forma obligatus iuramenti sit relaxatio concedenda necnon *a* Ioannes Staphileus (si liber ille sub literarum gratiæ, & iustitiæ titulo inscriptus, est suus) absolutè dicit stylum Signaturæ esse, quod in similibus obligationibus non detur absolutio à iuramento ad effectum agendi, nisi fortè obligatio talis adiecta sit simoniacæ transactioni, contra quam obligatus absolutionem huiusmodi petens agere velit, per iura, & rationes ibi descriptas. Sed quo pacto stylus ille se haberet suo tempore ipse viderit, modernus vsus aliter habet, ideo puto esse considerandum, petatur ne absolutio simpliciter à vinculo iuramenti, an vero dumtaxat ad effectum agendi, seu excipiendi tantũ, & in singulis articulis, quid ex iuris communis dispositione, quid secundum Romanæ Curiæ stylum sit obseruandum, tam super facienda vel non facienda omnino absolutione quàm super eo, si vbi fieri potest, citanda sit pars, altera, cuius interest, an non. Et quantum attinet ad ius commune, materia satis tractata per Doctores in cap. 1. & cap. debitores, de iureiur. & in alijs vulgatis locis, elucidata clarissimè per Felyn. more suo in d. cap. 1. † Quorum 2 in summa ea videtur esse conclusio, quod indifferenter concedi possit, allegando causas conuenientes. Sed controuersia super illo est, an sit 3 pars altera citanda, an non *b* in † quo communis opinio videtur esse, quod si per absolutionem tollitur obligatio ex toto, vt si iuramentum esset contractus validatorium, ita quod sine iuramento non valuisset, cuiusmodi contractuum multa exempla posuimus supra in 3. q. primæ partis, & tunc necessario sit pars citan da, atque audienda: secus si tantummodo ageretur de habilitanda persona, quæ iurauit, vt iuramento non obstante possit contra instrumentum dicere, dolumq. & fraudem, quibus deceptus fuit, aut aliud tale detegere, quoniam (inquiunt) hoc secundo modo non infertur parti graue præiudicium, sed remanet illi saluum ius suum, & in hanc summam est decisio Tholos. 62. cum sua additione. Romanæ vero Curiæ stylus, simplicissima, eademq. æquissima via in hanc summam concluditur, dico in relaxatione iuramenti super hac, de qua tractamus, forma adiecti nam in alijs per omnia locus 4 est dispositioni iuris communis: † est inquam stylus primum, quòd ad effectum excipiendi nullo pacto detur iuramenti relaxatio, quod fertur habuisse originem à quadam formula per Cõcilium Lateranense sub Papa Leone X. celebratum sacræ Pœnitentiariæ officiarijs præscripta, & habet eam rationem, quia vel talis absolutio non est necessaria, vel est iniusta: nam si petatur ad effectum opponendi aliqua ex exceptionibus, quæ (iuxta superius dicta) per se iuramento non ob- 5 stante opponi possunt, † frustrà petitur absolutio vinculi non adstringentis: si vero exceptio sit ex illis, quæ stante iuramento per se opponi nequeunt, iniusta est, & calumniæ suspecta petitio, tendens ad retardandum paratam obligationis executionem, estque merito locus vulgato illi remedio, solue, & repete, d. cap. debitores, de iureiuran. Similiter nunquam conceditur etiam agere volenti absolutio simplex apta ex toto tollere 6 obligationem. † Ad effectum vero agendi dumtaxat conceditur absolutio, seu absoluendi commissaria facultas passim, & indifferenter, hoc tãtum adhibito moderamine, quòd si iam sit super obseruanda obligatione lis cepta: tunc absoluẽ- 7 di (nisi parte citata) non detur facultas. † Sed hæc quoque ad effectum agendi commissa, aut etiam concessa iuramenti relaxatio non est iniqua, sed iusta. Nam illi m petenti, si denegatur, fieri posset iniuria, si verè contractus esset inualidus, aut aliàs illicitus, ille vero contra quem conceditur, conqueri iustè non potest, quoniam propterea non retardatur sibi suæ obligationis executio, iuxta ea, quæ superius dicta sunt, vbi de mutuis petitionibus locuti sumus, cum etiam conueniens agat: sed quamuis debitore ad effectum agendi absoluto, atque agente, nihilominus 8 ad obligationis executionem proceditur; † itaque dum Staphileus loco superius citato, & Cassa. in sus decis. de mutu. petit. dicunt, non dari absolutionem ad effectum agendi contra obligationem in forma Cam. vel subaudiendum est nõ cari scilicet ad effectum retardandi executionem, vel eo- 9 rum dictum est hoc tempore falsum; † Immo habet A.C. inter alia multa Leonis Decimi antedicti Pont. priuilegium; quo conceditur ve ipse, Auditor, suusq. locumtenens in causis coram eis vigore talium obligationum introductis, absolu-

tionibus

ctionibus à iuramento, & alijs ibi expressis impedimentis nequaquam obstantibus tam contra bona obligatorum vsque ad effectualem solutionem in omnibus, & per omnia, perinde ac si prædicta non emanassent, procedere valeant. d Illud nolo prætermittere, quòd vbi in fine obligationis ponitur iuramentum per illa verba, ac ad, & super sancta Dei Euangelia (scripturis sacrosan-
10 ctis per eum spōte tactis iurauit) † clausula (scripturis tactis &c.) non est necessaria, corporalis enim ille factus in actu iurādi non requiritur necessario, nisi in casibus in quibus iuramentū defertur à iure, vt in iuramento testium, iuramento calumniæ &c. vel vbi defertur à iudice, vel à parte ex necessitate: in cæteris sufficit verbalis iuratio e vt no. glo. Clem. 1. in §. porro. ver. tacta. de hæreti. & in cap. vt circa. ver. corporalis de hæreti. lib. 6. & de forma iuramenti verbalis habetur in glo. 22. q. 1. in summa. † Sed postquam vsus eam clausulam recepit, potest ita dimitti,
11 maximè cum videatur plus † obligare iuramentū corporale quam solum verbale, l. si alterius. C. si min. se maio. dix. & not. d. gl. ver. tacta. & Imol. in cap. cum contingat, num. 58. de iureiur. ita vt hoc sit abundare in cautela.

Z A C C H I A S.

S V M M A R I V M.

1 *Absolutio à iuramento est necessaria stante hac obligatione.*

2 *Absolutio à iuramento ad effectum agendi non conceditur stante hac obligatione, limitatur vt num. 3.*

4 *Absolutio à iuramento ad effectum excipiendi denegatur, intellige vt num. 5.*

6 *Absolutio à iuramento ad effectum compensandi conceditur, reprobatur vt ibi.*

7 *Obligatio Cameralis plura continet iuramēta.*

8 *Fideiussio mulieris facta absque alio iuramento cum hac obligatione sustinetur.*

9 *Absolutiones tot sunt necessaria, quot sunt iuramenta.*

10 *Absolutio vnica sufficit à iuramentis in oblig. Camer. contentis.*

11 *Citatio quando sit necessaria in absolutione à iuramento.*

12 *Citatio non est necessaria in absolutione à iuramento, vt hic.*

13 *Absolutio à iuramento quid operetur stante obligatione Camer. & intellige vt num. 14.*

15 *Absolutio à iuramento in Curia conceditur per Vicarium Papæ absque citatione de stylo.*

16 *Stylus prædictus cessat post incursum periurij.*

a *IVramenti sit relaxatio concedenda necne.*
1 Absolutio, seu relaxatio à † iuramēto est necessaria stante hac obligatione ad effectū agendi, aliàs obstaret exceptio periurij, *Scacc. de iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 2. casu 1. num. 119* & admittit *Rota in Romana affictus seu damnorum 2. April. 1593. coram Card. Mātica. Gratian. dec.* Marchia 165. *Ricc. collect. decis. par. 3. collect. 686. vers limita septimo. par. 3.* quòd intellige quando est liquida, aliàs non retardaret executionem nostræ obligationis, *Marescott. var. resolut. lib. 2. cap.*
2 *121. nu. 84. & seq.* Non tamen † conceditur ista absolutio ad effectum agendi stante hac obligatione tàm de iure, quàm de stylo, vt post *Staphileum hic allegatum de literis iustitiæ, §. stylus Signaturæ fol. mihi 134. à tergo, aliàs de literis gratiæ, & iustitiæ, vers stylus signaturæ. Couarr. var. resolut. cap. 4. nu. 6. vers. primo aduersen.* Marches. *de commiss. relax. iuram. ad effect. agend. cap. 3. nu. 36. par. 2. in 2. edit. in prima vero edit. commiss. 1. cap. 5. num. 1. par. 1. Scacc. de iud. caus. ciuil. lib. 2. cap. 2 q. 4. cas. 1. num. 119. Mancin. de iuram. par. 6. q. 15 num. 1. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 8. nu. 13. & post* Rotam *apud Farinac. decis. 95* Ricc. *collect. decis. par. 4. collect. 1360.*
3 *vers. septimo.* sed † modernus vsus aliter se habet, vt hic per *Gallesium*, & post eum *Mar. Ant. Gennen. in Prax. Archiepisc. Neapol. cap. 4. sub num. 1. Gratian. d. decis. Mar-*
4 *chia 165. num. 4.* vt ad † effectum excipiendi nullo pacto detur iuramenti relaxatio, *Marchesan. de commis. appellat. ab hac obligat. cap. 16. sub num. 27. vers. quamuis ad effectum excipiendi in 2. edit.* Scacc. *d. casu 1. num. 120. Ant. Corn. de absolut. à iuram. par. 3. q. 9 n. 2.*
5 sed contra † vtrumq; stylum opponit *Scaccia vbi proximè num. 121.* verum facilis est concordia, quia stylus, de quo Gallesius, vt detur scilicet ad effectum agēdi, potest procedere in eo, qui iam adimpleuit suam obligationem soluēdo, quo casu absque dubio concedi debet absolutio, & ita intelligendi sunt *Cassad.* & alij hic allegati, vt non detur scilicet ad effectum impediendi executionem, vt infra per *Gallesium num. 8. Scac. vbi proximè num. 125. vers. respondeo*, quo vero ad effectum excipiendi omninò denegetur, quia aut vult opponere aliquam exceptionem ex his, quæ possunt opponi cōtra obligationem Cameralem, & tunc ista absolutio, seu relaxatio necessaria nō est, aut vult opponere aliquam exceptionem non admissibilem, et tūc non est concedenda, vt post *Gallesium, Scaccia d. num. 125. Ant. Corn. de absolut. à iuram. par. 3. q. 9. sub num. 4.*
6 Ad effectum † compensandi danda est absolutio non obstante hac obligatione, *Ant.*

Corn. vbi proximè par. 4. cas. 16.. nu. 36. quod
nō credo verum, nam aut compensatio op-
ponitur in illis casibus, in quibus supra no-
taui posse opponi, et tunc non est necessa-
ria, aut opponitur in casu, in quo non po-
test opponi, et tunc non est concedenda,
quia nihil operaretur, Rom. cons. 46. incip. in
causa num. 1. Ferret. cons. 147. num. 4. & 234.
num. 2.

7 Sed cum hæc † obligatio plura contineat
iuramenta, vnum de obseruando promissa,
aliud narrata esse vera, Rota diuers. decis. 800
num. 4. par. 3. Marches. de commiss. appellat. ab
hac obligatione cap. 16. nu. 23. par. 2. in 2. edit.
Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 18.
tit. 4. sub num 7. vers. item quia. [Rota in Ro-
mana seu Perusina census 16. Aprilis 1639. co-
ram R.P.D. Carillo, quæ erit decis. 227. nu. 4.
8 & 5. vnde † fideiussio mulieris facta cū hac
obligatione, absque alio iuramento susti-
netur, Manr. de fideiuss. sect. 8. cap. 3. num. 87.
9 & meliùs num. 92. & vide nu. 110.] † dubita-
ri potest an sufficiat vnica absolutio ab istis
iuramentis, & licet regulariter, tot sint ne-
cessariæ absolutiones, quot sunt iuramenta,
Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 53. num. 46.
Mancin de iuram. par. 6. q. 3. num. 4. Rota
in Velsterna affictus 21. Iunij 1599. coram
Episcopo Pacen. Placētina Castri 4. Iul. 1601.
coram Card. Mellino, & in Romana nullitatis
obligationis 5. Iulii 1604. coram Reuerendiss.
Attrebaten. [& in Rheginen. seu Salernitana
bonorum 19. Iunii 1643. coram R.P.D. Carillo,
quæ erit infra decis. 266. num. 18.] nihilomi-
10 nus † ab istis iuramentis sufficit vnica ab-
solutio, cum vnum iuramentum in aliud in-
fluat facta relatione ad instrumētum, vt fuit
decisum in Aretina commendæ 1. & 19. Iunii
1587. coram Orano, quæ est decisio 28. num. 5.
& ad notata per me hic se remittit Farinac.
in 2. par. fragmen. crimin. litt. I. num. 1298.
vers. & in hac materia. [Sicut pariter sufficit
vna absolutio, etiamsi plura adsint iuramē-
ta, & vnum in altero non contineatur si ab-
solutio fuerit facta verbis generalibus, ita
vt comprehendere valeat omnia, & quæ-
cumque iuramenta, Rota in d. Rheginen. seu
Salernitana bonorum, quæ est decis. 226. n. 19.]
b An sit pars altera citanda. Variæ fuerunt
in hoc articulo DD. opiniones, vt videre
poteris per infra allegandos, quæ ad con-
cordiam hic reducuntur per Gallef. Quòd
11 si † absolutio euellit vires contractus, &
tunc sit necessaria citatio, secus si tantum-
modo ageretur de habilitanda persona, quæ
iurauit, vt iuramento non obstante possit
contra instrumentum dicere, & post Gallef.
hìc Mancin. de iuram. par 6. q. 1. nu. 8. Mar-
chesan. de commiss. appellat. à iuram. ad effe-
ctum agendi cap. 2. num. 9. & seqq. par. 1. Ti-
raq. in tit. res inter alios acta limit. 30. vers.
declarasse nullo. Caual. specul. opinion. comm.
contra comm. q. 434. num. 7. 8. & seq. vbi re-
spondet contrarijs, Grattan. in addit. ad decis.
Marchia 165 num. 1. Boccac. ad constit. Mar-
12 chiæ glos. 2. sub num. 47. secundum † quam
distinctionem in terminis, de quibus loqui-
13 mur, necessaria non erit citatio, quia † per
absolutionem à iuramento non impeditur
executio obligat. Camer. sed operatur tan-
tùm, quòd absolutus veniat audiendus via
ordinaria, Mohed. decis. 1. & 3. de except. Ru-
ginell. de appellat. §. 8. glos. 7. cap. 2. num. 11.
Ant. Corn. de absol. à iuram. par. 3. q. 9. nu. 8.
& 9. & quæst. 14 num. 45. vers. si esset talis
contractus, & num. seq. Riccius in praxi ec-
clesiast. resol. 252. sub num. 2. Mantica de ta-
cit. & ambig. conuent. lib. 18. tit. 4. nu. 7. & 8.
Marches. de commiss. relat. iuram. par. 1. cap. 5.
nu. 2. in 1. edit Scac. de indic. caus. ciuil. lib. 2.
cap. 2. q. 4. casu 1. num. 125. vers. responde.
Tiber. in prax. lib. 1. cap. 27. vbi alios allegat
Mancin. de confess. cap. 2. num. 160. & de iu-
ram. par. 6. q. 15. num. 4. Ant. August. in epi-
tome verbo obligat. Camer. vers. iuramenti re-
laxatione. Rot. diuers. decis. 787. par. 3. lib. 3.
& decis. 800 sub num. 5. vers. verum quia.
lib. eod. quæ est eadem cum d. decis. Mohed. li-
cet latius extensa. Ant. Augustin. decis. 72.
lib. 3. & fuit decisum in causa Tiburtina Ca-
stri S. Poli 17. Martii 1564. coram Cotta, quæ
est decisio 147. num 5. Gratian. decis. Marchiæ
165. num. 4. Ricc. collect. decis. par. 2. collect.
452. vers secundum quia, vbi idem dicit de
executione obligationis penes acta Curiæ,
& loquendo de obligatione penes acta Cu-
riæ idem Ricc. par. 4. collect. 759. vers. limi-
tatur tertio. Dominicus Picus ad c. 151. lib. 1.
Statut. Vrb. post Boccaccium glos. 23. nu. 50.
14 Intellige tamen, † quòd procedat si aga-
tur coram A.C. secus coram alio iudice,
quia omnes prædicti loquuntur vigore fa-
cultatum A. C. Scacc. d. casu 1. nu. 130. vers.
tempera istam extensionem. Mohed. d. decis. 3.
de except. Aduertendum est actuū circa su-
15 pra notata, quòd in Curia de stylo † absolu-
tio à iuramento conceditur per Eminentis-
simus Papæ Vicarium absque alia citatione,
Marches. de commiss. relax. iuram. cap. 2. sub
16 num. 5. cessat tamen † hic stylus post incur-
sum

sum periurij, quia absolutio tali casu non conceditur, nisi per Papam, *Marchesan. vbi supra cap. 1. num. 35. par. 1. in 1. edit. Scaccia d. casu 1. num. 136. vers. declara, & vers. infero. Rota in citata Romana nullitatis obligationis 5. Iulij 1604. coram Reuerendiss. Attrebaten.* & tunc requiritur partis citatio, *Scaccia vbi proximè, vers. in isto casu.*

c *Saluum ius suum*, adde ad omnia *Anton. Corn. de absol. à iuram. par. 3. q. 14. num. 15. vers. & sic etiam.*

d Procedere valeat, & post *Galles. hîc Mancin. de iuram. par. 6. q. 15. num. 6. vbi plures decisiones allegat.*

e *Sufficit verbalis iuratio*, adde *Thesaur. post Gallesium hîc decis. 47. num. 4.*

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Quale debet esse instrumentum exequendum.*
2 *Abolitio in instrumenti parte non substantiali non vitiat.*
3 *Probata parte substantiali corrupta, vel corrosa instrumenti producti per testes, datur executio instrumenti, secus vero non producti.*
4 *Originali nota tantum producta executio, instrumenti non datur.*

QVÆSTIO XXVI.

a QVærenti † quale debeat esse instrumentum exequendum; statim occurrit quod debet habere omnia publici instrumenti requisita enumerata per gl. in l. generali. C. de tabular. lib. 10. & Specul. in tit. de instrum. edit. in princ. & Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. initiũ, ff. de edendo declarata per Abb. in cap. 1. col. 1. & seq. de fid. instrum. explicata latius per Afflictum in constitut. Regni, quæ incipit Baiulos omnes, col. 5. & seq. Quibus in proposito addendum & illud est, quod instrumentum cuius executio petitur, non sit abolitum, neque cancellatum, a neque in aliqua sui parte suspectum, aut diminutũ, ita dixit Bald. in l. 2. C. vt poss. leg. cat. per tex. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. refert & sequitur Paul. Castren. in d. l. fin. & in l. nostras. C. de testam. & voluit Bar. in l. 1. §. fin. in fin. ff. de his quæ in test.
2 delen. † Quod tamen intelligendum est, si talis abolitio, aut alia suspicio esset in loco substantiali, alias secus dicendum, secundum eundem Castren. in d. l. si. Sed Bal. in l. fin. C. de fideicom. & in l. sed & si. §. si cum de hæreditate, ff. de inreinran.
3 tertio voluit quòd si † producatur instrumentum publicum corrosum vel ruptum in aliqua parte substantiali, quæ tamen pars probetur per testes, detur nihilominus talis instrumenti executio: si autem non producatur instrumentum, quod dicatur esse deperditum, sed eius tenor probetur per testes, non est danda executio, si productum esset instrumentum. Bar. in l. 1. ff. de his quæ in testa. delen. col. 1. in fin. & facit quod tenet idem Bar. C. de pign. l. 3. col. pen. ver. prædicta intelligo.
4 † Immo etiam si producatur originalis nota (quę vulgo imbreuiatura appellatur) non redacta in mundum cum subscriptione notarij, & alijs publici instrumenti substantialibus, non est danda executio per dicta Ioan. Andr. in add. Specu. tit. de instr. edit. §. videndum, ver. & quod tabellio. & Cyn. in l. contractus in vlti. q. C. de fid. instr. & Ant. Butr. in cap. cum P. tabellio. de fid. instr. & Canarius in tract. execut. q. 38. & Tyndarus de insinuat. q. 24. quod videtur esse declarandum secũdum Paul. Castren. in d. l. contractus, col. 1. in fin. nisi liber protocolli haberet solemnem subscriptionem cum signo notarij, in princ. vel in fi. Et quamuis prædicta apud præallegatos Doct. ita se habeat, in specie tamen nostræ obligationis, aliter puto esse decernendum.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum quando fuit cãcellatum à Notario non dicitur vitiosum, sed est executioni demandandum, intellige vt num. 3. & 4.*
2 *Abrasio seu cancellatio in instrumento obligationis Cameralis, quando est legibilis non facit, quod illud instrumentum non sit executioni demandandum, quia talis cancellatio non inducit suspicionem falsitatis.*

a N*On sit abolitum, neque cancellatum.*
1 [Quod intellige † non procedere, quando esset cancellatum manu Notarij, *Menoch. de adipiscen. possess. remed. 4. n. 723.*
2 Potest † namq. Notarius corrigere errorem si adhuc instrumentum nõ esset exhibitum parti, nec adhuc in controuersiam deductum, etiam sine Iudicis auctoritate, quia non potest tunc dici functus officio suo, & dicitur correctio quasi incontinenti facta, quæ absolutè permittitur, *Monteren. ad ad statut. Bononiæ tit. de error. Notarior. col. 8.*
3 *sub littera B. vers. secundus casus.* Et † ad remouendam omnem suspicionem falsitatis attestare debet in fine instrumenti, quod ipse illam abrasionem, seu cancellationem fecit *Monteren. ad d. statut. Bononiæ tit. de error. Notar. col. 9. in princip.* Melius tamen esset, quod tũc Notarius faceret nouum protocollum, quam antiquũ corrigeret, & sic nulla suspicio dabitur partibus, *Monteren. ad d. statutum loco proximè citato col. 8. vers. adde,* apud quem latiùs de hac materia videre poteris.
4 Intellige † secundo non procedere, quando abrasio, seu cancellatio esset talis vt legi posset, nam tunc non esset denegan-

da executio illi instrumento, quia induci non potest suspicio falsitatis, seu doli, *Farinac.cons.criminal. lib.2. cons.109. sub nu.22. vers. & sicut cancellatio, seu abrasio.*]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *In ipso contractu non est necessarium instrumentum publicum, sed in processu tantum.*
2 *An in obligationibus Cameralibus scriptura necessario requiratur.*
3 *Neque procuratoris constitutio, neque probatio necessario scripturam requirit.*
4 *Ad executionem obligationis Cameralis, quæ sine scriptura inita sit, via executiua procedi non potest, & quare.*
5 *Vbi litis contestatio necessaria est, iudicium non potest esse executiuum.*
6 *Quando obligationis Cameralis sine scriptura contracta executio parata dari possit.*
7 *Qui testes lite non contestata examinari possint, & soleant.*
8 *Species facti ab auctore defensa, & in iudicio tractata.*
9 *Ismeniæ Tibicinis praclarum exemplum.*
10 *In quibus casibus priuata scriptura plenè probet.*
11 *Priuata apocha probata per testes, vel comparationem litterarum plenè probat consuetudine huiusmodi vigente.*
12 *Scriptura priuata ex statuto Vrbis executionem paratam habent.*
13 *Quòd cautio etiam publica causam non habens, non valeat, quam sit ab omni ratione alienum.*
14 *Nemo sanæ mentis, & ætatis legitimæ præsumitur in proprio facto errare.*
15 *Ex priuata scriptura extensum obligationis Cameralis instrumentum anteriorem hypotheeam non probat.*
16 *Publicatio instrumenti obligationis ex priuata apocha expressa, iure nititur.*
17 *Refert quibus verbis in priuata apocha pactum sit de obligatione Camerali extendenda.*
18 *Verborum formula in priuatis apochis apponenda ob extendendum, & publicandum obligationis Cameralis instrumentum.*
19 *Dcelaratio effectus ipsorum verborum in huiusmodi formula positorum.*
20 *Dei, aut rei sacræ attestatio iuramenti substantia est.*
21 *Quando ad executionem procedi soleat vigore simplicis exempli, & litigantium cautio.*
22 *Exemplum instrumenti, cui pars stare velle dicat probat inter ipsas tantum partes.*
23 *Protestatio de redimendo instrumentum sumptibus debitoris, tunc solum necessaria est, antequam reus fuerit in mora constitutus.*

QVAESTIO XXVII.

PRo euidentiori tamen dicendorum perspicuitate, videtur opportunum esse, vt determinemus, an pro huius obligationis habenda
executione de necessitate debeat produci publi-
1 cum instrumentum an non? Qua † in re non est
multis agendum, quia vsus habet pro comperto,
quòd in ipso contractu non requiratur instru-
mentum publicum, sed bene requiratur in pro-
cessu, vt ipsius obligationis vigore procedi possit
ad executionem. De instrumento publico in
ipso contractu non requisito non est quamobrem
dubitari possit, cum nullo id iure caueatur, &
quotidie in vsu habeamus, quòd datur executio
virtute priuatarum scripturarum, in quibus de-
bitores dicunt se obligare in forma Cameræ, a
quod qua ratione sustineatur, dicemus. De scrip-
2 tura † vero videri posset idem esse dicendum, cum
inter casus, in quibus requiritur scriptura, qui
enumerantur per glo. in cap.1. in ver. in scriptis
de censib. lib.6. & ibi doct. & in alijs locis ibi no-
tatis, non est aliquis casus, qui comprehendat
nostram hanc obligationem: & licèt Io.And. &
quidam alij dubitauerint de mandato procura-
torio, quòd non possit probari per testes, sed re-
quirat scripturam, vt sic videri possit, quod sal-
tim mandatum in nostra obligatione insertum,
3 debeat † per scripturam probari: communis ta-
men opin. est in contrarium, quòd neque ipsa
constitutio procuratoris, neque illius probatio
de necessitate requirat scripturam, vt latè pro-
bat Abb. post glo. in cap.1. de procur. & post Bart.
quem sequuntur Imol. & Alex. in l.1. C.eod. &
Ang.cons.296. visis omnibus. Sed quia non tra-
ctamus hic tantummodo de validitate obligatio-
nis contractus, sed an illius virtute procedi pos-
4 sit executiuè per † viam confessionis debiti, &c.
nisi ea possit per scripturam probari, talem effe-
ctum non posset habere b ratio, quia siue ab ini-
tio sine scriptura coram testibus contracta obli-
gatione, siue postea scriptura ipsa deperdita te-
stes, vel super ipso contractu, vel super tenore
prediti instrumenti examinandi essent, tale exa-
men lite non contestata fieri, nõ posset cap. quo-
niam frequenter extra vt lite non contest. vbi au-
tem litis contestatio facienda est, iudicium esse
non potest executiuum, prout in simili casu no-
tant omnes Doct. qui scripserũt post An. in l.fin.
C.de edict. Diu. Adr. supra gl. ver. dispositionibus,
in fin. in quantum reprobando, seu verius decla-
rando dictum Angel. volunt, quòd si instrumenta
ex forma statuti habent executionem paratam,
& contractus factus sit coram testibus sine No-
tario, quamuis eisdem testibus examinatis, eorũ
examen in publicam instrumenti formam reda-
ctum fuerit, non tamen dabitur eiusdem instru-
menti executio; nisi in casibus, in quibus testes
6 possunt examinari ante litem contestatam: † se-
cundum quam distinctionem nostræ etiam obli-
gationis executionem dicamus regulariter non
dari pro eo quod per testes probetur quòd quis
obligauerit se forma Cameræ: dari autem, si obli-
gatio probetur esse contracta super aliquo ex ijs,
quorum occasione in iudicio litis contestatio nõ
est necessaria, vt in negocijs decimalibus, vsura-
rijs, matrimonialibus, & alijs notatis in d.cap.
quoniam frequenter. qua de re latè tractat, & in
hanc nostram sententiam concludit Fel. in cap.
7 cum super. ver. prima declaratio. de re iudi. † alius
casus per eandem rationem posset proponi, si
con-

contingeret testes examinandos esse valetudina-
rios, senes, absuturos, aut aliàs tales, qui etiam
lite non contestata ad futuram rei memoriam
iuxta dispositionem d. cap. quoniam. examinari
8 possent. † Hæc (vt verisimile est) ignorans qui-
dam in agendis causis bene vestitus, passus est me
obtinere executionem in casu, qui fuit talis: Cum
Sempronius deberet Caio mille, vrgereturque
ad soluendum; & conuenisset, quòd differretur
solutio ad certum tempus, si Titius accederet,
& constitueret se æquè principaliter debitorem,
& correum, Mæuius accessit ad Titium, & corã
testibus eum rogauit, dicendo, accedas, illi obli-
gationi, & obliga te sicut Caius voluerit, & ego
ex nunc promitto te indemnem releuare, & me
tibi obligo omnibus illis modis, formis, & obli-
gationibus, quibus tu te obligaueris: Sub fiducia
horum verborum Titius accessit, & obligauit se
Caio in forma Cam. consueta, & cum aduenien-
te die coactus fuisset soluere, & Mæuius de rele-
uatione requisitus tergiuersaretur, ego consul-
tus, à Titio experiri volens fortunam pro cele-
riori amici mei liberatione iussi, vt simul produ-
ceretur instrumentum obligationis factæ per Ti-
tium, simul etiam producerentur articuli conti-
nentes suprascripti Mæuij verba obligatoria, &
supra illis inducerentur testes prædicti, prout in-
ducti, & successiuè examinati fuerunt, & subin-
de perfecto examine obtinui mandari extendi
obligationem Mæuij secundum dicta testium, &
obligationem Titij, ad cuius instar probabatur
se obligauisse, & subinde virtute dictæ extensæ
obligationis processum fuit ad confessionem de-
biti, & realem executionem, nihil nisi meras
nugas opponente, neque aduertente illo suorum
anulorum spectatore, qui etiam à dicto mandato
extendendi dictam obligationem potuisset licitè
9 appellare, quòd minimè fecit: † volui autem hoc
recensuisse, memor Ismeniæ Tibicinis, qui disci-
pulis suis non minus ostendebat malè canentes,
quàm scire canentes, dicens: ad hunc modum
canere oportet, ad hunc nequaquam. Conclu-
damus ergo in summam, quòd (exceptis casibus
suprascriptis) obligatio est per scripturam siue
publicam, siue priuatam probanda, hoc dico vbi
priuata scriptura haberet qualitates requisitas
10 de iure communi, † vt plenè probaret, quod cõ-
tingit tribus casibus, quos recenset post anti-
quiores Ias. in rep. l. admonendi. ff. de iur. iur. nu-
mer. 88. videlicet si is, qui scripsit, confitetur eam
scriptam esse manu sua. l. publ. ff. depos. & si ha-
bet subscriptionem partium, & testium, & est à
testibus approbata. l. scripturas. C. qui por. in
pign. hab. & si approbatur per testes qui subscri-
pserunt, & viderunt eam scribi, & per compara-
tionem litterarum. authen. & si contractus. C. de
11 fid. instr. vel (præter ius commune,) † vbi sit con-
suetudo quod priuata apochá etiam sola debito-
ris manu subscripta, & per comparationem lit-
terarum, vel per quoscunque duos testes pro tali
approbata plenè probet, sicut est hic in Vrbe, &
in Rom. Cur. estq. de iure valida, per ea quæ po-
nit idem Ias. vbi supra num. 95. ver. octauus ca-
12 sus. † Et vltra dictam consuetudinem, inter Ci-
ues Romanos, & alios Vrbis Romæ statutis sub-
ditos, viget laudabile statutum lib. 1. cap. 76. cu-
ius tenor est. Quòd apochæ scriptæ, vel subscrip-
tæ manu cuiuscunque priuatæ personæ, contra
ipsum scribentem, vel subscribentem executioni
mandentur, sicut publica instrumenta, non ob-
stante quòd in eis non sit locus, tempus, causa
& partis præsentia, dixi laudabile esse hoc statu-
tum, quia magis est consentaneum rationi, quàm
sint nonnullæ leges ciuiles, & canonicæ, quæ vo-
lunt ex defectu causæ, loci, vel temporis, huius-
modi apochas reddi inualidas, vt l. cum de inde-
bito. §. si. ff. de prob. &c. si cautio. extra de fide
instr. vbi disponitur, quod si non habeat expres-
13 sam causam cautio, † ne dum per priuatam, sed
etiam publicam scripturam exposita non valeat,
sed (vt dicunt Doct.) præsumatur per errorem
facta, nisi creditor probet causam: id enim nihil
aliud est, quam calumnijs viam aperire, & est
contra ipsa iuris etiam naturalis principia, cum
14 nemo, qui aliàs sit sanæ mentis, & † legitimæ æta-
tis, præsumatur in facto proprio errare: & prop-
terea ipse tenetur probare, quòd errauerit l. 1. vbi
Bal. C. de fal. caus. adiec. l. si post diuisionem. C. de
iur. & faç. ign. sed hæc latius apparebunt ex li-
bris, qui scripti sunt de principijs legum; inte-
rim ijs, quas habemus legibus est viuendum. Vr-
bis autem statutum, & R. C. consuetudo prædi-
cta nobis sunt pro lege, & quidem laudabili, &
iusta. Et (quemadmodum superius dictum est)
etiam de iure communi valeret huiusmodi obli-
gatio, sine expressione causæ, si super ea esset de-
bito modo facta susceptio censurarum, per ea
quæ in simili ponit Fel. ex auctoritate Bald. in d.
15 cap. si cautio in 10. fallentia. † Vnum tamen est
aduertendum, quod licet ex pacto contrahentiũ
detur, quòd ex priuata scriptura extendi possit
publicum nostræ huius obligationis instr. tamen
in concursu cum alijs creditoribus ea obligatio
non probabit anteriorem hypothecam aduersus
instr. ab ipso initio publicum per d. l. scripturas.
C. qui pot. in pig. hab. ampliando, vt voluit An-
char. cons. 24. rationes adductæ, quem refert Fel.
in cap. 2. col. 5. de fid. instrum. etiam si probetur,
quòd prius datus fuit procurator ad faciendum
obligationem, & postea ostẽdatur scriptura pri-
uata mandantis, quia tale antecedens est contin-
gibile, non necessarium, atque hunc articulum
latius explicatum, vide per Negusan. in tract. pig.
par. 4. memb. 2. num. 57. ibi; octauo quia supra
&c. cum plurib. seq. Dicta autem consuetudo,
quæ habet quod partes conueniant, vt tabellio
16 possit † ex priuata apocha publicare instr. obl.
inter ipsas partes, habet iuris fundamentum, ex
ijs quæ ponit Abb. in cap. vlt. in 1. q. de fid. instr.
& Alex. in l. 1. §. eadem, in pr. no. ff. de verb. oblig.
17 † Sed diligenter aduertendum est, quibus verbis
id factum in apocha sit conceptum; simul enim
refert, possit ne obligationis extensio, & publi-
catio fieri ipso scribente aliter non citato, & cũ
iuramenti per scribentem præstiti appositione
an non, & propterea consueui in negocijs ami-
18 corum me consulentium, † pactum illud in hanc
sententiam concludere, videlicet. Pro quibus sic
adimplendis, & obseruandis obligo me in am-
pliori forma Cam. Apost. consueta, cum iuramẽ-
to (prout ex nunc per Deum, vel per S. Euang.
iuro) constitutione procuratorum, & alijs clau-
sulis

fulis in fimilib. oblig. poni cõfuetis, & volo quod defuper etiam me aliter non citato, per quemcũque notar. publ. obligationis huiufmodi inftr. fecundum confuetum Notariorum Rom. Cur. in
19 fimilib. ftylum, extendi poffit. † Ex hac formula duas potiffimum elicio vtilitates, vnam propter illa verba, etiam, me aliter non citato propter quæ etiam fi contingat ipfum debitorem abeffe à loco iudicij, poterit quemadmodum loco fuo inferius dicetur, docto de eius abfentia, eo aliter non citato procedi, alioquin citãdus effet fecundum iuris communis difpofitionem, ad comparendum vidédumq; iurare teftes fuper recognitione, apochæ, & videndum mandari, extendi, & publicari inftrumentũ obligationis iuxta illius formam: Alteram, quia in extenfione procul omni dubio poterit notarius apponere etiam iuramentum, propter illa verba, prout ex nunc iuro per Deum &c. fine quibus verbis nõ careret difficultate, nam, & fi vidi multos exiftimantes, quòd fufficiat dixiffe fimpliciter, obligo me in forma Cam. & fuper illis verbis viderim obligationem eum formali iuramento extendi & quafi cum in forma Cam. contineatur tale iuramentum, per relationem ad eam, videatur fcribens eo modo iuraiffe: tamen non defunt qui dicant id non fufficere quinimmo, non fufficere etiam fi poft verba in forma Cam. adderetur eũ iuramento, & alijs claufulis confuetis, videtur enim, quòd dicere, promitto eum iuramento, nõ fit iurare, eum de fubftantia iuramenti fit, quòd
20 difpofitiuè † affumatur Deus in teftem, & fic non fufficiat enunciatiuè, ac tranfitoriè loqui, ac fortius, quòd neque etiam fufficiat, fi dicat difpofitiuè, & ita iuro, fi non addatur per Deum, vel per Euangelia, aut aliquid tale: cum ex forma iuramenti fit, vt facræ rei atteftatione firmetur. Ad has igitur difficultates vitandum putaui opportunum effe ponere verba fupraferipta; prout ex nunc iuro per Deum, &c. ac non effet fortaffe abfurdum fi pro abundantiori cautela, licet (quemadmodum fupradictum eft) non neceffaria,
21 adderentur verba, tactis fcripturis, &c. † Alius eft cafus, in quo proceditur ad executionem vigore fimplicis exempli etiam per neutram partium fcripti, cauti enim litigatores plerunq; antequam moueant litem, vt poffint recuperare fumptum faciendum in recolligendo inftrumentum publicum, faciunt citari debitorem ad foluendum, feu faciendum id quod debet aliàs videndum fieri proteftationem de releuando illud fumptibus fuis, iuxta doctr. Bald. non ignorat. C. de fruct. & litis expen. quem refert, & fequitur
22 And. Barb. conf. 7. col. pen. lib. 2. † & fi citatus dicat velle ftare fimplici exemplo, ne fiat fumptus inftrumenti publici, tunc proculdubio tale exemplum probat, vt tenet Bar. C. de edend. in auth. fi quis in aliquo. ver. quæro vtrum inftrumentum. per l. optimare. C. de contrah. & commi. ftip. quem fequuntur ibi Alex. in 4. fall. & alij, & confequẽter illius vigore poteft ad executionem procedi. Sed hoc intereft, quod tale exemplum non probat, nifi contra illum, qui in idipfum confenfit, non autem contra alios, fecundũ ea, quæ fuperius dicta funt de priuata fcriptura
23 per l. fcripturas. C. qui pot. in pig. hab. † Illud vero non videtur effe fine animaduerfione prætereundum, quòd dicta præambula proteftatio de releuando inftrumentum, licet à multis indifferenter fiat; non tamen eft neceffaria nifi contra reum nondum in mora conftitutum: nam fi per lapfum temporis, aut aliàs fuerit in mora conftitutus, tenebitur ad talem fumptum etiam ea proteftatione non facta, vt colligitur ex eodem Bal. in d. l. non ignorat. & Abb. in cap. licet. heli. col. 2. ver. & in quãtum. de fimon. & ibi Fel. col. 3. ver. in glo. ver. infcriptio.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis quando eft in apocha priuata non habet executionem paratam, contrarium num. 2.*

3 *Via executiua conceffa à ftatuto publicis documentis ceffat in apocha priuata.*

4 *Scriptura priuata etiam recognita non habet executionem paratam.*

5 *Fallit quando partes conueniunt, quod fcriptura priuata habeat virtutem obligationis Cameralis.*

6 *Apocha priuata non extenditur cum obligatione Camerali, nifi vt hîc.*

7 *Obligatio Cameralis ad hoc vt habeat executionem paratam debet effe in fcriptis.*

8 *Obligatio Cameralis, vbi fit probata per teftes agitur via ordinaria.*

9 *Appellatio admittitur à decreto de extendendo oblig. Camer. iuxta dicta teftium.*

10 *Oblig. Camer. vbi eft contracta fuper aliquo ex ijs, in quibus litis conteftatio non eft neceffaria, probata per teftes habet executionem paratam.*

11 *Inftrumentum guarantigiatum deperditum, quando poffit habere executionem paratam.*

12 *Obligatio Cameralis probata per teftes, qui poffunt examinari ante litem conteftatam habet executionem paratam.*

13 *Inftrumenti pars corrofa, vel rupta in aliqua parte fubftantiali poteft per teftes probari.*

14 *Obligatio Cameralis, vbi adeft in vno exemplo, & deficit in alio, poterit per teftes probari, quòd in matrice adeft, & habebit paratam executionem.*

15 *Obligatio Cameralis fi reperitur in loco nimis arcto, an cenfeatur appofita ex interuallo.*

16 *Statuto iuuari non poteft dante executionem fcripturis priuatis, qui non vigore illius egit, fed vigore obligationis Cam.*

17 *Creditor Chirographarius, quando præferatur pofteriori inftrumentario.*

18 *Obligatio Cameralis non concedit procedi ex abrupto*

abrupto absque partis citatione.

19 *Citatio requiritur in executione instrumenti confessionati, & guarantigiati, contrarium num.20. probatur num.21.*

22 *Obligatio Cameralis tribuit facultatem procedendi per audientiam contradictarum.*

23 *Citatio an requiratur personalis contra obligatum in forma Cameræ.*

24 *Obligatio Cameralis continet duplex iuramentum, & num.vlt.*

25 *Obligatio Cameralis apposita in apoca priuata, an sit extendenda cum iuramento.*

a IN *quibus debitores se dicunt obligare in*
1 *forma Cameræ.* Licet aliqui contrarium
tenuerint scilicet, quòd obligatio Camera-
lis, quando est in apoca priuata non habet
executionem paratam, quos refert *Ruginel.*
de appellat. §.2. cap. 3. verb. Camer. obligat.
2 *nu.152.* hæc est verior opinio † vt post *Gal-*
lesium hic de ea testatur idem *Ruginell. d. n.*
152. vers. sed secundum alios contrarium ve-
rius erit, & Rota seruat hanc opinionem,
vt in causa *Romana pecuniaria de Saffettis*
14. Maij 1576. coram Card. Blanchetto, quæ
est decisio 91. in princ. Bononien. pecuniaria
12. Martij 1602. corā Card. Lancellotto, quæ
est decisio 104. in prin. & in causa Ciuitatis
Castelli dotis 22. Iunij 1607. coram Ludoui-
sio, [*& in Romana dotis 14. Maii 1635. coram*
Eminētiss. Card. Panzirolo, quæ est infra decis.
226. num.1. & in causa S. Seuerini dotis 4.
Maij 1640. coram Reuerendiss. D. Dunozetto,
quæ erit decis. 187. num.4.] Gallesium insu-
per hic refert, & sequitur *Moron. de fide, tre-*
gua, & pace quæst. 11. num.6. vbi dicit idem
seruati in Curia Anconitana, scilicet quòd
hæc obligatio executioni demandetur, quā-
uis sit in apoca priuata, & ita ipsum iudi-
casse, licet inclinet in contrariam partem,
post *Stracc.* quem allegat. Sed tene opinio-
nem Gallesij illamq. amplia, etiamsi apoca
esset tantùm à debitore subscripta, quia vi-
gore subscriptionis danda est executio,
quando statutum mandat, quòd detur exe-
cutio contra subscribentem, vt post alios
Rota Bononien. decis. 126. sub num 11. in no-
3 *uissimis.* Verum non omittas † notare, quòd
via executiua concessa à statuto publicis
documentis cessat in apoca priuata ex latè
allegatis per *Martam de claus. par.1. claus.*
213. num.1. in vlt. edit. & regulariter scrip-
4 tura priuata † etiam recognita non habet
executionem paratam, *Castrae. de societ. of-*
5 *fic. cap. 11. num. 17.* Quod † fallit si partes
conueniant, quòd scriptura priuata habeat
virtutem oblig. Camer. nam tunc executio-
nem habebit vigore prædictæ obligationis
post *Galles. Moron. & Strac. de assecurat. gloss.*
37. vbi ita seruari dicit *Falcian. de societ.*
cap.29. nu.86. [*Marta d. iurisd. par.3. cap.5.*
num.21. Rot. coram Buratto decis. 719. num.7.
Sicut etiam partes possunt conuenire, quòd
scriptura priuata valeat in vim publici do-
cumenti, vt post alios, reprobatis contra-
rijs, probat *Genua. de scriptura priuata lib.1.*
quæst.4. num.46. & quod obligatio Came-
ralis possit extendi, etiamsi sit in apoca pri-
uata, *Barz. decis. 108 num.28.* vide tamen
latè tradita per *Genuam de scriptura priua-*
ta lib. 1. tit. scriptura, an veniat appella-
tione instrumenti per totum pagina mi-
hi 25.]
6 Nō tamen istę † apocæ, seu scripturæ pos-
sunt extendi in forma Cameræ, nisi habeāt
omnes qualitates, de quibus per Gallesium
infra num.17. & per *Castraean. de societ. of-*
fic. cap.11. in fin.
b *Nisi ea possit per scripturam probari, talem*
effectum non posset habere. Requiritur inter
7 alias conditiones † ad hoc, vt obligatio no-
stra habeat executionem paratam, quòd sit
8 in scriptis, nam si probatur † per testes caret
huiusmodi priuilegio paratæ executionis, vt
post Gallesium hic *Scaccia de appellat. lib.3.*
cap.2. q.17. limit.9. num.63. & seq. vbi pro-
pterea dicit tali casu esse agendum via ordi-
naria, [*Fontanell. de pact. nupt. tom.2. claus.6.*
Glos. 3. par.7. sub nu.63.] *Castrae. de societ.*
offic. cap.11. sub num.10. vers. contrarium
9 *tamen, vbi num.12.* vbi dicit † quod à decre-
to de extēdendo iuxta dicta testium admit-
titur appellatio, & faciunt tradita per *Petr.*
Nun. de Auendan. ad l.4. tit. de las exceptiones
num.48. vers. nona est exceptio, & rationem
assignat Gallesius hic, quia tales testes su-
per tenore instrumenti essent examinandi,
quod examen fieri non posset ante litem
contestatam, & hanc ipsam rationem post
eum ponderat *Scacc. d. limit.9. num.64. vers.*
10 *ratio est:* sed cum † hæc ratio cesset, quan-
do hæc obligatio esset contracta super ali-
quo ex ijs, in quibus litis contestatio neces-
saria non est, vt exemplificat hic Gallesius,
hæc obligatio habebit executionem paratā,
etiamsi probetur per testes, vt infra per Gal-
lesium num.6. post eum *Scacc. vbi proximè*
nu.65. & sequitur *Castrac. de societ. offic. sub*
11 *num.10. vers. nonnulli,* [nam † etiam instru-
mentum Guarantigiatum deperditum ha-
bere

bete executionem paratam, si eius tenor probetur per testes peritos, & litteratos post plurimos dicit *Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 1029. & seqq.* vbi restringit, & decla-
12 rat.] Itaque idem erit dicendum, si † ista obligatio esset probanda per testes, qui possint examinari ante litem contestatam, ad perpetuam rei memoriam, vt puta si essent senes, valetudinarij, & similes, vt per Galles. infra num. 7. *Scaccia d. limit. 9. num. 67. vbi numeris seqq.* multa exempla ad hoc adducit. *Castracan. d. cap. 11. sub num. 10. vers.*
13 *nonnulli tamen*, sed † etiã circumscriptis istis casibus, in quibus litis contestatio non est necessaria, notandum est, quòd si produceretur instrumentum cortosum, vel laceratum, vel ruptum in aliqua parte substantiali, quæ pars probetur per testes, dabitur nihilominùs executio, vt tradit Gallesius noster in præcedenti quæstione num. 2. *Scacc.*
14 *vbi proximè nu. 73.* Inde est, † quod si plura adsunt instrumenti exempla, in quorum vno adsit obligatio Cameralis, in altero autem non adsit, poterit per testes probari, quod in matrice adsit obligatio Cameralis, & tunc habebit executionem paratam, vt consuluit *Cæsar Ortinell. in quodam suo consilio de indemnit. retinen. per tot.* & præsertim *sub num. 19. inter sua consilia impressa 3. vbi sub num. 6. & plurib. seqq.* ponit quid si
15 testes deponerẽt esse in † loco nimis arcto, an censeatur addita ex interuallo, & concludit, quòd non, pluribus rationibus, de quibus ibi per eum

c *Vbi sit consuetudo.* [Vide *Addentes ad Mascard. de probationibus. conclus. 110. num. 11. vol. 1.*]

d *Pro tali approbata plenè probet, sicut est hic in Vrbe.* [Sed dubium est, an hoc statutum
16 sit ordinatorium, vel † decisorium, & illo iuuari non potest, qui non egit vigore huius statuti, sed vigore huius obligationis Cameralis, *Rota in Romana releuationis à molestijs 12. Ianuarij 1605. coram Card. Lancellotto, quæ est decisio 24. num. 3.*]

e *Ea obligatio non probabit anteriorem hypotecam &c.* [Hoc tamen non procedit quoties Iudex certus esse potest, quòd scriptu-
17 ra priuata † præcesserit instrumentum, & quòd absit suspicio fraudis, & antidatæ, tunc etiam creditor Chirographarius præfertur posteriori instrumentario, quamuis non fuerint seruata omnia requisita illius *l. scripturas.* latissimè *Rota in Rauennaten. pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram Merlino, Seraphin. decis. 789. num. 2. & seqq.*]

f *Me aliter non citato.* Aduerte hic, quòd
18 hæc obligatio † non concedit procedi ex abrupto absque partis citatione, *Scaccia de sententia. Glo. 14. q. 10. sub nu. 1. vers. & ita seruatur Romæ. Rota in causa Tiburtina domus 17. Maij 1595. coram Gipsio, quæ est decisio 154. num. 7.* [*& in Cæsaraugustana dismembrationis 16. Ianuarij 1623. coram R. P. D. Vbaldo, quæ est decisio 34. num. 8. post Ludouic. Post. in tract. mandati de manutenen.*] quemadmodum, & in executione instru-
19 menti † Guarantigiati, & confessionati, & in alijs similibus requiritur etiam citatio, *Ricc. collect. decis par. 1. collect. 103.* [At verò *Thesaur. cit. decis. 26. num. 12. vers. nam quando*
20 *agitur*, voluit † quod stilus tam quoad obligationem Cameralem, quam quoad guarãtigiam seruet contrarium per totam Ita-
21 liam, quod † nec de iure, nec de stylo, verũ apparet, nã stylus est, vt vigore huius obligationis executiuè procedatur parte citata, de quo testantur *Addentes ad Ludouisium decis. 69. sub num. 9.* Benè verum est, quòd in Ciuitate Florentiæ vigore Guarantigiæ, vel alterius scripturæ exequibilis, fit executio contra debitorem non citatũ, & inauditum, *Scaccia de sententia. Glos. 14. q. 10. num. 6.* sed licet in obligatione nostra requiratur ci-
22 tatio] tamen illa tribuit facultatem † procedendi per audientiam contradictarum, absque eo quod principalis personaliter, vel domi ad iudicium vocetur, *Rota in Romana seu Bracaren. pecuniaria 2. Decemb. 1594. coram Orano infra decis. 115. num. 8.* sed citan-
23 do partem, † non requiritur vt citatio sit personalis, & quando hoc procedat, *Put. decis. 172. lib. 1. in nouis impress.* [*Rot. in Romana census, seu depositi 26. Ianuarij 1646. coram R. P. D. Meltio, quæ erit inter impressas decis. 191.*]

g *Cum formali iuramento extendi.* Et meri-
24 tò, quia † hæc obligatio continet iuramentum, *Marta de praeuention. Tribun. Vrbis Romæ c. 2. sub n. 4. vers. item monetur. Rota in Romana vineæ, & saluiani de Ruscionibus 17. Februarij 1612. coram Card. Sacrato, quæ est decisio 3. num. 14.* Immo, vt aliàs notaui, duplex in ea continetur iuramentum, *Rota diuers. decis. 800. num. 4. lib. 3. par. 3. Marchesan. de commiss appellat. ab hac obligat. cap. 16. num. 13. par. 1. in 2. edit.*

25 Sed si hæc † obligatio esset apposita in apoca priuata dubitatur, an tunc iuramentũ contineat, Gallesius hic refert varias opiniones

niones, quarum prima est, quòd possit extendi cum iuramento, & dicit, quòd ipse hoc vidit, scilicet extēdi obligationem Cameralem contentam in apocha ptiuata cum iuramento, stantibus solùm illis verbis, *me obligo in forma Cameræ*, quasi per relationem ad eam scribens videatur iurasse. Alij verò, vt ipse addit, tenuerunt, quod non sufficiant prædicta verba, *me obligo in forma Cameræ*, sed requiratur iuramentum, & propterea ipse titubat, & addit in sua formula verba hæc, Prout ex nunc iuro per Deum. Ego autem contrarium credo verum, scilicet, quòd obligatio Cameralis possit semper extendi cum iuramento, nam cum habeamus claram Rotæ, & gra-
26 uissimorum DD. auctoritatem, quòd † in illa contineantur duo iuramenta, & quòd nō sunt explicata, sed includuntur in formula eius obligationis, vt fuit dictum in causa *Aretina commenda 1. Iunii 1587. coram Orano*, hoc falsum esset, si requireretur explicatio ipsius iuramenti. Adde, quod si iuramentum esset explicatum, frustra contineretur in obligatione Camerali, nam adesset per se ipsum; immo si esset explicatum, non posset dici contineri in ipsa Camerali obligatione, de stylo tamen hæc obligatio non extenditur cum iuramento, si iuramētum ibi non est, *Tiber. in praxi lib. 1. cap. 29. in fin.*

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An creditor cogere possit debitorem ad faciendum instrumentum obligationis in forma Cameræ de debito.*

2 *Guarantigia non in plus obligat, sed efficacius.*

3 *Ratio, cur obligatus possit cogi ad obligandum se creditori per instrumentum de debito.*

4 *Recusans obligari per instrumentum paratam habens executionem turpitudinem suā detegit.*

QVAESTIO XXVIII.

1 POtest † hic non ineptè quæri, supposito quòd creditor possit cogere debitorem ad faciendum sibi instrumentum obligationis debiti, secūdum Bart. & communiter Doct. in l. si pupillus, in prin. ff. de nou. & no. per gl. & Doct. potiss. per Fel. in vlt. col. in cap. significauerunt, de testi. An similiter cogi possit, vt faciat tale instrumentum cum hac obligatione? *a* Ang. & Imo. in d. l. si pupillus. loquentes de forma guarantigiæ tenent quòd non, ea ratione, quia grauaretur in eo, quo non esset obligatus: quoniam scilicer per formā guarantigiæ posset contra eum incipi ab executione. benedictus de Barzis, in tractatu guarantigiæ, in quinta quæstione primæ partis, firmat partem contrariam, motus ea ratione, quia præsupposita consuetudine faciendi similes obligationes, subinfert, quod debent poni omnes clausulæ consuetæ, iuxta doctr. Bar. in l. fi. in prin. in l. si fraudator, ff. de his quę in fraud. cred to ad ra-
2 tionem Ang. & Imol. respondet, quod † per guarantigiam non dicitur debitor in plus obligari, sed efficacius *b* vt dixit Rom. cons. 121. circa primum, col. 1. & Bal. in l. i s qui accessionis in 1. q. ff. de fideiuss. vbi propterea tenuit, quod licet regulariter fideiussor non possit in plus obligari Instit. de fideiuss. §. præterea. l. græcè, §. 1. ff. de fideiuss. tamen potest obligari instrumento guarantigiato, quamuis principalis illo non sit obligatus. Ego non vidi quæstionem hanc de facto in iudicio agitari, sed si occurreret, approbarem
3 partem affirmatiuam cum † Benedicto (salua Ang. & Imol. reuerentia) addendo vltra dicta per Benedictum, quod illa ratio, per quam moti fuerunt Doct. ad communiter tenendum, quod debitor per instrumentum non obligatus cogi possit facere instrumentalem obligationem, videlicet quia si debitor denegaret id facere velle, non posset in alio fundare denegationem, nisi dicendo, quod per instrumentum facilius probabitur cōtra eum debitum, quam sine instrumēto: in quo secundum Doct. non esset audiendus, quia diceret turpitudinem suam, l. transactione finita, C. de transact. Bald. in l. instrumenta. C. de fideicom. Bar. in l. si quis accepto, ff. de condict. ob causam, illa inquam ratio non minus procedit hoc casu,
4 † quia si debitor dicat nolle facere instrumentū, per quod habiturus sit contra se paratam executionem, diceret turpitudinem suam, significando quòd licet sit debitor, tamen vult posse distrahere creditorem per moras, & cauillationes triū instantiarum: quid enim aliud est dicere, quod non vult habere contra se instrumentum, cuius parata sit executio?

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an cogi possit ad faciendum instrumentum cum oblig. Camer.*

2 *Notarius an possit cogi vigore memoriæ societatis ad faciendum instrumentum cum oblig. Camer.*

3 *Obligatio Cameralis in plus non obligat partes, sed efficacius.*

4 *Obligatio Cameralis operatur idem, quod res iudicata.*

5 *Obligatio Camer. apponenda est in instrumē. to stante consuetudine illam apponendi.*

6 *Idem in Guarantigia, constituto, & præcario.*

7 *Obligatio Camer. solet apponi in instrumentis societ. officij, licet sine illa talia instrumenta habeant executionem paratam.*

8 *Obligatio Cameralis, Guarantigia, & similes*

les regulantur secundum naturam contractus, cui accedunt.

9 *Et recipit easdem conditiones, & subintelligitur clausula, si ita est.*

10 *Obligatio ista, quæ fit à titulari ad fauorem pensionarij quomodo intelligatur.*

11 *Obligatio Cameralis non facit vt censeatur renunciatum iuri inquilinatus, vt hic.*

12 *Obligatio Cameralis facta pro solutione pensionis vltra formam supplicationis reducitur ad illam.*

13 *Obligatio Cameralis est accessoria reseruationi pensionis, & recipit easdem cõditiones.*

14 *Obligatio Cameralis non validat resignationem simoniacam.*

15 *Obligatio Cameralis non validat contractum nullum.*

16 *Gratia pẽsionis vbi esset subreptitia, hæc obligatio nulla foret.*

17 *Oblig. Camer. addita in contractu census illum non vitiat contra Nauarrum.*

18 *Oblig. Camer. posita in obligatione de iudicatum soluendo, vel de soluendo ad omne mãdatum Domini, non tollit appellationem, vt hic.*

09 *Obligatio Cameralis non impedit purgationem moræ, stante æquitate canonica.*

20 *Obligatio Camer. de soluendo fructus, & expensas in iudicio, non impedit recursum ad signaturam in casu, de quo hic.*

21 *Camer. obligatio non facit quod plures obligati possint conueniri insolidum.*

22 *Hac oblig. non obstante potest conductor recedere à domo per superuenientem dignitatem.*

23 *Hac obligatio expirat, & iuramentum, annullata dispositione, super qua ponuntur.*

24 *Non censetur per renunciationem in hac obligatione contentam omni legum auxilio, renunciatum beneficio cedendarum.*

25 *Hac obligatio non operatur renunciationem beneficij l. 2. C. quod cum eo.*

26 *Fideiussor potest obligari sub hac forma, licet principalis non obligetur.*

27 *Hac obligatio non operatur, vt creditor quantitatis possit propria auctoritate ingredi possessionem bonorum debitoris.*

28 *Hac obligatio non operatur, vt solutio tacitè, vel expressè certo loco destinata, vbique sit facienda.*

29 *Per hanc obligationem non censetur renunciatum dispositioni l. sancimus. C. de fideiuss.*

30 *Senes, & mulieres sub hac forma obligati non possunt carcerari.*

31 *Hac obligatio apposita in compromisso non impedit quod non possit dari de iniustitia laudi.*

a VT *faciat tale instrumentum cum hac obligatione*. Vtilis, & practicabilis est
hæc quæstio, sæpe enim à partibus fiunt capitula, in quibus vt plurimùm solent conuenire, vt de illis fiat instrumentum, oriturq. sæpè controuersia, an sit apponenda obligatio Cameralis, Gallesius hic (quem plures alios allegando sequitur *Gratian. discept. foren. cap. 24. num. 9.* vbi de Guarantigia) dicit, quòd debitor † potest cogi ad fa-
1 gia) dicit, quòd debitor † potest cogi ad faciendum instrumentum cum hac obligatio-
2 ne, sed poterit nec † cogi Notarius ad faciendem instrumentum cum hac obligatione, si in memoria societatis diceretur, quòd aliàs fuit confectum instrumentum, vigore talis memoriæ? hoc disputat *Castracan. de societ. offic. cap. 11. nu. 20.* quoad debitorem autẽ, quod cogi possit rationem assignat Gallesi.
3 quia hæc obligatio† non obligat partes in plus, sed efficaciùs, quam opinionem refert *Grauut. Theorem. 9. num. 12.* licet ipse nihil decidat, sed dicat tantùm stare litem sub Iudice. Verum pro opinione Gallesij plures allegat *Felician. de societat. cap. 29. num. 87.* sed opinionem contrariam, quam tenet Rota comprobat num. eodem vers. sed contrarium, vbi rationem assignat, quia debitoris
4 conditio longè deterior† efficeretur, operatur enim ista obligatio idem quod res iudicata, vt post *Turret. & alios Marta de clausul. par. 1. clausula 297. num. 5. in vlt. edit.*
5 sed † stante consuetudine non faciendi instrumenta, nisi cum obligatione Camerali, omnes admittunt, illam esse apponendam, vt post *Nauarr. & alios Felic. de societ. cap.*
6 *29. nu. 91.* & † loquendo de Guarantigia, & præcario *Marta vbi proximè clausula* 276.
7 *num. 4. in vlt. edit.* & cum, vt dixi, † hodie de consuetudine hæc obligatio soleat apponi in omnibus instrumentis, vt loquendo de instrumentis societ. offic. (quamquam etiam illa circumscripta haberent executionem paratam) dicit *Leonell. super Bulla Pij IV. de societ. offic. Glos. 22. vers. licet autem sine dubio*, vbi talis consuetudo viget est apponẽda. At verò pro contraria parte, scilicet, quòd nõ possit cogi debitor ad faciendum instrumentum adiecta hac obligatione plures refert supra citat. *Grauut. ibid. num. eod. vers. sed in contrarium*, quam opinionem tenet *Rota in causa Bononien. census 24. Aprilis 1600. coram Penia, quæ est decisio 57. n. 6.* & in terminis Guarantigiæ plures refert *Tiraquell. de retract. lignag. §. 29. glos. vlt. nu. 2.* & rationem assignat Rota, quia alteraretur obli-

obligatio, cùm per eam tollatur processus
per tres cònformes, à qua opinione ego pro-
pter Rotæ auctoritatem non auderẽ rece-
dere, cum sit etiam optima ratione munita,
illam tamen limitarem, vt non procedat,
quando in loco adesset consuetudo non fa-
ciendi instrumenti, nisi cum obligatione
Camerali, tunc enim cogi potest debitor ad
faciendum instrumentum cum hac obliga-
tione, *Grauut. post alios dicto Theor. q. nu. 13.*
& in terminis Guarantigiæ tenet *Benedict. de
Barzis in tractat. suo de Guarantigia in 5. q.
par. 1.* quem refert *Gallesius hic num. 1.* [Ista
autem consuetudo circa eius probationem
requirit magnam discussionem, *Fontanella
de pact. nupt. claus. 6. Glos 1 par. 4. nu. 28. to. 2.*]
Aduerte tamen, quòd difficile esset obtine-
re executionem vigore Guarantigiæ, & hu-
ius obligationis, quando non legeretur in
instrumento sub prætextu, quod stante con-
suetudine debuisset apponi, & in Catalonia
nunquam quid tale practicatum dicit *Fonta-
nella d. num. 28.* sed profectò hæc consuetu-
do de præsenti vbique viget, præsertim in
Statu Ecclesiastico, *Mancin. de confess. cap. 1.
sub num. 38.* sicuti, & de consuetudine Gua-
rantigiæ per totam Italiam dicit *Marta de
iurisd. part. 4. cas. 1. num. 1.* & nil mirum si
in *d. Bononien. census* decisum fuerit, quòd
non poterat cogi ad faciendum instrumen-
tum cum hac obligatione, quia in Ciuitate
Bononiæ, vt ibi dicitur, non solet apponi
hæc obligatio, hodie tamen, vt audiui, cõ-
trarium seruatur etiam Bononiæ, & ego vi-
di multa instrumenta inde allata, atque om-
nia cum obligatione Camerali, [in Ciuitate
autem Florentiæ non habet locum prædicta
consuetudo apponend. obligationẽ Came-
ralẽ in instrumentis, quia notarijs prohibi-
tum est illam apponere, *Francisc. Rotilenz.
in summa formul. part. 4 cap. 176. num. 25.*]
8 *b Sed efficacius.* Sicut† nec obligatio Ca-
meralis in plus obligat partes, sed efficaciùs,
*Burs. cons 361. nu. 33. lib. 4 Paris. de resignat.
benef. lib. 1. q. 8. num. 13. Scaccia de appellat.
lib. 3. cap 2. q. 17. limit. 2. num. 73. circa finem.
Grattan. dis ept. for. cap. 682 num. 1. Giurba
decis. Siciliæ 32. num. 28. Rota decis. 33 nu. 4.
post tract. Cincij de censib. Rota in Romana tri-
ginta millium 3. Decembr. 1599. coram Iusto,
quæ est decisio 83 num. 10. Maceraten. bonorũ
1. Februar. 1602. coram eodem, quæ est decisio
17. num. 5. & in Romana pretij domus 16. Iu-
nij 1600. coram Litta, quæ est decisio 77. nu. 2.
& in Romana fideiussionis 9. Decemb. 1615.*
coram Vbaldo, quæ erit decis. 220. post tract.
ista enim obligatio, Guarantigia, & similes
regulantur secundum naturam contractus,
cui accedunt, itaut si non valet contractus
oblig. Camer. seu Guarantigiæ nihil opere-
tur, vt de Guarantigia. *Gabr. de claus. concl.
10. in princ.* & recipit hæc obligatio easdem
9 † conditiones, & subintelligitur clausula, si
ita est, vt post alios *Gratian. discept. foren.
cap. 508. sub num 19.* & propterea quando
10 † fit à titulari ad fauorem pensionarij intel-
ligitur, si præces veritate nitantur *Rota in
Asculana pensionis 7. Febr. 1586. coram clar.
mem Card. Pamphilio,* & tanquam accessoria
ad pensionem ab ea regulari debet, nec vl-
tra extendi, *Rota in d. Asculana pensionis.* Et
idem dicitur de iuramento, nempè quod nõ
in plus, sed efficacius obliget. *Mancin.* post
alios *de iuram. par. 4. effect. 24. num. 2.* Inde
licet hæc obligatio aliàs plurimum arctari
11 consueuerit † *Iac. Philipp. Port. cons. 22. nu-
mer. 16.* non tamen operatur quòd per pro-
missionem de restituẽdo rem vacuam, libe-
ram, & expeditam, censeatur renunciatum
iuri inquilinatus, vt de iuramento fuit deci-
sum *in Romana pensionis domus 24. Nouembr.
1603 coram Card. Sacrato, quæ est decisio 90.
num. 3.* Inde secundo hæc obligatio facta
12 † pro solutione pensionis, vltra formam
supplicationis reducenda est ad illam, *Sar-
mien. select. lib. 1. cap. 11. nu. 2.* [*Gratian. di-
scept. foren. cap. 500. sub nu. 19.*] & decisio-
nes ad hoc allegat *Tiber. in prax. lib 3. cap. 5.
vers. obligatio enim,* cùm non plus debeat cẽ-
seri esse in promissione, quàm sit in reser-
uatione, *Rota in Legionen. pensionis 5. Iunij
1605. coram Reuerendiss. D. Lugdunen. quæ est*
13 *decisio 80. num. 5.* † Etenim hæc obligatio est
accessoria principali dispositioni, & reserua-
tioni pensionis, & recipit easdem conditio-
nes, & subintelligitur clausula, si ita est,
*Gratian. vbi proximè sub num. eodem, Rota in
Firmana pensionis 14. Decemb. 1592. coram
Card. Mellino, quæ est decisio 46 num. 1.* In-
14 de † tertio hæc obligatio non validat resi-
gnationem simoniacam, *Staphil. de litt. grat.
fol. mihi 183. vers. stylus signaturæ. Paris. de
resignat. benefic. lib. 14. q. 1. num. 11.* Inde
15 † quarto non validat contractum nullum,
nec facit exequi, quod non est *Franc. Mo-
nald. cons. 103. num. 11. & 12. Rot. in Arimi-
nen. dotis 4. Maij 1646. coram Reu. P. D.
Verospio, quæ erit in fine operis decis. 203.*
16 † & propterea si gratia pensionis esset sub-
reptitia, hæc pariter obligatio nulla foret,

Tiber in praxi lib.3.cap 5. vers nam si gratia.

17 Inde quinto, vt † notauimus supra in proem. num.2. & seq. non vitiat hæc obligatio contractum census, vt contra Nauarrum defendit *Boccac. de censib. par.2. nu.38. & in comment. de vsur. nu.116.* [*Thom. Bovinsign. de censib. cap.10. num.3.* & videtur sentire *Bon. eod. tract. art. 32. num.58. vers. at hic dubitatio. Mich. Salon. de contract. & commerc. tit. de censib. titul. 3. controuers. 16. vers. quinto insinstum.* contra istos sequendo, *Boccac.* hic allegatum *Federic. Mart. ae iure cens. cap.6.num.350.* defendit *Cincius de censib.par.2. cap.1.q.3 art.5.num.39.* vbi quia ista obligatio non tendit ad subuersionem Bullæ Pij V. sed ad faciliorem executionem post *Azor. instit. moral par.3. lib.10. cap.3.q.4* qui mouetur ex quo ista obligatio tolleratur à Summo Pontifice, & est vsitata in Curia ob meliorem obseruantiam]

18 Inde sexto hæc forma apposita in obligatione de soluendo iudicatum, vel de soluendo ad omne mandatum Domini, non tollit appellationem à sententia, quam Iudex proferret, quia non mutat naturam promissionis, sed eam arctiorem reddit, immò cum iudicatum euanescat per appellationē, euanescit etiam ista obligatio, *Scacc. de appellat. lib.3.c.2. q.17.limit.2.n.73. circa fin.*

19 Inde septimo nō impedit † hæc obligatio purgationem moræ stante æquitate canonica, vt contra *Put decis.465. tenuit Rota in Romana vinea* 3. *Aprilis* 1598. *coram Orano.* [*Mangil. in tractat. de subhastat. & licitat. quæst.101. num.15. Addentes ad Ludouis. decis.559. sub num.10.* vbi limitationes affert, & hæc Rotæ opinio corroboratur ex eo, quòd neque iuramentum impedit talem purgationem de æquitate canonica, vt post plures, quem allegat seruari ita dicit *Vrsill. ad Afflict. decis. 174. num.25.* vbi quod & ipse ita seruari vidit in sacro consilio inde ab anno 1564. addens num.3. hunc esse ritum magnæ Curiæ Vicariæ, quando præsentatum instrumentum secundum formam ritus, vt ibi latiùs per eū quem sequitur *Mangil. in d. quæst.101.num.17.*]

20 Inde octauò hæc † obligatio de soluendo fructus, & expensas in iudicio attentatorum non impedit, quod taliter obligatus nō possit obtinere commissionem, quòd constito de paupertate, fructus, & expensæ reseruentur in fine litis, quia dicta obligatio intelligitur si, & quatenus de iure tenentur illas reficere, tunc non essent reseruandæ in fine litis, *Lancellot de attentat. par.3.cap.20. de prælatione attentatorum num.76. & seqq.*

21 [Inde nonò † non facit hæc obligatio, quod plures obligati possint cōueniri in solidū, quando non est apposita hæc clausula in solidum, *Gratian. discept. forens. cap.682. in princ.*

22 Inde decimò cū conductor per superuenientem dignitatem possit recedere à domo conducta, poterit quoque non obstante hac obligatione, & iuramento, *Gratian. ibid. cap.740. in princ. & num. 42.* aliosq. ad hoc allegat *Mangil. de euictione q.150. num.20, & seqq.*

23 Inde vndecimo hęc † obligatio, & iuramētum expirant, annullata dispositione, super qua ponuntur, *Gratian. ibid. cap.715. nu.17.*

24 Duodecimo per hāc † obligationē, & renunciationem omni legum auxilio non cēsetur denunciatum beneficio cedendarum, *Gratian. vbi supra cap.799.num.17.*

25 Inde decimotertio † nō operatur hæc obligatio renunciationem beneficij, *l.2. C. quod cum eo*, vt latissimè probat sępè citatus, *Gratian. vbi proximè allegato per totum*, & prçsertim *num.29.& seq. Rota in Romana nullitatis obligationis* 24. *Nouembris* 1617. *corā Buratto. Giurba decis. Siciliæ* 42. Plura vero de beneficio, ne egeat, quando competat marito, vel ne, & an illo gaudeat habens exercitium, & prçsertim Doctor Aduocatus, & similes, vide apud *Fontanell. de pactis nupt. tom.2. clausf.7. glos.3. part 1. per totam.*

26 Inde decimoquarto † licet fideiussor non possit obligari in plus, quàm principalis, potest tamen obligari sub hac forma, etiamsi principalis sub ea non obligetur, vt de Guarantigia, *Maurus de fideiuss. par.2. princip. cap.3. num.26. in fine Surd. consf.29. sub numer.23.* quia potest fideiussor efficaciùs, & arctiori vinculo obstringi, quam principalis, *Mantica de tacit. lib 16. tit.9. nu.1. Fontanell. de pact. nupt. tom 1. clausula 4 Glos.7. par.1. num 38. Rota in Romana fideiussionis ac represent.* 17. *Maij* 1595. *coram Corduba, quæ est decisio 44. num.8.*

27 Inde decimoquinto non † operatur obligatio nostra, vt creditor quantitatis possit propria auctoritate ingredi possessionē bonorum debitoris, *Rota in Bononien. spolij 15. Decemb. 1600. coram clar. mem. Card. Pamphilio, quæ est decisio 31. num.10.*

28 Inde decimosexto † hęc obligatio non operatur, quòd solutio tacitè, vel expressè certo loco destinata, vbique locorum sit facienda,

cienda, *Rota in Romana*, *seu Casenaten. fructuum dotis* 13. Iunii 1603. *coram Litta*, *quæ est decisio* 78. *num.* 6.

29 Inde decimosexto † per istam obligationem non censetur renunciatum dispositioni *l. sancimus. C. de fideiussoribus. Cavaler. decis.* 600. *sub num.* 3. *vers. neque obstat*, & *numeris seqq.*

30 Inde decimoseptimo † senes, & mulieres sub hac forma obligati, non possunt carcerari, vt de debitore Fiscali dicit *Grat. discept. foren. cap.* 506. *num.* 1. & *seqq.* & *cap.* 801. *num.* 3. itaut non valeat renunciatio, *idem d. cap.* 506. *num.* 18. & vide eundem *Gratian. ibid. cap.* 328. *per totum*, & præsertim *nu.* 24.

31 Inde decimooctauo † obligatione hac apposita in compromisso, non idcircò impeditur, quòd non possit dari de iniustitia laudi, *Cavaler. decis.* 656. *num.* 20.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An obligatus in forma Cameræ, ad se obligandum de certa summa soluenda, possit cogi vigore huiusmodi obligationis soluere, an vero tantum se ad soluendum obligare.*

2 *Statutum loquens de vendente locum non habet in volente vendere.*

3 *Aliud est agere, aliud velle agere.*

4 *Dotis promissio eandem vim habet, quam eius constitutio.*

5 *Circuitus effectum aliquem pariens nō euitatur.*

6 *Promittens se obligaturum, quando cogendus sit id præstare, ad quod se obligaturū promiserat.*

7 *Exemplum, quando circuitus aliquem effectum vtilem pariat.*

QVAESTIO XXIX.

1 QVæri etiam potest, † si producatur Instrumentum, per quod aliquis promiserit alteri obligaturum se illi ad soluendum certam summam, vel aliquid faciendum, a dicta Camerali hac obligatione, poterit ne contra illum peti dictæ obligationis executio, vt cogatur ad soluendum summam, vel faciendum rem promissam? Et prima fronte videtur posse negatiuè responderi, quia verba contractuum sunt strictè in terminis intelligenda, l. quicquid adstringendæ, ff. de verb. obl. & ad sensum patet diuersam esse promissionem faciendæ obligationis de soluendo, ab ipsa immediata promissione faciendæ solu-
2 tionis, sicut in simili habemus, † quòd statutum loquens de vendentè, non habet locum in promittente vendere a secundum Iac. But. in tr. C. de pac. pig. facit l. in bonæ fidei cum ibi no. ff. de co quod cer. loc. Alex cons. 168. stantibus veris, in fi. lib. 6. & aliud est agere, † aliud velle agere, Lam-
3 plius non peti, ff. rem rat. hab. Contraria tamen est sententia Io. And. & post Alb. Galeo. quem citat in addi. Specu. de oblig. & solu. rubr. col. 1. quem referunt, & sequuntur Alex. in l. enm fundus, in primo no. ff. si cer. pet. & Ias. in l. dominus testamento. in 4. no. ff. de cond. ind. moti ratione vitandi circuitus, de qua in d. l. dominus, & in cle. auditor. de rescript. licet ipsi Alex. & Ias. fateantur, quod multi contrarium dicerent, prout Hispan. sing. 469. incip. dixit profectò. asserit id sibi non placere per rationes superius à me relatas. Consilium tamen Neapolitanum (vt testatur Afflict. decis. 61.) per dictam
4 doctrinam Ioan. And. decreuit, † quod promissio dotis haberet eundem effectum, ac si fuisset constituta. Ego nunquam hanc speciem vidi in iudicio agitari; tamen si occurreret putarem esse distinguendum ex mente Card. in d. cle. audi-
5 tor. in 14. q. qui magistraliter docet, † quod circuitus tunc debet vitari, quando non est cum aliquo effectu: alias intercedente aliquo effectu, de circuitu non curatur, de ordi. cog. cap. tuam, qui
6 filij sint legi. cap. lator. † Sic in proposito, si circuitus cogēdi eum qui promisit se obligare prius ad se obligandum, deinde iuxta secundo loco factam obligationem ad soluendum, vel faciendū, non esset futurus cum aliquo effectu ipsi obligato proficuo: dicerem eum cogendum esse immediatè ad soluendum, vel faciendum, nec posset is hoc casu, nisi cum sua turpitudine insistere pro faciendo circuitu: secus autem si demonstraret inde sibi proficuum effectum esse prouenturum. huic distinctioni non obstant suprascripta per Hippolytum adducta, quia fateor ita esse, quod sunt diuersa promittere se facturum, & facere. Sed dico, quod æquitate suadente euitandus est circuitus, per no. in d. l. dominus testamento. secus autem vbi non concurrit æquitas, & multo minus vbi concurret iniquitas, auferreturque obligato honestū cōmodum ex circuitu sibi pro-
7 uenturum, † vt si quis promisisset facere pactum de retrouendendo, dicerem eum non posse cogi immediatè ad vendendum, cum multum intersit inter vtrumque contractum, ex pacto enim de retrouendendo datur solummodo actio personalis. nec cogitur præcisè, sed liberatur promissor præstando interesse, cum ex ipsa venditione competat ius ad rem, quod est fortius, vt latè probat, & decidit Cagnol. in l. 2. q. 65. C. de pactis inter empt. & vendit.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de vendendo facta cum iuramento, an obliget.*

2 *Promissio de vendendo, & venditio est eadem.*

a NOn habet locum in promittente vendere. Vide in hoc plurimos allegatos per *Mancin. de iuramento effect.* 195. *vbi num.* 2. multos allegat pro contraria; sed primam veram dicit *num.* 3. *Petr. Nun. de Auendan.*
1 *respons.* 27. *num.* 6. [quod † autem promis-

sio de vendendo facta cum iuramento obliget, *Thesaur. decis.223. num.7.* licet in contrariam partem alleget *Seraphin.de priuileg. iuram.priuil.23. num.* 27. & ipse huic opinioni accedat, iste autem articulus fuit discussus in causa *Romana palatii* 15. *Decemb.* 1614. *coram Card.Sacrato*, in qua Rota nihil firmauit circa hunc articulum, sed dixit obligationem Cameralem in illo casu non adesse in promissione de vendendo, & consequenter deficiebat iuramentum, quod ex illa deducebatur. Sed quòd promissio
2 de vendendo† & venditio sit eadem, quando præsertim adest iur mentum post *Surd. cons.457.num.13. & 38. lib.4. Gratian. discept.foren.cap.115.num.* 25.& plura similia ponit *Nunn. respons.27. per totum*, & vide ad materiam decisionem *Ludouisij* 28. *& ibi addentes ad plura, & præsertim num.4. Fontanell.de pact. nuptial.clausula 4.glos.9. par. 4.num.22.& seqq.* vbi in pluribus promissionibus de contrahendo, & latissimè etiam *Martius Medices inter decis. Senen. examinat.*5. vbi ad plura infert, *& decis.*12. Sed an si emptor promisit venditori facere pactum de retrouendendo, absque alio pacto possit cogi ad retrouendendum, vide *Mantica de tacit.& ambig. conuent. lib.4. tit. 31. num.18.pag.*280. Boer.*decis.*183. *num.*4.]

b *De circuitu non curatur de ord.cog.*[Vide *Vincen.de* Franch.*decis.273. per tot.* & præsertim *num.4. circa finem post* Gallesium *hic* Fontanella *de pact. nupt. clausula 4.glos.9. par 4.sub num.27. & seqq.* vide etiam Boer. *decis.18. num.13. & seqq. Tiraq de retract. comment.§. fin.q.5.num.26. Parlador.rer.quotid.lib.2.cap. fin.par.1.§.15.ampliat.6.n.17. & seqq.*]

c *Vel faciendum.* Adde *Mancinum d. effect.* 195.*num.4. & seq.* vbi contrarias opiniones refert *Petr.Nun. 2.resp.27. num.2. Seraph.de priuileg. iuramenti priuil.23. num.12. & 22.*

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *An narratio instrumenti in obligatione Camerali facta satis sit absque eo, quod instrumentum ipsum producatur.*

2 *Quando intelligatur locum habere authen. si quis in aliquo documento,* C.de eden.

QVAESTIO XXX.

1 AMplius,† nota est dispositio iuris, C.de eden. quòd si quis in aliquo documento alterius faciat mentionem documenti, illi non creditur, nisi aliud documentum (cuius memoria in secūdo facta est) proferatur, aut alio probationis genere veritatis demonstretur. Ponamus quod in instrumento obligationis, cuius petenda sit executio, narretur alterius instrumenti tenor, ex quo nascitur, seu fundamentum habet actio, & obligatio originalis; v.g. petitur executio contra fideiussorem vigore instrumenti obligationis per eū factæ, in quo narratur tenor instrumenti principalis, cuius causa fideiussor accessit, an oporteat exhibere ipsum principale instrumentum, an vero sufficiat illius narratiua? a Communis est omnium Doct. sententia in l.sciendum. ff. de verborū obligation. vbi potissimum Alex. col.2. qui citat antiquiores. & Ias.& alij, quod si narratiua est clara, sufficiat sine exhibitione principalis b per glo.d.l.sciendum,& dicunt non obstare d.au-
2 then. si quis in aliquo,† quia illa procedit inter alias diuersas personas. Sed inter ipsos contrahentes narrata in instrumento probant l. optimam. C. de contrahen. & commit.stipul. Et tenenda est dicta conclusio, dummodo ex narratiua clare habeatur sensus instrumenti narrati, & quoad præiudicium contrahentium tantum, secus quoad præiudicium aliorum; quod etiam latè cōprobat in casu suo Socin.cons.266. in princ.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, in quo aliud enunciatur non potest habere executionem, nisi producatur instrumentum enunciatum, declara vt n.3.*

2 *Nulla est referentis virtus si non apparet quanta sit virtus relati.*

4 *Error exempli potest probari per extensionem summary.*

1 a AN *vero sufficiat narratiua.*[Et† quod nō sufficiat simplex narratiua, sed requiratur, q in ius proferatur illud instrumentū enunciatū ad effectū, vt enuncians possit hābere executionē probant *Alciat. in l.ubi autem nō apparet n.11.ff.de uerb.oblig. Mascard, de probat.conclus.*1005. *n.11.Dec. cons.*503. *num.4.Vant. de nullitate tit. defect. process numer.*105. Alex.*cons.3. vol.2. Magon.decis. Lucen.*96. Cacherau. *decis. Pedemont.39. nu.*4.

2 Nulla † namque est referentis virtus quotiescumque non apparet quanta, & qualis sit virtus relati Magon. *decis.96. num.10. et decis.24. num.*52. quia virtus declaratiua referentis à relato sumitur, & relato non apparente referens nihil operatur.

3 Contrariam † tamen sententiam videtur tenere hic noster Gallesius, ideoque ad concordandas opiniones ita distinguendum est videlicet, Quod aut substantia instrumenti cuius

cuius petitur executio contineatur in alio enũciato, & tali casu procedit opinio, quod non sit danda executio instrumento enunncianti, nisi appareat enunciatum, quia, cum hoc casu diceretur accessoriũ ad illud aliud enunciatum, & sic, deficiente principali, & accessorium quoque corrueret.

Aut vero instrumentum non adhęret alicui alio, licet de alijs casualiter mentionem faciat, non autem principaliter, & tunc tali instrumento non est retardanda executio, Licet non exhibeatur instrumentum enunciatum *Alex. d.conf.3.num.*12. *Ias. in l. admonendi num.*29. *in pralect. ff. de iureiuran. Boer. decis.*274. cum alijs relatis per *Giurb. decis.*10. *sub num.*15. & in hoc secundo casu procedit opinio Gallesij, & aliorum per eum allegator.

4 *b Sine exhibitione principalis.* Potest † tamen doceri de errore per ostensionem principalis, nec Galles. hic contradicit, vt dixit *Rot. in Romana census, seu reconuentionis* 12. *Maij* 1606. *coram Litta.*

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Pro vsurario debito non datur executio.*
2 *Instrumenti executio ante euentum, vel tacita conditionis non datur.*
3 *Pro quantitate expressa in instrumento, quamuis ad calculi meliorem rationem reseruata datur executio.*
4 *An instrumentum promissionem incerti continens, non liquidato incerto, mandetur executioni.*
5 *Qui ex testamento agit non dicitur agere ex instrumento liquido.*
6 *Paria sunt instrumentum esse liquidum, vel breui liquidandum.*
7 *In executione instrumenti Cameræ cum necessaria est liquidatio, omnes legitimæ exceptiones cõtra ipsam liquidationem opponi possunt.*
8 *An pro ijs, quæ tantum ex sententia colligi possunt, obligationis Cameralis executio peti possit*
9 *Regula, quod de vno affirmatur, de alio negatur, & quod de vno negatur, de alio affirmatur, quando locum habeat.*
10 *Instrumenti factum continentis executio peti non potest pro interesse.*
11 *Instrumentum continens simpliciter promissionem ipsius interesse, mandandum est executioni.*
12 *Cum petitur executio pro non expressis in instrumento, quando concedenda.*
13 *An etiam pro ijs, quæ non ex litera instrumenti, sed ex intellectu percipiuntur detur executio.*
14 *Pro illatis contingenter, vel persuasiuè ex instrumento, an executio detur.*
15 *Via executiua non potest competere, nisi pro expressis in instrumento obligationis Cameralis.*
16 *Actionis, & exceptionis diuersa est ratio.*
17 *Ante diem certum in instrumento appositum non potest peti executio.*
18 *An contra conductorem obligatum in forma Cameræ pro pensionibus postea tacitæ reconductionis possit via executiua procedi.*
19 *An post prorogationem termini ad soluendum factum à creditore debitori obligato in forma Cameræ, debitor eodem modo remaneat obligatus.*
20 *Prorogatio termini ita videtur cũ eisdem qualitatibus facta, vt etiam vinculum iuramenti duret.*
21 *Iussus Titius sub pœna excommunicationis soluere post certum terminum, nec soluens incidit in excommunicationem.*
22 *Ob temporis prorogationem nihil de prioris obligationis qualitate immutatur.*
23 *Fideiussor ad certum tempus obligatus liberatur, facta sine eo temporis prorogatione, secus si simpliciter obligatus sit.*
24 *Qualis debeat esse temporis prorogatio, ne quid priorem obligationem mutet.*
25 *An lite pendente super absolutione iuramenti, ad eiusmodi iuramenti executionem procedi possit.*
26 *Inhibitio à iudice nullitatis obligat. Cameralis facta iudici ordinario executori non impedit, quin exequatur ipsam obligationem.*

QVAESTIO XXXI.

SEcunda consideratio versatur potissimum circa ea, de quibus antea in expositione quartæ particulæ obligationis locuti sumus; possent ne contra productum instrumentum opponi, an non: ideo ibi dicta, non est opus hic repetere, sed tantummodo addam alia quædam ibi non dicta.
1 Veluti est illud, † quòd pro vsurario debito non datur executio, *a* vt tenet Barzius in d.tract.guarantigiæ q.38. Laurus Rodulphus in tract. vsurar. q.135. in fin. ver. vnum tamen volo, & Dec. in cap.ex parte 2. col.fin. in 28. fallen. de offic.dele-
2 gat. Et † illud, quod quamuis executio instrumenti non detur, nisi prius appareat euenisse conditionem, sub qua fuit contractus initus, etiã si sit conditio tacita, vt in promissione dotis, cui tacita inest conditio, si matrimonium consequatur. Et in instrumento confessionis dotis receptæ, si eius vigore mulier soluto matrimonio dotem repetat, cui inest cõditio, si solutum est matrimonium, vel venit dies restituendæ dotis Bal. in l.cum in testamento. C.de testam.manum. per text. in l.ille, ff. de ver. oblig. vbi Ias. in 9. not. adducit, l.2. & quæ ibi not.Bart. C.de sent.quæ si.cer. quanti.facit l.ea stipulatus, §. quod si ab inuito. ibi, nisi demonstratum sit.de verb.obligat.idem Bald.in l. si causam. col. fin. ver. or.modo quæro. C.de exe.rei iudic.Alex.cons.119.col.1. lib.1.Roman.cons.211.allegat. Doct. in fin. Soc.cons.51. præstantissime Doctor.col.3.ver.confirm.& col.4 vers.8.confirm.lib.1. & Aretin. cons.132. diligen-
3 ter consideratis. in primo dub. † Tamen si in instrumento fuit promissa certa quãtitas, cum hoc quod si facto calculo de minori quantitate appa-

reat, illa tantum debeatur, vel nisi ex calculo ra-
tionis aliter appareret, nihilominus ante factum
calculum pro illa quantitate expressa instrumē-
tum habebit executionem paratam, Dec. post
Soc. in l. pecuniam quā col. 2. in 4. nota. ff. si cer.
pet. & in l. quibus diebus, §. quidam Titio. in fin.
ff. de condit. & demonstr. per glo. in l. 2. ff. de in
diem adiect. refert & sequitur Tho. Grammati-
4 cus d. cis. 58. num. 10. & 11. & illud, † si obligatio
contineat incertum aliquid præstandum, an pe-
ti possit executio, non liquidata prius illa incerti-
tudine. In quo articulo, duplicem animaduerti
esse tactam distinctionem. Prima est, an incer-
tum illud præstandum, sit ius vniuersale, an par-
ticulare: si sit in vniuersale, veluti hæreditas, & si-
milia tunc intrepide peti possit executio. ita cō-
cludit Roman. cons. superius citato 211. per ra-
tiones ibi adductas. Si autem obligatio continet
ius incertum particulare, tunc secundum Imol.
in l. 1. de leg. secundo. si id, quod petitur, potest de
facili declarari. potest ab initio peti executio, &
simul in eo processu fieri liquidatio, quemadmo-
dum tenuerat Bart. in fin. Sed si non posset bre-
ui liquidari, ante factam liquidationem non pe-
tatur executio, quod ibi tenuerat Bald. refert &
sequitur Aretin. instit. quib. mod. re. contra. obli.
in fin. princip. sed in casu nostræ obligationis (vt
patebit ex dicendis in sequenti particula) nihil
refert eiusmodi sit, breui vel serius facienda li-
quidatio, dummodo fiat per legitimas probatio-
nes, & illa facta illico proceditur ad executionē.
Et secundum ante dicta facta est decisio consilij
5 Neapolit. relata per Capic. num. 48. † vbi volne-
runt, quòd licet agens ex testamento non dicatur
agere ex instrumento liquido, ex quo pro illius
effectu habendo probari debent aliqua, vt mors
testatoris, aditio hæreditatis &c. quæ probanda
reddunt instrumentum illiquidum, tamen ibi de-
cisum fuit, non esse locum petitioni compromissi
vigore pragmaticæ constitutionis inter coniun-
6 ctos super rebus non liquidis faciendi, † licet mu-
lier actrix peteret legatum vigore testamēti ma-
terni, ratio fuit eius decisionis faciendæ, quia
paria sunt esse instrumentum liquidum, vel breui
liquidandum, *b* per l. fin. cum ibi not. C. de com-
pensat. Alex. in l. quidam, col. 3. ff. si cert. pet. &
præalleg. doctri. Balan d. l. cum testamento. C. de
testa. manu. prout contra in casu liquidationis
non ita breui faciendæ, locum esse petitioni cō-
promissi, non quidem super instrumento, & il-
lius executione, sed super ipsa liquidatione tenuit
Socin. in d. cons. 51. præstantissime doct. col. 2. vers.
tertio principaliter lib. 1.
7 † Qua ratione attendendum vltra ea quæ di-
cta sunt in prima quæstio 4. particulæ secundæ
principalis si instrumen. non contineat debitum
liquidum, quo casu ante omnia facienda erit il-
lius liquidatio, secundum quod dicetur inferius
in principio secundæ sequentis particulæ, dum
ea liquidatio fiet, opponi poterunt omnes legi-
timæ exceptiones de iure communi competētes,
modo tendant non contra instrumentum, sed
contra ipsam liquidationem *c* ea est doctr. Bal in
d. l. 2. col. fin. vers. or. modo quæro. C. de execut. rei
iudic. refert & sequitur Soc. in d. cons. 51. præstan-
tiss. doct. col. 2. ver. tertio confirmo. lib. 1. & Canar.
8 q. 14. † Peti autem possit necne huius obligatio-
nis executio, etiam pro ijs quæ in instrumento,
nō quidem expressa, vt ex litera legi possunt, sed
ex ipsius instrumenti sententia dumtaxat colligi
queant: quæstio est multum à DD. agitata, supe-
rius in prima quæst. 4. partic. secundæ principa-
lis, versiculo opponi possunt, locuti sumus hac
de re, quantum attinebat ad reum conuentum
volētem tali exceptione impedire executionem,
hic autem dicturi sumus id quod attinet ad ipsum
actorem volentem dari sibi executionem etiam
pro his, quæ expressis verbis non sunt exarata.
Ant. But. in cap. translato. de constit. in 4. not. li-
9 cet notet, quòd regulæ, † id quod de vno affirma-
tur, de alio negatur, & id quod de vno negatur,
de alio affirmatur, per not. in cap. non ne. de præ-
sumpt. & in l. maritus. C. de procurat. non habēt
locum, vbi tacitum sit per viam rationis, & na-
turæ connexum cum expresso, vel se habeat con-
secutiuè ad expressum, tamen postea subiungit
hæc verba, aduerte, quia non propterea, dicitur
comprehendi expresse, sed intellectiuè, quod no-
ta, si statutum velit, quod positioni respondeatur
verbis expressis, &c. & subiungit, similiter, si sta-
tutum habet, quòd instrumentum guarantigiæ
in contentis in eo habeat executionem paratam,
si instrumentum continet aliquid, per quod ne-
cessario concludatur aliud illud sequi, in conse-
cutiuo non habebit executionem paratam, & sic
10 facit, † quod si in instrumento comprehendatur
factum, executio non potest peti pro interesse,
idest (vt explicat ibi Imola) licet peti possit exe-
cutio vt ipsum factum promissum fiat, *c* tamen
potest fieri executio pro interesse in instru-
mento expresse non conuento, *d* licet illud ex iu-
ris dispositione subintelligatur, qui quidem Imol.
residet in sententia Butr. & cum Butrio, & Imo-
la sentit Ias. in l. 1. ff. de edendo, & Dec. in d. cap.
translato. & in l. certi cōdict. in prin. ff. si cer. pet.
Contrarium asserit Lud. Rom. in d. l. certi con-
dict. & hanc Alex. in l. iuris gentium. §. quod fere,
ff. de pact. dicit esse comm. opin. & Felin. in d. cap.
translato. dicit sententiam Butrij esse malè sub-
stentabilem. Sed quia (vt inferius dicam) ea
quæstio non pertinet ad huius nostræ obligatio-
nis tractatum, omissa amplitudine disputatio-
nis, puto consideratis omnibus dictis Doctorum
11 super ea sumi posse has conclusiones. † Prima
sit: quòd si instrumentum habeat rei mentionē,
tamen, veluti si est potissimum simpliciter inte-
resse non expressa summa, de quo dict. est sup. ver.
prox. vel sit promissa pœnæ certę summæ conuen-
tionales non consueuerunt in cōdemnationibus
poni, nisi quatenus concurrant cum interesse,
prout habet vsus Rotæ, & aliorum Ro. Cur. Iudi-
cum, & dicitur esse etiam vsus consil. Neapolit.
quod testatur Gramm. decis. 58. num. 7. cautumq.
est expresse statuto Vrbis in nouis reformat. cap.
25. hoc casu nemo est, qui non dicat instrumentū
etiam pro tali interesse mereri executionem (li-
cet in eo sit discrepantia) de qua nos aptiore lo-
co tractabimus infr. sequenti particula (An liqui-
datio debeat omnino præcedere, & super ea de-
beat Iudex pronunciare, an non?) vt habetur
per Bart. & omnes post glo. ibi in p. l. 1. ff. de eden.
& in d. l. certi condictio, & in alijs loc. ibi citatis.

Se-

12 Secunda conclusio, quod † vbi petitur executio pro aliquo non expresso in instru.nēto, sed quod colligitur ex consequentia expressorum, si statutum d'cat quod detur executio secundum tenorem instrum. vel pro omnibus expressis seu contentis in instrumento, aut per alia similia verba restringentia se ad verba scripta instrumenti, tūc valeat opinio tenentium contra Butrium, & sequaces, quod executio non detur, nisi pro ijs, quæ leguntur, proueniuntque immediatè ex ipso instrum. Tertia conclusio, quod vbi statutum nihil aliud dicit nisi prout habet statutum Vrb libr. 1. cap. 75. quod publica instrumenta mandentur executioni reiect s omnibus exceptionibus,
13 præterquam solutionis, &c. tunc † detur executio etiam pro ijs, quæ non leguntur ex litera, sed colliguntur intellectu ex virtute, & consequentia eorum, quæ scripta sunt, siue talis consequentia veniat ex rei natura, siue ex iuris dispositione, dummodo ea sit consequentia necessaria, idest,
14 quæ de omni, & semper verificetur. † Quarta conclusio, quod pro ijs, quæ non inferuntur necessario, sed contingenter, vel (vt dixit Fel.) persuasiue, non detur executio. Sed quemadmodum (sup. dixi) ea quæstio non habet locum in nostra obligatione: Nam hic non quærimus simpliciter, an obligatus teneatur etiam ad ea, quæ licet expressis verbis non sint exarata, veniunt tamen in eorum quæ scripta sunt necessariam consequentiam, quod quidem ego intrepidè affirmarem, sed non propterea sequitur quòd pro illis procedi possit vigore obligat. Cam. instrum. adiectæ executiuè per viam confessionis debiti &c.
15 † talis enim via executiua non potest competere, nisi pro expresse scriptis in instrum. *f* quia verba obligat. ita sonant: & in principio, ibi, pro quibus omnibus, & singulis tenendis, &c. & in mandato inserto, vbi constituitur procurator solum modo ad confitendum debitum suprascriptum, & nemo ignorat, quam strictè intelligenda de iure sint verba mādatorum itaque habet vsus, quod talis via co: fessionis debiti non pateat, ni-
16 si pro expressis in textu instrum. † Nec quemquam turbare habet id quod superius dixi competentem executionem excipi posse etiam de ijs quæ tacitè sunt in instrum. diuersa est enim in tali specie ratio exceptionis ab actione. l. Paul.
17 respondit. ff. de do. excep. & quæ ibi nor. † Ante diem quoque certum in instrum. appositum non potest peti executio l. 1. in prin. ff. quando di. lega. vel fideicom. ced. not. Imo. cons. 136. in causa quæ vertitur ad fin. refert Dec. cons. 39. visis his quæ
18 num. 3. † si conductor in instrum. locat. & conductæ ad certum tempus obligauit se, secundum hanc formulam, & deinde tempore illo finito, perseueret per modum tacitæ conductionis, de qua in Litem quæritur, §. qui impleto. ff. loc. an possit contra eum pro pensionibus tacitæ reconductionis huiusmodi executiuè, tanquam cōtra sic obligatum procedi blas. de nostra hac obligat. loquens in cons. 49. videretur. col. fin. ver. secundo dicitur. lib. 3. tenet non posse executiuè procedi, allegat not. per Bald. in l. legem, C. loc. idem per eadem verba ante sal. tenuerat Canar. q. 4 1. Et ita vidi iudicari, & tenuit Affl. decis. 395.
19 ... instrum. propè fi. † Si autem post contractam

sub hac formula obligat. pro summa ad certum diem soluenda creditor proroget tempus faciendæ solut. *f* an remaneat eadem obligatio, ita vt post tempus prorogatum illo non soluente procedi posse executiuè? si attenderetur doctr. in simili specie Card. in clem. 1. §. nos itaque in 5. q. de iur. iur. qui tenet per talem prorogatione n remissum esse iuramentum, videretur in casu nostro dici posse, quod sit remissus etiam rigor execut. sed tamen veritas eius articuli, secundum
20 commun. opin. est in contraria parte, † quod prorogatio videatur facta cum eisdem qualitatibus, & consequenter, quod etiam in termino prorogato duret vinculum iuramenti, nec dicatur remissum Bar. in l. 1. §. & post operis, ff. de op. no. nunc. Bald. in cap. venerabilem. de elec & in l. acceptam. q. 7. C. de vsur. Fel. in cap 1. de iur. iur. facit gl. 2. in cap. hi qui. de præb. lib. 6. & facit gl. 1. cap. fin. de præcar. quæ dicit, quod temporis prorogatio non mutat causam possessionis, & quod d. cunt Innoc. Host. & alij in cap. præterea. de ap-
21 pell. † quod si præceptum est Titio sub pœna excommunicat. vt soluat Sempronio centum, infra dies 10. si in term no prorogato non soluat Titius, incidat in excommunicat. prout etiam Fel. vbi sup. & in cap. ad aures. vers. quod autem si
22 ante. de simon. † per quæ & his similia feruatur, quod per simplicem prorogationē temporis, nihil censeatur iminutatum de priori obligatione; Quod melius, quam alibi (quantū ego viderim) declaratur in decis. Tholos. 181. vbi firmatur eadem conclusio quoad omnia etiam accessoria prioris obligationis, quæ dependent à voluntate partium, vt iuramentum, pignora, & c secus quo ad extrinseca, & extranea, vt sunt fideiussores, & similia, & ibi etiam est additio satis not. quæ
23 quoad fideiussores dicit, † quod fideiussor obligatus. vsque ad certum tempus liberatur, si facta sit eo non interueniente prorogatio temporis, simpliciter vero obligatus fideiussor non liberatur per prorogationem etiam eo ignorante factam, quia etiam nulla prorogatione facta post tempus
24 teneretur *m* † Cu iusmodi autem esse debeat prorogatio, vt non possit dici mutauisse primam obligationem, sed idem de ipsa prorogatione, quod de prima obligatione sit iudicandum, videtur mihi bene colligi posse ex ijs, quæ posuit Paris. cons. 43. prorogationes, lib. 1. vbi in summa videtur concludere, quòd prorogatio debeat esse simplex, non habens verba, & de nouo &c. neque habens vllam nouam qualitatem admixtam, & in summa, quæ nihil aliud contineat præter
25 nudam temporis prorogationem. † Si sit introducta litis pendentia super absolutione à iuramento, an interim procedi possit ad executionem huius instrumenti *n* cons. Neapolit. (vt attestatur Afflict. decis. 30.) tenuit procedi posse ad executionem per rationes per eum adductas, sed in casu nostræ obligationis, prout est vsu recepta, quæstio non habet difficultatem, quia ex ante dictis colligi potest ad effectum excipiendi non datur absolutio, & vt quis agat, absolutio petita non potest executionem impedire cum vna causa ab altera sit diuersa, & obligatio nostra etiam sine iuramento subsistere, atque executionem
26 habere possit. † Imò & si obligatus introducat litem

litem super nullitate obligationis, obtineatque per illum iudicem inhiberi ordinario futuro executori huius obligationis, non propterea impeditur executor, quin licitè possit ad executionem procedere non obseruata eiusmodi inhibitione o per easdem dictas rationes, & ita tenuit Canar.q.52. vbi citat Innoc.in cap.cum in iure super ver.de mandato, de offic. deleg. sunt enim diuersæ causæ, & inhibitio non impedit executionem, prout nec ipsa executio impedit processum causæ nullitatis, & si agens super nullitate obtinebit, pariter obtinebit etiam reuocationem executionis, & ea fuit decis. Rotæ in nouis, 280. licet per viam, refert & sequitur Philip. Franc.in cap. dilecto. col.11. ver. circa tertium, de appell. quibus in locis etiam habetur quid iuris sit, vbi nullitas proponitur coram eodem executore per viam exceptionis, qua de re satis videor mihi dixisse superius in 3. quæst. primæ partis.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio vsurarum retardat executionem instrumenti habentis executionem paratam, contrarium num.4.*

2 *Ex contractu vsurario nulla oritur obligatio.*

3 *Contractus vsurarius dicitur nullus & executionem non meretur.*

5 *Executio instrumenti guarantigiati non retardatur per exceptionem vsurarum.*

6 *Exceptio vsurarum præsumitur opposita per calumniam ad retardandam executionem.*

7 *Vsura exceptio non impedit manutentionem in possessione exigendi.*

8 *Exceptio prædicta quando est turbida non retardat executionem.*

9 *Vsura quando ita clara est vt tergiuersari non possit retardat executionem, contrarium num. 10.*

11 *Executio non retardatur prætextu, quod contractus sit vsurarius si adsit obligatio Cameralis, vel iuramentum, contrarium num.12. declara vt num.15.*

13 *Iuramentum contractui nulli adiectum nihil operatur.*

14 *Iuramentum non extendit obligationem, nec validat contractum nullum, sed fortiùs ligat pro obseruantia contractus validi.*

16 *Executio obligationis Cameralis, an impediatur causa litis pendentia de vsura coram Iudice Ecclesiastico, & quid inter mercatores, num.18.*

17 *Inhibitiones in Vrbe siue iusta siuè iniusta veniunt timenda.*

19 *Qui accepit in solutionem credita exigenda, & in casu, quo non possit exigere, vel non exegerit teneatur cedens credita vt contra illum agi possit, debes ostendere quantum exigere non potuit.*

20 *Et talis demonstratio non exactionis fieri debet ante relaxationem mandati.*

21 *Obligatio Cameralis vbi adest pro summa expressa, & pro quauis alia vt hic, pro expressa non denegatur executio, contrarium, vbi debitor se obligaret, vt hic num.25.*

22 *Executio liquidi non retardatur propter illiquidum.*

23 *Tutor via executiua cogitur ante redditas rationes reddere res inuentariatas.*

24 *Certa quantitas promissa in instrumento, pacto adiecto, quod si facto calculo reperiatur minus deberi, non censeatur promissa, ante factum calculum peti non potest.*

26 *Liquidari breui posse quãdo dicatur, remissiuè*

27 *Clausula, ita quod faciendo possibilia &c. & clausula cum effectu &c. non adsunt in obligatione Camerali.*

28 *Pro interesse agi non potest vigore huius obligationis, quando fuit promissa ratificatio, illa non secuta.*

29 *Executio obligationis Cameralis, an & quãdo competat pro virtualiter in dispositione contentis.*

30 *Executio petitur etiam pro interesse.*

31 *Promittens restituere frumentum, si in tempore non restituit cogitur ad illius restitutionem ad rationem quantiplurimi licet nihil de hoc fuerit dictum in instrumento.*

32 *Hypoteca vigore huius obligationis competit etiam pro interesse.*

33 *Interesse vbi est liquidum de sui natura, & permissum loco rei tradendæ, datur pro illo executio.*

34 *Interesse vbi est simpliciter promissum loco rei tradẽda potest pro illo agi vigore guarãtigiæ*

35 *Pro interesse expressè non promisso agi potest vigore huius obligationis.*

36 *Interesse etiamsi non sit liquidum potest pro illo peti executio.*

37 *Appellare licet vbi iudex liquidat interesse, etiãsi pro illo agatur vigore huius obligationis.*

38 *Executio obligationis Cameralis non competit, nisi pro expressè scriptis in instrumẽto.*

39 *Appellatio est licita, vbi vigore huius obligationis relaxatur mandatum pro aliquo non expresso in instrumento.*

40 *Statutum dans executionem paratam instrumento intelligitur quoad expressa.*

41 *Executio huius obligationis non competit pro his quæ veniunt ex interpretatione iuris, intellige vt num.42 et 43. contrarium nu.44.*

45 Le-

45 *Depositarius adstrictus vinculo huius obligationis pro restitutione bonorum simpliciter potest etiam vigore illius cogi ad restitutionem fructuum.*

46 *Instrumentum habens executionem paratam mandatur executioni etiam pro his quæ tacitè insunt.*

47 *Executio huius obligationis competit pro enũciatis in instrumento.*

48 *Executio huius obligationis competit pro restitutione dotis in casibus, de quibus hic.*

49 *Dotis restitutio vbi est ennunciata in instrumento Camerali obligatione vallato pro illa agitur executiue, amplia vt num. 50.*

51 *Executio datur etiam pro dote putatiua, & matrimonio nullo existente.*

52 *Cõductor sub hac forma obligatus ad solutionem pensionis vsque ad certum tempus, an teneatur executiuè pro pensionibus tacita reconuentionis, & num 53.*

54 *Executiuè non agitur vigore huius obligationis postquam fuit mutata & nouata.*

55 *In prorogatione repetita cẽsetur obligatio Cameralis.*

56 *Clausula cum omnibus clausulis in primo cõtractu appositis importat repetitionem obligationis Cameralis.*

57 *Creditor, qui prorogauit terminum principali debitori, an possit vigore huius obligationis procedere contra fideiussorem.*

58 *Inhibitio quando fuit obtẽta ab illis, qui nullum ius habent in bonis, super quibus faciẽda est executio non retardat ipsam executionem.*

P*Ro vsurario debito non datur executio.* [An executio retardetur per exceptionem vsurarum est quæstio inter DD. valdè controuersa, & non desunt qui affirmatiuã, & qui negatiuam sententiam sequantur, & optimis rationibus tueantur.

1 Affirmatiuam † autem fuerunt amplexi
Galles. noster hic *Mart. de iurisdict. part. 2. cap. 45. num. 18. Lancell.* Gall. *cons. 123. numer. 76. Matth. Coler. de process. execut. par. 4. cap. 2. nu. 22. Andr. Rauebhar. par. 2. quæst. 39 nu. 101. in fine, Carocc. decis. 133. nu. 4* cum alijs, quos refert & sequitur *Matth. Berbich. conclus 97. num. 96. par. 1.* pro cuius quidem opinionis fundamento plures possunt ratio-
2 nes, & inter alias, quod ex † contractu vsurario nulla oriatur obligatio, neque detur actio, *Nauarr. cons. 10. num. 1. de vsur. Vin. decis. 360. nu. 19. Alex. cons. 113. vol 6.* Grat. *cons. 11. nu. 9. vol. 2.* & communiter scriben-
3 tes in *clem. 1. de vsur.* cum† sit nullus, itaut executionem minimè mereatur *cap. 2. cap. 3 & cap. consuluit de vsur. Syluest. in summa in verbo vsura, vers. sexto, Menoch. cons. 300. numer. 2. lib. 3.* Decian *cons. 2. num. 16 lib. 1.*
4 Negatiuam† vero opinionem sequuntur
Anges in l. 4. §. condemnatum nu 4. & ibi *Imol. num. 9. in fine de re iudicata, Bero. cons. 85. numer. 3. & 8. lib. 3.* Surd *cons. 327. nu 14. vers. tertio vbi etiam, & nu. 15. 16. & 17.* vbi plures allegat *lib. 3. Put. decis. 67. in fine lib. 3. & fuit dictum in Romana vsurari e prauitatis 4. Iul. 1597. corã Peregrin. quæ est dec. post tract. 126. n. 3. & 13. & corã Duran. dec. 11. n. 24 & in Rom. executionis laudi 2. Decẽb. 1613. corã Vbaldo, quæ est dec. 496. p. 2. in recen.* Scac. *de commerc. & camb. §. 7. glos. 5. nu. 66. in fin.* vbi quod hæc opinio seruetur in praxi, &
5 † in terminis Guarãtigiati instrumẽti, quod eius executio non retàrdetur per exceptionem vsurarum tenent allegati per *Gratian. discept. forens. cap. 118. num. 48. in fine, Caroc. de locat. & conduct. part. 5 tit. de vsur. quæst. 12. nu 1. et per tot.* Et ratio huius opi-
6 nionis est quia huiusmodi †exceptio præsumitur apposita per calumniam causa retardandi executionem, *Gratian. vbi supra dicto nu. 48. Giurb. decis. Sicil. 100. num. 8. in fine.*

In hac vero diuersitate sententiarum si distinctionis lumine procedatur veram huius quæstionis definitionem facili negocio
7 inueniemus. Aut † igitur res non est integra, vt quia iam cœpta depræhendatur executio, dum per plures annos contenta in instrumento fuerunt adimpleta sine reseruatione, & absque vlla conquæstione, & quod erat soluendum liberè fuit solutum, & tunc solutio solita non debet impediri, sed creditor manuteneri debet in possessione exigendi, & obstat excipienti regula solue, & repete *Post in tract. mandati de manutenendo obseruat. 62. num. 9. Rot. in* Romana *manutentionis seu pecuniaria 12. Ianuarij 1624. coram* Vbaldo, *quæ est decis. 181. num. 6. post d. tract. de manuten.* Aut vero res est integra, & tali casu subdistinctio necessaria est, nam aut exceptio vsurarum est turbida, aut ita patens est, vt tergiuersari non possit. Et
8 † primo casu non impeditur executio saltem sub cautione, *Casta de re integra distinct. 45. num. 1. 2. & 3. Rot. post Cinc. de censib. in addit. decis. 65. num. 2. & seq. & d. decis. 290. num. 3. par. 2. in recent. post Card. & Felin. in cap. debitores de iureiuran. Fulgos. cons. 160. in fine, vers. postremo lib. 3. Ant. à*

Leui-

Leuitis conf.18.sub num.20.verf. propterea
inter conf l.criminal. Ziletti lib.2.Curt.iun.
in l.creditori in fine, C. de pact. Gratian. di-
fceptat. forenf.d.cap.118.num.49.vbi ait dif-
ficultatem non habere, quod ifta exceptio
admittatur quando poterat agi executiuè,
9 & fuit actum ordinarie; Secundò †vero ca-
fu non eft properandum ad executionem,
Rot.in recen.d.decif.490.num.1.in fine par.2.
& in d.Romana vfuraria prauitatis coram Pe-
grino, & in Romana fructuum dotis 12.Maij
1625.coram Coccino, qua eft decif.91.poft
Fenzon. ad ftatut.Vrbis, & d.decif.65.num.3.
10 poft Cinc.de cenfib. in addit.] Quamuis† non
defint multi DD. magnæ auctoritatis, qui
tenuerunt foluendas effe vfuras etiam in
cafu, quo vfura patens effet, & ita clara, vt
tergiuerfari non poffit, & poftea repetendas
effe, Rot.in d.Romana vfuraria prauitatis nu-
mero finali. & d.decif.490. num.2.par.2. re-
cen. Couar.in repetit.cap. quamuis par.2. §.3.
fub num.2.verf. quinto ex his de pactis in 6.
cum alijs allegatis per Surd.conf.327.num.9.
poft Gallef hic:[Priorem tamen fententiam
approbat Rot. vt in decifionibus fupra alle-
gatis; quotiefcumque enim vfura eft clara,
ceffat præfumptio, quod talis exceptio op-
ponatur per calumniam, & fic fublatum re-
manet fundamentum fententiæ DD. affir-
mantium, quod per exceptionem huiufmo-
di retardanda non veniat executio, Giurb.d.
decif.Sicilia 100.fub num.8. Gratian. difce-
ptat. forenf.d.cap 118.num.48.]
11 At † quid fi adfit obligatio Cameralis,
vel iuramentum, An procedendum fit di-
ftinctionibus fupra relatis, vel teneatur pro-
miffor ad vfuras, & de illis opponere non
poffit? Et quod omnino foluere teneatur
firmauit Surd.conf.327.num.15.vbi numeris
feqq. plures allegat Felic.poft alios de fociet.
cap.31.num.72. Bero.conf.85 num.1. & 7.
lib.3. Mancin.de iuramen.par.4 eff.20.par.1.
q.6.num.4. Ioan.Cammil. Belloc. de abfolut à
iuramen.lib.1.cap.15.num.7.Houded.conf.17.
num.38.lib.2. & vide Serabin. de priuileg.
iuramen.priuileg.77.num.38 lib.2.
12 [Contrarium† tamen tenuerunt Bal.conf.
275.incipien.præmiffo ftatuto communis Vero-
na lib.5. & Menoch. conf.301.num.35.lib.4.
& illorum opinio mihi magis arridet; nam
13 certum eft quod † iuramentum contractui
nulli adiectum nihil operetur Soccin.cõf 78.
num.3. in fine lib.3. Tiraquell. de iure confti-
tuti par.3. limitat.7. fub num.27.poft Bald.
in l.1.col.4. verf.quæro vtrum iuramentum
C.de inoffic. donat. Gratian. difceptat. forenf.
14 cap.715.num.18.& 740.num.44 Cum† il-
lius natura fit non extendere obligationem,
nec validare contractum nullum, fed fortius
ligare pro obferuantia contractus validi, Rot.
in Romana penfionis domus 24 Nouemb.1608
coram Card. Sacrato, qua eft decif.90.num.4.
poft tract. Ruin. conf.134. num. 9. lib.1. Grat.
15 conf.139.num.6. lib.2. Vnde † merito quo-
tiefcumque vfuræ fuerunt ita claræ, vt in-
daginem non requirerent fuit per S. Rotam
retardata executio etiamfi in inftrumento
fuerit appofitum iuramentum, vel obliga-
tio Cameralis, vt videre eft in d. Romana
fructuũ dotis 12. May 1625.coram Coccino, &
hanc opinionem poft alios, quos allegat fe-
quitur Barbof. in collect. DD. ad cap.tuas du-
dum num.2. de vfur.
16 Sed alia oritur dubitatio, an† fcilicet execu
tio obligationis habẽtis executionẽ paratã
impediatur ex caufa litis pendentiæ de vfu-
ra coram Iudice Ecclefiaftico, In cuius du-
bij refolutione videtur maiorem partem
DD amplecti negatiuam, ea ratione, quod
diuerfa fit caufa, quæ agitatur coram Iudi-
ce Ecclefiaftico ab ea, quę ventilatur coram
Iudice Sæculari, Iudex namque Ecclefiafti-
cus cognofcere debet, an contractus vfura-
ria prauitate laboret, fed coram Iudice fe-
culari agitur, vt obligatio Cameralis, vel
Guarantigiata, quæ habent executionem
paratam, vt latè diximus fupra in quæft.2.
num.5. & 12. executioni demandetur, qua
diuerfitate ftante, dici non poteft, litis pen-
dentiam coram Epifcopo fuper nullitate
contractus effe præiudicialem caufæ inten-
tatæ coram Iudice fæculari fuper executio-
ne inftrumenti. Vnde executio huius no-
ftræ obligationis non retardabitur ex caufa
litis pendentiæ de vfura, Vrfill. ad Afflict.
decif 30.num.3. Petr. Nunez.de Auendan. ad
l.4. & 5. tit.de las excepciones, num.31. verf.
quarto fallit in fine, Rebuff. ad conftitut. reg.
Gallic.tit. de litter. obligator. art.2. glof.1. nu-
mer.22. vol.1. latè Scacc. vbi fupra num.61.
& in tractat. de appellat. quæft.19. remed.1.
conclus.4. fub nu.22. verf. fecundo quia Alex.
cons.83.num.11.vol.5. Angel.in l.4.§.condem-
natum. ff de re iudic.

Quod ampliatur fecũdum locum habere
aliquorum DD. fententiam, procedere, e-
tiamfi fuerit per Iudicem Ecclefiafticum
inhibitum Iudici fæculari, ne in caufa pro-
cederet, inhibitione namque non obftante
poterit Iudex laicus abfque vitio attenta-
torum

iorum executionem dare instrumento hac
no'tia, vel alia simili obligarione habente
executionem paratam munito, vt tenent
*Alex.conf.83.num.10.vol.5. Ancharan.conf.
234.in princip. Bero.conf.85.vol.3. Cartar.
decis.2.num 9. Mascard.de probation.con-
clus.686.num.13. Guttier.de iuramen.confir-
mat.par.1.cap 2.num.11.Gratian.disceptat.
118.num.43. Giurba d.decis.Sicil.100.nu.7.
Lancellot. de attentat.par.2.cap.20.in præ-
fat.num.79. Scacc.de camb.loc.sepè sup.citat.*

Contrariam tamen scilicet, quod non
possit Iudex sæcularis post inhibitionem
in causa procedere tenuerunt *Villalob.com-
mun.opin. littera I, num.35. & 36.* vbi dicit
hanc opinionem communem *Bened.de Bar-
Zis in tractat.de Guarantigia par.3.quæst.22.
per totam, Bero.conf.85.num.22.lib.3. & in
conf.117.num.4.eod.lib.3. Andr.Barbat.conf.
45.num.12. & seqq.* & præsertim *nu.17.lib.2.*
& alij quamplures relati per *Lancellot.de
attentat.loc.cit. nu.82.* quorum sententia
17 videtur magis tuta, & maximè in †Vrbe in
qua inhibitiones oēs veniunt timendæ, siue
iustæ sint, siue iniustæ ob facilem recursum
qui haberi potest ad Principem *Rot.decis.
201.num.1.par.2.diuers.& decis.179.num 4.
par.7.recen.* *Put.decis.395.lib.2.* & ita serua-
ri in praxi testatur *Scac.de cōmerc.loc.sup.re-
18 latis*; nisi † ageretur inter Mercatores inter
quos fieri non potest inhibitio ex dispositio-
ne Pij Quarti, quæ est in *Bullar.constit.74.
& in reformat.Tribunal.A.C.vers.nec inhi-
bent.*]

b *Executio instrumenti nō detur nisi prius ap-
pareat euenisse conditionem, sub qua fuit con-
19 tractus initus.* [Quamobrem † quotiescum-
que obligatio erit conditionalis, vt puta si
A. se obligaret soluere B. in casu, quo non
possit ipse B. exigere à D. non poterit instru-
mentum obligationis huiusmodi executio-
ni demandari, nisi per B. doceatur se non
potuisse exigere à D. & si aliquid exegit de-
bebit ostendere quantitatem pecuniæ exa-
ctæ antequam deueniatur ad relaxationem
mandati executiui contra dictùm A. vigo-
re suæ obligationis in forma Cameræ, & si
relaxaretur mandatum antequā per dictum
B. doceretur de prædictis, diceretur nullum
& non esset aliquo modo executioni demā-
dandū, *Rot.in Vrbeuetana dotis 5.Maij 1600.
coram Iusto, quæ est decis.135.in princip. &
num.2. post Pacific.de salnian.interdicto, &
in Anconitana computorum 28.May 1614.co-
ram S.D.N Innocentio Decimo, quæ erit de-
cis.228.num.2. & 3. inter impress.post tract.
& in eadem 21.May 1615.coram* R.P.D. An-
*drea, quæ est decis.inter eius impress.32.in
princip. & num.3. & in Castren.pecuniaria
11.Martii 1626.coram bon.mem.Merlino,
20 quæ erit decis.229.num 4.* Nec † talis de-
monstratio non exactionis, aut exactionis
certæ quantitatis suffragaretur si fieret post
relaxationem mandati, quia vt dixi debet
præcedere ipsum mandatum, aliàs dicitur
nullum, & venit ante omnia retractandum,
*Rot.in d.Anconitana computorum coram San-
ctissimo nu.5.*]

c *Pro quantitate expressa instrumentum ha-
bebit executionem paratam.* Adde *Scacc.de
appellat.lib.3.cap.2.quæst.17.limitat.9.
num.30. M.Ant.de Amat.decis.80.nu.3.* Fe-
*lic.post Gallesi hic de societ.cap.31.num.67.
Rot.in Romana de Incoronatis 17.Iunij 1607.
coram Card.Lancellotto, quæ est dec.155.nu-
mer.3.* & tradunt quoque in suis terminis
*Seraphin.de priuileg.iurament.priuileg.77.
num.8.* Carol.de Grassis de except in prælud.
*nu.55. Borgnin.de tut.& curat num 263. Io-
seph de Sesse decis.88.num.4.* & latè quęstio-
nem tractat *Nunez.de ratiocin.cap.33.n.27.
21 & seqq* Si † etiam si hęc obligatio adsit, tā
pro summa expressa, quàm pro quauis alia,
in qua remanebit debitor in futurum pro
summa iam expressa non denegabitur exe-
cutio *Rot.in causa Venetiarum pecuniaria 11
Decembris 1602.coram Card.Mellino, quæ
est decis.52.num.1.vbi sup num.eod.Gait.de
credit.cap.7.tit.1.num.1015. & num seq.*
vbi plurimos allegat, & de vera & commu-
ni testatur, & ad alia infert, & *num.1018.*
ampliat etiamsi fuisset dictum, quod si facto
calculo minor quantitas debita reperiatur,
illa tantum censeatur promissa, quia adhuc
pro summa expressa, pendente calculo, dā-
22 da est executio; non † enim retardanda ve-
nit executio illius, quod est liquidum pro-
pter illiquidum, *Surd.decis.184.num 4. Rot.
in Romana pecuniaria 20.Decembris 1630.
coram R.P.D.Merlino, quæ erit dec. nu.5.*
23 Inde † tutor quando adest inuentarium
cogi potest via executiua ad reddendas ra-
tiones in inuentario descriptas ante reddi-
tionem rationis, *Borgnin.post alios de tut.&
curat.num.218. Surd.d.decis.184.num.3.&
24 seq.* immo † in fortioribus, quòd si in instru-
mento esset promissa certa quantitas cum
hoc, quod, si facto calculo, reperiatur mi-
nus deberi, illa minor quantitas non cen-
seatur promissa, nihilominus instrumentum
tali

tali casu sit exequendum pro illa quantitate antequam fiat calculus, quia promissio est certa, licet ex futuro euentu possit variari, & reuolui, tenet post alios *Surd. cons.*38. *nu.*25. At verò† vbi quis se obligaret per

25 talia verba, Quod si facto calculo apparebit esse debitorem in aliquo, promittit soluere, obligando se in forma Cameræ, tunc non poterit agi vigore huius obligationis, nisi facto calculo, & constito, quod sit debitor, vt fuit decisum in causa *Romana de Luraghis & Pallauicinis* 30. *Octobris* 1600. *coram Iusto, quæ est decis.* 18. *per tot.* [*Felic. de societ. cap.*31. *nu.*71. *vers. non sic est, Barz. decis.*90. *per tot.* & præcipuè *num.*13. vbi de guarantigia, sed quod executio huius obligationis non retardetur etiam si adsint hæc verba factis prius calculis quoad credita liquida, secus quoad non liquida post *Thesc. conclus.* 341. *num.*2. *vol.*2. *Grat. de diction. dict.*183. *num.*13.]

c *Vel breui liquidandum.* Adde *Scacc. de appellat. lib. cap.*2. *q.*17. *limit.*9. *num.*24. *post Gallef. hic Borgnin. de tut. & curat. sub numer* 215. *Carol. de Grassis de except.*36. *exce-*

26 *pt. num.*5 & † ibi declarat quando dicatur posse breui liquidari, *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.*75. *num.*38.

d *Sed contra ipsam liquidationem.* Adde in suis terminis *Carol. de Grassis vbi proximè num.* 9.

e *Vt ipsum factum promissum fiat.* Et dixit *Rot. post Gallef. hic in Perusina dotis* 5. *Decembris* 1607. *coram Reuerendiss.* Attrebaten. Est tamen hic norandum, quod si quis obligasset se sub hac forma quod alter cõfirmabit, puta concordiam per ipsum factam, faciendo diligentiam liberatur, nec tenetur ad

27 interesse; in † hac enim obligatione non continetur clausula, ita quod faciendo possibilia &c. minusq. clausula, cum effectu, vt fuit decisum in *Anconitana pecuniaria* 27. *Iunii* 1614. *coram* R. P. D. *Buratto, quæ est decis.*38. *num.*5 In qua voluit Rota, quod

28 † ille qui promisit facere ratificare concordiam ab aliquo, si ratificatio sequatur, non possit contra promissionem agere ad interesse etiamsi adsit iuramentum, sed hoc venit, quia illa promissio resoluebatur in factum proprium scilicet de adhibendo diligentiam prout adhibuerat.

f *Tamen non potest fieri executio pro interesse in instrumento expresiè non conuento.* Difficillimam esse resolutionem quæstionis, an executio instrumenti competat etiam pro illis, quæ in eo non leguntur, sed virtualiter, & ex iuris interpretatione continentur dicit *Gratian. discept. forens. cap.*852. *numer.*12. propter varietatem opinionum, itaut difficile sit discernere quęnam illarum sit verior: [Certum est tamen pluries fuisse à

29 S. Rota admissum, quod † executio huius nostræ obligationis competat tam pro expressis, quàm pro virtualiter in dispositione contentis, & quæ veniunt ex natura contractus, vt videre est in *decis.*246 *num.*2. *& decis.*741. *& decis.*797. *num.*11. *part.*1. *diuers. & decis.* 29. *num.*4. *par.*4. *tom.*2. *in recen. & in Romana dotis* 14. *Februarij* 1642. *coram Renerẽ tiss. D. Dunozetto, quæ erit in fine tract. decis.* · *& in Rauennaten. census* 27. *Iunij* 1639. *coram eodem, quæ pariter erit inter impressas post tract. decis.*219. *& in Ciuitatis Castelli bonorum* 6. *Iunii* 1594. *coram R.P.D.* Litta, *quæ est decis.*69. *num.*3. *& in Bonon. census* 27. *Iunij* 1601. *coram R.P.D. Penia, quæ est decis.*61. *in fine operis*. Vnde quod

30 † detur executio pro interesse expressè non conuento in instrumento contra Gallesium hic tenent *Scaccia de appellat. lib.*3. *cap.*29. *q.*17. *limit.*9. *num.*24. *circa med.* & tradunt in suis terminis *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.*77. *num.*16. *vers. & ideo dicitur*, & est recepta sententia, vt ibi per eum post *Cacher. decis. Pedem.*129 *sub num.*9. *vers. contrarium tamen*, & resoluit *Rot. in Bononien census* 21. *Mai;* 1631. *coram R.P.D. Ghislerio, quæ erit infra decis.* 216. *& in Romana censum* 16. *Martii* 1646. *coram R. P. D. Royas quæ inter impressas post tract. erit decis.*217. *& in Ciuitatis Castelli bonorum* 6. *Ianuarii* 1504 *coram R.P.D. Litta post tract. dec.*69. *num.*2. [*Gratian. post alios discept. foren. cap.*

31 852. *nu.*36. vbi † inde etiam quod promittens restituere frumentum, si in tempore non restituit cogitur ad illius restitutionem quantiplurimi, licet nihil de hoc quantiplurimi fuerit dictum in instrumento, idque fir.

32 mat in quocumque interesse,] quod† faciliùs locum haberet, si verum est, quod pro tali interesse competat hypoteca vigore huius obligationis, vt per *Cæsar. Barz. decis. Bononien.*108. *num.*29. *Marta de claus. par.*1. *claus.*108. *num.*3. *in vlt. edit.* qui ad hoc allegat etiam *Francisc. de Ponte cons.*76. *col.*2. *& seq.* & videtur non dissentire *Paris. de syndicatu interd. inspect.*4. *cap.*1. *sub nu.*65. *vers. & hoc sine dubio*, sed difficultatem non ha-

33 bet, quòd † etiam pro interesse detur executio huius obligationis, quando illud est pro-

promissum loco rei tradendæ, & est de sui natura liquidum, vt in casu *decis.741. par.1. diuersor. Pacific. loco proximè alleg. num. eodem Rota in Romana fideiussionis de repræsentando 17. Maij 1595. coram Episcopo Pacen. quæ est decisio 44 num. 5. & in Romana damnorum, & interesse 11. Februar. 1591. coram Card. Seraphino, quæ est decisio 140. num. 2.* & alias decisiones ad hoc allegat *Tiber. in praxi lib. 1.*
34 *cap. 38.* & †de interesse simpliciter promisso loco rei tradendæ, quòd pro illo possit agi vigore guarantigiæ est communis opinio, de qua testatur *Caual. in spec. opin. commun. contra comm. q. 662.* cõtra communem,
35 de qua ibi per eum, immò †etiamsi pro interesse nõ adsit expressè obligatio potest pro illo agi executiuè, cum sufficiat virtualiter illud esse comprehensum in instrumento, vt probat post alios, & signanter post Rotam *Gratian. discept. foren. cap. 323. num. 9.* quòd
36 †autem licet interesse non esset liquidũ, possit nihilominus pro illo peti executio, & satis sit, quod in processu fiat liquidatio huiusmodi interesse in terminis instrumenti guarantigiati, in quo contineretur promissio dãnorum & interesse, de cõmuni testatur post alios *Viuius commun. opin. verb. statuta vers. statutum disponens quod instrumenta executioni mandentur fol. mihi* 274. Est autem aduertendum, quod †vbi vigore huius obligatio-
37 nis agitur pro damnis & interesse, quæ Iudex præuia illorum verificatione liquidat, tunc pars potest appellare ab excessiua liquidatione, & tali casu non nisi pro sorte principali conceditur executio, vt pluries rescripsit Signatura teste, *Tiber. in prax. lib. 1. cap. 27. num. 24.*

g *Pro aliquo non expresso in instrumento.* Ad de *Mancin. de iuram. par. 4. effect. 196. nu. 5. post Gallesium hic.*

h *Nisi pro expressè scriptis in instrumento.*
38 Executio † huius obligationis non competit, vt hic per Gallesium, nisi pro expressè scriptis in instrumento, quam cõclusionem post eum firmauit [*Rot. in Romana scutorum 24. mill. 28. Februarii 1628. coram Card. Virili, quæ erit infra decis. 234. num. 1. & in decis. 17. num. 3. & decis. 84. num. 2.*] *Rugiuellus de appellat. §. 2. cap. 3 verb. obligat. Camer.*
39 *num. 164.* vbi † quòd si relaxatur mandatũ vigore huius obligationis pro aliquo in instrumento non expresso, licita erit appellatio ad vtrumque effectum, *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 1. num. 16. Rota diuers. decis. 741. num. 11. par. 1. & decis. 131. num. 11. par. 2. & fuit dictum in vna Perusina pecuniaria 3. Decembr. 1599. coram Iusio, quæ est decisio 84. num. 1. & seq. Maceraten. bonorum 1. Februar. census 20. April. 1600. coram Penia, quæ est decisio 57. num. 2. & in Romana pretii domus 16. Iunii 1600. coram Litta, quæ est decisio 77. num 1.* & in terminis guarantigiæ tradit *Caual. specul. opin. commun. cõtra commun. q. 246. vers. sed contrarium Cacher. decis. Pedem. 129. sub num. 7* [*Cæsar Argel. de acquir. possess. q. 7. num. 147. & seqq.* vbi quod executio huius obligationis non datur, vt dictum est, nisi pro expressè scriptis in instrumento, vel pro his, quæ licet nõ sint verbis exarata veniunt tamen in necessariam consequentiam eorum, quæ scripta sunt, vt Gallesius quoque addit, ideoque nõ datur executio pro repetitione pecuniarum solutarum in vim concordiæ, quando hæc obligatio pro defensione, manutentione, & molestijs, *Rota in Romana scutorũ 24. mill. 28. Febr. 1628. coram Card. Virili*,] atque
40 hinc etiam est, quod † stante statuto disponente, quòd instrumenta guarantigiata debeant habere executionem paratam, tale statutum sit intelligendum super his, quæ in instrumentis leguntur, nõ autem de his, quæ expressè in eis non continentur, *Cacher. decis. Pedem. 129. nu. 3.* latissimè *Vinc. de Franch. decis. 325. per tot.* Idcirco ergo non com-
41 petit †executio obligationis Cameralis pro his, quæ veniunt ex interpretatione Iuris, *Rota diuers. d. decis. 741. nu. 12. & decis 131. num. 12. par. 2.* & tradit in suis terminis *Mancinus de iuram. par 4. effect. 169. num. 4.* post alios quos allegat *Marta de clausul. pars. 1. clausula 297. num. 6. in vlt. edit.* intellige
42 †quando ea, quæ veniunt ex interpretatione iuris, allegantur per viam actionis, secus si per viam replicationis, *Marta d. clausula 297. in fin.* Secundò intellige in rebus, quæ veniunt ex interpretatione iuris, quòd per illis non competat via executiua, secus de persona, *Rota diuers. decis. 132. nu. 14. par. 2.*
43 intellige † tertio quando ea, quæ veniunt ex interpretatione iuris allegantur per viam actionis, secus si per viam replicationis, *Rota d. decis. 741. sub num. 12. vers. quia id verum par. 1. & d. decis. 131. num. 15. Scaccia d. limit. 9. sub num. 10. Mancin. d. effect. 196. num. 4. Marta, seu Ioan Bapt. Costa inter eius clausulas par. 1. clausula 197. in vlt. edit.*
44 Sed indistinctè, quòd† executio possit dari etiam pro illis, quæ tacitè insunt, tradit in terminis guarantigiæ, *Caual. specul. opin. commun.*

num.q.246. vbi de communi, & hanc opi-
nionem videtur admisisse, Rota in causa An-
conitana bonorum 7 Iunij 1591. coram Card.
Seraph. inter suas impressas decis.955 quæ est
decisio 30. num. 2. inde datur executio huius
obligationis pro redditione rationis, etiam
quòd in instrumento non fuerit talis reddi-
tio promissa, Gratian discept for. cap. 852. nu-
mer. 25. eademq. ex causa Rota in proximè
cit. Auximana bonorum determinauit vigo-
45 re †nostræ obligationis posset agi etiam pro
fructibus contra depositarium adstrictum
vinculo huius obligationis pro restitutione
bonorum, nulla facta fructuum mentione,
& propterea Surd. decis. 254. nu. 39. dicebat,
46 quòd †instrumentum habens executionem
paratam ex forma statuti, illam habebit etiã
pro eo, quod virtualiter restat in illo, idem
tradit Paris. de confidentiis quæst. 28. nu. 52.
& Cæsar Argel. de acquir. possess. q. 17. nu. 85.
& ratio huius opinionis ea esse potest, quòd
quicquid resultat virtualiter, seu colligitur
ex verbis dicatur expressum, vt post Aymon.
cons. 149. num. 11. Surd. d. decis. 254 num 38.
vers. quicquid enim, ibidemq. firmat, quòd
expressum id dicitur, quod sequitur à ver-
bis expressis, & plures ad hoc allegat idem
Surd. cons. 143. num. 20. & quòd tale instru-
mentum habens executionem paratam ex
statuti forma exequatur in tacitè compre-
hẽsis in eo ex præsumptione iuris quemad-
modum in expressis est communis opinio,
de qua post alios Magon. decis. Floren 3. n. 20.
[latè Gratian. discept. for. cap. 852. nu. 24.
cum plurib. seqq. vbi inde num. 25. quòd si
inter socios fuit consuetum, quod finita so-
cietate detractis primo capitalibus fiat diui-
sio, competit via executiua pro redditione
rationis ex eodem instrumento, & ibi nu-
meris seqq. adducit plura similia, Soarez in
l. post rem iudicatam in declarat. l. Regni Nea-
pol. cap. 1. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. final.
par. 1. §. 15. ampliat, & num. 16. Rodriq de
instrum. execut. art 1. num. 32.]
47 Sed quicquid sit de istis, executio † hu-
ius obligationis competit etiam pro enun-
ciatis in instrumẽto, vt fuit decisum in cau-
sa Ciuitatis Castelli bonorum 6. Iunii 1594.
coram Litta, quæ est decisio 69. num. 3. & in
Romana palatij S. Mariæ Maioris 15. Martii
1604. coram clar. mem. Card. Pamphilio, quæ
est decisio 5. nu 10. & alias decisiones ad hoc
allegant Marta de clausulis, clausula 108. in
vlt. edit. & clausula 297. sub nu. 3. par. 1. [Rot.
in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunii
1641. coram Reu. P. D. Cerro, quæ in fine operis
est decisio 189 num. 10. & in Romana Dotis
14. Februarii 1642. coram Reuerendiss. Do-
mino Dunozetto, quæ erit decis. 232. & in
Romana vineæ 26. Iunii 1645. coram R. P. D.
Bichio in fine tractat. decis. 233. Ricc. in
collect. decis. part. 4. collect. 951.] Inde
48 † competit pro restitutione dotis, quando
illa enunciata fuit vigore clausulæ, pro qui-
bus omnibus, Riccius, vbi mox, & ob id si
quis in instrumento fateatur se recepisse do-
tes, poterit contra illum procedi executiuè
pro illarum restitutione, licet de eis nulla
facta sit promissio, si ex forma statuti instru-
mentũ habeat executionem paratam, vt post
Bart. Bald & alios Surd. cons. 205. sub nu. 14.
49 vers. & per illum textum, & † quòd pro dote
enunciata possit agi executiuè post Rotam
Gratian. discept. foren. cap. 115. à num. 27. &
plurib. seqq. Rota diuers. decis. 741. num. 12.
par. 1. & in Romana fructuum dotis de Lura-
ghis 19. Ianuarii 1610. coram Iusto, quæ est
decisio 85. num. 1. idem Gratian. ibid. cap. 872.
num. 16. & cap. 85. num. 34. vbi ampliat etiã
50 † quoad augmentum, & donationem pro-
pter nuptias, quamuis augmentum fuisset
factum ex interuallo, & quamuis nulla fuis-
set promissa restitutio, quia nihilominus
datur via executiua ex instrumento recep-
tionis dotis, allegat Cumia super ritib. magn.
Cur. cap 6. Ruginel. pract. quæst. cap. 40. nu. 13.
51 sed quid † si dos fuisset putatiua, & matrimo-
nium nullum, & tunc etiam agi executiuè
vigore statuti dantis instrumento executio-
nem paratam dicunt Bald. in l. 1. C. de condit.
ob causam in fin. Alex. in l. si cum dicta. S. si
mulier. ff. sol. matrim. vbi dicit admirandum,
sequitur Roland. à Vall. de lucr. dot. q. 93. n. 3.
& cum Baldo transisse omnes dicit Afin. de
execut. cap. 53.
i Tanquam contra sic obligatum procedi. Li-
cet enim contractus non solùm principalis,
sed etiã tacitus paratã habeat executionẽ.
vt post alios tradit Petr. Nunez de Auendan.
ad l. 4. & 5. de las excepciones num. 46. ta-
men istud est vetitum durante eodem con-
tractu principali, secus vero vbi ille expi-
rauit, Gait. de cred. cap. 2. tit. 8. num 3008.
& seq. & ideo is, qui conduxit vsque ad v-
52 num tempus sub † obligatione Camerali, si
finita illa locatione perseueret, licet cẽsea-
tur reum ducere sub ijsdem pactis, & con-
ditionibus, non tamen remanet in forma
Cameræ obligatus, Scacc. de appellat. lib. 3.
cap. 2. q. 17. limit. 9. num. 17. & ideo non da-
tur

tur pro tacita reconductione via executiua, *Gait. vbi sup. nu. 3007. Falsc. de societ. cap. 41. nu. 4. Rota in Romana euacuat. 26. Ianuar. 1618. coram Vbaldo cit. Scaccia de commerc. §. 7. glos. 2. sub num. 43.* vbi etiam in quocumque instrumento executiuo, *Adden. ad Ludouis. decis. 30. littera A. Christoph. Mart. Medic. Senen examin. 59. num. 8. Ricc. collect. decis. par. 4. collect. 1052. vers. sublimita.* Cõ-
53 tratium autem scilicet, quod † conductor vigore tacitæ reconductionis possit executiuè conueniri conatur defendere, *Magon. decis. Florent. 2. num. 29.* de instrumento tamen guarantigiato, *Boer. decis. 284. num. 14. vers. cuius ratione, & Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 85. num. 46.* voluerunt, quòd illius vigore non possit in tacita reconductione agi executiuè, & ideo non sunt, qui dicant contra illud, quod supra fuit dictum, quod ex tacitis, & præsumptis; & coniecturatis obligationibus non aperitur via executiuè agendi, sed ordinariè, vt post *Rebuff. Magon. decis. Florent. 5. num. 5.* idem *Magon. ibidem decis. 2. num. 29.* dicit contra istam conclusionem tenendo, quod tacita continuatio locationis, ita se habeat ad primam, vt tacitè etiam intelligatur facta obligatio executiua respectu temporis tacitè prorogati vigore primi instrumenti: sed vtcumque hoc sit, qui contrariam Magonio sententiam sequuntur eã rationem pro se habent, quòd
54 † potest vigore huius obligationis agi executiuè postquam fuit mutata, & nouata prima, cui adiecta erat, *Rot. in Romana pecuniaria 20. Maij 1601. coram fan. mem. Greg. XV. qua est dec. 6. num. 1. & 5.*

In dubio autem nemo præsumitur velle recedere ab obligatione Camerali, & chirographariam, vel aliam debiliorem acceptare post *Honded. cons. 40. nu. 24 lib. 2. Pacific. de saluian. interdict. inspect. 5. cap. 1. num. 66. Mantic. de tacit. lib. 17. tit. 1. sub num. 18.*]

m *Proroget tempus facienda solutionis.* Vide post *Galles. hic Ant. Corn. de absolut. à iuram. part. 3. q. 4. num. 39. vers. eandem quoque, & nu. 42.* Quid autem si prorogatio fuerit facta à Principe, vide latè circa hanc quæstionem *Cæsar de Grassis decis. vnic. de confess. per tot.*

n *Quod prorogatio videatur facta cum eisdem qualitatibus.* [*Blanc. in tractat. de compromiss. q. 7. num. 53. Fenzon. ad statut. Vrb. lib. 1. cap. 10. nu. 66. Rot. coram Buratto decis. 29. nu. 21. & in Firmana executionis laudi 26. Ianuarij 1598. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio impress. penes Fenzon. & est decis. 51.*
55 *in princip.* vbi † in specie firmat quod censeatur repetita eadem obligatio Cameralis, *Fenzon. vbi supra sub d. num. 66.* maximè si
56 † in prorogatione dicatur cũ omnibus clausulis in primo contractu appositis, talia nãque verba importarent repetitionem eiusdem obligationis Cameralis, quæ per relationem ad primum contractum, in quo fuit apposita satis diceretur expressa, *Rot. in d. Firmana executionis laudi §. & tanto magis.*
57 Sed hìc opportunè quæri potest, an † facta prorogatione per creditorem principali debitori prosit etiam fideiussori, Et pro affirmatiua; nempe quod non possit fideiussor medio tempore pulsari tenẽt *Adden. ad Thesaur. decis. 125. vers. immo prodest,* Cõtrariam tamen sententiam post *Cyn. Bald. & Salicet.* quos allegat tuetur *Rebuff. ad constitut. Reg. Gallic. tit. de litter. dilat. art. 1. glos. 1 nu 42.* ea ratione, quia prorogatio huiusmodi est priuilegium personale, quod non egreditur personam ipsam, cui fuit concessum *l. 1. §. personis. ff. de iure immunit. & l. sordidorum. C. de excusat. muner. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. nu. 45. Suarez de legib. lib. 8. cap. 10. & 11. Salas eodem tract. disp. 17. sect. 6 & 8.* alioquin priuilegium traheretur in infinitum.

Prior tamen opinio verior apparet, nam cum fideiussor non teneatur soluere nisi in casu, quo principalis debitor deficiat in solutione *Nouell. et 4. ibi Cuiac. de fideiussor.* vnde sumpta est *auth. præsente, C. de fideiuss. & ibi Bar. Bal. & Salices. Rot. Bononien. dec. 122. num. 1. inter recollect. per Fundat. & Gyps.* & principalis debitor non soluat facto ipsius creditoris non debet hoc nocere fideiussori. Vlterius cum fideiussor possit opponere easdem exceptiones quas principalis debitor *Rot. decis. 342. num. 4. par. 2. in recent. & coram Card. Caualerio decis. 127. num. 3. & decis. 302. num. 2. & decis. 399. num. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 310. num. 34.* sicut posset debitor in casu, quo conueniretur à debitore post factam prorogationem de ipsa prorogatione excipere, ita etiam posset fideiussor.

Nec obstat ratio per *Rebuff.* adducta, nempe quod prorogatio huiusmodi sit priuilegium personale, nam etiam si sit tale, egreditur ipsam personam, quandò causa proxima concedendi dictum priuilegium non fuit ipsa persona, prout in casu nostro, in quo persona dicitur causa remota, *Me-*

noch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. n. 16. Adden. ad Buratt. decis. 12. sub littera E, vers. qua conclusio.

Verũ si fideiussor esset obligatus in forma Cameræ, quæ continet in se renũciationem beneficij excussionis principalis debitoris, *Rot. decis. 147. num. 2. par. 4. in recen.* quo casu fideiussor habetur pro principali, & vti talis conueniri potest, *Rot. d. decis. 147 n. 2. vers. facit etiam, par. 4. in recen.* & non prodesset ipsi fideiussori prorogatio facta principali debitori, vt tenuit *Senat. Pedemont.* vt testantur *Adden ad decis. Thesaur. 125. vers. qua tamen non haberent locum* Francisc. *Mar. quæst* 558. *& seq.* qui tenet etiã quod sit facta protestatio, liberari ab obligatione fideiussorem *Camill. Borell. cons. 11. num. 19.*

Sed quod vbi prorogatio concederetur cum protestatione sine præiudicio iurium quoad alios obligatos, & non alias aliter, nec alio modo, tunc nihil censeatur actum respectu aliorum obligatorũ in terminis liberationis principalis impositoris cẽsus firmauit *Rot. in Romana anterioritatis hypotecæ 28. Nouemb. 1597. coram clar mem. Cardinali Pamphilio impress. post tract. Cinc. de censib. decis. 104. num. 3. & seqq.*

Quia vero vbi pulsaretur fideiussor, & contra eum relaxaretur executio etiamsi esset in solidum obligatus posset conuenire principalem debitorem pro liberatione à molestijs, & pro conseruatione indemnitatis, tunc ipse principalis debitor, cui fuit cõcessa dilatio posset accipere defensionem fideiussoris ex dilatione ipsi debitori concessa cum aliàs huiusmodi dilationis cõcessio de vento sibi inseruiret si ea non obstante posset a fideiussore molestari ex traditis per *Gratian. disceptat. forens. cap. 12. per tot. & cap. 290. num. 39. & seqq. vbi nu. 41.* ex prędicta ratione quod fideiussor possit se tueri exceptione competenti principali debitori etiam ad impediendam obligationem Cameralem, *vt in decis. 95. num. 1. par. 1. diuers.*

Sed iuxta prædicta dubitari cõtingit, an si creditor liberasset alterum ex fideiussoribus, cum reseruatione iurium contra alios confideiussores prætendere possit, quod in huiusmodi reseruatione comprehẽdatur facultas cedendi iura contra coobligatos, & in facti contingentia videnda erit *decis. Afflict. 182. & Gratian. disceptat. forens. cap. 409. num. 39. & seqq.*]

o *Si facta sit eo non interueniente prorogatio temporis.* Adde *Castrac. post. Gallef. hic cap. 51. num. 16. vers. idem si creditor,* Ant *Corn. de absolut. à iuram. par. 3. q. 4. nu. 39. Surd. cons. 345. num. 7. & seqq.* Gratian. *disceptat. forens. d. cap. 68. num. 37. & seqq. Barz. decis. 20 num. 12.* vide tamen ad hoc latissimè *Thesaur. decis. 125.* ybi contrarias opiniones refert, & ad concordiam reducit.

p *Post tempus teneretur.* Adde *Castracan. post* Gallef. *hic d. cap. 51. sub num. 2.*

q *Ad executionem huius instrumenti.* Vide *Ant. Corn. vbi supra quæst. 9. sub num. 9. vers. ad idem, & quæst. 14. num. 47.*

r *Non obseruata huiusmodi inhibitione*, vt latè etiam tradit *Mandos. post* Gallef. *hic de*
58 *inhibit. quæst. 49. num. 1.* [quod † maximè procederet, quando inhibitio fuisset extorta ab illis, qui nullum ius haberent in bonis, super quibus facienda veniret executio, ideoq. per talem inhibitionem non retardaretur executio mandati executiui, *Rot. in Perusina pecuniaria 1. Iulij 1622. coram bon. mem. Merlino, quæ erit infra decis. 230. nu. 1.* & inhibitio esset omnino moderanda prout *in d. decis. num. 4.*

G A L L E S I V S.

S V M M A R I V M.

1 *Executio conceditur solum eam petenti creditori, non tertio.*
2 *Cessionarius propriè dicitur creditor.*
3 *Exceptio excommunicationis cedenti obstans non obstat cessionario.*
4 *Successor cum eo, cui successit, idem reputatur.*
5 *Fideiussor in forma Cameræ obligatus non potest, antequam soluat agere contra principalem, vt releuetur.*
6 *Iura non patiuntur, vt alicuius promissio, vel gratificatio sit inutilis.*
7 *Ad petendam executionem requiritur speciale mandatum.*
8 *Ad appellandum ab executione requiritur mandatum speciale.*
9 *Mandatum generale ad omnes lites, satis est ad petendam executionem.*
10 *Procurator, alieno nomine qui contraxit, quàndo executionem instrumenti guarantigiati petere possit.*
11 *Habentes generalem administrationem petere possunt executionem instrumentorum.*

QVAESTIO XXXII.

1 TErtia † succedit consideratio personæ petentis executionem, in qua videndum; si petat suo, vel alieno nomine: si suo. Bald. in l. si pro te. la seconda, C. de dotis promiss. per illum tex. dixit, quòd confessionata instrumenta mandantur executioni solummodo ad petitionẽ creditoris,

ditoris, non tertij, etiam si illius tertij intersit, sed intelligendum est vocabulum creditoris, secundum ea quæ dicta sunt in prima, & secunda q.secundæ partis, vt comprehendat hæredes, & cessionarios creditoris, ac nominatos ab eo. facit Rom. cons.142. quòd cessionarius, vbi con-
2 cludit, † quòd cessionarius verè dicitur esse creditor, etiam secundum strictum vocabuli creditoris significatum, & tanto magis cessionarius poterit huiusmodi executionem petere, si in instrumento cessionis posita sit clausula, quòd cedens constituit eum procuratorem in rem suam, ponitq. eum in locum suum, &c. nam exinde reducitur per omnia ad instar cedentis, vt Bart. in l. prouinciali, ff. de nou. oper. nuncia. Absolutè autem, an & quando possit quis, agere vigore instrumenti inter alios celebrati pro suo interesse, habetur in l. si cui legetur, §. fin. ff. de leg. t.
3 † Sed hic videtur opportunè quæri posse, si principalis creditor cum esset excommunicatus, cessit alijs suam actionem, vtrum cessionarius possit agere, antequam cedens absoluatur, quod est dicere, an exceptio excommunicationis, aut similia similis, quæ obstabat cedenti, obstet cessionario? Bart. Brixien. posuit hanc q. inter Venetiales 16. Dubitandi rationes erant, quia prout habetur in l. omnibus officijs, ff. de reg. iur. Non debet quis esse melioris conditionis, quam
4 auctor suus, à quo ius in eum transit, † & successor cum eo, cui successit pro eodem reputatur, extra de immunit. Eccles. aduersus consules, & de offi. iud. ord. c. pastoralis, & nemo plus commodi ad alium transferre potest, quàm ipse habeat. ff. de reg. iur. l. nemo plus. Sed contrarium deciditur. Ratio decisionis est. Quia cum sola excommunicatio causa esset, quamobrem creditor non poterat agere, quod vitium personæ inhæret, & non rei, sequitur, quòd ius cessum sine vitio personali ad successorem transtuit, ff. de diuers. & tempor. præscrip. l. an vitium primo respon so & & not. in l. vitia possessionum. C. de acquir. pos-
5 ses. † Quæsitum est aliàs non sine causa, an fideiussor hoc modo etiam, vt principalis insolidum obligatus, antequam soluat agere possit contra principalem, vt releuetur, sicut agere potest quando est condemnatus, & in certis etiam casibus positis in text. & per Doctor. in l. si. pro ea. C. manda. & c. fin. extra de fideiussor. & alijs cumulatis per Hippol. in repetitio. rubri de fideiussor. q.31. Cyn. in l. certum. C. famil. hercisc un. respōdit affirmatiuè & loqnens de fideiussore obligato per instrumentum guarantigiatum, ea motus ratione, quia sic obligatus propter confessionem, & præceptū iudicis, quæ (vt declarat idem Cyn. in l. vnic. q.2. C. de confessis, & nos supra diximus) insunt guarantigiæ, habet contra se paratam execut ionem, & sic est perinde, ac si esset condemnatus, maximè si (vt dixi) obligatus sit vt principalis, ita quòd possit incipi ab eo non facta excussione principalis *b* Cyn. secuti sunt Bald. ibid. Bart. in l. fideiussor pro venditore. ff. de fideiussor. Petr. Vbald. in tract. duorum fratrum, par.8. q.12. & Canar. q.45. & Hipp. vbi sup. sed ego semper vidi contrarium indicari, per doctr. Ang. in d. l. fideiussor. quem sequitur ibid. Paul. Castr. & Barz. in 6.q. secūdæ partis tractatu guarantigiæ, quorum sententia, tanquam naturæ magis consentanea, propterea q. magis æqua semper mihi quoque potior visa est. Asserit enim Angel. contrarium, quia tempore factæ obligationis certus fuit fideiussor, quòd poterat contra eum ab executione incipi, & fideiubendo promisit soluere, idq; fecit ad principalis debitor.s commodum l. indebitum. ff. de condict. indebit. l. tribus. ff. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu con sum. quòd si statim antequam soluat, detur ei regressus cōtra principalem, vt eximatur ab obligatione, primum non seruabit pro ni sum de soluendo, deinde inutilis reddetur sua promissio l. qui sic. ff. de
6 solut. quod iura habent pro absurdo, † & ideo volunt, quòd ille qui commodat, vel mutuat non possit statim repetere, sed cum congrua temporis intercapedine, vt per glos. Doctor. in l. 2. ff. commod. & in l. si pœnam. de verb. obligat. aliàs enim deciperetur amicus amici beneficio, rationem Cyn. de paritate sententiæ, & instrumenti guarantigiati refutat Barzius, eo quia non sit in hac specie paritas: nam inter sententiam, & promissionem co nmuniter intercedit magna temporis intercapedo, quod non occurrit in casu instrumenti guarantigiati: præterea sententia nouat præcedentem obligat. pro qua fideiussor interecesserat l. ptima, & ibi not. C. de iudic. sed in casu proposita quæstio. fideiussoria obligatio nō reperitur esse nouata. Hæc autem eo magis locum habent in nostra obligatione, quæ (secundum superius dicta) nisi facta sit ab initio cum susceptione censurarum, & mandati executiui, non habet paratam executionem, nisi postquam illius vigore facta fuerit confessio in iudicio.
7 † Si autem petat quis executionē huius obligat. nomine alieno, non solum opus est mandato, sed etiam requiritur speciale, prout vniuersale est, quòd ad petendum executionem requiratur mandatum speciale vt not. in l. si procurator meus. vers. nec ad eamdem rem factus. & in l. Pōponius. ff. de procurat. & in l. hoc iure. ff. de solut.
8 vbi Bart † Quemadmodum (diuersa tamen ratione) ad appellandum ab executione requiritur mandatum speciale. Angel. in l. ab executore, ff. de appellat. Socin. cons. 231. aliàs cum in præsenti. col.3. Felin. in cap. quod ad consultationem col.2. vers. nota insuper, de re iudic. & in cap. 1. col.6. vers. similiter, vt lite non contestat. Dicit tamen Bart. in d. l. si procurator, & latius in d. l.
9 hoc iure, † quòd ad petendam executionem sufficit mandatum generale ad omnes lites, & ita vidi obseruari. Addit Paul. Castr. in d. l. si procura-
10 tor, † quod procurator qui alieno nomine contraxit per instrumentum guarantigiæ, non potest petere illius executionem, licet ex eo sit sibi quęsita actio directa, quia non ad suam vtilitatem, sed si debitor sibi sponte solueret, ipse posset virtute directæ accipere, & soluens liberaretur, l. si vnus post princ. ff. de pact. l. si seruus, de solution.
11 † De tutore autem, & similibus habentibus à lege administrationem generalem non solum ad lites (vt sunt Prælati Ecclesiarum, Hospitalarij, & similes) de quibus habetur per Rotam in nouissim. decis. 466. Confessio Prælati, post glos. in cap. cui de electio. lib.6. & Innoc. in cap. ex tuæ, de cleric. non residen. propè fin. glo. suæ

verb. remoueat, & Specu. titu. de actore ab vniuer, vers. item quod excedit, pro indubitato habetur, quòd possint etiam huiusmodi instrumentorum executionem petere, vt tenet Bar. in d. l. hoc iure. vers. contra hoc opp.

QVarta consideratio de competentia Iudicis, à quo petitur hæc executio, satis videtur expleri posse ex ijs, quæ dicta sunt in secunda particula, secundæ partis principalis, & in duabus vltimis notis secundę considerationis huius particulæ.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Executio huius obligationis datur etiam ad instantiam creditoris nō autem tertij etiam habentis interesse.*

2 *Fideiussor in forma Cameræ obligatus potest agere antequam soluat, & maximè si est de proximo condemnandus num. 3. Contrarium num. 6.*

4 *Fideiussor adstrictus per instrumentum penes acta, vel per aliud habens executionem paratam agit antequam soluat.*

4 *Qui habet contra se executionem paratam pro condemnato habetur.*

7 *Fideiussor corā eodem Iudice, coram quo molestatur, potest petere releuationem indemnitatis.*

8 *Fideiussor potest agere executiue quando soluit, & debitor sub forma oblig. Camer. promisit illum releuare indemnem.*

9 *Fideiussor in forma Cameræ obligatus nō habet beneficium excussionis.*

10 *Idem quando est obligatus per instrumentum guarantigiatum, vel aliàs executiuè.*

11 *Fideiussor adstrictus vinculo huius obligationis, vel aliàs executiuè potest petere, quòd fiat excussio periculo suo contra correos.*

12 *Fideiussor medio iuramento obligatus non habet beneficium excussionis, intellige vt numer. 13.*

14 *Fideiussor in forma Cameræ obligatus potest petere quod fiat excussio contra correos periculo suo, contrarium num. seq.*

16 *Obligatio Cameralis an cōtineat clausulam, in solidum, dic vt num. 18.*

17 *Fideiussores obligati in forma Cameræ dicūtur duo rei in solidum principaliter obligati, & in solidum conueniri possunt, sed non semper procedit secundum aliquos.*

19 *Per obligationem Cameralem censetur renunciatum beneficio diuisionis.*

20 *Censura relaxari non possunt contra vnum ex obligatis, quando contra alterum poterat fieri executio.*

21 *Mandatum speciale an requiratur ad petendam executionem huius obligationis.*

a ETiam si illius tertii intersit. [Et auctoritate Gallesij hic *Rota in decis. 33. n. 1. post tractatum Cincij de censib.* voluit, quòd executio huius obligationis, & guarantigię non detur nisi ad instantiam creditoris non autem tertij etiam habentis interesse; & vide quæ dicta fuerunt supra q. 5.]

b *Respondit affirmatiuè.* Quam opinionem
2 affirmatiuam in terminis nostris, scilicet, quòd fideiussor in forma Cameræ obligatus possit agere antequam soluat, sequuntur allegati per *Maur. de fideiussor. par. 2. sect. 5. cap. 3. num. 10. Surd. consil. 367. sub num. 20. & decis. 94. nu. 5. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2 resolut. 6. & vlt. esse 18. vers. anno quia il primo, Boccac. de societ. offic. num. 72. in fin. Marchesan. de commiss. dilat. morat. cap. 1. sub numer. 24. circa finem in 1. edit. Galganett. post Galles. hic ad statut. Vrb. cap. 155. de fideiuss. num. 50. vers. limita decimo, Vinc. de Franch. decis. 414. num. 2. par. 2.* [allegati per *Cinc. de censib. par. 2. cap. 2. q. 13. art. 3. num. 17. & seq.* vbi & ipse in hanc partem videtur inclinare, *Rot.* post *addit. Cincij decis. 142. numer. 3. & per totam,*] quæ sententia maximè
3 habet † locum vbi fideiussor certitudinaliter de proximo est condemnandus, *Franchus post alios de moment. tempor. cap. 28. sub n. 19.*
4 nam obligatus † penes acta Curiæ habetur pro condemnato, vnde potest agere, antequam molesterur, *Vinc. de Franch. decis. 200. sub num. 2. vers. quibus addendo.* & de obligato per instrumentum liquidum, quod habet executionem paratam post *Vinc. de Frāch. decis. 414. Ricc. collect. decis. par. 2. collect. 304.* vbi secus si non haberet executionem paratam, *Rota Bononien decis. 40. nu. 6 in nouiss. diuers.* & ratio † esse potest, quia ille,
5 qui habet contra executionem paratam, vel ex forma statuti, vel ex natura rei, habetur pro condemnato, *Rota Iannen. decis. 28. sub num. 9. vers. nec refragatur*, vbi quando tenebatur ex obligatione penes acta Curiæ, sed intellige, vt ibi, sed verior, & æquior
6 videtur † opinio contraria, quam firmat *Galles. hic vers. sed ego semper vidi contrarium iudicare,* quia tempore factę obligationis, vt ipse dicit, certus fuit fideiussor; quòd poterat contra eum ab executione incipi. Et hanc ipsam sententiam pro veriori, est quæ

in

in praxi seruetur, acceptat *Maur. vbi supra sect. 5. cap. 3. num. 12.* eamq. sequitur *Rota in Romana, seu Bononien. vigintiquinque millium 7. Maij 1601 coram Episcopo Pacen. quae est decis. 101. num. 18. & in Romana cambiorum 17. Decembr. 1584. quae est decis. 20. num. 11. post Gallesium hic Marchesan. vbi proximè sub num. 24. circa finem.* Illud certè veritatem
7 habet, quod si † fideiussor molestetur à creditore coram aliquo Iudice, potest coram eodem, repetito instrumento obligationis Camer. & citato debitore principali ad dicendum contra molestationes, & ad releuandum indemnem, obtinere decerni mandatum, vt post alios *Boccac. de societat. offic.*
8 *nu. 76.* [Atque hic nota, † quod fideiussor potest agere executiuè vigore obligationis Cameralis, quando ipse voluit, & debitor promisit sub hac forma indemnem releuare, *Rota in recentioribus decis. 630. num. 1. par. 1. latè Cincius de censibus par. 2. cap. 2. q. 3. artic. 3. num. 13.* & generaliter quòd fideiussor, qui soluit possit agere contra debitorem executiuè, dicit post alios *Maur. de fideiuss. par. 1. princip. sect. 4. cap. 1. num. 10. & cap. 38. num 16.* & vide infra *quaest. 37. num. 15. Boer. decis. 22. num. 4. Rot. decis. 222. num. 4. par. 6. in recen.*]

6 *Non facta excussione principalis.* Notan-
9 dum est hic, quòd obligatus in forma Camerae, nō habet beneficium excussionis, *Caccoc. post alios de excussione bonorum q. 5. nu. 1. par. 2. Carol. de Graff. de except. 10. except. numer. 46. Pacif. de saluian. interd. insp. 2. cap. 2. num. 10.* post alios, quos allegat, *& in spect. 3. cap. 3. num. 46. in fin. Mausica de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 16. num. 8. circa finem, vers. quod tamen est intelligendum, & tit. 17. num. 9. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 170. num. 7. & 8. Riccius collect. decis. par. 1. collect. 237. vers. limita septimo post Anton. Fabr. decis. 22. de fideiuss. Rota decis. 449. num. 8. par. 3. & decis. 147. num. 3. part. 4. in recent. & post addit. Cincij de cens. decis. 75. num. 8. Rota in Romana triummillium 18. April. 1588. coram Card. Blanchetto, quae est decisio 143. num. 2. & seqq. in Mediolanen. affictus 29. Martij 1596. coram Orano, quae est decisio 118. num. 7. Romana mutui 16. Nouembris 1601. coram Card Lancellotto, quae est decisio 22. nu. 3. Romana fideiussionis 18. April. 1608. coram eod. & in Romana census 18. Iunij 1601. coram Card. Mellino, quae est decisio 55. num. 4.* [*& decis. 147. nu. 2. par. 4. in recent.*
Et ratio est quia fideiussor in forma Camerae obligatus omne priuilegium fideiussoribus quomodocumq; competens amittit, & habetur in omnibus pro principali, *Rot. vbi supra vers. facit etiam, & in Romana indemnitatis de Odescalchis 5. Nouembris 1578. coram Card. Lancellotto*, dum enim se obligat tanquam principalis soluere tenetur eodem modo quo tenetur principalis, *Rot. decis. 241 num. 2. par. 3. in recen. & in Bononien. census 16. Ianuarii 1630. coram R.P.D. Ghislerio, qua erit infra inter impressas n. 5. & in Romana censuum 16. Martii 1646. coram R.P.D. Royas, qua pariter erit inter impressas n. 7.* idē
10 que dicitur quando † est obligatus per instrumentum guarantigiatum, vt post alios *Gabr. de fideiuss. concl. 2. num. 84.* sed licet executiuè obligatus non possit opponere
11 excussionis † beneficium, potest tamen secundum aliquos petere, quòd fiat excussio periculo suo contra correos, *Marsil. in rubr. de fideiuss. sub num 65. vers. & pro hoc dicto. Gabr.* qui plures congerit pro vtraque parte *concl. 1. de fideiuss. num. 43. & seq. Felician. de cens. lib. 3. cap. 2.*] At vero neque obliga-
12 tus medio iuramento potest opponere hoc excussionis beneficiū, vt per plurimos, quos refert *Mancin. de iuram. par. 4. effect. 32. numer. 1.* vbi pro contraria parte plures refert ibi *nu. 2.* quae videtur sequenda quando iu-
13 ramētum † fuit simpliciter praestitum, vt latè ibi per eum, sed generaliter quando agitur executiuè non requiritur excussio, *Ioseph Ludouic. decis. Perus. 45. sub num. 14.* vbi quando agitur executiuè contra tertium, *Felician. de cens. vbi supra num. 9. Maluasia cons. 98. num. 31.* licet autem fideiussor obligatus in forma Camerae non iuuetur beneficio ex-
14 cussionis, † potest nihilominus, vt iam dictum est supra, instare vt fiat excussio periculo suo contra correos, non obstante renunciatione, quae fit in hac nostra obligatione, quoniam haec continet renunciationem omnium exceptionum competētium obligato de tempore factae obligationis, sed haec exceptio non competebat obligato de tempore obligationis, sed postea quādo fuit decreta executio contra omnes correos in solidum obligatos, & generalis ademptio beneficium non extenditur ad ea quae postea habiturus est, vt latè per *Boccac. de societ. offic. num. 56. & seq.* & tradit *Castracan. de societ. cap. 64. numero 10. Felician. de censib. lib. 3. cap. 2.* vbi de guarantigia, *Gabriel. de fideiuss. concl. 1. num. 43. licet num. seq.* referat contrariam opinionem, sed plures allegat

gat pro ista,& loquitur generaliter in omnibus casibus,in quibus non possit peti excussio post *Marsil.in rubr. de fideiuss.sub nu.65. vers. & pro hoc dicto*, sed contrarium, quòd
15 videlicet sub hac † forma obligatus nō possit petere, quòd excutiantur alij confideiussores; tenuit *Rota in causa Mediolanen. affictus* 24. *Martii* 1596. *coram Orano*, *quæ est decisio* 118. *num.*7. quod non habet difficultatem [vbi sunt duo rei debendi æqualiter obligati, atque coniuncti, *Verall. decis.*275. *par.*2.quod semper verum erit in obligatio-
16 ne Camerali, si verum † est, quòd illa contineat clausulam in solidum,& ideo fideius-
17 sores † in illa dati dicuntur duo rei principaliter, & in solidum obligati respectu creditoris, quamobrem principaliter, & in solidū conueniri possunt, *Rot. in citat. Mediolanen. affictus* quod secundum aliquos intelligitur vbi simul, & semel in eodem instrumento fideiussor se obligauit cum principali,secus si diuerso tempore, vt post alios *Fenutius de mom.temp.cap.*2. *num.*18. & *cap.*22. *num.*18. *Stracc.ad Aymon. cons.*272. *in fine.* Aduerte autem, quòd obligationis Cameralis for-
18 mula † non continet clausulam in solidum, *Rota in Romana nullit. obligat.*17. *Februarii* 1612. *coram Pirouano*, vbi ita aliàs dictum fuisse refertur in vna *Romana* 26. *Iunii* 1592
19 *coram Penia*,† sed contra facit, quòd per hāc obligationem censetur renunciatum beneficio diuisionis, *Rota in Romana casalis palazzetti* 16. *Decemb* 1587. *coram Robusterio.* Ve-
20 rum tamen est quòd † quando duo sunt in solidum sub hac forma obligati pro eodem debito, etiam quòd contra vnum tantùm possit deueniri ad executionem realem, & personalem, contra alterum, contra quem non potest fieri executio realis; nec personalis non possunt ad instantiam creditoris, subsidium relaxari censuræ, vt resoluit Sacra Congregatio Concilij Tridentini interpret. quam resolutionem sequuta est, *Rota in d. Mediolanen. affictus* 29. *Martii* 1596. *coram Orano*, & *in Romana pecuniaria* 19. *Decembris* 1608. *coram Manzanedo*, & ita fuisse decisum illo informante refert *Marta cap.*2. *num.*7. & *seqq.* & præsertim *num.* 11. *vers.* & *ita*, *Gratian. disceptat. forens. cap.*787. *n.*1.

d *Sed ego semper vidi contrarium iudicari.* [Aduerte autem,quòd Rota post *addit.Cincii de censib. d.*142. *sub num.*8. dicit, quòd Gallesius hic non loquitur de releuatione, seu liberatione quoad futuros fructus ex eo quia diù steterit fideiussor in obligatione, sed simpliciter de releuatione à molestiis, & damnis passis occasione fideiussionis, quæ sunt longè diuersa, vide *Rota d. decis.*142. *num.*8. & *seq.* & considera, nam valde dubito de subsistentia.]

e *Non solum opus est mandato*: Adde post Gallesium hic *Cesar de Graff.decis.*2. *nu.*7.
21 *de sententia excommunicat.*[sed † quò ad petendam executionem huius obligationis sufficiat mandatum generale, post Gallesiū infra num.9. quia generaliter loquitur firmat *Rota in Bononien. decis.*116. *num.*32. *in nouiss. diuers. licet addentes ibi littera* C, inclinent in contrariam partem allegando notata *per me* hic, quod ego non dico, sed tantùm, quòd mandatum requiratur, ad quod allegaui *Cæsar de Graff.* sed non recedas ab opinione Rotæ, quia est munita auctoritate Bartoli, quem allegat Gallesius hic, & roboratur obseruantia, de qua per eum.]

GALLESIVS.

QVÆSTIO XXXIII.

QVintæ etiam considerationis effectus videtur colligi posse ex ijs, quæ dicta sunt in prima, & secunda quæst. primæ particulæ, & 2.q. secundæ particulæ, secundæ partis principalis, & in tertia quæst. primę partis. Quibus addo, quòd vbicunque mutatur persona, siue ex parte creditoris, siue ex parte obligati, non potest ad executionem procedi,nisi prius legitima intercedente citatione eiusmodi personæ qualitas antea verificetur, *a* vt si ex parte creditoris agere velit eius cessionarius, seu ex defuncto eius hæres, & ex parte debitoris, si eo defuncto agendum sit contra illius hæredem,loca sunt (ne transcribendo aliena dicta librum augeamus) citata per Boherium decis.10. cessionarius contra possessorem & decis.52.insuper in audientia. in prima parte, quibus in locis etiā comprobat, quod hæres debitoris (exceptis quibusdam casibus) non potest conueniri intra tempus conficiendi inuentarij, licet bene cogatur reassumere, vel repudiare processum inchoatum contra defunctum: ipse tamen post finitum tempus deliberationis, etiam nondum lapso tempore ad inuentarium conficiendum statuto, potest hæreditarios debitores conuenire, & si præterea aliquid deest videtur posse ex infradicendis suppleri.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio persona est necessaria in quolibet iudicio, etiam executiuo.*

2 *Mandatum dicitur nullum si fuerit relaxatum non praecedente legitimatione persona.*

Nec

Nec sufficit si superveniat num. 3.
4 *Discutiendum prius est, an quis actionem habeat.*
5 *Legitimatio personarum non est necessaria, quando non fuit à parte opposita.*
6 *Menoch. de recuperan. remed. 15. quaest. 24. num. 442. declaratur.*
7 *Legitimatio personae non est necessaria, quando fuit ab Adversario citatus uti talis.*
8 *Citans aliquem ut talem, videtur pro tali approbare.*
9 *Citatio tantum operatur, quantum legitimatio personae.*
10 *Mandatum relaxatum contra bona uti haereditaria alienius est nullum, si non fuerit probata qualitas haereditaria, etiamsi fuerit relaxatum vigore obligationis Cameralis.*

4 EIusmodi personae qualitas verificetur.[Le-
1 gitimatio † namq. personae necessaria est in quocũque iudicio quantumuis summario, & executiuo, *Menoch. de recuper. remed. 15. q. 24. num. 272. & seq. Cinc. de censib. part. 2. cap. 2. q. 5. art. 6. num 14. & 36. Adrian. Negusan. quaest. 153. num. 20. R P D. Argelus in tractat. de legitimo contradictore quaest. 3. art. 1. num. 63. Boer. decis. 171. nu 19. & dixit* Rot. *decis. 18. num. 3. par. 1. & decis. 234. num. 18. par. 5. & decis. 141. nu. 6. par. 6. in recent. & in* Romana *census 5. Iulij 1600. coram Litta, quae est dec. 76. nu. 6. post tract. & coram Buratto decis 337. num 20. & decis. 434. num. 6. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 223. sub num. 3. & decis. 264. num. 2. & in Spoletana praedij 30. Martij 1615. coram Sanctiss. D. N. Innocentio Decimo, quae est decis. 34. nu. 11. post tract. Posth. de subhastation.* Itaut
2 † huiusmodi legitimatione nõ facta processus, & mandatũ nullitatis vitio subiaceat, *Rot. corã Greg. XV. d. decis. 223. sub n. 3. Cinc.*
3 *de censib. ubi supra num. 15.* Etiamsi † talis legitimatio fiat post relaxationem mandati; nam, non ideo tolleretur nullitas, cum fieri debeat à principio, nec sufficiat si superueniat, vt post *Rimivald. iun. consil. 233. nu. 114. post princip. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap.*
4 *486. num. 7. & 8.* vbi † quod ista exceptio legitimationis personae impediat, ne vlterius procedatur, nisi prius sit discussum, an quis actionem habeat *Mar. Mut. super consuetud. Panormit. cap. 12. num. 9. & 10.*
5 Quod † tamen intelligendum est procedere quotiescumque fuerit ista legitimatio opposita à parte, secus vero si opposita non fuerit, nam tunc si omittatur non vitiat processum, nec mandatum relaxatum, *Rot. decis. 307. num. 7. par. 1. in recen. & post Cinc. de censib. decis. 286. num. 1. Gregor. decis. 88. num. 1. Addeu. ad eumdem decis. 264. num. 6.*
6 Et † quamuis hanc declarationem non admittat *Menoch. vbi supra nu. 442.* dum vult, quod Iudex etiam parte non opponente curare debeat dictam legitimationem personarum, attamen procedit quando non adest contradictor, vel non loquitur ad effectum, quod inde resultet nullitas, vt declarant *Addent. ad Gregor. d. decis. 264. sub num. 6.*
7 Nequetminus necessaria est personarum legitimatio, quando quis fuit ab Aduersario citatus vti talis, qualem se faceret, *Rot. decis. 511. nu. 8. part. 2. in recen. Menoch. de adipiscen. remed. 4. quaest. 67. nu. 611.* Citans † enim
8 aliquem vti talem videtur eũ talem approbare, *R. P. D. Argel. vbi supra num. 21. Surd. decis. 104. num. 9. & 10. & decis. 108. nu. 12.*
9 *& 13.* & † ideo tantum operatur citatio quantum legitimatio personae, *Argel. vbi supra num. 65. & in Romana pecuniaria 28. Iunii 1613. coram Reuerendiss. Manzanedo.*
10 Verificanda † quoque esset qualitas bonorum, vt puta si quis instatet pro relaxatione mandati contra bona existen. penes tertium, tanquam haereditaria sui debitoris, priusquam deueniretur ad relaxationem mandati deberet huiusmodi qualitas haereditaria verificari, aliàs mandatum esset nullum, etiamsi fuisset relaxatum vigore obligationis Cameralis, *Rot. in Beneuentana domus 14. Decembris 1646. coram R. P. D. Otthobono, quae erit post tractat. decis. 231.*]

G A L L E S I V S.

S V M M A R I V M.

1 *Inprimis instrumentum publicum diligenter à patrono inspiciendum est.*
2 *Si instrumentum obligationem Cameralem extensam non habet quae nam citatio praemittenda sit.*
3 *Quam ob rem extensio formae obligationis Cam. facienda sit.*
4 *Iudex debet esse certus de sua iurisdictione, & procurator de suo mandato.*
5 *Translatio pensionis per executorem facta non intimatis ei litteris translationis, non valet.*
6 *Qui ignorant clausulas, qualitates & tenorem rei, rem ipsam ignorare potius videntur, quam cognoscere.*
7 *Quae lam sciri possunt ab aliquo, & vt à iudice, & à procuratore, vel vt ab alio huiusmodi persona.*
8 *Cameralis obligatio in prothocollo, vel apocha, non*

non extensa, extendi debet in processu, vel executione.
9 *Notarius actuarius iudicis, coram quo petitur executio obligationis Cameralis, potest ex suo officio sine iudicis decreto illam explicare, & extendere.*
10 *Ante executionem si quid liquidatione indiget, liquidandum est.*
11 *Qualiter fiat personarum liquidatio.*
12 *Liquidatio rerum quæ intelligatur.*

QVAESTIO XXXIV.

AGgrediendo secundam huius tertiæ principalis partis particulam, in qua, quæ ipsum processum concernunt, describere polliciti su-
1 mus, † Dico ante omnia ad causæ futuri patroni officium spectare, vt inspiciat scripturam ad se delatam, cuius petenda sit executio. Nam si fit instrumentum publicum habens extensam obligationis formulã, poterit illico eo producto pro-
2 cessus inchoari. † Si vero esset publicum quidem instrumentum, non tamen habens obligationem extensam, sed dumtaxat (quod sæpè faciunt Notarij) habeat quòd partes obligauerunt se in forma Cam. &c. tunc præmittenda est citatio ad dicendum contra instrumentum productum *a* videndumq. iurare testes super illius recognitione, ac etiam videndum per iudicem mandari extendi obligationem in forma Cameræ *b* in ipso instrumento contentam, & postquam recognito instrumento iudicis mandato fuerit extensa obli-
3 gatio, tamen deinde petitur executio. † Quæret fortasse hic aliquis, quamobrem facienda sit ea extensio, cum videatur is esse labor superfluus, quando manifesta, atque adeo notoria est ea forma, vt nedum iudicibus, sed rusticis etiam & mulieribus sit cognita? Hæc quæstio & si videri potest à curiositate procedere, cum indifferẽter seruetur, tamquam necessaria dicta extensio in Romana Curia, nec vnquam, cur id fiat, requisitum esse audiuerim: tamen quia potest occurrere casus etiam extra ipsam Curiam; vbi vsus idem nõ ita inualuerit, & omnino delectat causas rerum cognoscere, nolui quid sentiam reticere. Puto autem vsus prædicti rationem ab initio fuisse, quia non facta eiusmodi obligationis extensione, non possent iudex de sua iurisdictione, & procurator per quem facienda confessio debiti, de suo
4 mandato certi esse, † quæ certitudo in vtroque requiritur, aliàs non possent eorũ officium exercere, vt habetur per Ioa. Andr. in clem. 1. in ver. receptis de procurator. ponit eleganter Socin. in l. multum interest, col. 3. ff de condit. & demonstrat. & quoad iudicem executorem sunt elegantissimæ, doctissimæq. decis. Rotæ 458. circa tertiũ in nouis, & altera 242. si vnus ex tribus, quod etiam in arbitrio locum habere probat Aret. consil. 68. excellen. domine, & quoad procuratorem est exemplare consilium Bart. 73. Quæritur vtrũ procurator, quod citatur per addit. decis. Rotæ 145. si procurator. in nouis, & multa congerit Boher. quæst. 274. An valeat procuratorium. in princip. Neque obstat si dicatur, quod ex quo forma est nota, satis videntur esse certi iudex & procurator cũ viderint in instrumento esse scriptum, quòd facta est obligatio in forma Cam. cuius extensio fit semper eodem modo, sicque pro iudicis, & procuratoris certioratione in casu nostro necessaria non sit dicta extensio regula iuris. eum qui certus, lib. 6. prout simile argumentum facit Besignetus, de concess. præb. decis. 4. Quia illa decisio fuit semper explosa, vt (vltra superius allegatas decisiones) habetur in antiquis decis. 794. Pronunciatio facta, & per Rom. consil. 35. incip. quo ad primum, vers. quoad tertium. rel. in c. eam te, §. tempus. in 4. fallen. & in cap. sciscitatus, ad finem de rescript. & Milis. in
5 ver. grat. a. in princ. † per quæ Rota nostro tempore plures, alijque Romanæ Curiæ iudices passim iudicarunt non valere ad translationem pensionis factam per executorem non præsentatis ei in actu translationis literis, in quibus extensa esset facultas transferendi, quamuis ea notoria sit, & semper vniformiter in litteris extendatur, sicut notoria est forma tam gratiæ expectatiuæ (quantum attinet ad deputationem executorum) quàm etiam processus pro iurisdictione subexecutorum fieri soliti, de quibus habetur in decisionibus supra citatis. Et ad rationem Besigneti respondeo primo negando eam, quia & si contingat hãc formam notam esse aliquibus, tamen negari non potest, quin multis sit incognita. imò multi etiam iuris periti habentes in confuso eius cognitionem, ignorant clausulas,
6 & qualitates eius particulares, † & tales qui ignorant qualitates, clausulas, & tenorem, non dicũtur scire, sed potius ignorare, vt probat Aretin. in consil. superius citato 68. paulo post principium, imò etiam si quis omnia prædicta sciret, tamen non sufficeret in proposito, quia ea esset scientia contingens, & particularis, non autem vniuer-
7 saliter necessaria † sciret enim vt homo quilibet non autem vt iudex futurus huius obligationis executor, neque vt procurator huius in hac obligatione obligati, & cuius nomine facturus est debiti confessionem, vnde argumento vtitur Ioan. Andr. in glo. d. cap. eum qui certus. ibi; Nam qui certus est, vt homo, certioratur vt index. 2. q. 1. multi. Vbertinus Zuccard. in repet. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. num. 74. format similem quæstionem, quam dicit esse nouam. Numquid in terminis illius legis sufficiat hæredi iudicem certum facere de tenore & qualitate testamenti, absq; eo quod illud ostendat? & determinat negatiuè.
8 † Et quod proximè dictum est de instrumento publico habẽte quidem obligationis mẽtionem, sed non ipsam obligationem extensam, locum habet in nota, seu prothocollo non extenso, in cedula, seu apocha priuata, & in alijs scripturis, quarum vigore dictum est supra in prima consideratione præcedentis particulæ peti posse executionem. Itaque in illis quoq; similis erit præmittenda citatio ad dicendum contra, & videndum iurare testes super recognitione, ac mãdari extendi obligationem *c* hoc autem ita intelligendum est, nisi (quemadmodum ibi dixi) conuentum esset posse talem extensionem fieri per quemcumque ipso etiam debitore aliter non ci-
9 tato. † Et quemadmodum habet Rom. Cur. vsus (nisi prothocollũ sit alicuius ex notarijs actuarijs, aut alterius iudicis, coram quo executio petitur:

titur: tunc enim sufficit, illud repetere, & notarius ex suo officio facit extensionem, sine alio iudicis decreto, quod etiam est iuri consonum, vt notarius de instrumentis per eum rogatis liberè
10 possit extendere instrumenta † dato vel in esse posito instrumento exequibili, videndum erit, si quid oporteat liquidare, id est docere, & liquidū facere pro parte actoris, antequam possit executio inchoari. Eiusmodi autem liquidatio consistit, partim in personarum legitimatione, partim in ipsarum rerum probatione. Personarum in-
11 quam, vt † si alieno quis nomine compareat, ante omnia doceat de suo mandato, & si proprio, qui habeat causam à principali creditore, vt hæres nominatus, cessionarius, & similes, ante omnia verificet se esse talem, & si procurator agat nomine alicuius ex proximè dictis successoribus, verificet vtrumque, id est, & se procuratorem, & principalem suum esse talem, qualis per eum
12 esse proponetur. † Rerum autem, vt quod actor adimpleuerit, quæ pro eius parte sunt adimplēda, quod euenerit conditio tacitè vel expressè in contractu comprehensa, & certa alia, de quibus quoniam videtur abundè dictum esse in expositione verborum quartæ particulæ obligat. onis, & in secunda consideratione præcedentis particulæ, non videtur opus esse, vt ibi dicta hîc repetam, sed tantum modo videntur ea docenda esse, quæ ad practicam (id quod hoc loco egimus) pertinent.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis ad hoc vt possit exequi requiritur, quod perducatur instrumentum, intellige vt num. 6.*

2 *Productio non est necessaria cum pars declarauit velle stare indicationi.*

3 *De obligatione Camerali constare non dicitur ex simplici copia, & mandatum in illa fundatum est nullum.*

4 *Et requiritur recognitio, quo nisi fiat, hæc exceptio opponi poterit non obstante clausula reijciente omnes exceptiones, num. 8*

5 *Requiritur etiam quod instrumentum sit integrum.*

7 *In executiuis productio instrumenti est loco petitionis.*

9 *Executiuè non potest agi vigore obligationis Cameralis, nisi illa sit extensa. amplia vt num. 13.*

10 *Extensio oblig. Camer. est necessaria ad hoc, vt Iudex sit certus de sua iurisdictione.*

11 *Mandatum relaxatum vigore huius obligationis non extensa est nullum.*

12 *Nullitas predicta non attenditur in Rota, stante commissione sanatoria arbitrio Rotæ.*

14 *Decretum Iudicis de extendenda obligatione Camer. non sufficit, sed requiritur, quod cum effectu extendatur, fallit vt num. seq.*

16 *Extensio obligationis Camer. non est necessaria quando consensum fuit in relaxationem mandati, vt hîc.*

17 *A.C procedit executiuè etiam vbi non adest obligatio Camer. quando consensum fuit in relaxationem mandati, vt hîc.*

18 *Obligatio Cameralis extendi debet etiam quod fuerit in mandatum consensum, vbi in illius vim deueniendum est ad excommunicationem.*

19 *Obligationis Camer. extensio non est necessaria, quando Notarij A.C. sunt rogati.*

20 *Obligatio Camer. quomodo sit extendenda in casu, de quo hîc, remissiuè.*

21 *Decretum de extēdendo factum sub vnica citatione an sustineatur.*

22 *Personarum legitimatio est necessaria quando agitur vigore obligat. Camer. amplia vt num. 23. & seq.*

25 *Actor tenetur non solum propriam personam legitimare, sed personam rei.*

AD omnia notata hîc per Gallesium num. 2. & 3. adde *Martam de iurisd. par. 2. cap. 5. num. 20.*

Contra instrumentum productum. Ad hoc
1 enim, vt obligatio possit † executioni mandari requiritur, quòd producatur instrumētum, seu apoca, cum necessarium sit, vt de illo, seu de illa constet, aliàs mandatum vigore illius relaxatum est nullum, *Rota in Romana consus 4. Decembr. 1595. coram clar. mem. Card. Pamphilio, quæ est decisio 136. n. 3. & in alia Romana consus 21. April. 1597. coram Episcopo Pacen. & in Romana nullitatis executionis 25. Iunij 1607. coram Ludouisio,*
2 *quæ est decisio 128. num. 3.* [non † est tamen necessaria hęc productio, quoties pars declarauit velle se stare indicationi, *Rota in Romana vineæ 14. Iunij 1613. coram S. D. N. Innocentio Decimo, quæ est decisio 13. nu. 1.*]
3 Quando verò instrumentum † producitur, debet esse authenticum, quia aliàs ex simplici copia constare non dicitur oblig. Camer. quando non constat de consensu partis de dando copiæ, & ob id mandatum dicitur nullum, *Seraphin. decis. 425. nu. 1.* aliàs
4 enim ex simplici copia † apocæ, non producto, nec recognito originali, non potest dici constare de obligat. Camer. & propterea tali casu † nullam meretur executionem, stāte præsertim protestatione partis, quod re-

cognoscatur, Rota in Perusina pecuniaria 28.
Nouemb. 1602. coram Manzanedo, vbi etiam
quòd de tali recognitione non est standum
5 Notario, quando de illa non † fuit rogatus,
immò instrumentum debet esse integrum,
neque sufficit, quòd producatur in parte, al-
legati per Benignum ad stat. Agricult. Vrbis
cap. 25. litt. B, vbi subiungit, quòd reo vo-
lenti copiam vnius partis non est denegan-
da: Inde non sufficeret productio protho-
colli, & simplex imbreuiatura Notarij,
sed est omnino necessaria productio instru-
menti in publica, & authentica forma, Cin-
cius de censib. part. 2. cap. 2. q. 5. artic. 6. sub
num. 4.
6 Est verò † de stylo Tribunalis A.C. non
procedere, nisi præuia probatione crediti,
de quo testatur Rota in Ferentina ferraria 1.
Iulij 1605. coram Penia, quæ est decisio 62.
7 num. 62. in executiuis † enim productio in-
strumenti est loco petitionis, vt post alios Ro-
ta Bonon. decis. 116. num. 53. in nouiss. diuers.
Et ideo productio est necessaria in execu-
tiuis in primis, & ante omnia, nec sufficit si
producatur post petitam executionem, Cin-
cius vbi supra art. eod. num. 34. quod confir-
mat in addit. decis. 9. q. 5. art. 2. sub num. 5.
vers. in dicto.
b Videndumq. iurare Testei super illius reco-
gnitione, [quæ recognitio est vndequaque
8 necessaria, aliàs mandatum esset nullum, &
opponi potest ista exceptio non obstante
statuto reijciente omnes exceptiones, quia
non intelligitur exclusa exceptio, per quã
negatur instrumentum esse instrumentum,
Gypsius & Fundatia d. Bononien. 8 sub nu. 14.
& 15. & Rota d. decis. 132. num. 1.]
c Mandati extensio obligationem in forma Ca-
meræ, & meritò, nam sine hac extensione
9 non potest agi executiuè † vigore obligatio-
nis Cameralis, Marc. Ant. de Amat. decis. 91.
num. 23. Borgnin. decis. 19. nu. 53. par. 3. Mar-
chesan. de commiss. appellat. à Cam. obligat cap.
16. num. 74. [Post. in tractat. mandati de ma-
nutenen. obseruat. 12. num. 76. Rot. diuers. de-
cis. 118. num. 6. & seqq. part. 4. & Rot. recent.
decis. 555. num. 3 par. 1. & Anconitana pecu-
niaria 27. Martij 1623. coram R.P.D. Pa-
triarcha Manzanedo, quæ est infra decis. 214.
10 num. 1.] est enim † hæc extensio necessaria
ad hoc, vt Iudex possit esse certus de sua
iurisdictione, Gratian. discept. foren. cap. 68.
nu. 41. vbi plures decisiones allegat, & post
plures decisiones Tiber. in praxi lib. 1. cap.
29. vers. cuius forma. Rota in causa Lauretа-
na prædii, seu pecuniaria 5. April. 1593. corã
Gypsio, quæ est decisio 39. num. 2. Romana de
Pinellis 20. Februar. 1598. coram Orano, quæ
est decisio 18. num. 3. & in Romana releuatio-
nis à molestiis 12. Ianuarii 1601. coram Car-
din. Lancelloteo, quæ est decisio 24. num. 1. &
11 † multo magis requiritur extensio vbi esset
apoca priuata, Cæsar Barz. decis. Bononien.
12 108. num. 28. & † potest mandati extendi per
Iudicem, etiamsi non sit data facultas à par-
tibus extendendi, vt fuit decisum in Roma-
na pecuniaria de Saffettis 14. Maii 1576. co-
ram Card. Blanchetto, quæ est decisio 91. adeo
13 vt non extensa huiusmodi † obligatione,
mãdatum illius vigore relaxatum esset nul-
lum, Marches. de commiss. super nullit. cap. 1.
num. 25. par. 2. in 1. editione, Gratian. discep-
pt. foren. cap. 68. num. 41. & plures decisio-
nes ad hoc allegat Tiberius in praxi lib. 1.
cap. 6. num 3. & cap. 29. vers. cuius forma, &
fuit actum in vna Romana palatii Campi Flo-
ra 16. Decembr. 1588. coram Penia, quæ est
decisio 56. num. 6. & in d. Romana releuationis
à molestiis nu. 1 [in d. Anconitana pecuniaria
27. Martii 1623. coram Manzanedo, Rota in
recentioribus par. 1. decis. 555. sub num. 3. vbi
quòd quando agitur coram diuerso Nota-
rio ab eo, qui fuit rogatus, extensio est ne-
cessaria, aliàs mandatum est nullum, Caua-
lerius decis. 528.] hæc tamen nullitas non
attenditur stante commissione sanatoria ar-
bitrio Rotæ, vt fuit resolutum in Romana vi-
nea 1. Februarij 1622. coram Card. Mellino,
quæ est decisio 51. num 4. & aduerte quòd
non sufficit si inter easdem partes oblig. Ca-
mer. fuisset semel extensa, nam huiusmodi
extensio debet reproduci in officio Notarij
causæ, cum Notarij A.C. habeant acta sepa-
rata, vt fuit resolutum in dicta Romana rele-
uat. à molestiis num. 2. [Post. in tract. manda-
ti de manutenen. obseruat. 12. sub num. 76.
sufficeret tamen extensio facta in iudicio
moto per creditorem contra fideiussorem
ad hoc, vt fideiussor pro releuatione inde-
mnitatis agere posset contra debitorem
principalem repetitis actis contra ipsum fa-
ctis, quia hoc modo A.C. dicitur certus de
sua iurisdictione, ad quem effectum fit ista
extensio, Rota in recent. part. 1. decis. 630.
14 num. 20.] Sed neque sufficit † decretum Iu-
dicis de extendendo, sed requiritur ipsa
extensio, & ita fuisse decisum in Rota dicit
Tiber. in praxi lib. 1. cap 6. num. 2. vers. licet
15 Rota, hoc tamen † intellige procedere de
iure, secus autem de stylo Tribunalis A.C
nam

nam sufficit decretum Iudicis de extendendo absque alia extensione, *Tib. d. lib. 1. cap. 29. in fine, Rota in Romana de Cosciaris 13. Iannarii 1599. coram Orano, quæ est decisio 11. num. 23. & in suprà cit. An enitana pecuniaria coram Manzanedo num. 2.* Non est
16 autem hæc extensio † necessaria, quandò consensum fuit in relaxationem mādati vnica tantùm præuia citatione, vt fuit decisum in causa *Venetiarum donationis 9. Decembris 1605. coram Penia, quæ est decisio 63. num. 1. & in Romana pecuniaria 16. Ianuarij 1609. coram Card. Canalerio, quæ est decisio 35. n. 2.*
17 tunc enim vigore istius † consensus in mādatum executiuum vnica citatione, vel etiā absq; citatione potest A C. procedere executiuè etiam si non adesset obligatio Camerał. *Rota in d. Venetiarum donationis num. 2. Gratian. discept. foren. cap. 525. nu. 62.* [*Post. in tractat. mandati de manutenen. obseruat. 12. sub num. 76. vers. nisi fuisset, Rot. post eumdem decis. 247. n 19. Adden. ad Buratt. decis. 683. num. 7.* Animaduertendum tamen est, quòd
18 † deberet extendi, etiamsi fuisset in mandatum consensum, quandò deueniendum est ad subsidialem processum excommunicationis, aliàs litteræ declaratoriæ essent nullæ, *Post. in d. tractat. mandati de manutenen. post Salust.* Tiber. *in pract. A. C. lib. 1. cap. 34. num. 2. quem allegat obseruat. 103. numer. 26.*]
19 Secundò necessaria † non est hæc extensio, quando Notarij A. C. sunt rogati, illi enim habent semper in pulpitis extensam formam Cam. obligat. *Rota in d. Romana de Cosciaris num. 27. & in Ferentina ferreria 1. Iulii 1605. coram Penia, quæ est decisio 62. numer. 3.* [*Adden. ad Buratt. decis. 683. num. 8.*] Quomodò autem † extendenda sit hæc obligatio, quando agitur de succumbendo alicui mediante persona alterius, vide *Gratian. post Rotam*, quam allegat *discept. foren. cap. 363 num. 30.* [Sed an sustineatur decretum † de extendendo factum sub vnica citatione ad dicendum contra iura dubium est, nam videretur non sustineri, quia pendente termino ad opponendum contra iura, officium Iudicis conquiescit per *tex. in l. sine pars. C. de dilat. Rota decis. 30. de indic. in antiq. Rota in Anconitana pecuniaria 27. Martii 1623. coram Manzanedo*, quicquid autem sit de iure, de stylo seruatur contrarium, scilicet, quòd sub vnica citatione fiat decretum de extendendo, qui stylus seruari debet, vt dicit *Rota in d. Anconitana pecuniaria post Tiber. in prax. lib. 1. cap. 29. & cap. 31. num. 4. & 5.*]

d *Et determinat negatiuè* [Vid: *Cæsar Argel. de acquir. possess. quæst. 6. art. 4. num. 73.*]

e *Ac mandari extendi obligationem*. Adde *Gratian. disceptat. forens. cap. 391. num. 49. par. 2.*

e *Partim in personarum legitimatione.* [Quòd
22 personarū legitimatio † necessaria sit quandò agitur vigore huius obligationis, non facilè controuerti potest, & firmant *Lancellott. de attentat. par. 3. cap. 23. de processu in causa attentatorum numer. 40. pag. mihi 516. Rota in Romana census 5. Iunij 1600. coram Litta, quæ est decisio 76. nu. 6. Cincius de censibus par. 2. cap. 2. q. 5. art. 6. n. 36.* qui loquitur generaliter in executiuis, & de obligatione Camerali, *Rota in recen. decis. 678. n. 30. par. 2.* & generaliter in executiuis *Scacc. de commerc. & camb. §. 7. gloss. 5. num. 19.* vbi
22 etiam de obligat. Camer. † & non obstante statuto reijciente omnes exceptiones, & num. 26. ampliat etiam si non sit oppositū,
23 † quià suppletur à Iudice ex officio, additque idem *Scaccia* ibidem *nu. 27. & seq.* quod actor tenetur non solum legitimare propriā personam, sed etiam personam rei, etiam quòd reus sit contumax, *vt ibid. num 28. & seq.* idque etiām procedere addit, licèt reus sit contumax in non respondendo interrogatorijs præparatorijs tendentibus ad eius personæ legitimationem.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Verbi huius liquidū, quæ vis, & significatio sit.*
2 *Liquidatio facienda est parte citata.*
3 *Liquidatio non habet priuilegium executiuum.*
4 *Liquidatio per omne probationis genus fieri potest.*
5 *In faciēda liquidatione summarius est processus.*
6 *Quando liquidatio facienda sit.*
7 *Obligatio Cam. nisi fuerit cum censurarum, & mandati executiui susceptione non habet viam executiuam ante debiti confessionem.*
8 *Confessio debiti antequam id ipsum liquidetur, per procuratorem fieri non potest.*
9 *De commissione, quæ præfigatur terminus actori ad faciendam liquidationem impetranda per cautum procuratorem.*
10 *Liquidatione etiam non facta, si ita conuentum sit, ad executionem procedi poterit.*
11 *Cum in obligatione conditio inest, tacita vel expressa ante executionem necessaria est liquidatio.*
12 *Obligatione censurarum susceptionē continente, quomodo procedi soleat circà liquidationem.*

M 13 *An*

13 *An, vt dicatur facta liquidatio, sententia iudicis sit necessaria.*
14 *Contra confessum de iure sententia non promulgatur.*
15 *Qua ratio sit vsus illius, quo nulla opus est iudicis interlocutione super liquidatione facta, vbi obligatio est cum censurarum susceptione.*
16 *In executione obligationis Cam. nulla iuris solemnitas est necessaria, sed proceditur de facto.*
17 *Pronunciatio, siue iudicis interlocutio est de iure ciuili.*
18 *An ex tacita iudicis pronunciatione, quæ ex processu ad vlteriora nascitur, appellare liceat.*
19 *Appellans à præcepto sibi post confessionem suam facto, auditur.*
20 *A præcepto non merè iudiciali, sed conuentionali non admittitur appellatio.*

QVAESTIO XXXV.

QVinque potissimum ad hoc propositum facientia circa liquidationem à Doctoribus
quæsita esse animaduerti. Primum quo pacto intelligatur instrumentum esse liquidum. Secun-
dum quomodo. Tertium quando facienda sit li-
quidatio, & intra quātū tempus. Quartū si super
liquidatione proferenda sit iudicis sententia, an-
tequam instrumenti vt liquidi executio peti pos-
sit, an non? & an sit locus appellationi, an non?
Quintum si contingat esse processum ad execu-
tionem liquidatione prius non facta, an ex eo
1 reddatur processus nullus. Liquidum (quam-
quam fortasse aliter Latini sermonis proprietas
habeat) secundum ius nostrum accipitur pro cla-
ro, & certo *a* ita probat tex. C. si secun. nupse.
mul. l. 1. ibi, omnia, & cum competentibus fru-
ctibus ad liquidum deducta ratione restituat: &
in prima constit. ff. §. nos vero tantum. ibi. insti-
tutiones ab omnibus turbidis fontibus in vnum
liquidum stagnum corriuatas. Et pluribus alijs
locis, quibus dicuntur probationes liquidæ; quē-
admodum & apud Latinos impersonali verbo
dicebatur de causa liquere, vel non liquere. ita-
que liquidum instrumentum intelligendū est cla-
rum, & certum: liquidatio vero, & liquidare in-
telligimus esse actus, & probationes, quibus me-
diantibus de incerto, & obscuro, fiat certum, &
2 clarum. † Ad secundam modo quæstionem de
faciendo liquidationem breuis responsio, quod
facienda est omninò, parte (contra quam fit) ci-
tata, & fieri potest per quodcunque legitimum
probationis genus. quòd necessaria sit citatio *b*
vltra id, quod vniuersale est per l. de vnoquoque.
ff. de re iud. & l. nam ita Diuus. de adoption. te-
nent expresse Bal. in dict. l. si causam. ver. ex his ap
paret. C. de execu. rei iudic. Qua in re vidi errare
nonnullos, qui producto vel repetito instrumen-
to, & probata vel iurata absentia debitoris, illo
alitèr non citato procedunt ad liquidationem, &
faciunt super illa probationes, sicut fit super ipso
instrumento liquido (vt inferius dicetur) & ma-
3 le faciunt: † quia negotium liquidationis est di-
uersum, & non habet priuilegium executiuum,
sed recipit omnes legitimas ordinarij iudicij ex-
ceptiones, *c* vt probatum est supra in secunda
4 consideratione præcedentis particulæ. † Quod
autem fieri possit per omne genus probationis,
& sic per cōfessiones, testes, iusiurandum, instru-
menta, & cætera, quæ faciunt rem esse legitimè
certam, habetur per Bar. in l. 3. C. de sent. quæ si-
ne cer. quan. profer. & Bald. in l. fin. C. de fal. cau.
adiect. leg. & in repet. l. perens. C. de pact. & in d.
5 l. 2. C. de rei vxor. actio. vers. pone dicit. † Non ta-
men requiritur libellus, litis contestatio, *d* aut
alius ordo iudiciarius, sed proceditur summariè
secūdum formam l. à Diuo Pio. §. si super rebus.
ff. de re iud. Bart. in d. l. 2. C. de sent. quæ sine cer.
quant. & in l. si cum exceptionem. §. hæc autem
6 actio ff. quod met. cau. † Tertia quæstio, quan-
do facienda sit liquidatio *e* licet habeat va-
rias opiniones dissentientibus inter se Bartolo,
& Baldo, eorumq; imitatoribus, quos vtrinque
oppositos ponit Iason. in l. 1. col. 4. vers. conclusio.
ff. de eden. & quos reducunt ad concordiam Ro-
ma. in superius citato cons. 211. ad fin. & Imola in
l. 1. ff. de lega. 2. & bonus practicus Ang. Aret. in-
stitut. quibus mod. re contrahi. obligat. quos la-
tiùs citaui in dicta secunda consideratione præ-
cedentis particulæ, & habetur etiam in materia
iudicij possessorij adipiscendæ per Doct. in l. fin.
C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Et apud Barzium
in tract. guarantigiæ in secūda quæst. primæ par-
tis, vers. sed tamen in hoc, qui concludit, peti qui-
dem posse executionem etiam non facta liquida-
tione, sed quòd iudex non debeat dare illam, nisi
prius fiat liquidatio, & sic liquidatio præcedere
debeat concessionem executionis *f* non autem
quòd sit opus ab initio liquidare, immò ipsa li-
quidatio superueniēs trahatur retrò, & operetur,
ac si ab initio, ante petitam executionem, fuisset
facta, tamen hac in re nobis non est laboran-
7 dum. † Quia nostra hæc obligatio (nisi sit cum
censurarum, & mandati executiui susceptione)
antequam facta sit confessio debiti nō habet vim
8 executiuam *g* † cum autem confessio per procu-
ratorem fieri nequeat, non liquidato prius nego-
tio, super quo facienda est confessio, remanet in-
dubitabile, quod ante omnia, & separatim per se
facienda est liquidatio, *h* ad quam faciendam ea-
dem ratione nō est tempus determinatum etiam
de iure ciuili, secundum Bald. in d. l. 2. C. de exec.
9 rei iud. col. 2. vers. modo quæro. † Sed cauti pro-
curatores si putāt ita expedire reo, quem defen-
dunt, faciunt quòd iudex, vel sua auctoritate,
vel (quod magis frequentatur, & est tutius) vi-
gore specialis commissionis, præfigat actori ter-
minum ad perficiendum inceptam liquidatio-
nem, & si intra terminum non sit facta, instant,
vt reus absoluatur.
10 † Hæc autèm ita intelligenda sunt, nisi obli-
gatio haberet expresè conuentum, quòd possit
procedi ad executionem liquidatione non facta *i*
quod tenet Bartolus in l. creditores in tertia q.
ver. sed an possit adhiberi. C. de pign. quamobrem
in nouella forma addidi talem clausulam. Pro
cuius tamē clausulæ vsu est aduertendum, quod
illa potest habere locum in obligatione pura, &
adesse tempore contractus deducta, licèt non li-
quida, vt in promissione damnorum, & interes-
se, & similibus, in quibus constat esse debitum,
licet velatum, & quantitatis incertæ, quæ certi-
11 ficatur posteà per liquidationem. † Quod si obli-

gatio

gatio non sit pura, sed habeat conditionem taci-
tam, vel expressam, vt dictum est in secunda con-
sideratione præcedentis particulæ, vers. primo,
vel non sit ad esse deducta, sed deducenda omni-
nò per liquidationem, veluti si promisisti non fa-
cere aliquid sub pœna mille, *l* ita quòd mille de-
beri non possunt nisi præcedente facto contra-
rio: his casibus necessarium videtur esse, quòd
præcedat liquidatio, sine qua non constaret iudi-
ci aliquid esse debitum, & sic dicta clausula addi-
ta nihil potest operari; quia repugnat quodam-
modo naturæ, quòd det iudex executionem eius,
12 quod deberi non apparet. † Vbi autem obliga-
tio est cum censurarum susceptione, vsus habet,
quòd, producto, vel repetito instrumento, addu-
cũtur probationes super liquidatione, & ea per-
fecta, petitur relaxari censuras, & mãdatum exe-
cutiuum *m* iuxta doctr. Bart. & sequacium suorum
in d. l. 1. ff. de eden. & Barz. loco supradicto.
13 † De quarta etiam quæstione variæ sunt sen-
tentiæ Doctorum, quorum aliqui principe Barto-
lo volunt non posse dici factam esse liquidatio-
nem per solas partis probationes, sed quòd ne-
cessaria sit etiam iudicis sententia, saltim inter-
locutoria, *n* quæ dicat rem esse liquidam: aliqui
oppositum, & quòd satis sit factis probationibus
iudicem procedere ad executionem, quia tũc ta-
cite censetur interloqui factam esse liquidatio-
nem: quos omnes, & eorum rationes, latè recẽ-
set Iason. in l. stipulatio. §. habet. ff. de nou. ope.
nunc. qui tandem confirmat priorem cum Bart.
tanquam magis communem magisq. iuri conso-
nam, cuius etiam sententiæ fuit Barzius in d. se-
cunda q. primæ partis. ver. descendo igitur ad
quartum, adhibita tamen distinctione, videlicet,
quòd si probationes factæ sint super eo, quod ca-
dat sub sensum corporeum, tunc illæ sufficiant
absque alia iudicis sententia, quoniam non solum
ipsæ probationes, sed etiam quod infertur ex eis
patet ex actis, secus autẽ sentit, si quod ex pro-
bationibus factis infertur, requirat præterea iu-
dicium intellectus, vt tũc requiratur iudicis pro-
nunciatio, veluti vbi ad probandum, quem esse
furiosum, vel prodigum, probati sunt certi actus,
ex quibus debet significari furor, aut prodigali-
tas, sed hæc quoque disputatio nobis (præsertim
vbi simplex est nostra obligatio) non facit diffi-
cultatem, excluditur enim per mysterium ante-
dicti in obligatione inserti mandati confitendum
debitum, quo stante, cum vsus habeat, quòd fa-
ctis super liquidatione probationibus, si iudici
videtur sufficienter esse probatum, deuenitur per
organum procuratoris ad confessionem debiti,
vel liquidati, ea confessione data ineptè quære-
retur, an super liquidatione per partem, idest per
procuratorem ipsius debitoris confessata, acce-
14 dere debeat iudicis sententia, † cum contra con-
fessum de iure non promulgetur sententia, sed
fiat ei præceptum de soluendo, iuxta not. in cap.
dubium secundo. de elect. & 2. q. 1. nos in quem-
quam, & l. 1. C. de confess. & in l. si debitori. ff. de
iudic. cuius præcepti formulam ponit Specul. tit.
de sententia. §. vers. est quoque tertia species, &
Angel. in d. l. si debitori. Posset fortasse ea diffi-
cultas poni, vbi obligatio est cum susceptione
censurarum, super qua non solet exigi procura-
toris confessio, sed statim facta liquidatione re-
laxantur censuræ cum mãdato executiuo, quem-
15 admodùm inferiùs dicetur, † & tamen hic quo-
que vsus habet, quòd non sit necessaria iudicis
expressa interlocutio, *o* cuius vsus ratio sumpta
esse potest, non solum ex dictis Doctorum, qui
(vt superius dictum est) tenent non esse necessa-
riã iudicis pronunciationem, sed etiam exemplo
eius, quod dixit Socc. cons. 69. considerato con-
tingentia. vers. nec obstat si dicatur lib. 3. quia
16 consuetudo habet, † quòd in huiusmodi execu-
tionibus procedatur de facto sine strepitu, & fi-
gura iudicij *p* quo casu cẽsetur sublata omnis so-
lemnitas iuris ciuilis, & seruari debẽt solummo-
do solemnitates iuris gentium, vt declarat Bart.
in extrauagan. ad reprimendum. vers. sine figura
iudicij, & Canonistæ in clementin. sæpè. de ver-
17 borum signification. † Sed talis solemnitas pro-
nunciationis inuenta est de iure ciuili, & est etiã
in ipso iure ciuili satis dubium, si requiratur, nec-
ne, vt supra dixi, & tenet etiam Ruynus cons. 64.
super primo in fin. libro primo. Igitur dicendum
est (attenta consuetudine prædicta) quòd non
requiratur; prout etiam ad eã difficultatem tol-
lendam in statutis Vrbis (quæ alias iubent, se-
cundum ius ciuile iudicari) positum est cap. 26.
in nouis reformatio, vbi expresè cauetur non
esse opus in tali casu per iudicem super facienda
executione pronunciari, sed tantummodò, quòd
18 executionem concedat. † Sed an saltim à tali ta-
cita pronunciatione, quæ resultat ex processu ad
vlteriora, licet appellare? Si respondendum esset
absolutè, attenta iuris communis dispositione, vi-
deretur affirmatiuè esse respondendum argum.
eius, quod communiter dicunt Doct. in cap. ex
parte 2. de appel. vbi tenent, quòd etiam à tacita
reiectione exceptionis, quæ resultat ex processu
ad vlteriora, licitum sit appellare, non minus,
quam ab expressa interlocutoria, quæ super ipsa
reiectione fieret. Neque obstaret, si diceretur,
quod in casu nostro interueniat confessio pro-
19 curatoris, † quia etiam ea communis est conclu-
sio Doct. quòd confessus à præcepto post confes-
sionem sibi facto auditur appellans, si alleget cõ-
fessionem fuisse erroneam. Bart. in l. creditor. §.
iussus. ff. de appellat. & Angel. in d. l. si debitori
Sed huius nostræ obligationis circunstantia fa-
20 cit ius oppositum: † nam vltra quòd vniuersali-
ter, vbi præceptum non est merè iudiciale, sed
etiam conuentionale, prout in casu nostro, non
admittitur ab eo appellatio, vt dixit Bald. in ad-
dition. Specul. tit. de appell. paulo post principiũ
suarum additionum. Præterea in hac specie tol-
litur omnis difficultas; quia principalis promit-
tit habere semper ratum quicquid per procura-
tores constitutos, & eorum quemlibet gestum
fuerit, & nunquam contradicere, neque contra-
facere de iure, & de facto &c. Dicet aliquis, quo
ergo remedio succurri poterit, si quis forte fue-
rit malitia, vel errore iudicis iniusta executione
oppressus? Respondeo duo in vsu esse remedia,
de quibus dicẽdum erit inferius commodiori lo-
co: Ad quem locum reseruanda esse videtur etiã
quinta illa quæstio, quam proposui, si executio
facta non præcedente conuenienti liquidatione
sit nulla, necne?

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Citatio requiritur in liquidatione in terminis, in quibus loquimur. amplia vt num.2.*
3 *Obligatio Cameralis, vbi est liquida proceditur per affixionem. amplia vt num.4.*
5 *In liquidatione an procedatur executiuè.*
6 *Liquidationis causa est ordinaria.*
7 *Liquidatio pracedere debet executionem.*
8 *Instrumentum non potest habere executionem paratam, nisi sit liquidum.*
9 *Statutum dans executionem paratam instrumento intelligitur quandò est liquidum.*
10 *Liquidationis negotium est quid diuersum ab executiuo.*
11 *Sed non agitandum separatìm ab executiuo, nè de summario efficiatur ordinarium.*
12 *Appellare non liceat in iudicio liquidationis, & num.14*
13 *Obligationis Cameralis vigore proceditur omissis omnibus iuris solemnitatibus.*

a PRo claro, & certo. Adde *Marc. Anton. de Amat. decis.88. num.28.*

b *Et quòd necessaria sit citatio.* Adde ad omnia, *Scacc. de appellat. lib.3 cap.2. q.17. limit. 9. num.40. & 41.* & de citatione quòd re-
1 quiratur † in hac liquidatione idem *Scacc. d. limit.9. num.4. Rota in Casenaten. spolij 22. Iunij 1592. coram Card. Mantica, quae est de-*
2 *cisio 142. num.4.* quæ citatio † necesse est vt sit personalis, *Put. decis.32. lib.2. in manuscript.* quicquid secùs sit, quando esset li-
3 quida, tunc enim procedi † potest per affixionem, idem *Puteus decis.182. lib.1. in manuscript. & decis.172 lib 2. in nouiss. impress.*
4 Etiam † absque eo quod principalis semel personaliter; vel domi ad iudicium vocetur *Rota in Romana, seu Bracaren. pecuniaria 2. Decembr. 1594. coram Orano, qua est decisio 115. num.8. Thesaur. decis.26. sub num.72. vers. nam quando agitur.*

c *Omnes legitimas ordinarij iudicii exceptiones.* Adde post *Galles.* hìc *Scacc. de appellat. lib.3. cap.2. q.17. limit.9. num.34. Carol. de Graff. de except 36. except. nu.9. Menoch. post Gallesium hìc de adipiscen. possess. remed.5. num.71.* [*Rota Bononien. inter recollectas per Fundatum, & Gyptium decis.19. num.2. vbi Gyptius plures allegat in additione, vers. circa primum in fine. Felician. de societ. cap.31. num.60.*]

d *Non tamen requiritur libellus.* [Quotiescunque opus est liquidatione dandum esse libellum contra Gallesij opinionem dicit *Surd. decis.27. sub nu.7. vers. & ideo.*]

e *Nec litis contestatio.* Vt post Gallesium hìc tradunt *Scaccia d. limit.9. num.35. Menoch. d. remed.5. num. eod. Carol. de Graff. de except. d. except.36. num.11.* [licet vt firmat *Rota Bononien. decis.19. nu 3.* liquidationis causa sit ordinaria, vnde est quod Surd. loco proximè allegato voluerit, quòd vbi opus est liquidatione, dandus sit libellus, & producendæ sint probationes in forma, perindè ac si causa esset ordinaria.]

f *Quando facienda sit liquidatio.* Vide *Scaccia d. limitat.9. num. 24. & per totam*, non
5 enim negotium † liquidationis est executiuum, vt probat *Felician. de societat. cap.31.*
6 *nu.60.* sed est † ordinarium, *Rota Bononien.*
7 *vbi supra.* quod autẽ † liquidatio debeat præcedere, antequã ad executionem procedatur dicit *Cacheran. decis. Pedemont.129. n.6.*
8 quià instrumẽtum, ad hoc, † vt executionem paratam habeat, liquidum esse debet *Cacheran. vbi proximè num.5.* qui *nu.8. in fine addit.* quòd licèt contrà illud, non posset opponi exceptio, nihilominùs, opponi potest, vel quod est nullum, vel quòd non est liquidum, quæ duo pari passu procedunt, vt ibi
9 per eum, & statutum † disponens, quòd instrumentum habeat executionem paratam, intelligi debet, quandò instrumentum est liquidum quia aliàs absque dubio non meretur executionem, *Surd. cons.38. num.15. Viuius commun. opin. verbo statutum. vers. statutum disponens, quod instrumentum executioni mandetur in fin.* [*Rota in recentior. decis.68. num.3. in fin. vbi de oblig.* Cam. *Costa de retrotractat. cas.9. cap. 8. num 6.*] *Riccius collect. decis par.4. collect.749. vers. sublimita hanc, cum alijs,* de quibus per Rotam *Bononien. decis.126. num.25. in nouiss. diuers. vbi num.35.* ponit, quando instrumentum
10 dicatur † esse liquidum, immò negocium liquidationis est quid diuersum ab executiuo, vt post Gallesium hic *allegati* per *Rotam Bononien. decis. cit. 19. num.7. in fin. in no-*
11 *uiss. diuers.* non † tamen est agitandum seorsim à iudicio executiuo, quia esset inutile, & ex summario efficeretur ordinarium iudicium, sed si agitur simul cum iudicio executiuo est eiusdem naturæ ac summarium, sicut executiuum, vt dicit *Rota Bononien. d. decis.19. num.22.* sed an in iudicio liquidationis liceat appellare, vide prædictam *Rotam Bononien. d. decis.19. per totam* & ibi Ad, dentes

dentes distinguentes, quod absolutè stante hac obligatione non detur †appellatio etiã super liquidatione tradit *Moron. de fid. treg. & pace. quæst.37. num.75. vers. idem quando,* [Vtrum autem liquidatio fieri possit in executione, vide *Thesaur. decis.26. num.5. vers. quod,* Aduerte autẽ quòd donec fiat liquidatio illiquidi, non est retardanda executio liquidi, *Ludouis. decis.220. num.5. vbi Addentes* Rota *infra decis.5. num.3.* & alios allegant prædicti Addentes ad *Ludouis. ibid. num.6.* Et exinde etiam vbi quis se obligasset ad soluendum certam summam (factis prius computis) non propterea retardaretur executio obligationis Cameralis, quin possset fieri quoad credita liquida, sed tantum quoad illiquida, *Ant. Aug. Grat. in tract. de diction. diction. 183. num. 1.* Notandum tamen, quod Rota aliquando, vt in *decisione 242. par. 1. in recent.* noluit dare executionem credito liquido donec non terminarẽtur prætensiones alterius partis illiquidæ, quem casum valde notabilem dicunt ijdem *Addentes ad Ludouis. vbi supra,* sed ibi, vt videre est, dicebatur quod relaxationi mandati obstat exceptio nõn implementi non solum respectu, & ad proportionem partis non impleræ, sed respectu totius adeo vt sufficiat defectus in minimo ad differendam executionem, de qua re vide *quæst. 17. num. 78.*]

g *Præcedere debeat concessionem executionis.* Adde *Scacciam d. limit.9. num.24. & 25., Ruginell. de appell. §.2. cap.3. verbo* Camer. obligatio *num.145.* & de instrumento executiuo dicit *Surd. cons.248. sub num.12. lib.1.* [*idem Surd. decis.27 num.5. Rota in recen. decis.738. in fine part.2.* vbi etiam, quod rigor obligationis Cameralis non intrat non liquidato clarè negotio, ideo liquidatio siue instrumenti, siue sententiæ præcedere debet, vt supra dixi, executionem, *Cost* post alios *de Retrotractatione casu 9 cap.8. num.1 & seqq.* vbi inde ante liquidationem peti non potest interesse aliquod, vt ibi numer. 2. & rationem assignat num. 3. quia causa interesse est mora, quæ non incurritur ante liquidationem. Hinc est quòd non præcedente liquidatione mãdatum est nullum, *Rota in recent. par. 1. decis.689. nu.3.*] sed neque instrumentum guarantigiatum mandari potest executioni, nisi sit liquidum, *Zuccard. cons.2. num.101. vol.1. & post Gallesium hic Surd. d. cons.248. sub num. 12. vers. alij vero.*

h *Immò ipsa liquidatio superueniens trahatur retro.* [latè *Costa post Galles. hic de Retrotractatione casu 9. cap.8. num.10.* vbi latè ampliat, & limitat, & præsertim *num.24.* post *Menoch.* dicit, quòd non procedat in præiudicium tertij.]

i *Non habet viam executiuam. Scaccia d. limit.9. num.27. Cæsar de Grassis decis.2. nu.10. de sentent. excommunicat.*

l *Per se facienda est liquidatio,* vt post Gallesium hic dixit *Rota in Fauentina hæreditatis 10. Iunij 1609. coram Manzanedo.*

m *Liquidatione non facta.* Adde *Scacc. d. limit 9. num.31.*

n *Sub pœna mille.* Idem tradit *Scaccia ibid. num.32.*

o *Et mandatum executiuum.* Vide præcitatum *Scacc.* post Gallesf. hic *d. limit. 9. nu.27. vers. aut obligatio Cameralis.*

p *Sententia saltem interloquutoria.* latè post Gallesium hic disputat idem *Scaccia d. limit.9 num.42. Menoch. de adipiscen. remed. 5.*

q *Aliqui oppositum. Rota in recent. par. 1. decis.419. incipiente, Placuit Dominis sub n.3.*

r *Adhibita tamen distinctione, Cæsar Argel. de acquirend. possess. quæst. 18. artic. 1. num. 36. pagina mihi 684.*

s *Expressa interlocutio.* Gallesium hic, reiecta distinctione Barzij, sequitur *Scaccia* vbi proximè *nu.42. vers. mihi enim, Rota in causa Parmen. datij 4. Iulij 1612. coram Reuerendiss. Coccino Decano, quæ est decisio 1. numer 14. & seq.* in qua dictum insuper fuit, quòd quãdo agitur vigore obligationis Cameralis, Iudex non condemnat, sed præcipit debitori, vt soluat, & ratio est, quia quando instrumentum habet executionem paratam, debitor habetur iam pro condemnato, & post Castren. ibi allegatum subiungit, quod in iudicijs ordinarijs præcedit cognitio, & sequitur executio, in executiuis autẽ è conuerso, & ita se habet stylus Curię.

t *Tenent non esse necessariam Iudicis pronunciationem.* [Contrarium innuit *Surd. decis.27 sub nu.6. vers. quinimò, Gait. de credito cap.3. tit. 1. num.28. vbi de veriori.*]

u *Sine strepitu, & figura iudicij.* Nam vigore huius obligationis procedi potest omissis omnibus iuris solemnitatibus, vt tradit *Surd. decis.44. num.19.*

x *Liceat appellare.* pro affirmatiua, nempè quod isto casu liceat appellare post Gallesium hic tenuerunt *Scacc. de appellat. lib.3. cap.2. q.17. limit.47. memb.1. num.96. Menoch. de adipiscen. remed.3. in fin. & rem.5.*

*sub num.*71. *Rota in causa Ranennaten. census* 16.*Decembr*.1605.*coram Ludenisio*, [vbi quòd quando Iudex liquidat debitum licita est appellatio, idemq. tradit *Gratian. discept. foren. cap.*671. *num.*16. *idem Ludonis. decis.*232. *sub num.*1.*vbi Addentes littera B, post notata hic plures allegant*,]·& procedit quod de appellatione dictum est etiã si illam reseruaret in fine litis, *Scaccia vbi proximè num.* 47. *Ruginell. de appellat. §.*2. *cap.* 3.*verbo exceptio num.* 303.

y *Communis est conclusio*. de qua testatur etiam *Scaccia* vbi sæpè *lib.*3. *cap* 2. *q.*17.*limit.*4.*sub num.*47.*vers.& quod sit communis, & limit.*9.*sub nu.*5. *vers.vnde licet confessus.*

z *Facie ius oppositum*, [Et propterea quòd stante hac obligatione non detur appellatio

14 etiam † super liquidatione, vt dictum suprà num. 12. vltrà *Meren*. ibi citatum tradit *Gait.de cred. cap.*3. *tit.*1. *num.*1023. *& seqq.* sed contrarium dicit Gallesius suprà nu. 3. & tenet *Rota in Narnien. frumenti* 4. *Ianuar.* 1601.*coram Card.*Lancellotto, & tradit *Surd. decis.*27. *sub num.*9. *vers.& non contradicit, & num. seqq. Gait. vbi mox num.* 1021. qui tamen *num. seq.* dicit opinionem contrariam esse veriorem.]

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Publicato instrumento obligationis Camer. per alium, quàm per notarium Iudicis, coram quo petitur executio, qui terminus seruan ius sit.*
2 *Contra obligatum in forma Camer. si is præsens sit, omninò procedendum est prævia citatione.*
3 *Contra absentem obligatum in forma Cam. sine citatione procedi potest.*
4 *Ratio, quamobrem contra præsentes necessaria sit citatio, licet obligatos in forma Camera.*
5 *A citatione processus ordo ad debiti cõfessionem.*
6 *A confessione processus ordo ad excommunicationem.*
7 *Post confessionem nihil necesse est medio condemnationis ad procedendum ad excõmunicationem.*
8 *An excommunicari possit is, quem non constat notitiam habere obligationis suæ per procuratorem factæ.*
9 *Vbi grauc præiudicium alicuius versatur, requiritur eiusdem certa, & indubitata notitia.*
10 *Non est probabilis ignorantia principalis de re gesta per ipsius procuratorem.*
11 *Inter obligationem factam, & executionem faciendam tantum temporis quod intercedat necessè est, vt obligatus de obligatione certiorari, & satisfacere possit.*
12 *Excommunicandus debet personaliter citari.*
13 *Obligatus per procuratorem speciale mandatum habentem, non potest obligationis ignorantiam prætendere.*
14 *Quàm iustum, vel iniquum sit aliquem non posse excommunicari, vel priuari ob non solutionem pensionis nisi intimatis illi litteris.*
15 *Quàm difficilis sit Rota in declarando aliquem in censuras ecclesiasticas, vel priuationem incidisse.* (& pæna.
16 *Resp.duab. in primis rebus continetur præmio,*
17 *Quantum homines inuitet ad delinquendum impunitas.*
18 *Vrbane dictum de stylo Rotæ.*
19 *Vis verbi huius, nisi infra tres dies paruerit, quanam sit.*
20 *Prælati maiores excommunicari non solent.*
21 *Præcellentes laici cur excommunicari non soleant.*
22 *Vniuersitas non excommunicatur, & quandò collegium excommunicetur.*
23 *Pupilli quandò excommunicari possint.*
24 *An contra inopem, vel alium non pariturum lata excommunicatio valeat.*
25 *An legitimè impeditus, quò minus pareat excommunicari debeat, vel declarari.*
26 *Quo remedio quis se contra iniustam executionem obligationis Cam. tueatur.*
27 *Iudex executor obligationis Cam. solet reponere excommunicatum appellantem.*
28 *Cur per Iudicem executorem obligationis Cam. soleat idem grauamen sæpe ac sæpius reuocari.*
29 *Iudices Rom. Curiæ reponere solent semper ab interlocutoria appellantes.*
30 *Iudex suam interlocutoriam potest sæpe, ac sæpius reuocare.*
31 *Quando commissio impetretur super appellatione à grauamine, licet iudex appellantem, & impetrantem reposuerit.*
32 *Cur reo obligationis Cam. præstituatur terminus trium dierum ad satisfaciendum.*
33 *Iure cautum est, vt trina monitio excommunicationem præcedat.*
34 *De quadrimestri dilatione.*
35 *Quo pacto ingenue debitum agnoscentibus in forma Cam. obligatis honesta dilatio concedatur* 30.*dierum.*
36 *De moderatione termini* 30. *dierum.*
37 *Quando litteræ decernantur, & quomodo.*
38 *Forma declarationis.*
39 *Publicatio declaratoriarum.*
40 *Cur proferatur declaratoria sententia.*
41 *Non vitandus est necessario excommunicatus, donec declaratus sit.*
42 *Declaratio ex obligatione Camerali proficiscens, etiam non citata parte valet.*
43 *Appellatio à declaratoria ab obligatione Cam. proficiscente non suspendit nec impedit executionem.*
44 *Declaratoria obligationis Cam. potius publicatoria, & denunciatoria est incursus excommunicationis, quàm declaratoria.*
45 *Quomodo procedatur post declarationem factam non satisfaciente debitore.*
46 *Quis auctor fuerit, & quæ causa rationis huiusmodi processus grauandi, reaggrauãdi, interdicendi, & brachium sæculare inuocandi, ac numeri decem dierum.*
47 *Forma procedendi ad suspensionem, vel priuationem perpetuam officij, vel beneficij.*

48 *In-*

48 *Iudex ecclesiasticus, si habet facultatem exequendi de facto per seipsum, non cogitur in aggrauatione procedere via censurarum.*
49 *Quot modis secularis potestas inuocetur.*
50 *Quandò quis dicatur trahi potestati saculari.*
51 *Quandò propriè dicatur inuocari auxilium brachij sacularis.*
52 *Non est facienda inuocatio brachij sacularis, vbi non est necessaria.*
53 *Practica inuocandi brachium saculare.*
54 *Iudex ecclesiasticus si posset per se ipsum facere executionem, deberet immediatè decernere mandatum executiuum.*
55 *Post publicationem decem diebus elapsis, vno, & eodem contextu conceduntur littera aggrauatoria, reaggrauatoria, & brachium saculare, & quare.*
56 *Si obligatio sit facta cum susceptione censurarum, & mandati executiui, quid faciendum sit.*
57 *Creditori debent relaxari quandocunque censura, & mandatum executiuum cum ab initio à debitore suscepta sunt, quamuis postea obtito creditore prioris susceptionis, iterum debitor in se susceperit censuras, & mandatum.*

QVAESTIO XXXVI.

DAto igitur *a* instrumento vel per se puro, & exequibili, vel (vbi sit necessaria) illius
1 etiam liquidatione facta † si instrumentum aliùde adferatur, hoc est si publicatum sit per alium quàm per Notarium Iudicis, coram quo fuerit procedendum, seruato termino ad dicendum cōtra ipsum instrumentum, & illius recognitione præmissa, deueniendum est ad executionem, cuius principium à debiti confessione sumendu n est: Ad quam confessionem antequam procedatur in Rom. Curia, inspiciendum, si debitor, contra quem est procedēdum, sit præsens, an absens:
2 † nam si sit præsens, citandus erit ad satisfaciendum, aliàs ad confitendum, seu videndum per aliquem ex procuratoribus per eum constitutis cō-
3 fiteri debitum, & se excommunicari; † Si vero absit, probata, vel saltim iurata illius absentia, eo aliter non citato procedi potest. Et quamuis etiam contra præsentes iuris communis dispositione, ac mandati in obligatione inserti tenore consideratis, absque alia ipsius principalis citatione procedi posset, attamen ex consuetudine facta est eiusmodi citatio contra præsentes ne-
4 cessaria, † quæ consuetudo iam antiqua originem habuit à speciali constitutione desuper facta per Greg. Papam eius nominis XI. iterata etiam per Nicolaum V. his verbis. Si debitores occasione quorundam debitorum se submiserint districtioni Cam. Apost. causarum Audit. & confitendum debitum coram eo certos cōstituerint procuratores, si debitores ipsi in Curia præsentes fuerint, & ipsis non vocatis iidem procuratores coram eodem debitum confiteantur, confessiones huiusmodi, quas sic fieri contigerit, nullius sint roboris, vel momenti. Huius autem constitutionis ratio si reddenda est, videtur fuisse fauor consuetus præstari præsentibus in Curia, prout in simili specie habetur stylus Curiæ relatus per glo. l. obseruandum, ff. de iudic. & post alios citatos à Felyn. in cap. cum olim, col. 5. ver. 3. decla-
5 ratio, de re iudic. † Igitur citato debitore, si sit præsens, in termino citationis, aut absente aliter non citato comparens creditor, vel eius procurator, & (si contra citatum sit procedendum) accusata illius contumacia petit, & obtinet per vnum quemlibet ex procuratoribus in mandato comprehensis confiteri debitum, & ipsum principalem debitorem ob talem causam iurisdictioni, & compulsioni, ac mero examini eiusdem Iudicis, & suæ Curiæ submitti per eundem Iudicem mandari, & cum procurator eiusmodi mandato obediendo, inspecto instrumento, debitum confessus fuerit, ipsumque debitorem iurisdictioni, compulsioni, & coertioni eiusdem Iudicis submi-
6 serit, & supposuerit, † Iudex deinde, creditore ita petente, in summa, vel in re alia confessata debitorem excommunicat, atque vt excommunicatum publicari mandat, nisi intra tres proxi-
7 mos dies cum effectu satisfecerit. † Sunt qui ponant, quòd debito confessato iudex in summa cōfessata debitorem prius condemnat postea excōmunicat, sed mihi videtur, quòd stante confessione condemnatio non solum est superflua, sed quę etiam posset debitori præstare occasionem appellandi, nisi adesset promissio supradicta de non
8 contraueniendo gestis per procuratores. † Hic quæri probabiliter potest, quod ex facto accidisse vidi in tali specie. Constituerat quis absens procuratorem ad contrahendum, & pro obseruando contractu se sub hac forma obligandum, itaque facta erat obligatio, & cum præterijsset satisfactioni præfixum tempus, dubitabatur, an procedi posset ad excommunicandum eum, quem non constabat habuisse vnquam notitiam obligationis de se per procuratorem factæ. *b* Ratio dubitandi sumebatur ex duabus decis. Cassadori, vna de rescript. 12. altera de pensionibus. secunda, vbi vult indifferenter, quòd is, qui consensit assignationi pensionis non per se ipsum, sed mediante procuratore, non possit ob non solutionem eiusdem pensionis excommunicari, & priuari beneficio, nisi antea fuerint ei intimatæ litteræ. Ra-
9 tio sua est, † quia propter grauitatem præiudicij requiritur certa & indubitata notitia, ad quod citat dictum Innocen. in cap. fin. de eo qui mit. in poss. cau. rei seruan. Et quia vidit, quòd poterat ei obijci, quòd habebat, vel debebat habere notitiam eius rei per suum procuratorem gestæ, huic tacitæ obiectioni respondet, quòd & si habebat aliquam ipsius rei gestæ notitiam, habet tamen probabilem ignorantiam de forma suppositionis, & contentorum in ea, l. 2. cum glos. vers. alieno nomine, ff. pro suo, & cap. ab excommunicato, de rescript. & dicit ita seruare palatium. Sed his Cassad. decis. non attentis, in illo iudicio resolutum decisumq. fuit obligatum illum iure excommunicari posse, rationes decidendi sumptæ fuerunt ex consilijs Raph. Cum. 162. Visa copia, col. 2. vers. Nec in hoc potest prætēdi ignorantia, & Romani 480. præsentis dubitationis,
10 † qui præclariss. Doct. concludunt non esse probabilem ignorātiam rei gestæ per procuratorem, præsertim specialiter ad id constitutum, quia vtrin-

vtrinque culpa in ipsum principalem recidit, siue fuerit ipse negligens in requirendo quid eius procurator gesserit, siue malam fecerit electionē, dum constituit procuratorem hominem negligentem, qui non curauerit sibi rem gestam significare, vt latiùs patet ex consilijs prædictis, & ita in executione huius obligationis quotidie serua-
11 tur, †habita dumtaxat ratione, quod inter obligationem factam, & executionem illius vigore faciendam, tantum temporis intercesserit, quod verisimiliter obligationis factę notitia ad obligatum peruenire, & post habitam notitiam obligatus ipse conuenta adimplere potuerit, quod etiā ex ipsius Romani dictis colligitur. Ad rationes Cassadori fuit respōsum, quòd cum verba Innoc. sint huiusmodi. Non sufficit citatio ad domum, vt procedatur ad diffinitiuam sententiam, vel vt etiam excommunicetur, cum eam præcedere debeat monitio, cap. sacro. de senten. excommunicat. & hæc intellige vera, nisi quis fraude, vel malitia se absentasset, hæc in effectu sunt Innocen. verba, explicata clarius ibid. per Hostien. secun-
12 dum quæ facta sunt plures aliæ † decis. Rotæ dicentes, quod regulariter is, qui excommunicandus est, antea debet personaliter citari vt in antiq. 314. 338. & in no. 271. Cassad. de caus. possess. & propr. 6. cum alijs plerisque. Responsum sinquam fuit, quod illa Innoc. doctrina non excusat obligatum in proposita specie, quando per rationes Cumani, & Romani ipse præsumitur habere notitiam, quam exigit Innoc. itaque vel illam habet, vel si non habet cum ipse sit sibi in culpa, non est probabilis ignorantia, sed crassa, vel potius affectata. Ex quo tollitur etiam responsio data per Cassadorum tacitæ illi obiectioni, dum dicit quod si ille debitor pensionis non penitus ignoret rem gestam, probabilem tamen habet ignorantiam formæ suppositionis & contentorū in ea. Nam si iuxta deducta per Cuman. & Roman. tenetur & præsumitur habere notitiam gestorum per procuratorem, simul etiam verum est, quod tenetur & præsumitur eam notitiam habere exquisitam cum omnibus suis qualitatibus, & in hoc etiam concurrunt not. in d. cap. ab excommunicato in ver. de facto suo vbi habetur quòd crassa & supina ignorantia, etiam facti alieni, non excusat. Et vltra superius dicta pro iustitia huius styli, quem dixi seruari, vt procedatur contra eum, cuius obligatio facta fuit per procuratorem, ipso principali aliter non citato, inueni Philip. Francum in reg. iuris, possessor. colum. 3. ver. tertio limita, lib. 6. vbi dicens ita ante
13 eum tenuisse Butrium, & Imolam, tenet † quòd obligatus per procuratorem habentem speciale mandatum non potest prætendere ignorantiam, & in propria nostræ huic simili specie ponitur in Neapolitanis collectis per Capic. decis. 4. num. 23.
14 24. †Quibus sic se habentibus fortasse nō improbè dubitari potest de iustitia decis. Cassad. & prędictæ obseruantiæ Palatij ne excommunicetur, neque priuetur is, qui non soluit pensionem non intimatis sibi litteris, quamuis illius assignationi per specialem procuratorem consenserit. Ego quia semper fui, & sum illius Tribunalis obseruantissimus, & quia non tanti me facio, rem aliter non determino, satis fuerint, vt desuper cogitent, ac veritatem discernant: Nam ego certè & si non audim dicere, vereor tamen ne d. Rotæ obseruantia inoluerit magis ex appropriato sibi nimio quodam benignitatis affectu, quàm ex iu-
15 ris debito. † si quidem nisi vt quodammodo coacti, nūquam volunt declarare quemquam ob inobseruantiam cōtractus, aut alterius debiti priuationem, censuras, aut alias pœnas incidisse, quod quam sibi conueniat, ipsi viderint, iustum certè non est, & repugnat in primis non solum iuris nostri, sed omnium legum principijs, secundum quæ post Solonem boni omnes legum latores semper existimauerunt.

18 † Rempublicam duabus rebus contineri præmio, & pœna. Quòd si mali ciues fidei fractæ nullam, etiam ex pacto conuentam, sentiant pœnam, necesse est, vt ciuitatis ordo conturbetur, quòd quia in libris principiorum latius est explicatum, hic vlterius non disputabo.

19 † Non ab re autem concepta est formula antedicta excommunicandi debitorem, nisi infra tres dies satisfecerit, ne scilicet interim sit excōmunicatus, cum ea sit eius dictionis, nisi, natura, vt in sententia iudicis posita significet conditionem suspensiuam, cap. præterea secundo, de appell. & ibi Doct. Bald. in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonst. & ibi Socin. col. fin. ver. & prædicta. Quòd si iudex diceret, excommunico eum donec satisfecerit, censeretur ex tunc esse excommunicatus. Clem. 1. de decim. Felyn. in cap. 1. col. 1. ver. excommunicatio. fac. de iudicijs.

20 † Aduertendum est, quod Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & Cardinales de stylo Curiæ, prout etiam habemus in cap. sanè cum secundo. de offic. deleg. & in cap. veritatis, de dolo & contum. non excommunicantur, sed vel suspēduntur à diuinorum administratione, vel interdicitur eis ingressus Ecclesiæ, de quarum sententiarum natura, & quid inter se conueniant, quidque differant, habetur in d. Clem. 1. de decimis. & in cap. tertio. & ibi gloss. & Doct. potissimum Francus, de appellat. & habetur in cap. sacro, de senten. excomm. & ea omnia comprehenduntur appellatione censuræ ecclesiasticæ, cap. quærenti.
21 de verb. signif. † Eundem respectum habendum esse excellentibus laicis, eo quod dignitati sit semper deferendum, dixit Goffred. quem refert Hostien. in summ. de dolo, & contum. §. fin. vers. sic & faciendum est. quod tamen non ita seruatur in executione nostræ obligationis, neque eis, eorumue dignitati sit iniuria, si per eos in obligatione sit constitutus procurator ad consentiendum quòd possint excommunicari, & ita fieri contingat.

22 † Vniuersitas quoque ne excommunicetur penitùs est prohibitum c in cap. Romana, §. fin. de senten. excomm. lib. 6. ita quòd si de facto proferatur in vniuersitatem senten. excomm. sit ipso iure nulla, & cum gloss. tenent ibi communiter Doct. Canonistæ, & Rota apud Bisignetum, de dolo, & contum. decis. 1. refert, & sequitur Felyn. in cap. dilectio. col. 5. verb. an autem excommunicat de except. & hoc ita locum habet, nisi constaret totam vniuersitatem esse negotij, de quo agitur, participem: quo casu (secundum Hostien.

ftien. vbi sup. in summa tit. de contumacia. §. fin. vers. Ergo si constat, ferri potest sententia, dicendo: excommunico Priores, & omnes de tali collegio, qui parere noluerunt, vel in casu nostræ obligationis; dicendo: excommunico Præpositũ, & omnes de capitulo, qui sunt obligati. Quæ practica vtcunque procedere possint in collegijs sine ecclesiasticis, siue sæcularibus, in quibus omnes de collegio interueniunt in facienda obligatione: secùs tamen est in vniuersitatibus populorum, & alijs, in quibus sunt mulieres, pueri, infirmi, & alij non interuenientes in consilio publico, & ideò proferenda est in vniuersitatem sententia interdicti, quæ etiam pro alterius delicto proferri potest, vt subiungit ibid. Hostien. & habetur in cap. si sententia, de senten. excomm. lib. 6.

23 † De pupillis, furiosis, & alijs similibus, frustrà hic quæritur, an excommunicari possint: Nã & si aliàs pupilli doli capaces possint excommunicari, vt voluit Ang. in l. neque. ff. de in ius voc. post Speculatorem de contumace. §. fin. in fin. tamen in casu nostro vix id potest contingere, cum necesse sit, quòd præcedat obligatio sub hac forma, quam pupillus, & similes facere nequeũt: sed non disputo vlteriùs, quià non est huius loci, hoc tantũ concludo, quòd, si detur validitas obligationis personæ propriæ per tales factæ, eo casu poterunt etiam ipsi excommunicari, & non aliter.

24 † An autem proferenda sit excommunicatio, & an valeat prolata in eũ, de quo certum sit non esse pariturum? puta quia sit notoriè inops, aut aliàs prauæ naturæ. Ant. de Butr. in cap. Odoard. in 1. quæst. de solu. quo ad inopiam concordando opiniones antiquorum dicit, quòd, si inopia sit notoria, senten. excommunicationis in eum lata est nulla, velut lata contra notorium, potest poni exemplum eius qui fuerit ad cessionem bonorum admissus, & ratio est, quia cessat contumacia, quæ est causa excommunicationis Mil. in vers. excommunicari non potest. Si autem inopia non sit notoria tunc sententia quidem valeat, sed probata inopia, tanquam iniusta sit retractanda, & excommunic. sine difficultate relaxanda, not. in reg. peccatum, de reg. iur. lib. 6. & in cap. à nobis, de sent. excomm. & Card. post glo. in clem. 2. §. 1. de hæret. Quo vero ad alios veluti tyrannos, seu aliàs obstinatos, communis Doctor. sententia videtur esse, vt distinguatur si sit spes, quòd excommunicandus quãtũlibet obstinatus, quandoque emendetur, vt tunc, ne ille efficiatur deterior, & ne excommunicatio sit inutilis, & vilipendio, non excommunicetur, imò excommunicatus, etiam non petens, & inuitus absoluatur: si autem pro certo sit illum semper fore obstinatum, & impœnitentem, dimittatur in potestate sui peccati. ea videtur fuisse sententia Host. & Io. And. in cap. Romana. §. sed nec. de senten. excom. lib. 6. & Io. And. in cap constitut. eod. tit. in vtroque loco; Domin. refert. & seq. Felyn. in c. Apostolicæ, col. 1. de except.

25 † Quid autem dicendum sit, si taliter excommunicatus legitimo impedimento coactus intra statutum terminum satisfacere non possit, an incurrat excommunicationem, & debeat excommunicatus declarari, & denunciari? determinatur per Oldrad. cons. 277. Quod Abbas Monasterij, & Ant. de Butr. in cap. 2.

26 de test. cog. † Diximus duobus remedijs posse aduersùs iniustam executionem huius obligationis p[r]ouideri. Vnum est, vt excommunicatus appellet, potest enim iudex non solũ sic sub conditione, sed etiam simpliciter promulgatam excommunicationem contrario imperio reuocare, cap. sacro, & ibi no. de sen. excomm. itaque vsus

27 Romanæ Curiæ habet, † quod vsque quo pendet processus, antequàm sit inuocatum auxilium brachij sæcularis, Iudex appellantem reponit, sicque reuocat grauamen, si quod est, vt possit, si quid habeat ipse debitor pro suæ iustitiæ demonstratione deducere. Verum quià plerũmq. litigatores ex affectu differendæ executionis, magis quã quòd iustè possint de grauamine conqueri, similes appellationes interponunt. Prudenter vsu receptum est, vt si altera pars ab huiusmodi repositione appellet, iudex, si viderit reum nihil quod releuet adduxisse in acta, sic appellantem itidem reponat, procedatque in executionis negotio ad vlteriora. Quòd si iterum reus à postrema repositione huiusmodi appellet, adhuc reuocãdo grauamen iterùm reponitur, sicq. vicissim appellantes reponuntur, donèc inter talium repositionũ

28 vicissitudines executio ad finem perducitur. † & si quis quærat consuetudinis huius toties vnum, idemq. grauamen reuocandi rationem duplex ea mihi se offert; vna videlicet, quam dixit, vt si reus verè habeat iustam impediendæ executionis causam, possit illam deducere ac probare, altera, ne si expressè, vel tacitè denegaret reponere, daretur ipsi reo occasio prosequendi appellationẽ, & eo prætextu causam talis grauaminis alteri iudici committi faciendi, sicq. de vna plures lites deriuandi, & executionis effectum in longum

29 tempus protrahendi. † Qua ratione similiter introductum est, vt omnes huius Curiæ Iudices, dum ab interlocutorijs appellatur, litigatores eodem quo dictum est modo reponant, donec vel vere probetur esse grauamen, vel per earum repositionũ vices ad finem causa perducatur. Quæ ratio finiendarum litium facit, vt reiecta Bart. post Dyn. in l. quod iussit. col. penult. ff. de re iudic. & aliorum tam antecessorum, quàm qui post eum in d. l. quod iussit. & in cap. cum cessante. de appellat. scripserunt, Doct. opinione, qui voluerunt vnum, & idem grauamen non posse nisi semèl, aut ad summum bis reuocari, potior visa fuerit opinio Rayn. Forofoliu. quem refert, & se-

30 quitur Cuma. in ea. l. quod iussit. defendẽs, † quòd Iudex possit sæpiùs, & quandocunque suam interlocutoriam reuocare per reg. generalem. l. vbicunque. ff. de interrog. actio. & per d. l. quod iussit. in verbo possit. quod est extensiuum in futurum

31 l. si ita quis ff. de leg. 2. † Illud tamen prætereundum esse non videtur, Quòd si Iudex in causis nõ executiuis, vero existente grauamine, procedat nihilominùs per repositiones antedictas, quandocunquè interponit se Principis auctoritas, & ab eius signatura, (quam ita appellant) obtinetur commissio causæ talis appellationis, adiecto, quòd valeat commissio, non obstante, quòd Iudex (animo forsan magis grauandi) ipsum appellantem reposuerit, in executiuis autem non commutti-

mittitur causa appellationis, nisi cum clausula
32 sine præiudicio legitimæ executionis. † Cur autem vsus habeat, vt reo, per quem, scii eius procuratorem facta est confessio debiti, Iudex ad satisfaciendum statuat terminum trium dumtaxat dierum (vt est supra dictum) cum iure detur quadrimestre tempus ad soluendum, l.certum. §.fin. ff.de confess. nec debeat melioris esse conditionis pertinax litigator, quàm spontè confessus, ternarij quidem numeri ratio ducta esse videtur ex
33 eo, quòd iure cautum est, † vt sententiam excommunicationis præcedat trina monitio, vel vna pro tribus. cap. contingit. secundo, & cap. sacro de senten. excommun. in antiq. & cap statuimus. & cap. constitutionem eod tit. lib.6. Quantitatis autem dierum videtur pro ratione sufficere allegatio consuetudinis: quod comprobat Abb. in cap. quod ad consultationem. col.5. ver. Quæro an hoc tempus de re iudic. Et quamuis Abb. ibi post glo. & Doct. in superiùs allegata l. si debitor. ff. de iudic. & idem Abb. in cap. quærenti. de offi. deleg. dicat cõsuetudinem inualuisse, quòd detur confessio tempus 10. dierum, in effectu nostra consuetudo non repugnat illi, quià, etiam post illos tres dies, requiritur declaratoria, quæ secum trahit terminum 10. dierum, vt inf. dicetur.

34 † De quadrimestri autem dilatione, quibus tum iudicatis, tum confessis, & in quibus concedatur, & in quibus non, & quandò incipiat currere, & an prorogari, arctatiuè possit, plenam doctr. ponit Innocen. in d. cap. quærenti. in gloss. sua. ver. quadrimestre. de offic. deleg. vbi etiam Fel. more suo ponit regulam cum fallentijs.

35 † Sed ijs, qui verè volunt agnoscere debitum adinuenta est practica, per quam suppletur etiam vltra 10. dies honesta dilatio. Nam si debitor, non solùm infra triduum, sed etiam post factam declarationem (de qua proximè dicetur) accedens ad Iudicem suscipiat in se omnes censuras, & mandatum executiuũ indulgetur ei ex vsu terminus 30. dierum, intra quos debeat satisfacere: (Quarum censurarum, & mandati executiui suscipiendi forma inferius describetur) ita quòd, si deficiat, præteritis 30. diebus illicò vnica tantum facta citatione relaxentur contra eum censuræ, & man-
36 datum executiuum. † Est verum quòd 30. dierum terminus antedictus, quandoque si summa est parua, aut alia subsit causa rationabilis, abbreuiari solet, atque ad minorem numerum reduci; raró tamen ad minus quam 20. & nunquã ad minus, quàm 10. dierum numerum reducitur.
37 † Præteritis ergo tribus illis diebus si non sit appellatum illicò immediatè; si vero appellatum sit factaq. appellantis repositio, mediante appellatione ab ipsa repositione, ipsorum actore reposito, ac citato debitore, ad videndum, & audiendum se declarari esse excommunicatum, & litteras declaratorias decerni, Iudex pronunciat sententiam declaratoriam, & decernit litteras, nisi per totam illam, vel interdum nisi per totam pri-
38 mam diem satisfecerit. † Forma declarationis habet, illum ob nõ solutionem illius summæ, seu ob alterius rei non factum implementum, esse excommunicatum, seu à diuinis suspensum, vel interdictum, & excommunicatum, seu suspẽsum, vel interdictum publicè denunciãdum, & ab om-
39 nibus Christicolis vitandum fore. † Huius autem declaratoriæ instrumẽtum (quas litteras appellant declaratorias) per actuarium extensum parti actrici traditum, per Cursorem in albo consueto publicatur, cuius publicationis formula est apud Spec. in tit. de sententia. §. de diuersis sententiarum formis. num. 34. vers. sed & And. D. Papæ, & ab ea publicatione computantur dies 10. (de quibus est supradictũ) intra quos ad alios actus non proceditur, habetque reus honestam (si velit) satisfaciendi commoditatem. Quæ sit huius decẽdialis moræ causa patere potest ex an-
40 tedictis, dicetur etiam inferiùs. † Proferendæ autem dictæ declaratoriæ ratio vnde sumpta sit habere potest intellectum difficiliorũ, videtur enim esse superflua, quandoquidem anteà pronunciata est excommunicatio, nisi debitor infra tres satisfecerit, ita quòd lapso triũ dierũ spatio, non facta satisfactione, excommunicatio suum habet effectum, & est patens ex actis. Sed omissa disputatione, ratio est quià cum excommunicatio multos habeat effectus, de quibus non est hic tractãdi locus, & inter alios, quia ille, qui est ea irretitus debeat à Christifidelibus vitari, tractarique vt excommunicatus, & aliàs dubitaretur, an vtcunque etiam occulti excommunicati essent vitandi, qua de re consuluit Petr. de Anch. cons. 189. tribus de causis. col.2. facta est postea in Concil. Cõ-
41 stantiensi constitutio. † Ad euitandum scandala, & multa pericula, subueniendumq. conscientijs timoratis statuit (scilicet Sancta Synodus) quòd nemo deinceps à communicatione alicuius in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscunque diuinis, vel extrà prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis, ab homine, vel à iure generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit in vel contra personam, Collegium, Vniuersitatem, Ecclesiam, aut locum certum, aut certam à Iudice publicata, & denunciata specialitèr, & expressè, aut ita notoriè in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quòd nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, nam à communicatione illius, licet denunciatus non fuerit, abstineri vult, iuxta canonicas sanctiones, de qua etiam testatur Abba. in clem.2. de senten. excommunicat. Quod autem edita sit à Martino Papa in Concil. Cõstantiensi, testantur Antonius Archiepisc. in tractatu censurarum cap.38. & in 2. parte, tertiæ partis suæ summæ. titul.26. cap. vltim. & frater Nicolaus qui suppleuit summam Pisanellam. §. Cleric. 3. in fin. & quòd hac de causa vsu introductum sit declaratorias huiusmodi proferri, demonstrant ipsius formulæ verba superiùs (descripta conformia verbis dictæ constitutionis. Ex dictis etiam patet hanc declarationem esse diuersam ab illa, de qua in cap. cum secundum. de hæreti. lib.6. & in alijs locis cumulatis per Felyn. in cap. Rodulphus. carta penult. vers. sed declaratoria. de rescrip. quia fiunt ad diuersos effectus, vt colligitur ex dictis ipsius Felyn. ibidem in vers. limit.4. vbi etiam facit men-
42 tionem suprascriptæ constitutionis. † Et puto, quòd

quòd hæc nostra declaratio valeret, etiam si fieret sine citatione partis, per ea, quæ subdit ibi-
43 dem ipse Fel. in vers. citatur etiam pars. † Illud verò est certum, quòd licet disputetur de appellatione interposita à declaratione, incursus excommunicationis, & similium pœnarum, an sit licita, & an suspendat illius effectum, quod ponit ibidem, Fel. in vers. & appellari, de hac nostra
44 cessat omnis difficultas, † quià non est verè declaratoria excommunicationis, aut alterius censuræ incursæ; sed est solummodo illius publicatoria, & denunciatoria, quæ non solum per appellationem (si propter eam appelletur) non suspēditur: sed nec impeditur per appellationem præcedentem ab ipsa excommunicationis sententia interpositam cap. pastoralis. §. fin. de appell. & ibi no. Doct. in causis alijs, in quibus ad executionem proceditur via censurarum, & postremò innocationis auxilij brachij secularis, procedi-
45 tur tali modo, † quòd si declaratus infra, 10. dies sequentes non paruerit, deindè cum intervallo aliorum 10. dierum ab vniuscuiusque sequentium actuum publicatione proceditur citato ipso reo declarato ad aggrauationem, reaggrauationem, interdictum, & brachij secularis inuocationem. Quæ forma procedendi, quam causam habeat, considerare possumus ex antedictis in vers. prætetitis ergo, &c. Videlicet, vt crescente contuma-
46 cia crescat & pœna: † Sed eius initij tempus, & authorem, & cur potissimum 10. dierum numerus institutus fuerit, non memini legisse, nisi quoniam is procedendi modus (quantū ego meminisse queam) non ponitur à Speculatore, sed habet eius mentionem Pau. Castr. credi potest illo intermedio tempore fuisse per vsum Roman. Curiæ institutum; Verba Pauli in cons. 4 t. antiquæ impressionis, quod est secundum nouam impressionem in prima parte 32 t. incip. Visis actis, & actitatis. ver. in quantum vero dicta captura fundatur super littera Pantaleonis, in quātum inuocat brachium sæculare, adhuc clariùs videtur debere ruere, quià præposterè facta fuit, & non seruata forma dictæ litteræ in duobus: Primo enim dicta littera dirigitur personis ecclesiasticis mandans eis, quòd debeant prælatum Thomasium denunciare excommunicatum, grauare, & reaggrauare iuxta solitum stylum; Postea subditur in littera. Demum vero si d. Thomasius adhuc animo indurato, & suæ salutis immemor, &c. Et subijcitur in d. casum inuocatio brachij sæcularis, vt ex tenore litteræ patet: Non ergo potuit recurri ad sæcularem Iudicem, nisi postquam Ecclesia non habebat quid vltra faceret, quia tunc præfatus Thomasius deductus fuisset in profundum malorum, iuxta no. in cap. cum non homine. de iudic. & sic, postquam dicta aggrauatio, & reaggrauatio per Iudices ecclesiasticos facta fuisset; quià sic postulat ordo tam dictæ litteræ, quàm etiam iuris. Hactenus Paulus. Ipsius autem aggrauationis, quæ suo tempore erat in vsu, causam simul, & formulam ponit Spec. in tit. de sententia. §. de diuersis sententiarum formis num. 31. per hæc verba. Vetum quia excommunicato in sua contumacia perdurante Iudices volunt quandoque suam sententiam aggrauare, vt contumacia crescente, crescat & pœna, cap. quoniam. de offic. ordin. & quinquagesima dist. quia. extra. de cohabitat. cler. & mulierum, clericos in fin. C. de ser. fug. quicunque in prin. ff. de pen. l. relegati. 2. q. 5. ad fin. poterunt tūc procedere ad suspensionem, vel priuationem perpetuam officij, & beneficij, vt extra de ætat. & qual. cum bonæ. de cest. cog. cum super causa. 32. distin. præter hæc. de appel. pastoralis. de cohabit. cler. & mulic. clericos, & cap. seq. vel etiam ad depositionem, vt extra de dol. & contu. cap. veritatis.
47 Cuius sententiæ forma talis erit. † CVM Nos P. Dei miseratione Episc. talis Ecclesiæ talem sui exigente contumacia olim excommunicationis vinculo duxerimus innodandum, ipseq. contemptis clauibus Ecclesiæ, velut filius inobedientiæ adhuc in graue animæ suæ præiudicium, & scandalum fidelium pertinaciter in sua contumacia perseueret, & excommunicationis sententiam, qua ligatus est, animo sustineat indurato, idcircò, ne de sua contumacia valeat gloriari, & nefacti sui peruersitas transeat præsumptoribus in exemplum, sed potiùs pœna eius sit aliorum metus, nostram sententiam aggrauatus iuxta meritum culpa illius, eum ab officio, & beneficio duximus suspendendum, vt in prædictis concor. & extra de vit. & hon. cleric. cap. vt clericorum. §. si quis igitur. & de iud. at si cler. de excess. prælat. tan-
48 ta. de homic. pro humani. lib. 6. † Ex quibus colligi potest, quòd vbi Iudex ecclesiasticus habet facultatem exequendi de facto per seipsum non cogitur in aggrauatione procedere via censurarū, sed potest procedere via facti ad suspensionem, seu priuationem officij, seu beneficij. Et idem dicendum est de inuocatione auxilij brachij secularis: Quod vt clariùs liqueat, videtur paulo al-
49 tiùs esse repetendum. † Sæcularis potestas quandoque inuocatur, vt puniat degradatum, aut incorrigibilem clericum, seu alium corporali pœna afficiendum, cui pœnæ non decet Ecclesiam ap-
50 ponere manum, & † dicitur tunc reus tradi Curiæ sæculari, qua de re tractant Doct. in d. cap. cū non ab homine de iud. Quæ quoniam non est nostri subiecti, de illa non videtur hic amplius esse dicendum. Neque tunc propriè dici potest inuocari auxilium, sed dicitur reus tradi potestati
51 seculari. † Quandoquè vero inuocatur auxilium ad adiuuandum, auxiliandumq. Iudicem Ecclesiasticum, si fortè timet de rei potentia, vel ne fugiat, aut quid simile. Et tunc propriè est inuocatio auxilij, vt declarat Abb. in d. cap. quoniā. in fin. de offic. ordin. alleg. cap. vt famæ, de sent.
52 ex comm. & cap. 1 eod. t. t. de offic. ord. † & hæc inuocatio cadit interdùm in obligationis nostræ executionem, interdùm non est necessaria; & vbi non est necessaria, non esset facienda d quoniam iura de ea loquēta semper vtuntur verbis, si necesse fuerit, si opus erit, & similibus, vt declarat Oldrad. in cons. 89. in fin. & practicam eius inuocationis faciendæ ponit Host. in cap. postulasti. de homic. in glos. verbi, simpliciter. vt si iuxta termi. nos illius cap. dicat clericus potestati sæculari.
53 † Tales parochiani mei sunt mihi rebelles, excommunicaui eos, sententiam contemnunt, non habeo vltra quid faciam, recurro ad vos, vt ipsos di-

54 distringatis, & mihi satisfaccre compellatis. † Ex quibus) redeundo illuc, vndè digressi sumus) vbi Iudex ecclesiasticus potest per seipsum facere executionem in beneficijs, seu alijs bonis, vel in persona, & non indiget auxilio brachij sæcularis potestatis, non est necessaria aggrauatio excommunicationis, & impropriè dicitur brachium sæculare innocari: cum magis conueniat, propriūque sit immediatè decernere mandatum execu-
55 tiuum. † Verumtamen, vt vniformis esset procedendi modus; ad euitandámque veritatis confusionem (vt ego quidem existimo) in huius obligationis executione media quędam via fuit electa: nam præteritis à publicatione supradicta decem diebus, vno eodemq. contextu reus citatur ad videndum excommunicationem cōtra se fulminatam aggrauari, & reaggrauari, litterasque aggrauatorias, & reaggrauatorias, vsque ad inuocationem auxilij brachij sæcularis inclusiue, decerni, & concedi; & ita in termino citationis omnia simul decernuntur, & conceduntur, reproducta priùs publicatione litterarum declaratoriarum, & super tali decreto conficitur instrumentum, cuius virtute postea proceditur ad realem executionem. Quæ omnia ex peruulgato ipsorum instrumentorum contextu facile intelligi, & co-
56 gnosci possunt. † Si obligatio facta sit cum susceptione censurarum, & mandati executiui, de qua sæpè superiùs locuti sumus, & quo iure illius vsus possit sustineri, vt puto docuimus, tunc dato eius instrumento authentico, & liquido, & (si per alium notarium, quam per illum, qui futurus est actuarius, sit rogatum) recognito, non requiritur alia citatio, nisi in ipsa obligatione (prout multi cautiùs agentes, dum se obligant, poni volunt) dictum fuerit, quòd debeat procedi citatione præmissa, sed immediatè creditor petit, obtinetque extrahi, & sibi dari instrumentum censurarum, & mandati executiui. Attamen ex vrbanitate interdum pro reorum personarum qualitate iudex mandat citari debitorem ad satisfaciendum, aliàs videndum extrahi, & concedi cē-
57 suras, & mandatum executiuum. † Circa hanc formam contingit aliàs hoc dubium. Creditor non recordatus ab initio clausulæ susceptionis censurarum, & mandati executiui, tanquam si fuisset simplex obligatio, processit per viam confessionis debiti, & obtinuit litteras declaratorias sed antequam decretum esset brachium sæculare, debitor, vt frueretur dilatione 30 dierum suscepit in se censuras, & mandatum executiuum, secūdum ea, quæ dicta sunt superius, § sed ijs qui verè. Quod videns creditor, & animaduertens censuras esse susceptas in obligatione, instabat illas cum mandato executiuo simul extrahi, & sibi concedi, non expectato lapsu termini triginta dierum. Disputabatur quid esset agendum, fuit resolutum, quòd censuræ, & mandatum executiuum extrahi, & concedi debeant, per ea quæ dicit Bar. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iud. & Ias. in l. nulli. C. de iud. col pen. & facit Roman. cons. 133. & quædam apostilla ad Alex. in l. rescriptum. §. si pacto. in vers. liberasse, ff. de pact. & quod dicit Bal. in l. qui legati. C. vt in poss. leg. Præsertim quia hic non mutatur forma procedendi, sed intentatur remedium, per quod iudicio perfecto reus cogi possit soluere; quo casu vno remedio electo, aliud quoque intentari potest per iura præallegat.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis Cameralis vigore agi non potest non obseruata practica, de qua hìc per Gallesi.*

2 *Mandatum non potest relaxari vnica citatione, vbi illud non fuit susceptum in obligatione.*

3 *Susceptio mandati, vnica citatione praecedente, non comprehenditur in extensione obligationis Cameralis.*

4 *Quando in obligatione Camerali fuit susceptum mandatum, vnica praecedente citatione, non est necessè, vt mandatum relaxetur cum decreto nisi infra tres.*

5 *Censura relaxari non possunt contra principalem non habentem notitiam obligationis factae per procuratorem.*

6 *Procurator praesumitur certiorasse suum principalem obligationis Cameralis per ipsum factae.*

7 *Censurę relaxari non possunt absquè praecedenti canonica monitione.*

8 *Canonica monitio, qua requiritur pro relaxatione censurarum, consistit in citatione personali.*

9 *Excommunicatio dicitur nulla, & iniusta non praecedente citatione personali.*

10 *Citatio personalis suppletur per citationem per adicta, quando non pateret tutus accessus ad locum, vbi quis esset personaliter citandus.*

11 *Citatio personalis suppletur per citationem adictalem, vel domi dimissa copia, quandò is, qui venit personaliter citandus latitat.*

12 *Latitans habetur pro citato.*

13 *Latitans praesumitur habere notitiam citationis factae domi.*

14 *Citatio personalis facienda principali, quando suppleatur per citationem factam procuratori.*

15 *Excommunicari non possunt Vniuersitates vigore huius obligationis.*

16 *Cardinales, Patriarcha, & similes personae in dignitate constituti non excommunicantur vigore huius obligationis.*

17 *Frater sicut non potest ad instantiam fratris vigore huius obligationis carcerari, ita nec*

nec excommunicari, declara vo num.19.

18 *Ea, quæ rigorem sapiunt non sunt inter fratres exercenda.*

20 *Excommunicationis sententia lata contra illum, qui fuit admissus ad beneficium, cap. Od ardui est ipso iure nulla.*

21 *Terminus 30. dierum datur ab A.C. non solùm sub hac forma obligato, sed etiam alijs debitoribus.*

22 *Reo petenti terminum ad soluendum non conceditur de iure communi in quocumque Tribunali maior dilatio, quàm decem dierum.*

23 *A.C. potest ex speciali priuilegio concedere dilationem dierum 30. etiam in causis in alijs Tribunalibus agitatis.*

24 *Renuncians beneficio susceptionis termini an possit illo gaudere renunciatione non obstante.*

25 *Appellatio non admittitur à declaratoria incursus excommunicationis contra obligatum in forma Cameræ.*

1 a DAto igitur. Vigore† Cameralis obli-
gationis agi non potest non obser-
uata practica, de qua hìc per *Galles. Marc*
Ant.de Amat.decis.91. num.240.
2 Aduertendum tamen est, quod † nisi de-
bitor suscepisset mandatum in obligatione
illud nō potest vnica citatione relaxari, sed
debet præcedere citatio ad soluendum cum
decreto, nisi infra tres, & deinde alia cita-
tio ad viden. relaxari mandatum cum de-
creto, nisi ad primam, alias non seruata hac
forma, mandatum esset nullum, *Rot. in Ro-*
mana de Pinellis 8. Aprilis 1598. coram Ora-
no, quæ est decis. 103.nu.3. Narnien. frumen-
ti 14. Ianuarij 1605. coram Card. Lancellot-
to, & in Perusina dotis 2. Aprilis 1609. coram
Reuerendiss. D. Attrebaten. quæ est decis.19.
n.4. [*ead. Rot. in Romana domorum 14. Martij*
1618. corā Vbaldo seniori impressa penes Posth.
in tract. de subhastat. quæ est decis.46. nu-
mer.11.] & ita seruari post reformationem
Pij Quinti fel. record. testatur *Tiber. in pra-*
xi lib.1. cap. 26. & 27. num. 6. & 7. [Quæ
3 † quidem mandati susceptio non compre-
henditur in generali extensione obligatio-
nis Cameralis, quià si comprehenderetur
nunquam locum haberet prædicta nullitas,
& frustratoria esset dicta Constitutio Pij Pa-
pæ Quinti, vt obseruauit *Rot. in d. Perusina*
4 *dotis num.5.* Quando † vero in obligatione
fuit susceptum mandatum vnica citatione
præcedente non requiritur prædictum de-
cretū, nisi infra tres, *Rot. in recen. decis.630.*
num.3. par.1. & in d. Romana de Pinellis co-
ram Orano, & in allegata Perusina dotis co-
ram Reuerendiss. Attrebaten.]

b *Obligationis de se per procuratorem facta.*

5 Quando † non est notificata procuratoris
obligatio ipsi principali, nec facta persona-
lis citatio ad effectum censurarum manda-
tum, & censuræ inde emanatæ sunt nullæ, vt
post *Cassador. hìc allegatum per Galles. deci-*
dit Rot. in causa Salamantina censurarum 14.
Ianuarii 1594. coram Episcopo Pacen. quæ est
decis.40. & in Romana societatis officii 14.
Februarii 1601. coram Reuerendiss. D. *Attre-*
baten. quæ est decis.37. num.1. & licet *Galles.*
infra num.11. testetur stylum esse in contra-
rium, & post eum *Cas. de Grassis decis.2. sub*
num. 25. de senten. excommunicat. tamen de-
bet intimari, & notificari obligatio, vt per
Rot. in d. Romana societatis officij sub num.2.
6 *vers. attestatur quidem.* [Quod † autem per
procuratorem fuerit facta huiusmodi noti-
ficatio obligationis Cameralis præsumitur
Rot. decis.396. num.3. ibi non est verisimile
par.2. & decis.174. nu.3. vers. Dominus par.3.
in recent. & in Romana praetensæ absolutionis
18. Iunij 1646 coram R.P.D. Meltio inter im-
press. post tractat. decis.165. num.15. maximè
quando ageretur de re graui, *Rot. coram Bu-*
ratto decis.134. num.6. & 190. num.5.]
7 c *Debet personaliter citari.* [Sine † præce-
cedenti canonica monitione non posse de-
ueniri ad relaxationem censurarum expres-
sè dispositum reperitur in *cap. reprehensibi-*
8 *lis de appellat.* quæ † canonica monitio con-
sistit in citatione personali, *cap. sacro 48. de*
senten excommunicat. Rot. *decis.15. in fine*
eod. tit. in antiquis, Cassador. decis.2. num.4. de
pension. & decis.12. num.2. in fine de rescript.
Verall. decis.114. num.1. par.1. & ita passim
seruari de stylo Curiæ, vt debeat præcedere
citatio personalis antequam relaxentur cē-
suræ *Tiber. in praxi lib.1. cap.33. num.3. &*
lib.3. cap.7. num.12. & 13. Gratian. disc. ep-
sat. forens. cap.559. num 14. Lotter. de re be-
9 *nefic. lib 11. q 40. num. 312.* Itaut si † hu-
iusmodi citatio personalis omitteretur, ex-
communicatio diceretur nulla, & iniusta,
Felin. in cap. cum sit Romana num.13. 14.
& 15. de appellat. Couarru. in cap. Alma mater
par. §.9. num.4.
10 Potest † tamen huiusmodi personalis ci-
tatio suppleri per citationes edictales, quan-
do non esset tutus accessus ad locum, in
quo quis citandus esset *Rot. coram Cardinali*
Mantic. decis.232. nu.6. & in Cæsaraugusta-

na parrochialis de Maella 24. *Februar.* 1644. *coram* R P.D. *Cerro, & in Romana pratensa absolutionis* 18. *Iunij* 1646. *corā* R.P.D. *Meltio, qua est decis. post tractat.* 164. *num.* 9. & 10. *Tiber.in praxi lib.* 2. *cap.* 1. *& seqq. Gail. singular. obseruat. lib.* 1. *obser.* 55. *num.* 4. & *obser.* 57. *num.* 1. *Bonac. de censur. disputat.* 1. *q.* 1. *punct.* 4.

11 Sicut † quoque diceretur prædictæ citationi personali satisfactum per citationem domi dimissa copia factam, vel per affixionem ad valuas, si is qui veniret personaliter citandus latitaret, itaut personaliter haberi non posset *clement. causam de elect. glos. fin. in clement. vnic.* vbi *Cardinalis nu.* 23. *de renunciat. Paris. de resignat. lib.* 9. *quæst.* 26. *num.* 11. *Rot. decis.* 130. *num.* 29. *par.* 6. *in recen. & in Iannen. separationis thori* 16. *Februarii* 1632. *coram bon. mem. Coccino, & in d. Casaraugustana parrochialis de Maella coram* R.P.D. *Cerro*. Et ratio est, vel quia
12 † latitans habetur pro citato, *Seraph.* 1094. *num.* 3. *Adden. ad Gregor. decis.* 584. *num.* 6.
13 *in fine*, vel quia † præsumitur habere notitiam citationis ad domum factæ coram seruis, vel vicinis, vel copiæ illius domi relictæ, *Rot. in recen. d. decis.* 130. *num.* 33. *par.* 6.
14 Suppleretur † quoque prædicta citatio personalis per citationem factam procuratori iuxta stylum Curiæ, de quo testatur *Rot. post Gallés. hic in Romana societatis officii* 12. *Februarii* 1601. *coram* R.P.D. *Ortembergo, quæ est decis.* 37. *nu.* 2. Quod tamen procedit quandò obligatio fuit facta per ipsum principalem, secus tamen si obligatio fuerit facta à procuratore *Cassador. d. decis.* 2. *nu.* 13. *& d. decis.* 12. *sub num.* 2. *Gigas de pension. quæst.* 84. *num.* 2. *& d. decis.* 37. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 40. *num.* 1. *& seq. post tractat.*]

d *Penitus esse prohibitum*. Et in specie, quòd
15 † vigore huius obligationis non possit excommunicari Prouincia, Ciuitas, Castrum, Villa, Locus, Territorium, vel Districtus decernendo tales excommunicationes irritas, & inanes, prohibent plures Summorum Pontificum Constitutiones, vt latè prosequitur *Io. Franciscus Leo in Thesaur. for. Eccles. par.* 3. *tit. de suspens. & interd. cap.* 39. *num.* 48. *& seq.* adeo, vt non valeat consuetudo in contrarium, *idem Io. Franc. Leo. ibid. num.* 101. & latiùs notauimus supra *q.* 12. *num.* 2. *& seqq.*

16 [Quod † quidem ampliandum est in Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis; nō enim huiusmodi personæ excommunicantur vigore huius obligationis, sed illis interdicitur tantùm ingressus Ecclesiæ, *Scacc. de Iudic. caus. Ciuil. lib.* 1. *cap.* 40 *tit. de citat. num.* 3. vbi idem dicit procedere in laicis excellentibus, quod tamen non seruatur.

17 Neque † minus vigore huius obligationis possunt relaxari censuræ ad instantiam fratris contra fratrem, cum nedum excommunicari, sed nec in carceribus detineri valeat *Faber in S. sunt præterea. verbo, sed & si quis, instit. de Act. Thesaur. decis.* 119. *per tot. & decis.* 153. *nu.* 5. *Giurb. decis.* 45. *nu.* 14. *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 78. *num.* 6. *Mannez. de ra-*
18 *tiocin. cap.* 36. *num* 8. *& seqq.* ea † enim quæ rigorem sapiunt non sunt inter fratres exercenda, *Adrian. Negusan. quæst.* 526. *num.* 32. & hanc opinionem admisit *Rot. in d. Romana pratensa absolutionis* 18. *Iunii* 1646. *coram* R.P.D. *Meltio*, cum distinctione ta-
19 men, quod † opinio prædicta procedat in casu quo frater soluere nō potest, secus autem, quandò & diues & valens recusat soluere, tunc enim benè possunt ad instantiam fratris contra fratrem relaxari censuræ, *Adden. ad Thesaur. d. decis.* 119. ibi & haberet, vndè solueret, & dolosè recusaret, & in alia *decis.* 153. *num.* 5. *vers. contrarium in fine*, ibi sed fortè Senatus *Surd. de aliment. d. q.* 78. *num.* 42. *Mannez. d. cap.* 35. *num.* 11. *Oldrad. consil.* 277. *sub num.* 1. *Guliel. de Benedictis in cap. Raynutius verbo dotem num.* 25. *de testamentis, Zuccad. decis.* 10. *per tot.* quos refert, & sequitur *Rot. in d. Romana pratensa absolutionis, quæ erit post tract. dec.* 16. *num.* 18.]

20 *Potest poni exemplum eius*. Ideòquè † sententia excommunicationis lata contra eum, qui fuit admissus ad beneficium *cap. Odoardus de solut.* etiam si ageretur vigore huius obligationis est ipso iure nulla, nec tunc intrant facultates A.C. vt fuit resolutum *in vna Salamantina censurarum* 14 *Ianuarii* 1594. *coram* R.P.D. *Corduba, quæ est decis.* 40. *num.* 6. [*Canal. in specul. opin. commun. contra commun. q.* 701. *num.* 9.]

21 *f* *Terminus triginta dierum*. Hic † autem terminus, seù hæc dilatio non datur solùm obligato in forma Cameræ, sed etiam aliis debitoribus, *Rot. in Romana vineæ, & salutani de Ruscenibus* 17. *Februarii* 1612. *coram Card. Sacrato, quæ est decis.* 3. *num.* 13.

22 [Sciendum tamen est quod licet † de iure communi in quocumque Tribunali recepτum sit reo petenti terminum ad soluendam summam, pro qua citatus reperitur nō maio-

maiorem concedi dilationem, quàm decem dierum, *Tiber. in praxi lib. 1. cap. 28. num. 5.*

23 Tamen A C. † per speciale priuilegium ipsi concessum potest concedere prædictam dilationem triginta dierum, dummodò summa petita excedat summam scutorum decem, & hoc non solùm facere potest in causis introductis in suo Tribunali, sed etiã in quolibet alio Tribunali, & foro agitatis, *Tiber. vbi supra num. 6.* Hoc tamen, vt diximus, est speciale A.C. priuilegium, itaut si alius Iudex terminum 30. dierum concederet, talis terminus non valeret sicut dicitur de dilatione concessa per Iudicem non habentem iurisdictionem, vt per *Bar. in l. preces num 5. ff de appellat.*

At quia adsunt nonnulli creditores, qui nunquam contenti magis ligandi debitores volunt quod vltrà renũciationem omnium, & quorumcumque iurium, & exceptionum renuncient etiam beneficio susceptionis ter-

24 mini. Dubitari contingit, an † is qui dicto beneficio renunciauit possit illo gaudere, renunciatione nõ obstante, & negatiuè quęstionem resoluit *Tiber. in praxi lib. 1 cap. 28. num. 8.* nempè quod quando fuerit huiusmodi beneficio renunciatum per verba expressa non possit renuncians dilationem petere, quamuis addat posse Iudicem arbitrio suo terminum dare renunciatione non obstãte ea ratione motus, quia huiusmodi obligatio fit ratione traditæ formulæ, nõ autem, quòd se obligans huic beneficio renunciare voluerit.

Sed si huiusmodi ratio esset vera dicendum esset obligatum sub hac forma nulli iuri renunciasse, & ideò cessat vnà cum dicta ratione conclusio, quòd Iudex possit arbitrio suo, renunciatione termini non obstante, dilationem concedere maximè cum in formula obligationis Cameralis non contineatur huiusmodi renunciatio susceptionis termini, nisi addatur ex partium conuentione, quo casu dici non potest debitorem noluisse huiusmodi beneficio renunciare.]

g *An sit licita*. Pro negatiua scilicet, quod

25 à † declaratoria incursus excommunicationis aliarumq. censurarum contra obligatum in forma Cameræ appellatio non sit admittenda, & admissa non suspendat post *Gallesſ.* hic tradunt *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 22. num. 45. Galganett. ad Statut. Vrb cap. 167. sub num. 5. vers. appellatio à sententia declaratoria*. Sed ratio hic assignata per *Galles.* non placet *Lancellotto de attentat. appellat. penden. limitat. 21. num. 26.* quem refert etiam *Scacc vbi proximè num. 46.* qui rationem assignat.

h *Non est facienda.* Vide *Ant. Corn. post Galles. hic de absolut. à iuramen. par. 3. quæst. 13. num. 60.*

GALLESIVS.

SVMMARIVM.

1 *Si obligatio non habeat solutioni faciendæ diem adiectum, & processum sit contra obligatum, aliter non monitum confessato debito per procuratorem, ita obligatu non tenetur actori soluere expensas.*

2 *Processus contra absentem debitorem vigore instrumenti obligationis aliunde allati, & non recogniti, inualidus est.*

3 *Metus iniustæ excommunicationis soluentem excusat, vt repetere possit, iusta non excusat.*

4 *Sponte soluenti, cui competebat releuans exceptio, non admissibilis tamen contra obligationis Cameralis executionem, datur repetitio.*

5 *Distinctio soluentis ante latam sententiam excommunicationis, vel post, vt repetere possit.*

6 *Protestatio, quod soluatur metu excommunicationis, & periury, & animo repetendi cautè adhiberi solet.*

7 *Appellatio ab executione obligationis Camer. in vniuersum non admittitur.*

8 *Appellatio etiam à mero executore interposita tenet, ad finem, vt causa appellat. deuoluatur, & deferatur ad superiorem.*

9 *Executor non tenetur probationes admittere.*

10 *Quando detur commissio cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis.*

11 *Remedium contra iniustam executionem inuentum.*

12 *Appellatio ab excessu in exequendo alias licita, in executione obligat. Cam. non conceditur, & qua ratione.*

13 *Qua ratione appellatio nõ impediat executionem.*

14 *Excommunicatus potest opponere exceptionem nullitatis processus etiam ad impediẽdam executionem per viam exceptionis, quæ notoria sit, non per viam actionis.*

15 *Absolutus ab excommunicatione dato illi termino ad satisfaciendum, quando reincidat, vel denuo excommunicandus sit, elapso termino, & non satisfacto.*

16 *Auditor Cameræ ante festa Paschalia absoluit excommunicatos, vt possint sumere Eucharistiam.*

17 *Absolutio ab excommunicatione quomodò concedatur, vt reductio in pristinam excommunicationem necessaria non sit.*

18 *Excommunicatus quamuis postea satisfaciat elapso termino dato, indiget formali absolutione.*

19 *Remedium ne quis habens exceptionem certam, absens excommunicari possit.*

20 *Agere quis potest contra inuitum, vt per Iudicem declaretur illum non teneri.*

21 *An recuperare possit possessionem debitor, in quam ad exequendam obligationem Cam. immissus fuerit creditor.*
22 *In pignore pratorio, immissione facta ex primo decreto quando recuperari possit possessio.*
23 *In pignore iudiciali, an & quando possessio recuperetur.*
24 *Immissio in possessionem virtute obligationis Camer. cui pignori aequiparetur pratorio ne, an iudiciali.*
25 *Quando immissus in possessionem efficiatur possessor, vt lucretur fructus, & ei competant interdicta possessoria.*
26 *Post immissionem curandum est, vt quam primum pignora capta per subhastationem vendantur, & satisfiat creditori.*
27 *Vigore obligationis hypotecariae fieri potest immissio etiam in omnibus bonis hypotecatis quãtumcumque debita summa valorem excedentibus: alias pro mensura tantum debiti declarati.*
28 *Vsus Curia in facienda subhastatione bonorum.*
29 *Iudicialia pignora sine solemnitate subhastationis vendi non possunt.*
30 *Quando creditor ad licitandum pignus admittatur, & quando eidem met adiudicetur.*
31 *Quo pacto, & ordine subhastationes in Curia fiant.*
32 *Immissus nulliter ob minus solemnem immissionẽ in bonis debitoris, potest uti iure retentionis.*
33 *Executio facta non praecedente conuenienti liquidatione, est nulla, & quare.*
34 *De triplici incertitudine circa obligationem.*
35 *Processus factus pro maiori summa quàm deberetur per viam confessionis per procuratorem, redditur nullus.*
36 *Excommunicationis sententia est indiuisibilis, ita quòd pro parte non potest sustineri, & pro parte irrita esse.*
37 *Qui nulliter processit ad publicationem excommunicationis cõtra debitorem, is tenetur actione iniuriarum debitori.*
38 *Quid si pro minori summa processum sit, quam debeatur.*
39 *Sequis obtinuit sequestrum postea, egit pro executione obligationis Cam. etiam cautione praestita non relaxatur sequestrum, donec ei satisfactum non sit, aliàs secus.*
40 *Excommunicatus per cõfessionem debiti factam ab aliquo ex procuratoribus generaliter constitutis in oblegat. Cam. licet ignorans, est inhabilis ad beneficia.*
41 *Ratio, & modus, quo uti debet quis ad obtinendam executionem immediatè super bonis, vel iuribus hypothecatis iuxta pactum pignoris, & praecarij in obligatione appositi.*
42 *Remedium, ne creditor indebitè possessionem bonorum debitoris obligatorum iure pignoris ingrediatur.*

QVÆSTIO XXXVII.

1 EX † dictis, processu ad finem perducto, consequenter ponentur nonnullae quaestiones, quae postea possunt occurrere, velnti, si obligatio non habeat solutioni faciendae diem adiectũ, & processum sit contra obligatum aliter nõ monitum a confessato debito per proc. vt moris est, An ita obligatus teneatur actori soluere expensas? *b* Censerem negatiuè respondendum esse, auctore Abb. in cap. licet, col. 2. ver. & in quantũ Bal. extra de simon. & ibid. Feli. col. 3. ver. in gl. ver-
2 bi inscriptio. † Item si fuerit contra debitorem absentẽ processum vigore instrumenti obligationis aliundè allati, & nõ recogniti, *c* an propterea processus dici possit esse inualidus? Et aliàs in facti contingẽtia resolutum fuit affirmatiuè, per ea quae adducta sunt in praecedenti partic. §. quaerat fortasse hic aliquis, vbi locuti sumus de extensione facienda obligationis, quibus add. potest etiã Staphil. in tractatu literarum, vbi loquitur de illarum durabilitate, fol. 108. primae impressionis, ver. ideo autem dixi. nam hic quoque dici potest Iudex ante recognitionem instrumenti facultatem suam ignorare. Item pone, quòd obligatus habens aliquam releuantem exceptionem, quae tamen contra huius obligationis executionem (secundum superius dicta) non sit admissibilis, spontè soluat, an detur ei postea repetitio; tanquam indebitè soluti, iuxta vulgare dictum, solue, & repete, de quo in cap. debitores, de iur. iur. cum huic obstare videatur spontanea solutio. ff. de re iu. Cuius per errorem, & de condic. indeb. l. t. & C. eod. tit. in l. indebitum, & ponit latè las. in l. t. ff. de cond. ind. vbi facit duas regulas, vnam quod soluens per errorem indebitum repetit per cond. indeb. Alteram quòd soluens scienter indebitum, non potest repetere, quia censetur donare, & vtrique addit plures limitationes. Sed quantum attinet ad propositum nostrum, puto esse attendendum, quod duplex est hic metus debitori non soluenti imminens, periurij videlicet, si obligatio sit iurata, & excommunicationis cõtra eum proferendae, si non soluat. De metu periurij habetur per glo. & Doct. in d. cap. si debitores, quod ponit las. vbi supra in secunda limit. secundae regulae: & de metu excõmunicationis per Io. Andr. & alios post eum in cap. cum dilectus.
3 quod met. cau. & in cap. olim, de restit. spol. † qui distinguunt inter iniustam, & iustam excommunicationem, itaut iniusta excuset, vt ibi videri
4 potest. † Et secundum eam distinctionem Curia seruat, quod si verè competebat exceptio, sicque in effectu erat indebitum, & excommunicationis, & periurij per se metus excusent, ne spontanea solutio postea reperenti obstet. Ratio est illa, quia hic videtur soluens facere necessitate adactus, in necessitatibus autem nemo censetur esse liberalis, l. rem legatam, in fin. de adm. leg. & vbi potest sumi alia praesumptio, nunquam praesumitur donatio, l. si cum aurum, & ibi notat Bart. ff. de solut. l. eleganter. §. qui reprobos, vbi Bart. ff. de pig. act. in 4. limit. dictae 2. regulae. Et in hâc sententiam conuenit etiam Canarius in 54. q. sui tractatus, qui videri poterit, quiâ loquitur doctè, & eleganter. † Multum autem interesse videtur, an
5 solutio fiat ante latam sententiam excommunicationis, vel postea, nam si fiat antea, tunc est omnino locus distinctioni suprascriptae, posset necne iustè excommunicari, & potuisset, necne audiri disputando esset ne debitum an non? Si vero praecedat excommunicatio solutionem, tunc

tunc si sit ritè lata, & valida sicque iusta sit ex or-
dine, & animo proferentis, licèt iniusta ex causa,
videlicet, quia debitum non esset iure soluendũ,
vel factum implendum, inducit iustum metum, vt
latè probat Roman. cons. 369. circa primum pro-
positæ. vers. quoad secundum quo quæritur, &c.
6 † Si autem esset nulliter lata, id quod Roman. di-
cit ex ordine, & animo proferentis esse iniustam;
tunc quia in effectu non esset excommunicatio,
7 non excusaret. † Cauti tamen procuratores ad
vitandum difficultates curant eiusmodi solutio-
nes fieri cũ expressa protestatione, quod soluitur
metu periurij, vel excommunicationis, aut etiam
vtriusque, & animo repetendi. De cuius & simi-
lium protestationum validitate nonnulli dixerũt
esse tex. in cap. Cumana. de elect. & quæ ponit
Bar. in l. non solum, §. morte, vbi tractat. de pro-
testatione declaratoria voluntatis protestantis.
vers. circa secundum propè fin. dicens, quod vbi
obligatio re contrahitur, sufficit, quod protesta-
tio fiat parti, non tamen requiritur illius consen-
sus expressus, sed satis est si non contradicendo ta-
ceat, videtur enim eo modo actus celebrari, all.
l. 1. & 2. ff. de solut. & discutit firmatque latè, &
eleganter Io Ant. Rub. in rep. d. §. morte, carta. 15.
vers. sexta colligitur concl. Mihi tamen visum est
magis conuenire casui præsenti sequens ibi im-
mediatè positum membrum distinctionis Bart.
dum vult, quòd quando eiusmodi protestatio fit
super aliquo actu, ex quo non inducitur propriè
obligatio, sed aliud præiudicium generatur, de-
beat quidem protestatio fieri parti, sed eius con-
sensus non requiritur, per tex. l. codicillis, §. 1. de
leg. 2. & l. debitor, §. 1. ff. quib. mod. pignor. vel
hyp. sol. quod dictum elegantèr ibi explicat, & ad
obiectis defendit Orman not. in repet. ver. vlt. cõ-
clus. an ab huius obligationis executione inter-
posita appellatio aliquid operetur, & quid? Arti-
culus est satis disputatus per glo. & Doct. in l. ab
executore, C. quo. app. non rec. & in l. ab executo-
re, ff. de appellat. quorum disputationem non re-
cito, † quia in specie nostræ obligationis, abso-
lutè loquendo non admittitur appellatio per ea,
quæ adducta sunt superiùs in præcedenti particu-
la, §. de quarta etiam quæstione, vers. sed an saltim
à tali, & cap. quod tamen declaro in hunc modũ,
videlicet, quod non liceat appellare ad finem, &
effectum impediendi executionem, & ipsius exe-
cutoris processum, † sed quo ad effectum, & fi-
nem, vt sine impedimento, & præiudicio excom-
municatonis ipsa causa appellationis deuolua-
tur, deferaturq. ad superiorem, tenet appellatio,
etiam à mero executore interposita, vt not. Spe-
cul. in tit. de act. seu petit. §. super petitionibus.
versic. sed quid si ante. † vbi etiam concludit non
suspendi, nec reuocari executionem ex eo, quòd
appellans obtulerit exceptionem incontinenti
probare, quia executor non tenetur probationes
admittere, & sic non impeditur, nec reuocatur
executio, nisi demùm coram iudice appellationis
probata veritate exceptionum, & iniustitia exe-
ptionis: quòd etiam not. Innoc. de elect. cap. cum
inter canonicos, & Ant. de Butr. in cap. dilecto, de
appell. col. 2. & ibi Phil Franc. in vlt. nota.
† Et secundum hæc inoleuit stylus Signaturæ,
quod vbicunque petitur commissio causæ similis
appellationis, additur clausula: sine præiudicio
11 legitimæ executionis. † Hoc ergo est vnum ex
remedijs contrà iniustam executionem inuentis,
vt interposita appellatio coram iudice appella-
tionis verificetur, & subindè per eum iudicem
executio facta reuocetur. Limitari etiam solet
vniuersale pronunciatum prædictum, quòd ab
executione non recipiatur appellatio, nisi in ipsa
executione modus excedatur, quià tunc ratione
excessus licita est appellatio, secundum omnes
Doctor. in locis superiùs citatis: quæ limitatio,
12 quamquam de iure sit vera, † tamen in facto hu-
ius executionis nostræ non habet locum, nec Si-
gnatura dat eiusmodi appellationum commissio-
nes, nisi cum dicta limitatione sine præiudicio le-
gitimæ executionis, quòd quidem iudicio meo
habet eandem rationem, quàm ipsius principalis
appellationis reiectio. Nam iuxta superiùs dicta
si non proceditur (prout non proceditur) ad con-
fessionem debiti, & ad executionem, nisi priùs fa-
cta liquidatione, & liquidatione præcedente sub-
sequitur debiti confessio, quæ præcedit executio-
nem, dici verè non potest, quòd iudex excedat
modum, cum det executionem dumtaxat pro sũ-
ma, per partem, seu eius procuratorem confessa-
ta. Libet hic addere aurea verba Gem. cons. 99.
paulò post principium, qui meliùs quàm alius,
13 quem ego viderim, docet rationem, † quamob-
rem appellatio non suspẽdit executionem, inquit
Appellans ab excommunicatione directè, vel in-
directè nihil agit regularitèr, quià non suspendit
id à quo originatur executio: dat enim talis ap-
pellans liberum antecedens, à quo dependet exe-
cutio, & negat consequens ex illo scilicet execu-
tionem iudicati: hoc casu appellatio nõ prodest,
& iste est casus de appell. constitutus, vbi non
fuit appellatum à confirmatione, seu ab executio-
ne confirmationis, propter quod ibi fuit appella-
tio repulsa: nec admittitur per viam exceptionis,
licèt postea agere possit. Et ista est concl. Io. Mon.
& Io. And. in cap. cum venerabilibus. §. porro. de
sent. excomm. lib. 6. vt ibi ponit Io. And. super gl. 1.
diffinitiuam. & idem repetit Io. Mo. eod. is cui, §.
fin. dicens, quòd dum erat Vicecancellarius, mul-
tas literas cassauit, in quibus narrabatur esse ap-
pellatum non à prouisione, sed ab executione
14 prouisionis. † Excommunicatus ob non imple-
mentum huius obligationis, an audiatur oppo-
nens nullitatem excommunicationis, & proces-
sus? Ex ijs quæ Doct. tractant potissimum in cap.
significarunt. de excep. sumpta est obseruantia
Curiæ, quod si velit agendo intentare iudicium
nullitatis, antequam sit facta executio, non au-
diatur, prout non auditur quacunque actione vo-
lens reconuenire actorem: sed si velit opponere
nullitatem per viam exceptionis, quæ quidem
exceptio sit notoria, tunc audiatur etiàm ad im-
pediendum executionem, & ita post Io. Andr. But.
& Imol. tenent ibi Abb. & cum eo Barbat. allegãs
Bar. in l. de pupillo, §. fin. ff. de no. op. nunc. & Fel.
col. pen. ver. inquantum Io. And. reprobatis Ho-
stien. & Bal. qui contrarium senserant, & pro di-
cta opin. communi, & stylo curiæ facit Rota in
decis. 453. fuit dubitatum, verum in causa, quæ est
sub titulo de except. 7. & sic poterit esse tertium
remedium, vt si processus sit nullus, opponatur

por viam exceptionis ad impediendum executio-
15 nem. † Titius præuia confessione debiti excommunicatus nisi infra tres, aut etiam postcaquam non facta infra tres dies solutione declaratus fuerat, comparens obtinuit absolui ab ea excommunicatione, quia promisit omni exceptione remota satisfacere creditori infra certum terminum, puta 20 dierum, quòd tamen non fecit; quæsitum est si per solum lapsum temporis reincidat in excommunicationem pristinam; an vero de nouo sit excommunicandus? Quæstio hæc non est huius nostri tractatus propria, magis quàm omniū specierum, quibus sint aliqui excommunicati. Attamen quia, & in hac specie facile potest contingere: visum est operæ pretium fore, ne prætermitteretur; formata est autem in decis. 399. & 490 in nouis. & deciditur distinctim, ita videlicèt, vt reincidat ipso iure, si erat excommunicatus à canone cap. eos de sent. excom lib. 6. sed si erat excommunicatus ab homine, debeat per eundem iudicem in eandem sententiam reintrudi; quod not. Io. Mo. in d. cap eos. & glo. cle. 1. in ver. donec. de decim. Sed hoc quoque secundum huius dist. mēbrum intelligēdum est, vbi absolutio facta est purè cum promissione, vel iniūctione satisfactionis, secùs, vbi absoluētis intentio apparet fuisse limitata ad tempus, siuè tacitum, vt si quis absoluatur, vt possit testificari in certa causa, vt possit ca-
16 nonicus interesse electioni; siuè expressum, † vt sæpissimè facit A. C. qui ante festa Paschalia absoluit excommunic. vt possint sumere sacram Eucharistiam, vsquè ad Octauam Paschatis, quod benè probatur ex ijs, quæ ponit Fel. in cap. reprimendum. vers. reducere non omittas. de off. ord.
17 † Qui autem cautiùs agere, atque has difficultates faciendæ nouæ in pristinam excommunicat. reductionis vitare volunt, curant vt aduersario excommunicat. detur absolutio per hac, vel similia verba, videlicet; Absoluimus te, dummodo intra 20. dies proximos satisfacias alioqui lapsis 20. diebus in eand. excommunic. siuè (si vlteriùs erat processum in easdem censuras reincidas ipso iure, & facto.
18 † Excommunic. autem post lapsum termini adiecti satisfactioni veluti cum dicitur, nisi infra tres, etiàm, quod postea satisfaciat, indiget formali absolut. nec per solam satisfactionem censetur absolutus, not. gl. in clem. 1. in ver. donec. de decim. & in clem 1. ver. obtinere. de consang. & affin. Fel. in cap. 1. col. 1. de iudic. Consultus fui ab amico, qui erat sub hac forma obligatus, sed defendi poterat exceptione certa, recessurus autèm ab vrbe verbatur, ne absens non citatus, & ignorans facta per procurat. confessione debiti excōmunicaretur, cupiebatq. occurrere, ne posset ab-
19 sens propterea excommunicari. † consului, quòd antequam discedere imploraret officium ipsius A. C. vt declararet ne posset ab illo aduersario inquietari: & ita factum est, secundum doctr. Bart. in l. 1. §. 1. col. 2. vers. item aduerte. ff. quod vi aut clam. & in l. si societatem. §. arbitrorum. col. 3. vers. quæro quo iure. ff. pro soc. ponit post alios Fel. in cap. vt autem. in fi. de rescr. vbi reprobata senten. Imol. & Sal. firmat comm. esse opin
20 † quod licet non possit quis inuitus compelli ad agendum, tamen ob exceptionem, quam habeo, possum agere contra te inuitum Iudicis officio implorato, vt declaret me tibi non teneri. In fi. 2. q. 1. par. inter alios effectus resultantes ex differentia, quæ est inter nostram formulam ac guarantigiam, confessionatumue instrum. diximus esse illum, quod hypotheca vigore huius simpliciter factæ obligat. constituta non habet vim pignoris iudicialis, sicut habet contracta vigore guarantigiæ, confessionatiue instrum. aut etiam huius obligat. cum censurarum, & mandati executiui susceptione stipulatæ, sed remanet vt simplex conuentionale pignus propter clausulam obligat. omnium bonorum, de qua superiùs dictū est. Ex illa conclus. deciditur alia not. quæst. hu-
21 iusmodi. † Facta est in executionem huius obligat. immissio creditoris in possessionem bonorum debitoris absentis, deindè comparet debitor, & petit restitui sibi tenutam, reficiendo expensas,
22 & cauendo de iudicio sisti, an sit audiendus? Et quidem in pignore prætorio, quandò est facta immissio ex primo decreto non præcedente re iudicata, debitor intra annum in reali, & intra 20. annos in personali potest recuperare tenutā, reficiēdo expensas, & cauendo de iudicio sisti. iuxta authoritatem ei, qui iurat, C. de bonis auct. iud. possid. declarando secundum Bar. in l. si finita. §. Iulianus, col. 4. vers. procedo vlterius, & ibid. Alexan. col. 16. vers. item adde in quantum Bar. hic tan-
23 git inf. quantum tempus. ff. de dam. infect. † Sed in pignore iudiciali, videlicèt quādò facta est immissio pro executione sententiæ, nō auditur reus volens recuperare tenutam, licèt offerat expensam, & cautionem prædictam: Sed oportet si vult recuperare pignus, vt soluat illud, in quo est cōdemnatus ita not. Bart. in l. properandum. §. fin. autem C. de iud. & ibi Bal. & Sal. & Alex. & Ias. Itaque solutio propositæ quæstionis dependet ab eo, vt dignoscatur, cui ex d. pignoribus æquipsretur hæc nostra immissio prætorio, an iudiciali; &
24 determinatio est facilis, † quià antequam facta sit confessio debiti, nihil aliud est quàm pignus conuentionale, non traditum, sed constitutum ex clausula illa generali obligat. & hypotecæ omnium bonorum &c. cum autem facta confessione proceditur ad immissionem, proculdubiò pignus vigore talis immissionis captum æquiparatur pignori iudiciali, vt not. Bar. in l. cum vnus. in hu. pr. nc. ff. de bon. auct. iudic. possid. confirmat Negus. in tract. pignorum. nu. 3. membro tertię par-
25 tis principalis. † Ex qua dec. sequitur declaratio aliorum effectuum prouenientium ex dicta immissione, veluti si quæratur, an ita immissus efficiatur possessor, vt lucretur fructus, & ei competant interdicta possessoria, vti possidetis, & vnde vi an non? in qua quæstione distinguendum est, prout faciunt Doct. in l. 5. §. fin. ff. de acq. poss. in cap. contingit. de dolo, & contu. & in alijs locis, vbi tractant materiam primi, & secundi decreti, quibus in locis, & Negus. in dicto tract. in secundo membro tertiæ partis præsertim in 5. & 6. q. in summam recolligendo triformem faciūt immissionis ex primo decreto effectum, vt in personali immissus non efficiatur vnquam possessor, etiam si pro executione rei iudicatæ, aut vigore instrumenti guarātigiati sine hypotheca fiat immissio: Sed duntaxàt efficiat detentator, cui tamèn cōpetat

petat officium iudicis pro illius suæ tenutæ recu-
peratione, in reali efficiatur possessor intra annũ
reuocabiliter, ita quòd in verè reali post annum
lucretur etiam fructus à die factæ immissionis, in
hypothecaria non lucretur fructus, sed in vtra-
que competant præter dictum iudicis officium,
etiam possessoria interdicta. Cum autem nostra
hæc obligatio habet generalem illam hypothe-
cam, & immissio fiat in executionem debiti con-
fessati tenendum est, quòd in actione personali,
facta immissione in bonis debitoris hypotheca-
tis, immissus efficiatur quidem possessor, sed non
faciat fructus suos. † Et ideò cauti actores post
factam immissionem, cum mora non possit cre-
ditori afferre fructum, curant vt quam primum
pignora capta per subhastationem vendantur, &
de pretio sibi satisfiat: vbi autem est actio realis,
immissio facta in ipsa re dubia, illicò parit omnes
prædictos effect. Ille quoque præcipuus est dictæ
clausulæ generalis hypothecæ effectus, quòd licet
regulariter in personalibus actionibus immissio
non possit hodie fieri in bonis debitoris, nisi pro
mensura debiti declarati, vt C. de bon. auct. iud.
possid. anth. & qui iurat, & ff. ex quibus ca. in
27 poss. ea l. 1. † Huius tamen nostræ obligationis
vigore, quemadmodum in qualibet hypothecaria
fieri potest missio indiscreta etiam in omnibus
bonis hypothecatis quantumcũque debitæ sum-
mæ valorem excedentibus, vt not. glos. pen. in
28 l. cum qui. C. de procur. † Itaque habet Curiæ
vsus, quòd pro qualibet parua summa fiat immis-
sio: & deinde subhastatio bonorũ quamlibet ma-
gni pretij sub d. hypotheca comprehensorum, &
ex pretio satisfiat creditori, relicto residuo pro
ipso debitore: quod tamen humaniter intelligen-
dum est, vt sic cum minori quam fieri possit, de-
bitoris iactura; si enim existat vnum (puta) præ-
dium rusticum, eo cuius subhastatione possit sũ-
ma debita, vel aliquid amplius redigi non patitur
29 Iudex alia per subhastationem distrahi. † Dixi
autem per subhastationem; quia iudicialia huius-
modi pignora vendi alitèr non possunt, nisi in-
teruenıat solemnitas subhastationis, quæ solem-
nitas cuiusmodi sit, habetur in l. ordo. C. de exec.
rei iud. & in l. 2. & fi. C. de fid. instr. & iure hastæ
fiscal. Et ponit magistraliter Fabi. in tract. empt.
& vend. in 5. par. q. 4. vers. sequitur de solemnita-
30 te subhastationis, † quibus locis etiam determi-
natur, quod si per subhastationem non inuenitur
emptor, aut inuenitur, sed non offert precium
iustum potest ipse creditor, ad licitãdum admit-
ti, eoque iustum precium offerente, potest ei, tã-
quam extraneo pignus vendi. tex. est, & ibi Bald.
& Sal. in l. 2. C. si in cau. iudi. pig. ca. sit. Quod si
nec ipse creditor licitari velit (inuit. enim non
cogitur) potest ei pignus per iudicem adiudicari
31 l. fi. C. eod tit. & ibi DD. prænominati. † Curiæ
vsus circa subhastationem ita se habet. Postquam
creditor vigore mandati executiui per executo-
rem immissus pignus accepit, citatur debitor ad
videndum per Iudicem mandari consignari pi-
gnus Cursori ad effectum illud subhastandi, quo
peracto Cursor inquirit pro inueniendis empto-
ribus, & facta aliquib. diebus conuenienti diligẽ-
tia, descriptisque per ordinem temporis nomini-
bus, illorum, qui obtulerunt se empturos, & quã-
tum precium vnusquisque illorum obtulerit, tã-
dèm omnia Iudici in actis causæ refert. Qua re-
latione facta iterùm citatur debitor ad videndũ
deliberari rem subhastatam plus offerenti, & re-
cipiendum si quid reliqui erit ex precio, facien-
dumq. debitam quietantiam, alioqui videndum
illud deponi penes notarium, vt stet periculo suo
cuius postremæ citationis relatione facta, iudex
deliberat, idest adiudicat rem plus offerenti, cum
termino 30. dierum ad releuandum illud, idest vt
si debitor intra illos 30. dies soluat, res sit inem-
pta, perindè ac si non esset, subhastatio facta.
32 † Erat facta immissio *f* creditoris in tenutam
prædij debitoris, quòd continebatur generali hu-
ius formulæ hypotheca, sed fuerat inordinatè, ac
minus solemniter processum, ita quòd immissio
erat nulla, seu annullanda, & creditor nihilomi-
nus volebat vti iure retentionis, nec dimittere
prædium; fuit determinatum posse retinere: per
Doct. Bald. in l. fundus qui L. Titij, in lect. ant. ff. de
rescind. vend. per tex. & gl. ibi, quam doctr. refert
& comprobat Neguš. in d. tract. in d. 2. memb. 3.
33 par. q. 10. † Superius vbi de liquidat. tract. est, ad
hunc locum reseruata fuit illa quæstio. An exe-
cutio facta nõ præcedente conuenienti liquidat.
sit nulla, necne? super qua indifferenter dicendũ
esse arbitror nullam esse executionem, *g* nam cu
triplex incertitudo sit, quam liquidari debere
contingit, vt diximus, ibi, ver. tertia q. videlicet,
34 † si obligatio sit quidem pura, *h* & adesset tem-
pore contractus deducta, vt in promissione dam-
norum, & interesse, & similibus, vel habeat in
se conditionem tacitam, siue expressam, vel non
sit obligat. in esse deducta, sed per liquidationem
deducenda, veluti si promissum est aliquid non
facere sub pœna mille, ita quòd ipsa mille deberi
non possunt, nisi præcedat factum contrarium
in vnaquaquè specie nõ facta ante confessionem
debiti liquidationem concurrunt, & mandati, &
iurisdictionis defectus: non potest enim procur.
confiteri aliquid certum de ea re, super qua nihil
sit probatum, & non præcedente valida, & certa
confessione, iudex non potest super illa fundare
35 præceptum, & executionem suam. † Si detega-
tur fuisse confessatum debitum, & processum ad
excommunicationem, & executionem pro maio-
ri summa, quàm re vera deberetur vltrà pœnas
de iure contra plus petentes ordinatas, Inst. de
act. §. plus petit. præterea etiam processus reddi-
tur nullus, quia deficit mandatum procuratoris
confitentis non debitum, cum sit constitutus ad
36 confitendum solummodò id, quod debetur. † &
quia excom. senten. est indiuisibilis, *i* ita quòd
non potest sustineri pro parte, & irrita esse pro
par. l. in hoc iudicio, & ibi no. ff. fam. ercisc. Cyn.
& Bal. in l. 1. C. de errore calc. Bar. in l. 2. C. de re-
iu. in l. 1 ff. de iurisd. omn. iud. Abb & Felin. in cap.
cum inter de re iud. Et si processum sit pro debi-
to iam soluto, punitur amplius talis assertus cre-
ditor crimine stellionatus l. si fideiussor. §. in om-
37 nibus, iuncta ibid. glos. ff mandati. † Quod si pro-
cessum in prox. d. casibus cõtra debitorem ad pu-
blicationis excommunicat. tenebitur ei creditor
etiam actione iniuriarum, quam sæpiùs agitari
vidi-

38 vidimus. † Si autem processum sit pro minori summa, quàm esset debita, processus valet, poteritq. creditor nihilominùs residuum petere, etiam nulla de petendo residuo præmissa protestatione, nisi fortè petierit nomine residui, vel cũ dictione taxatiua, §. si minus Inst. de act. & ibi Io. Fab. & Aret. & Guid. pap. decis. 177. fuit etiam cõ-
39 clusio, † Communis, notaque est iuris dispositio, quòd sequestrum cum sit contra regulas iuris remedium extraordinarium, etiam licitè factum, tollitur contrario satisdationis remedio. l. fin. C. de ordin. cog. notant omnes Doct. in l. 1. C. de prohibit. sequest. contigit, aut quòd habens debitorem hac formula obligatum, suspicatus ne certæ illius pecuniæ, aut alia bona dissiparentur, aut abscõderentur, obtinuit illa sequestrari, & deinde producto instrumento instabat pro executione obligationis, debitor autem offerendo cautionem petebat sequestrum relaxari: decisum fuit sequestrũ non esse relaxandum: ratio decisionis fuit, quia sequestrum non erat simpliciter narrato debito, aut ob litem agitandam factum, sed pro effectu faciendæ executionis: quo casu non releuatur sequestrum: sed opus est solutione /l. si pecuniæ. §. fin. & ibi Bar. ff. vt in pos. leg. & idem Bar. in l. consentaneum C. quomodo, & quando iud. ponit, & comprobat Curt. in tract. sequestr. q. 14. in 2. li-
40 mit. † Ignorans excommunicatus mediante confessione debiti per vnum ex procuratoribus generaliter in hac formula constitutis, nihilominus est inhabilis, vt ei conferri possit beneficiũ, in aliquibus tamen pœnis talis ignorans differt ab eo, qui scit se excommunicari: qua de re videndus est. Cassad. de præb. decis. 1. & Aegid. decis. 66. ver. & hinc est. † Superest, vt ponamus pra-
41 cticam obtinendi executionem immediatè super bonis, vel iuribus hypothecat is, iuxta pactum pignoris, & præcarij per nos in noua formula additum ibi. Cum pacto nihilominùs apposito, & solemni stipulatione vallato, &c. quæ via plerũque est magis expedita, nempè sine dispẽdio moræ procedendi suprascripta via censurarum. Potest autem eius pacti vigore procedi, vel sine vllo iudicis ministerio, & tunc satis est, vt creditor volens ingredi rem obligatam, coram notario, & testibus reuocet præcariũ, & declaret, se velle ingredi, & possidere vigore dicti pacti, & deindè ingrediatur. Et si vult occurrere ne deiceps debitor eandem possessionem recuperet, aut se super illius continuatione molestet, adeat competentem iudicem, & ab illo obtineat inhibitionem, cum clausula, si senserit, &c. secundum doctr. Innoc. in cap. præsentia. de prob. & Bald. in cap. ad hoc. ad fin. tit. de Allodijs, in vsibus feu. & in l. fin. col. 2. ver. est notandum. C. de edict. Diu. Adr. & quæ cumulat Fely. in d. cap. in præsentia col. fin. vers. postremò super hac, & in rub. de tregua, & pace. col. fin. ver. nona declaratio. Vel etiam, si sit formido rixæ, & scandalorum, ad illa vitandum procedi potest adhibito iudicis ministerio, quod etiã dupliciter implorari potest: vno modo si quis quis petat se induci, & immitti in possessionem. qui tamen non est bonus modus, quia requirit petitionem in scriptis redactam cum citatione partis, & aliquali causæ cognitione: altero modo, si dumtaxat petatur, vt Index det sibi ex sua familia, qui eum associent, dum ingreditur propria auctoritate ad euitandum rixam: & hic modus est melior, quia non requirit citationem partis, neque aliam causæ cognitionem, nisi tantummodò, vt ostendatur Iudici instrumentum cum pacto huiusmodi. Et est mirabilis virtus dicti pacti, quia exerceri potest, quantumcunque res transierint ad tertios possessores, etiam illis non citatis, & non facta aliqua crediti liquidatione. Sustinetur autem singulæ ipsius pacti clausulę, ac etiam triplex à me hic posita practica per dicta Bar. & Doct. sed potissimum Saliceti in l. creditores. C. de pign. redacta breuitèr, & doctè ad quindecim conclusiones per Negusant. in sæpiùs allegato suo elegantissimo, tractatu piguorum, par 4. num. 8.
42 cum multis seqq. † Et si debitor habens aliquam exceptionem releuantem, puta quia iam satisfecisset debito, vel nondum venisset dies, seu non extitisset, aut defecisset conditio, sub qua facta est obligatio, aut quid simile, formidaret nec creditor iniustè, atque indebitè possessionem ingrederetur, velletque occurrere, posset ipse præueniens adeundo Iudicem allegare prædicta, & petere, atque obtinere suprascriptæ similem inhibitionem, iux. d. Innocen. & aliorum superiùs citatorum. Hoc enim pacto non posset creditor ingredi possessionem, nisi priùs citato debitore, & dicta inhibitione reuocata, seu ad viam iuris reducta: & discusso, competat ne sibi executio.

ZACCHIAS.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non concedit procedi ex abrupto absquè partis citatione.*

2 *Obligatus in forma Cameræ regularitèr tenetur ad expensas, etiamsi in mandato contrà ipsum relaxatum non contineantur.*

3 *Expensæ non debentur quandò, neque in prima, neque in secunda instantia reperitur facta condemnatio.*

4 *Quod procedit etiam non obstante Statuto Vrbis, de quo hic.*

5 *Stylus Rotæ condemnandi in expensis operatur, quod facta illarum condemnatione condemnatus ad illas teneatur, etiamsi habuerit iustam causam litigandi, non tamen operatur, quod pœei possint cõdemnatione nõ facta.*

6 *Condemnatio facta in secunda instantia, prima continente absolutionem, an referatur ad expensas vtrinsque?*

7 *Iudex appellationis potest condemnare in expensis factis, tàm in prima, quàm in secunda instantia.*

8 *Appellatio nõ admittitur, quandò fuit actum vigore obligationis Cameralis.*

9 *Conductor obligatus in forma Cameræ restituere rem conductam, finità locatione, non potest appellare.*

10 *Inhibi-*

10 *Inhibitio emanata vigore commissionis appellationis ab hac obligatione est calumniosa, & non afficit.*

11 *Absque vitio attentatorum Iudex, in casu prædicto, in causa procedit.*

12 *Attentatis censetur renunciatum per obligationem Cameralem.*

13 *Appellare non potest ratificans simpliciter instrumentum in quo aderat obligatio Cameralis, intellige vt num. 14.*

15 *Appellatio denegatur etiam hæredi, stante hac obligatione.*

16 *Appellatio non admittitur etiam ab interlocutoria stante hac obligatione.*

17 *Appellatio admittitur, quando obligatio Cameralis probatur tantùm per testes, declara vt num. 19.*

18 *Guarantigia probata per testes non habet viam executiuam.*

20 *Appellatio admittitur, vbi fuit processum non extensa obligatione Camerali.*

21 *Appellatio admittitur à decreto de extendendo hanc obligationem iuxta dicta testium.*

22 *Appellatio admittitur à reiectione exceptionis admissibilis contrà hanc obligationem.*

23 *Appellatio admittitur, quando hac obligatio fuit per sententiam vulnerata.*

24 *Executiuè non potest procedi, quando hæc obligatio fuit vulnerata per sententiam, amplia vt num. 33. limita vt num. 38*

25 *Executiuè non proceditur, quando obligatio Cameralis vulnerata fuit per compromissum, & laudum, intellige vt num. 27.*

26 *Instrumentum non censetur vulneratum per compromissum, nisi sequatur laudum.*

28 *Appellare sicut licet actori à decreto vulnerante, ità licet reo à sententia contraria renocatoria.*

29 *Clausula sine præiudicio legitima executionis apponitur quando appellatur stante hac obligatione, fallit vt num. 30.*

31 *Obligationis Cameralis mentio necessaria non est in commissione, quando illa fuit vulnerata.*

32 *A.C. exequi non potest instrumentum per sententiam vulneratum.*

35 *Sententia nulla, vel notoriè iniusta non vulnerat obligationem Cam. contrarium nu. 34. & num. 36. intellige vt num. 37.*

39 *Obligatio Cameralis in quibus casibus non dicatur vulnerata.*

40 *Sententia lata ad effectum graduandi, & assignandi locum creditoribus, vt hic, an vulneret oblig. Camer.*

41 *Sententia lata in alio iudicio non vulnerat hanc obligationem.*

42 *Obligatio Cameralis non vulneratur ex peremptione instantiæ.*

43 *Signatura Sanctissimi aliquando rescribit, quòd non obstante vulneratione procedatur ad executionem oblig. Cam.*

44 *Tertius bonorum possessor executiuè conuentus vigore huius obligationis potest appellare.*

45 *Mandatum relaxatum vigore huius obligationis, vbi infert notorium grauamen, ab eo appellatur.*

46 *Appellatio admittitur, vbi quis vigore huius obligationis declaratur capiendus pro suspecto, & fugitiuo, contrarium num. seq.*

48 *Appellatio admittitur quando iudicium fuit instructum, & terminatum via ordinaria.*

49 *Reductio ad arbitrium boni viri non impeditur per hanc obligationem in compromisso appositam.*

50 *Appellatio in terminis, de quibus loquimur, admittitur, si Iudex modum in executione excedat, contrarium num. 55. reprobatur num. 56.*

51 *Præsumptio semper est quòd executio ritè, & rectè processerit.*

52 *Excessus non præsumitur, nisi probetur.*

53 *Ratione excessus in totum decretum corruit tanquam indiuiduum.*

54 *De iure ab executione ratione excessus semel admittitur appellatio, de stylo aũt Curiæ bis.*

57 *Expressio causæ, de qua hic, si non concernat totum negotium, an suspendat in totum.*

58 *Arbitrio est locus stante commissione sanatoria arbitrio Rotæ pro sanatione nullitatis prouenientis ab excessiuitate.*

59 *Appellatio admittitur, vbi aliquis declaratur obligatus ad restituen. vel soluen. vel damnum.*

60 *Contra obligatos in forma Cam. de restituendo prioribus, & potioribus proceditur executiuè.*

61 *Appellatio admittitur, vbi facienda est liquidatio, & super illa recipiendæ sunt probationes, intellige, vt ibi.*

62 *Quando decretum continet liquidationem, etiamsi materia esset executiua datur appellatio.*

63 *Decretum quando non dicatur contineri liquidatione.*

64 *Appellatio admittitur non obstante hac obligatione ad effectum deuolutiuum, amplia vt num. 66 limita vt num. 67.*

65 Appellare licet ad vtrumque effectum in Ciuitate Bononiæ in terminis nostris vigore statuti.

68 Appellatio *admittitur non obstante obligatione*

ne Camer. ad utrumque effectum, vbi Iudex appellationis condemnet actorem ad restitutionem, intellige vt num. 70.

69 *Appellare potest: actor quandò Iudex pronunciat Instrumentum non exequendum, sed denegatur reo, si pronunciet exequendum.*

71 *Executiuè proceditur etiam in iudicio repetitionis, stante clausula, si quid exequendum.*

72 *Appellare non potest obligatus sub hac forma de restituendo prioribus, & potioribus, etiã si non adsit clausula, ad omne mandatum Domini, & num. 75. contrarium num. 76.*

73 *Emptor fundi deponens pretium, quod solutum fuit creditoribus, data cautione de restituendo prioribus, & potioribus, licet non liberetur ab hypotheca aliorum, agit executiuè, vt fideiussores soluant anterioribus.*

74 *Obligatio penes acta Curiæ de restituẽdo prioribus, & potioribus habet executionem paratam.*

77 *Non proceditur executiuè in repetitorio sortis principalis census in casu, in quo datur.*

78 *Venditor census potest executiuè conueniri ad restitutionem pretij, si asseruit rem esse liberam, & sciebat non esse.*

79 *Restitutio in integrum non datur contrà hanc obligationem.*

80 *Restitutio in integrum non impedit executionem rei iudicatæ, quando executio est iam capta, & quando dicatur capta remissiuè.*

81 *Restitutioni in integrũ non est locus ad effectũ impediendi executionem oblig. Cam. si opposita exceptiones requirant altiorem indaginem.*

82 *Restitutio in integrum concessa non retardat executionem huius obligationis, intellige vt ibi.*

83 *Si causa ob quam petitur restitutio, requirit altiorem indaginem, nõ impeditur executio.*

84 *Regulariter restitutio in integrum impedit executionem, fallit num. 85.*

86 *Executio non dicitur petita, vel capta ex eo, quod sententia sit decretum, & relaxan. mandatum.*

87 *Nullitatis exceptio opponitur non obstante statuto reijciente omnes exceptiones.*

88 *Fructus suos non facit immissus vigore huius obligationis in saluiano.*

89 *Executio huius obligationis est nulla facta non præcedente liquidatione.*

90 *Censura emanata vigore obligationis Camer. non præcedente liquidatione sunt nulla.*

91 *Excommunicationis sentẽtia est indiuisibilis.*

92 *Iudicium dicitur nullum si fuerit à sequestro inchoatum.*

93 *Incipi potest à sequestro, quandò adest obligatio Cameralis, vel causa est executiua, etiamsi debitor sit soluendo, & absit suspicio dilapidationis.*

94 *Sequestrum obtentum contra debitorem sub hac forma obligatum non remouetur cautione, sed solutione, contrarium de stylo, quod intellige vt ibi.*

95 *Sequestrum obtentum in causa executiua solutione remouetur, non cautione, intellige vt num. 96.*

97 *Iurare de calumnia tenetur agẽs vigore obligat. Camer. intellige vt num. 98.*

99 *Iurare de calumnia an teneatur agens vigore guarantigiæ, & huius obligationis.*

100 *Omissio iuramenti calumniæ non reddit mandatum nullum, quandò apparet de illius iustitia, quæ remouet omnem suspicionem calumniæ.*

101 *Iuramẽti calumniæ omissio non reddit mandatum nullum si non fuerit à parte pro illius præstatione institum.*

a *Contrà obligatum aliter non monitum.* Hęc
1 † obligatio, vt aliàs dictum est, non permittit procedere ex abrupto absq; partis citatione. [*Addentes ad Ludouis. decis. 70. sub num. 9. Cæsar Argel. de acquirend. possess. q. 19. art. 2. sub num. 103. Rot. decis. 446. n. 11. par. 4 tom. 2. in recen.*]

b *An ita obligatus teneatur actori soluere ex-*
2 *pensas.* [Regulariter † obligatus in forma Cameræ tenetur ad expensas, etiam quòd in mandato contrà ipsum relaxato illæ non cõtineantur, quia hæc obligatio continet promissionem, immò obligationem ad omnia damna expensas, & interesse, *Rota in Romana expensarum 26. Martij 1614. coram Manzanedo, quæ erit decis. 218. num. 5. Mastril. in l. patre num. 27. de quæst. Socin. ibid. Iason. in l. 1. num. 4. C. de iudic. & in §. actionum nu. 13. instit. de action. Afflu. in prax. §. 32. lib. 33. numer. 2.* sed in casu dictæ decisionis deficiebat hæc obligatio, & ideò versabatur in expensis de litis officio Iudicis, & sic in terminis *l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.* Non
3 † debentur autem expensæ, quandò neque in prima, neque in alia instantia reperitur facta condemnatio, *l. eadem. C. eod. vbi Bartol. Vestr. in praxi lib. 8. cap. 2. num. 8. Rota in citata Romana expensarum coram Manzanedo num. 1.* Et ratio est, quià expensæ litis debẽtur officio Iudicis mercenarij, quod lata sẽ-
4 tentia expirat, quòd † procedit etiam non obstante Statuto Vrbis cap. 194. lib. 1. disponente

sponente, quòd expensæ reficiantur etiam omissa condemnatione, quia est restrictum ad Curiam Capitolinam *d. Romana expensarum nu. 3.* in qua etiam *nu. 4.* habetur, quod
5 non obstat stylus † Rotæ condemnandi in expensis, quia talis stylus operatur, quod si fuerit facta condemnatio expensarum condemnatus ad illas teneatur, etiamsi habuerit iustam litigandi causam non autem deseruit si nulla fuit facta condemnatio expensarum pro illis petendis contrà dispositionem *tex. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.*
6 Quid † autem dicendum si prior sententia contineret absolutionem ab expensis, alia verò condemnaret? an hæc condemnatio referri deber ad illas expēsas, à quibus prima sententia reum absoluit? & pro negatiua est, *Puteus decis. 206. lib. 2.* quem sequitur *Rota in Perusina expensarum 14. Decembr. 1601. coram Iusto*, vbi quod si in prima sententia fuit omissa condemnatio, & absolutio, tunc sententia in causa appellationis, quæ condemnat in expensis, amplectitur tàm expensas primæ, quàm sequentis instantiæ; vt per *Rotam in d. Perusina pecuniaria allegan. Felin. in cap. significauerunt. num. 7. de except. Dec. in cap. sepè num. 34. de appellat. Mastril. sing. 684. Rebuff. tom. 3. conu. de appellat. glos. vnica art. 9. num. 29. Put. decis. 246. lib. 2.* Iu-
7 dex † enim appellationis potest condemnare in expensis factis tàm in prima, quàm in secunda instantia, *Rota in d. Perusina pecuniaria, quæ allegat Rotam in decis. 25. de re iud. in antiq.* quamuis de stylo Rotæ non fiant taxationes expensarum, nisi coram Auditore factarum, vt dicitur in d. Perusina.]
c *Et non recogniti*: vndè propterea mandatum esset nullum post Gallesium hic, *Rota in Romana census 21. Aprilis 1597. coram Episcopo Pacen.*
8 d *Non admittitur appellatio.* Ab † hac obligatione, siuè ab eius executione non admittitur appellatio, vt hìc per Gallesium, & post eum tradiderunt *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 7.* & ibi *Granat. num. 48. littera L. Straccà ad cōs. Aymonis 273. vers. maximè*, vbi *Addentes ad Rotā Bononien. decis. 116. littera A. in nouiss. diuers. eadem Rota Bononien. decis. 129. num. 15. & fuit dictum in causa Aesina pecuniaria 9. Iunij 1614. coram Card. Caualerio. Marchesan. de commiss. appell. ab hac oblig. cap. 16. num. 21. & seq. par. 1. in 2. edit. Mar. Antonin. variarum resol. lib. 2. resolut. 60 & vltimo casu 18. vers. secundò. Thesaur. decis. 26. num. 11. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 9. num. 4. & seq. Ruginell. eod tract. de appell S. 2. cap. 3. verb. Cameralis obligatio num. 127. Galganett. ad Stat. Vrbis cap. 179. lib. 1. sub num. 40 vers. seù mandati relaxati in vim obligat. Cam. Rota diuers. decis. 626. num. 2. par. 1.* [*& in Senogallien. seù Vrbinaten. dotis 28. Iunij 1645. coram R. P. D. Royas, quæ erit decis. 222. post tractat.*] *& in Romana attentatorum 4. Iulij 1601. coram Penia,*
9 *quæ est decisio 120. nu. 1.* vbi † etiam de guarantigia, & de conductore, qui sub hac forma se obligauit finita locatione restituere rem conductam, quòd non possit appellare, dicit *Rota in Romana domus 4. Iulij 1600. co-*
10 *ram clar. me. Card. Pamphilio*, Et † propterea inhibitio emanata vigore commissionis appellationis ab hac obligatione habetur pro calumniosa, & non afficit, [ideòque processus factus coram A.C. post inhibitionem Rotalem non est attentatus, *Mandos. de inhibit. quæst. 93. Rot. diuers. decis. 641. num. 15. part. 1.* quia inhibitio Rotalis non comprehendit causas executiuas in quibus adest guarantigia, vel obligatio Cameralis, *Rot. in Romana attentatorum 4 Iulij 1601. coram R. P. D. Penia, quæ est decis. 120. nu. 6. Put.*
11 *dec. 18. vt lit. præd.*] Et ob id iudex † nō obstāte tali appellatione potest absq; metu attentarorū in causa procedere *Lancell. de attentat. appell. penden. cap. 12. limit. 25. num. 1. par. 2. fol. mihi 282. Seraphin. decis. 385. num. 1.* vbi propter priuilegium A.C. & de guarantigia dictum fuit in causa *Romana attentatorum iā*
12 *citata coram Penia*. Per † hanc enim obligationem censetur renunciatum attentatis, *Mandos. de inhibit. q. 93. sub num 5. vers. & virtualiter. Lancellott. vbi sup. de attentat. lit. pend. par. 2. cap. 4. lim. 15. num. 7.* & amplia dictam regulam de non admittenda appellatione in terminis, de quibus loquimur, vt
13 procedat † non solùm in obligato in instrumento, cui hæc obligatio cohæret, sed etiā in ratificante simpliciter idem instrumentū, vt distinguendo tradit *Scacc. d. limit. 9. nu-*
14 *mer. 13.* [*Mohed. decis. 8. de procur.*] sed † hoc intelligas procedere, quādò actus fuit à principio gestus nomine ratificantis, secùs alias, *Scaccia vbi proximè num. eod.* Quod declara non procedere, quando vltrà ratificationē diceret obligationem, quam ratificat, esse factam de suo ordine, & mandato, vt latissimè idem *Scaccia ibid. num. 20. vers. limita eandem*, de quibus dixi latiùs suprà in quæst. 5.
15 Amplia † secundò regulam principalem, vt

vt hæc appellatio nō solùm denegetur obligato in forma Cameræ, verùm etiam illius hæredi, *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3 nu. 17. vers. & quia, quod intellige*, vt ibi per eum.
16 Amplia† tertiò, vt in tantùm ab hac obligatione denegetur appellatio, vt procedat etiàm ab interlocutoria, *Scaccia vbi sæpè numer. 43.* Quam regulam hoc, & multis alijs ampliatam, de quibus sparsim dixi, Limita
17 † primò, vt non procedat, quādò hæc obligatio probaretur nō per scripturam, sed per Testes, tūc enim licita erit appellatio, *Scaccia vbi suprà num. 63. Castracan. de soc. ict. of-*
18 *fic. cap. 11. num. 11. & 12.* nam neque †guarantigia non per scripturam, sed per Testes solùm probata paratam habet executionem, sed ab ea quoquè licita est appellatio, *Mascard. de probat. conclus. 908. num. 5. volum. 2.* verùm enimuerò declara hāc limitationem:
19 vt† non procedat in casibus, in quibus cōtestatio litis non est necessaria, *Scaccia d. limit. 9. num. 65.* indèq; non procedit vbi contigerit examinare Testes, qui possunt examinari ante litem contestatam, vt de senibus, & absuturis, & similibus, *Scaccia loco citato num. 67. Castracan. de soc. offic. cap. 11. nu. 10. sub vers. contrarium tamen*, declara secundò istam limitationem, vt non procedat quandò fuit productum instrumētum corrosum, vel ruptum in aliqua parte substantiali, quę pars probetur per Testes, *Scacc. ibid. num. 73.*
20 Limita † secundò regulam principalem de non admittenda appellatione, vt non procedat quandò fuisset processum non extensa hac obligatione, *Marchesan. de commiss appellat. ab hac oblig. cap. 16. num. 74.* Limita
21 † tertiò, vt non procedat à decreto de illam extendendo iuxta dicta Testium ab hoc enim decreto datur appellatio ad vtrumque effectum, *Scaccia d. limit. 9. num. 60. Castracan. de societ offic. cap. 1. num. 10. vers. contrarium tamen. Raginell. de appellat. §. 2. cap. 3. verb. Cameralis obligatio num. 141.* Limita
22 † quartò, vt non habeat locum, quandò Reus opponeret aliquam exceptionem admissibilem ex his, quæ opponi possunt contrà hāc obligationem, & Iudex eam expressè, vel tacitè reijciat, tali enim casu admittitur appellatio, *Raginell. d. §. 2. cap. 3. verb. Camer. oblig. sub nu. 134. vers. idem erit.*
23 *Scaccia vbi alias num. 61.* Limita † quintò quandò hæc obligatio fuisset per sententiam vulnerata, quia non posset executiuè prodi, sed daretur appellatio, & expectandæ essent tres conformes, *Gonzalez super reg. 8. glos. 6. nu. 102 & 235. Rota diuers. decis. 132 in princ. & num. 1. par. 1. Cincius de censibus par. 2. cap. 2. q. 5. art. 6 num. 24. Rota in Auximana dotis 21. Aprilis 1612. coram Rembaldo*, vbi etiam quod causa commissa fuisset ex integro, quandò non fuit facta mentio vulnerationis, *Caualer. decis. 74. num. 2.*
24 *& seq.* certum enim est, quòd quandò hęc obligatio vulnerata est per sententiam, non potest ampliùs executiuè procedi, *Gonzalez vbi prox. d. nu. 202. & seq. Rota decis. 132. num. 1. & decis. 156. num. 4. par. 7. in recen. & in Romana vineæ 1. Decemb. 1634. coram R.P. D. Pirouano, quæ erit infra decis. 201. num. 7. Seraphin. decis. 674. num. 2. Gratian. discept. forens. cap. 765. num. 42.* vbi quòd tunc requiruntur tres sententię, *Cinc. de censib. par. 2. cap. 2. q. 5. art. 6. nu. 24.* & pluries fuit in Rota decisum, vt in *Firmana pensionis 14. Decemb. 1592. coram Card. Mellino, quæ est decisio 46. num. 2. in Romana prætensionum fructuum dotis 24. Maij 1599. coram Litta, quæ est decisio 73. num. 2. in Romana census 28. Iunij 1599. coram eod. quæ est decisio 34. n. 1. in Beneuentana pecuniaria 25. Iunij 1599. coram Corduba, quæ est decisio 45. num. 4. in Bononien. executionis 16. Iunij 1600. coram Penia, quæ est decisio 58. num. 2. in Romana salariani 9. Decemb. 1613. coram Reuerendiss. Coccino Decano, & in Auximana dotis 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. Remboldo, quæ est decisio 235. num. 1. Rot. in Auximana vineæ 16. Iunij 1636. coram Reuerendiss. D. Dunozetto, quæ erit decis. 236. num. 1.* Et si Iudex executiuè procedit nulliter procedit, *Rot. recen. par. 7. decis. 156. num. 3. & in d. Romana vi-*
25 *neæ d. nu. 3.* idemquè †dicendum erit, quādò fuit vulnerata hæc obligatio per compromissum, & laudum, *Rota in Romana pecuniaria 28. April. 1586. corā Card. Seraphin. quæ est decisio 149. num. 2.* aduerte tamen
26 quòd, † nisi sequatur laudum, non dicitur per solùm compromissum vulneratum instrumentum hac obligatione vallatum; quià illud remanet in suo robore, ac potest pro illo agi executiuè, *Rota diuers. decis. 171. p. 2.*
27 debet †tamen tunc exequi iuxta terminos, & moderationem in laudo contenta, vt in *d. Romana pecuniaria num. 3.* & ratio prædicto-
28 rum est, quià sicut† licuit ipsi actori appellare à decreto vulnerante, *Raginell.* post alios *de appellat. §. 2. cap 3. num. 157.* ita licere deber Reo à contraria sententia reuocatoria, *Scacc. d. limit. 9. num. 58. vers. subextendo. Rota in d. Beneuentana pecuniaria, & in dicta*

Auxi-

Auximana dotis 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. Remboldo, qua est infra decis. 235. num. 2. & in Anconitana assecurationis 1. Iulij 1602. coram Reuerendiss. D. Decano, quæ est decisio 95. num. 1. & in d. Romana saluiani 9. Decemb. coram eodem, vbi etiam propterea dictum fuit, quòd cum semel causa esset effecta appellabilis, sempèr remanere debet appellabilis: plures autem alias decisiones ad hoc allegat *Tiber. in prax. lib. 2. cap. 23. nu. 16.*] ideòque
29 licèt quandò † appellatur à sententia, vel decreto vigore huius obligationis soleat apponi clausula, sinè præiudicio legitimæ executionis, *Tiber. in prax. lib. 1. cap. 27. num. 4. Gonzal. super reg. 8. glos. 6. num. 203. & seq. Marches. de commiss. appellat. cap. 4. num. 59. par. 2. in 1. edit. Scacc. d. limit. 9. num. 51. Galganett. ad statut. Vrb. cap. 179. num. 50. vers. seù mandati relaxati in vim oblig. Cam. col.*
30 406. tamen quàdò † hæc obligatio fuit vulnerata, signatur simpliciter commissio absquè prædicta clausula, *Marchesan. de commiss. d. cap. 4. nu. 59. Gonzal d. glos. 6. nu. 203.*
31 *& seq* immò tunc, licèt aliàs facienda esset mentio huius obligationis in commissione, illa necessaria non est, quia vulnerata iam obligatione, causaque effecta ordinaria, & appellabili, absquè difficultate commissio appellationis conceditur, vt post Rotam testatur *Marches. de appellat. ab hac oblig. cap.*
32 *16. num. 19. par. 1. in 2. edit.* & † prædicta procedunt, etiamsi commissa esset causa, cũ facultatibus Aud. C. quià nequè ipse valet exequi instrumentum per sententiam vulneratã, *Rota in Beneuentana pecuniaria 25. Iunij 1599. coram Episcopo Pacen. quæ est decisio*
33 *45. num 4.* Secundò† procedunt etiamsi pro validitate contractus, cui cohæret hæc obligatio, plures latæ essent sententiæ, & feratur alia, in qua dictæ sententiæ reuocantur, & contractus ipse nullus declaretur, *Cincius de censib par. 2. cap. 2. q. 5. art. 6. num. 25. Rot. decis. 28. num. 2. par. 2. in recen.* illæ enim sententiæ non sanant vulnus per istam illatum, vt fuit decisum in *Romana census 5. Iunij 1600. coram Litta, qua est decisio 76. num. 2.* vbi fuit ità firmatum, non obstante quòd in commissione adesset clausula, quòd procederetur ad executionem obligationis Cameralis pro fructibus census decursis, quià illa nihil facit, vbi subsequuntur verba, quatenùs de iure exequendum esset, quæ illam restringunt ad terminos iuris, secundum quos exequi non debet.
34 [Sed † contrarium videtur innuere *Gratian. discept. foren cap. 667. num. 19. & seq.* quandò Iudex moderatus est inhibitionem quoad effectum suspensiuum ad hoc, vt interim sententia lata ad fauorem actoris habeat executionem, tunc enim, vt ipse dicit, quamuis posteà pronunciaret in deuolutiuo, non debet interim impediri executio, quia deuolutiuum negotium non impedit executionem, nisi postquam illud sit finitum per sententias in iudicatum transactas, quod videtur repugnare citatæ decisioni; sed idem quoquè firmat post alios *Giurba decis. Sicilia 100. num. 34. vers. & in quauis, & Rota in recent. decis. 526 num. 3. & 4.* vbi quòd si constitutio præseruat executionem electionis tollendo appellationem suspensiuam, talis præseruatio vigere debet etiam lata reuocatoria, & in omnibus instanrijs; ac tunc demum hæc obligatio dicitur vulnerata, quandò prima sententia est contrà, non autem quandò est pro executione, nequè enim durat executio donèc sint tres conformes in contrarium, vt post *Gonzal. super reg. 8. glos. 6. num. 202. & 208.* prosequitur *Rota decis. 526. citata num. 5.* non tamen potest considerari vulneratio, quandò Iudex pronunciaret super deuolutiuo, absquè præiudicio processus executiui, vt latè *Gratian. cap. 667. num. 17. & seq.*]
35 Sed † ad quintam limitationem redeo, quam sublimita, quandò sententia fuisset nulla, vel notoriè iniusta, talis enim sententia non vulneraret, vt fuit resolutum in causa *Elboren. pensionis 9. Iunij 1595. coram Episcopo Pacen. quæ est decisio 106. num. 2. Rot. coram Buratto decis. 94. nu. 5. & decis. 302. numer. 6. par. 6. in recen.* Sententia namque nulla nõ dicitur sententia, nec aliquem producit effectum *l. 4. §. condemnatus. ff. de re*
36 *iudicata. Rolan. cons. 39. nu. 13. lib. 1.* sed † contrarium tenuit *Rota in causa Anconitana assecurationis 1. Iulij 1602. coram Reuerendiss. D. Decano, qua est decisio 95. num. 2.* in qua dictum fuit prædictam decisionem in causa *Elboren.* non posse subsistere, vndè aliàs *Rota apud Caualerium dec. 11. sub num. 1. vers. responsum enim*, hanc posteriorem sententiam, de qua in d. *Anconitana assecurationis*, secuta est, & apud *Martinum Andream decis. 30. num. 5. & Burat. decis. 94. num. 7.* Aduerten-
37 † tamen, quòd nullitas in d. Elboren deducebatur ex notoria iniustitia, de qua constare non poterat, cum sententia non referret se ad acta, verùm dicta decisio in causa Anconitana non procedit, quandò senten-

tia lata esset in contumaciam, & fine indicijs ad inquirendum, puta super falsitate instrumenti, vt respondet *Rota in Venetiarum donotionis 7. Nouemb. 16 4 coram Buratto, qua est decisio 4 num. 8. & in eadem coram eodem 30. Ianuary 1615. qua est decisio 159. num. 7. & 8.* Retentis igitur terminis sublimitationis, quæ est vera, necessè erit, quod de nullitate constet ad istum effectum per rem iudicatam, *Gonzal. d. glos. 6. num. 236.* quod credo procedere, vbi de nullitate non constaret ex iisdem actis, secùs aliàs, vt in casibus prædictarum decisionum.

38 Sublimita † secundò istam limitationem quandò non fuit vulnerata obligatio, sed decretum, vt puta quandò ex alia causa, vel ratione non concernente vires instrumenti contrà executionem, pronũciata fuerit sententia ex eo, quòd non fuerit legitimata persona, seù processus benè fulminatus, quià talis sententia, seù decretum non vulnerat obligationem, *Gonzal. d. glos. 6. num. 236. vers. sed est intelligẽdum. Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 9. nu. 58. vers. intellige eandem, Rota diuers. decis. 132. sub nu. 11. & 12. par. 2. Gratian. discept. foren. cap. 958. num 2. & 3. & in Reatina depositi 18. Decemb. 1600. coram Penia, qua est decisio 59. num. 3. Rot. in recen. par. 1. decis. 665. sub numer 4 Romana pecuniaria de Columbis 10. Nouemb. 1595. coram clar. mem. Card. Pamphilio, & in Bononien. pecuniaria 20. Decembris 1630. coram bon. mem. Merlino, qua est infra decis. 166. num. 6.*

39 Indè † non vulneratur per decretum reuocationis mandati, aliàs vigore illius relaxati, quià vulneratio non extenditur ad obligationem, quandò in decreto de illa nulla fit mentio, *Rota in Romana societat. offic. 4. Februar. 1608. coram Card. Lancellotto, & in dicta Bonon. pecuniaria 20. Decembr. 1630. coram bon. mem. Merlino, num. 6. & in Romana, seù Mutinen. dotis 30. Aprilis 1638 coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, qua erit infra dec. 200. num. 13. Baratt. decis. 329. n. 6. Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. glos. 6. nu. 236. vers. sed est intelligendum*, sicut neque dicitur vulnerata etiamsi mandatum fuisset reuocatum tanquam iniustè, & indebitè relaxatum, vt in casu *decis. 132. par. 2. diuers.* vbi quòd talis vulneratio non est attendenda ad obligationem, quandò in decreto de illa nõ fit mentio, quià huiusmodi decreta, vt ibi dicitur, sunt stricti iuris, & ideò strictè intelligenda, vt latiùs ibi num. 12. quod maximè procedit, quandò sententia non absoluit Reum, sed reseruat facultatem, seù ius cogendi illud haberi prætendenti per Rotam *d. decis. 132. num. 12.* huiusmodi namque reseruatio de directo repugnaret decreto super illud Iudex voluisset pronunciare con-
40 trà obligationem, sed neque † dicitur vulnerata obligatio per sententiam latam ad effectum graduandi, & assignandi locum creditoribus iuxtà eorum prioritatem præsentis, vbi lata fuit non ad instantiam debitoris, sed alterius creditoris, quo casu debitor non potest se illa iuuare, etiam quòd fuerit impositum perpetuum silentium, quia regulatur, & intelligitur iuxtà terminos, in quibus loquitur sententia Rotæ in d. Romana pecuniaria.

41 Sublimita † tertiò quandò sententia lata fuit in alio iudicio, *Cincius in addit. ad tract. de cens. par. 2. cap. 2. q. 5. artic. 6. nu. 2. pag. 80. Rota post dictas additiones* Cincij *decis. 15. num. 2. eadem Rota in Romana dotis 17. Decembr. 1607. coram Penia, qua est decisio 65. num. 9.* nec per sententiam latam inter alios, *Gratian. discept. foren. cap. 765. num 43.* hinc etiam non dicitur vulnerata quandò Iudex pronunciauit quoad deuolutiuum, sine præiudicio processus executiui, *Grat. cap. 667.*
42 *num. 17.* præterea † neque per instantiam peremptum hæc obligatio potest dici vulnerata, vt in d. *Romana dotis num. 10.* stante præsertim dispositione statuti Vrbis, quòd perempta instantia, refectis expensis, possit alia inchoari, *Rota in d. Romana dotis nu. 11.*
43 solet † tamen Sanctissimus aliquãdò rescribere, quod non obstante prætensa vulneratione procedatur ad executionem, vt in causa *Reatina depositi 25. Maij 1601. coram Penia, qua est decisio 60. num. 1.*

44 Limita † sextò regulã principalem, quòd ab hac obligatione non liceat appellare, vt non procedat quoad tertium bonorum possessorum, contra quem vigore huius obligationis fuisset executiuè processum, hic enim appellare poterit, vt fuit resolutum in *Romana Inuentarij 19. Ianuarij 1664. coram Reuerendiss. Decano, qua est decisio 96. num. 1. & 2.*

45 Limita † septimò quandò mandatum vigore huius obligationis relaxatum inferret notorium grauamen, nam & in hoc casu licita erit appellatio, vel Superioribus, quemadmodum fuit decisum in *Mediolanen. affictus 8 Martij 1586. coram Orano, qua est decisio 117. num. 2.*

46 Limita † octauò vt regula principalis non pro-

procedat, quādò quis declaratur capiendus pro suspecto, & fugitiuo vigore huius obligationis, vt tradit Ruginell. de appellat. §.2. cap.2.verb.oblig.Cam num.167. circa finem,
57 vers.non erit appellatio, contrarium † tamen existimauit Rota procedere in causa Mediolanen. affictus 29.Martij 1596. coram Orano, quae est decisio 118.num.1.

58 Limita † nonò, quòd non procedat regula illa, quandò iudicium fuit instructum, & terminatum via ordinaria, Contard. in l unicam limit.14.nu.5.C.si de moment. possess fuerit appell. vbi dicit, ità se in his terminis obtinuisse, & post eum tradit Scaccia in sæpissime allegata limit.9. num.44. Rota in Casenaten.de Cacciaguerris 9.Martij 1598.coram Peregrino.

59 Limita † decimò, vt non impediatur reductio ad arbitrium boni viri, non obstante hac obligatione apposita in compromisso, sed illa causa reductionis committitur cum clausula, sine præiudicio legitimæ executionis, vt late dixi suprà in q 19. quod repugnare videtur deductis per Gallesium in d. quæst.19.

50 Limita † vndecimò, vt regula principalis non procedat stante excessiuitate, licet præ-
51 sumptio sit in cōtrariū,† nempè quòd executio ritè,& rectè processerit, Surd.decis.106 num.9.& cons.39.num.7.Rota in recent.decis. 293.num.6 par.1.& in Bononien. de Armis 3. Iulij 1623.coram Vbaldo, vbi saltem ad effectum transferēdi in aduersarium onus pro-
52 bandi, in specie autem excessus † non præsumitur, nisi probetur Rota in d.Bononien.de Armis, eadem Rota decis 45. de appellat. in non. Seraph.decis.1189. Gig.de Mens.quæst.9. num.9.& seq. at verò stante excessiuitate conceditur appellatio, vt si Iudex, vel executor modum in executione excederet, Rugineil. de appellat. §.6. gl. 7.cap.2. num. 12. vers.nisi ab excessu. Scaccia de appellat. lib.3. cap.2.q.17. limit.10. num.28. Moron. de fid. treg.& pace quæst.37. num.15.vers.item quādò adesset oblig.in form. Camer. Galganett. ad stat.Vrb. cap.167. sub num.50. vers.in causis
53 executiuis col.343. ideòque † ratione excessus in totum decretum corruit tanquam indiuiduum, Gratian.discept.cap.671. num 22. vbi num.23. quòd procedit non obstante stylo in contrarium, Addentes ad Ludouis.decis.198.littera A, vbi aduertunt, quòd excessus debet esse in sententia, vel in decreto, sed non attenditur excessus in executione; sed vide omninò circà supradictam conclusionem Rotam diuers. decis.33. par.2. vbi ponit limitationes. Aduertas autem quòd
54 † de iure ab executione ratione excessus semèl tātùm licet appellare, licet de stylo Curiæ, bis appellatio admittatur, Rota Bononien. decis.19.num.51. in vltim.recoll à Gypso, & Fundatia. Sed † contrarium, nempè
55 quod appellatio non admittatur si Iudex modum in executione excedat, verius dicit Gallesius in fine in terminis obligationis nostræ rationibus, de quibus per eum numer. 12. sequitur Galganetus d.cap.167. de offic. Capit.Appellat. sub num.50. vers. appellatio ab excessu, & cap.179. sub num.10. vers.
56 & ideò signatura. Verùm † hæc Gallesij opinio non est vera, hæc enim debiti confessio, in qua se fundat Gallesius recessit ab aula, vt supra notaui, & dato quòd reseruaretur, esset quædam confessio imaginaria, & in omnem excessum etiam confessus appellare potest, si exprimat iustam causam, vt latius prose-
57 quitur Scacc.d.limitat.9.nu.38. verùm † ista expressio causæ, quandò non concernit totum negotium, non suspendit in totum, Moron. vbi supra quæst.37. in fine, vbi dicit
58 ità semèl determinasse. At † verum quidem est, quòd hæc nullitas propter excessiuitatem non attenditur, quandò adest commissio sanatoria arbitrio Rotæ, vt fuit decisum in Romana vinea 1.Februar.1602.coram Cardinali Mellino.

59 Limita † duodecimò, quòd appellatio non concedatur stante hac obligatione, non procedere, quando non fuit relaxata executio, sed fuit declaratum aliquem obligatum esse ad restituendum, vel soluendum, vel dandum, hoc enim casu appellatio admittitur, quià infertur præiudicium aliàs irreparabile, & propterea gesta, pendente appellatione, sunt attentata, vt fuit decisum in Casenaten, de Cacciaguerris iam citata. Licet autem de iure exactus vigore obligationis Camer. in iudicio repetitionis non egeat, nisi vnica sententia, contrarium tamen seruatur de stylo Curiæ, vt probant Addentes ad Ludouis.decis.581. num.10. sed vide quæ di-
60 xi suprà quæst.32. sed tamen † contrà obligatos in forma Cameræ de restituendo prioribus, & potioribus executiuè procedendū decidit Rota in Romana discussionis de Ferratinis 29.April.1622.coram Vbald.Franch.decis.200 num.22. & num.26. vers.contrarium. Seraphin.decis.1233. num.3.vers.vnde conclusum.Rota post Pacif.de saluian.decis.146.n.1.

61 Limita † decimotertiò, quòd regula principalis

tipalisnon habeat locum, vbi facienda eſſet
liquidatio, vtputa valoris frumenti, quæ fa-
cta non ſit in inſtrumento, & ſuper ea faciē-
da eſt probatio, tamèn datur appellatio, ne-
que locus eſt executioni, vt fuit deciſum in
Narnien. frumenti 4. Ianuar. 1605. *corā Car-
dinali Lancellotto*, ſed cōtrarium videtur fir-
mare Galleſius ſuprà tit. de liquidat. nu.20.
quem ſequitur *Gratian. deciſ. Marchia* 212.
62 *nu.*19.] vnde † quandò decretum continet
liquidationem, etiamſi aliàs materia eſſet
executiua datur appellatio, *Cincius de cenſ.
par.*2. *cap.*2. *q.* 5. *art.*6. *num.*38. vbi idem ſi
contineret complexionem negocij princi-
palis, *Ludouiſ. deciſ.* 332. *ſub num.*1. *& ſeqq.
vbi Addentes littera* C, plures allegant *Gra-*
63 *tian. diſcept. for. cap.*671. *num.*16. non † ta-
men diceretur continere liquidationem de-
cretum, quando declararet aliquem immit-
tendum in poſſeſſionem talium, & talium
corporum, *Addentes ad Ludouiſ. deciſ.* 232.
*num.*5. *in fin. Seraphin. deciſ.*452. *num.*2. *in
fin. & ſeq.*]

64 Declara † regulam principalem, quod ab
hac obligatione non detur appellatio, vt
procedat quoad effectum ſuſpenſiuum tan-
tùm, ſecùs quoad deuolutiuum, *Scacc. d. li-
mit.*9. *ſub num.*4. vbi alios allegat *Galganett.
ad ſtat. Vrbis cap.*179. *lib.*1. *ſub num.*4. *verſ.
ſeu mandati in vim obligat.* Camer. *col.*406.
*Rota diuerſ. deciſ.*66. *num.*2. *par.*1. & ità di-
ſponit Statutum Vrbis cap.177. lib. 1. ſed
65 † hoc nō habet locum in Ciuitate Bononiæ,
in qua datur appellatio ad vtrumque effe-
ctum vigore ſtatuti, *Rota Bononien. dec.*116. *à
n.*1. *vſq. ad* 13. vbi addentes plures allegāt
littera A, verſ quia in nouiſſimis diuerſ. & la-
tius dictum fuit ſup. in q.2. n.7.

66 Amplia † iſtam declarationem, vt pro-
cedat, etiam ſi in inſtrumento fuiſſet renun-
ciatum appellationi, *Scacc. in ſæpè in cit. li-*
67 *mitat.*9. *nu.* 56. Limita † iſtam declaratio-
nem de admittēda appellatione ad effectum
deuolutiuum, vt non habeat locum, quan-
dò debitor confitendo debitum ſuſcepit ter-
minum: tunc enim denegabitur appellatio,
etiam quoad effectum deuolutiuum, *Scaccia
vbi proximè num.*59. *vers. reſtringe nūc.* [*Fen-
zon. ad ſtat. Vrb. cap.*179. *nu.*22.] quod am-
plia, vt procedat, etiamſi cauſa fuiſſet iam
commiſſa cum ſolita clauſula ſine præiudi-
cio legitimæ executionis, quià ſi poſtea
reus ſuſcipiat terminum, renunciat tali ap-
pellationi, *Scac. ibid. n. eod. verſ. quintò amplia.*

68 Declara † ſecundò regulam principalem,
quòd ab hac obligatione non ſit admitten-
da appellatio, vt non procedat, quandò reus
condemnatus ſoluit, & appellat, & Iudex
appellationis reuocat ſententiam condem-
nando actorem ad reſtitutionem; tunc enim
actor poterit appellare ad vtrumque effectū;
& ratio differentiæ eſt, quià ſententia, qua
condemnatus fuit Reus nitebatur inſtrumē-
to, hæc autem, qua condemnatur Actor non
ſolùm non nititur inſtrumento, ſed vulnerat
obligationem, *Scaccia loco ſæpè cit. num.*58.
69 qua ratione ſtante † ſtatuto, quòd ab execu-
tione inſtrumenti Guarantigiati non poſſit
appellari, ſi pronuncietur inſtrumentum nō
eſſe exequendum, Actor appellare poteſt,
licet Reus, ſi pronuncietur eſſe exequendū,
nō poſſit appellare, *Rota Bononien.* poſt alios
*deciſ.*71. *num.* 26. *in nouiſſ. diuerſ.* vbi Addē-
tes plures allegāt *verſ. videmus in executiuis.*
70 Intellige † autem ſecundam hanc declara-
tionem, niſi in commiſſione adeſſet clauſu-
71 ſula, ſi quid exequendum, cuius † vigore
poteſt executiuè procedi etiam in iudicio
repetitionis, *Rota in Anconitana pecuniaria
pecuniaria* 10. *Decemb.* 1601. *coram Card. Se-
raphino, qua eſt deciſio* 156. *num.*2.

72 Intellige † ſecundò, vt non procedat, da-
ta cautione de reſtituendo prioribus, & po-
tioribus dato de prioritate, & potioritate,
etiamſi non adſit clauſula, ad omne man-
datum Domini, quæ non eſt neceſſaria ad ef-
fectū agēdi, ſed executiuè apponitur ad fa-
ciliorem executionem, vt etiam ſine citatio-
ne poſſet Iudex mandare, vt ſoluat, ità fuit
deciſum in *Romana pecun. ſeu vinea* 2. *April.
& 15. Iunij* 1601. *coram Card. Seraphino, quæ
eſt deciſio* 158. *num.*1. *&* 2. *& in* Romana *pe-
cun.* 23. *Nouembris* 1608. *coram Reuerendiſ.
Atrebaten.*] *Poſtius in tractat. de ſubhaſt. in-*
73 *ſpect.*40. *num.*20. Inde emptor † fundi de-
ponens precium, quod ſolutum fuit credi-
toribus, data cautione de reſtituendo priori-
bus, & potioribus, licet non liberetur ab *hy-*
poteca aliorum creditorum anteriorum, po-
teſt agere contrà fideiuſſores executiuè, vt
ſoluant anterioribus, *Rota in Romana ſubha-
ſtationis* 20. Iunij 1597. *coram Card. Seraphi-*
74 *no, quæ eſt deciſio* 157. *num.*3. Sed † & obli-
gationem factam penes acta Curiæ de reſti-
tuendo prioribus, & potioribus habere exe-
cutionem paratam dicit *Vincent. de Franch.
deciſ.*200. *num.*22. *& num.* 26. *verſ cuius con-
trarium*, [*Poſtius in d. tractat. de ſubhaſtat. in-*
75 *ſpect.*40. *num.*21.] & † non habet difficulta-
tem, adiecta clauſula prædicta, ad omne
man-

mandatum Domini, vt fuit resolutum in *Romana pratorum 26. Nouembris 1607. coram Scotto, qua est decisio* 160. Sed cōtrarium sci-
76 licèt, quòd † in hoc iudicio repetitionis, etiam stante cautione de restituendo prioribus, & potioribus, licet appellare, firmant *Marchesan. de commiss. appellat. ab hac oblig. cap. 16. Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 2. num. 73. circa finem*, quod declara, vt ibi per
77 eos. [Regularitèr autem quandò † agitur ad repetitionem sortis principalis census, in casu, in quo illa datur, non potest procedi executiuè, vt post *Nauar. dicit Cincius de cens. par. 2. cap. 2. q. 5. art. 6. num. 27.*]
78 Intellige † tertiò hanc secundàm declarationem, vt non procedat in venditore, vt, puta census, promittētis sub hac obligatione rem esse liberam, qui tamen sciebat non esse liberam; talem enim cogi posse ad restitutionem ex huius obligationis vigore fuit decisum in vna *Romana census 15. Martii 1577. coram Card. Seraphino, qua est decisio 161. num. 19.* [& post notata hic dixit *Cincius de censibus part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 4. num. 1. pag. 234.* & ante idem *Cincius par. 2. cap. 2. q. 5. art. 6. num. 27. vers. quod tamen.*]

Limitabis tandèm, ampliabis, & declarabis hanc regulam principalem de non admittenda appellatione ab hac obligatione multis alijs modis, de quibus sparsim dixi, & latissimè tradunt *Marches. de commiss. appellat. ab hac oblig. cap. 16. in 2. edit. Scacc. d. limit. 9. per totam.*

Sed retentis terminis regulæ principalis, quòd ab hac obligatione non detur appella-
79 tio, idem dicendum † erit de restitutione in integrū, quòd scilicet non detur contrà nostram obligationem, *Sard. decis. 44. sub numer. 19 post Boccacc. super constit. Marchia glos. 8. num. 155 Rota in Bononien. executionis instrumenti 27. Iunii 1603. coram Reuerēdiss. Atrebaten. qua est decisio 31. num. 1. & in Romana census 23. Februar. 1609. coram Ludouisio, qua est decisio 134. nu. 1. & 4.*] Quòd
80 † vero restitutio in integrum non impediat executionem rei iudicatæ, quandò executio est iam cœpta post plurimos dicunt *Addentes ad Ludouis. decis. 458. num. 10.* cœpta autem quandò dicatur executio ponunt ijdem *ibid. num. eodem vers. cœpta autem, & Gratian. discept. foren. cap. 872. num. 11.* non est
81 † autem locus restitutioni in integrū ad effectum impediendi executionem huius obligationis, si exceptiones oppositæ requirant altiorem indaginem, vt notant *Addentes ad decisiones Rota Bononien. decis. 36. vers. secundus est casus.*
82 Sed † neque si restitutio in integrum sit concessa idcircò retardat executionem huius obligationis, [*Rot. corā Buratto decis. 945. num. 4.* & ibi Addentes plures decisiones concordantes cumulant,] & facilè tradita in terminis Guarantigiæ per *Petr. Nunn. de Auendan. ad l. 4. & 5. tit. de las exceptiones num. 45. vers. illa doctrina in fine*, vbi loquitur firmando, quòd petitio restitutionis in integrum non impediat executionem, sed quandò fuit petita, & obtenta ante executionem, videtur tenere, quòd illam retardet, ibi in *vers. si tamen, & per Odd. de restitut. in integr. q. 42. art. 6. num. 16.* licèt ipse contrarium defendat, & fuit in terminis decisum in *Bononien. pecuniaria 9. Iunij 1603. coram Ludouisio, qua est decisio 121. nu. 18.* [*Et inter eius impressas decis. 120. vbi num. 17.* quòd
83 quando † causa, ob quam petitur restitutio, vtputa læsio, requirit altiorem indaginem, restitutio non impedit executionem huius obligationis, & tantò minùs, quandò fuit præuentum in petitione executionis, & hanc ipsam decisionem ad hoc idem allegat *Gratian. discept. for. cap. 667. num. 26.* idemque dicit *Boccacc. ad constit. Marchia glos. 8.*
84 *num. 153.* illud tamen certum est, † regulatièr restitutionem in integrum impedire executionem, vt per *tex. in l. 1. C. de restit. in integr. Rota in Bononien. census 11. Decembr.*
85 *1602. coram Iusto*, & licèt ista † regula non procedat, quandò executio esset priùs petita, vel cœpta iuxta decisionem *Putei 205. lib. 2.* quem allegat *Rota in d. Bononien. cen-*
86 *sus*, tamen † non dicitur petita, vel cœpta ex eo, quod in sententia sit decretum, & relaxatum mandatum, quia regula procedit quoad præuentionem in executione post sententiam, aliàs prædicta regula nūquā habetet locum, quià in omnibus sententijs decerni potest, & relaxari mandatum, quod tamen per appellationem suspenditur vt in dicta *Bononien. census.*]

e *Etiam ad impediendam executionem.* Adde in suis terminis *Carol. de Graff. de except.*
87 *20. except. num. 6.* hæc † enim nullitatis exceptio opponitur, non obstante statuto reijciente omnes exceptiones, vt aliàs dictum est, *Suarez recept. sentent. littera E. nu. 167. Carol. de Graff. d. except. 20. num. 1.*
88 f *Lucretur fructus.* Non † enim immissus huius obligationis vigore ex saluiano facit fructus suos, vt post Gallesium, & alios tra-

dit *Mantica de tacit. lib.*11. *tit.*9. *num.*5. *&*
*Pacific. de salnian. interd. insoect.*4. *cap.*1.
*num.*35.

g *Erat facta immissio.* Adde *Gratian. discept. foren. cap.*16. *sub num.*35. *vers. ideò etiam immissio, & numm. seqq.* vbi testatur de communi, & veriori, [*Surd. decis.*46. *num.*7. post *Gallesium hìc, & Rota in recent. decis.*433. *numer.*2. sed hoc de retentione intelligitur, quandò creditum est liquidum, secùs alias, *Surdus ibidem in f. Rota vbi suprà num. eodem* vbi subdit, quòd in casu *l. fundus*, in quo fundatur illa opinio, creditum erat certum, & liquidum, & res erat obligata ob vectigal rei publicæ, quæ illam vendiderat, & ob id datur retentio, donèc restituatur pretium.]

h *Arbitror nullam esse executionem.* De
89 executione huius obligationis, quòd † sit nulla, si facta sit non præcedente liquidatione, Marc. *Ant. de Amat. decis.*80. *num.*28. *Carol. de Graß. de except.*36. *except. sub num.*1. *post* Turret. *cons.*57. *nu.*17. *lib.*2. Rota *in Romana, seù* Bracaren. *pecuniariaria* 2. Decembris 1594. *coram Orano, qua est decisio* 115.
90 *num.*10. vbi † propterea, & censuræ indè emanatæ sunt nullæ.

i *Si obligatio sit quidem pura.* Adde ad omnia in hoc numero contenta, *Scacciam de appellat. lib.*3. *cap.*2. *q.*17. *limitat* 9. *num.*27. *Rota in Romana de Pinellis* 20. *Februar.* 1598 *coram Orano, qua est decisio* 102. *num.*1.

l *Et quià excommunicationis sententia est in-*
91 *diuisibilis*, vt post Gallesium hic *Cæsar de Grassis decis.*2. *num.*7. *in fine de sent. excommunicat. & fuit dictum in Salamantina censurarum* 14. Ianuarii 1594. *coram Episcopo Pacen. qua est decisio* 40. *num.*5. & plures ad hoc decisiones allegat *Tiber. in prax. lib.*1. *c.*37. *num.*3.

92 m *Obtinuit illa sequestrari.* [Licet † regula sit, quòd non sit inchoãdum iudicium à sequestro, *l. vnic.* C. *de prohibit. sequestr. & tot. tit. de seq. poss. & fruct.* itaut iudicium, quod fuit à sequestro inceptum dicatur nullum, *Rot. decis.*564. *num.*6. *par.*4. *in recens.*
93 Attamen † prædicta regula sibi non vindicat locum, quandò adsit obligatio Cameralis, tunc enim benè potest initium duci à sequestro, *Rot. recen. d. decis.*564. *num.*6. *par.*4. Quod procedit etiàm in omnibus alijs causis executiuis, etiamsi quis sit soluendo, & absit timor dilapidationis, *Ricc. in collect. decis. par.*2. *collect.*328. *in fine.*]

Sed opus est solutione, quandò sequestrum obtentum fuit contra debitorem hac forma
94 obligatum, non † remouetur cautione, sed solutione tantùm, vt alias diximus, *Caroc. de sequestr. q.*19. *par.*2. *prin. num.*4. post Gallesium, & alios, quos allegat, *& in addition. ad eũdem tractatum pag. mihi* 54. *ad quæsi.*2.
95 *par.*3. *num.*9. nam † in omni causa executiua idem habet locum, nempè quòd sequestrum non remoueatur cautione, sed solutione tantùm, *Ricc. collect. decis. par.*2. *dicta collect.*328. *in fin.* Et non habet difficultatẽ, quandò sequestrum fuit relaxatum pro executione mandati, *Rota in causa Mediolanen. affictus* 29. Martij 1596. *coram Orano, qua est*
96 *decisio* 118. *num.*1.] hoc † tamen procedit, quandò clarum est, quòd bona sequestrata poterunt capi pro executione, *Coccin. decis*13. *num.*2. vbi alias non.] Tamen de stylo remedio satisdationis remouetur, *Tiber. in praxi lib.*2. *cap.*23. *sub num.*2. *vers. tamen de stylo*, allegat autem Gallesiũ hìc, qui hoc non dicit, at quomodò se habeat hic stylus, ipse videat, nam ego vidi contrarium seruari.

Cæterùm nolo omittere in fine istarum quæstionum, quæ post processum occur-
97 rere solent, quòd agens † vigore huius obligationis tenetur, altera parte instante, iurare de calumnia, aliàs mandatum erit nullũ, cum in hac parte hæc obligatio non sit priuilegiata, vt fuit decisum in *Romana domorum de Valentinis* 16. *Iunii* 1604. *coram Lit-*
98 *ta, qua est decisio* 79. *num.*2. & † in terminis guarantigiæ, & huius ipsius obligationis, quòd agens illarum vigore teneatur iurare de calumnia ponit *Ant. del Rè de iuram. calumnia cap.*16. *num.*61. *&* 63. *Rota in Romana remissionis affictus* 19. *Octobris* 1589. *coram Robusterio,*] sed *sup. citat. Ant. del* Rè *ibidem nu.*64. distinguit, quòd, aut pars opponit aliquam exceptionem admissibilem, & petit iurari de calumnia, & tunc prædicta sint ve-
99 ra, secùs † si solùm protestatur, nihil fieri, nisi iurato de calumnia, quicquid verò sit de veritate huius distinctionis contrarium seruatur, scilicet, quòd semper sit iurandum de calumnia.

100 [Prædicti † tamen iuramenti omissio non redderet nullum mandatum relaxatum si de illius iustitia appareret, per quam omnis excluditur calumnia, *Rot. in Marsican. affictus* 7. *Maii.* 1612. *coram* R.P.D. *Manzanedo, qua est infra decis.*131. *num.*6. *& in Romana officis Notariatus* 26. *Iunii* 1641. *coram* R.P.D. *Merlino, qua erit infra decis.*237. *num.*2. *& in Romana fructuum census* 11. *Decemb.* 1645. *coram*

coram Reuer. P.D *Cerro, quæ est decis.* 190. *in ordine*, & alias concordantes referunt *Addentes ad Gregor. decis.* 209. *sub littera A, vers.* 101 *quinimò sicut*, nec † aliqua nullitate mandatum laboraret per omissionem huiusmodi iuramenti, si per reum conuentum nó fuerit instirum tale iuramentũ præstari, cum actor non teneatur iurare, nisi à parte petatur *Vestr. in praxi cap.* 2. *nu.* 3. Rot. *in d. decis.* 131. *num.* 5 *post tractat. & in Romana census* 31. *Maij* 1634. *coram* R.P.D. *Merlino, quæ erit decis.* 163. *num.* 2. Et potest præstari etiam postquam fuit in causa conclusum *Marant. de ord. Iudic. par.* 6. *tit. de iurament. calumniæ nu.* 3. *Rot. in d. Romana census num.* 3.]

n *Superest, vt ponamus practicam*, [hæc practica approbatur per Rotam *decis.* 150. *n.* 2. *post tractatum Cincij de censibus*.

o *Etiam illis non citatis, & non facta aliqua crediti liquidatione*, hæc opinio satis est cõtrouersa, vt dicit *Scaccia de sententia*] *glos.* 14. *quæst.* 10. *num.* 36. *& re iudic.*



Nouellæ obligationis Formula, per Gallesium in fine sui operis apposita.

PRO quibus omnibus & singulis tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis, idem A. debitor seipsum, & suos in posterum hæredes,& successores,ac omnia, & singula sua, & suorum prædictorum bona mobilia,& immobilia,præsentia, & futura (actionesq.& iura quæcũque vbicunque existentia) dicto B. præsenti, & pro se suisq. hæredibus,& successoribus quibuscunque stipulanti, & recipienti obligauit,& hypotecauit, ac (tam R.P.D. Episc. huius Ciuitatis N. & sui Vicarij, seu Officialis) quàm etiam Curiæ causarum Cameræ Domini N.Papæ, eiusq. Auditoris, & illius Locumtenentis, ac omnium, & singularum aliarum curiarum ecclesiasticarum, & secularium(quarumcunque aliarum Ciuitatum, & locorum(vbilibet existentium,(etiam ab ipsa Romana Curia distantiorũ) iurisdictionibus, coertionibus, compulsionibus, iuribus, rigoribus, stilis, & meris examinibus subposuit, & submisit, promisitque dictam summam soluere temporibus, & modis suprascriptis, & si cessauerit, seu defecerit, voluit contra eum, suaq. bona, iura, hæredes,& successores posse procedi, tàm in hac ciuitate N. quàm Venetijs, Romæ, & vbique locorum, etiam,vt præfertur,distantiorum,siue ibidem ipse A. aut sui hæredes, & successores reperiantur,etiam si reperiantur itinerantes, aut nauigantes, vel quid simile facientes, & etiam si possent allegare formidinem loci non tuti propter potentiam aduersarij, seu alicuius alterius inimici, aut alicuius Iudicis auctoritatem, siue ibidem non reperiantur. Et renunciauit omnibus, & singulis legibus, exceptionibus, & speciali priuilegio fori, & reuocandi domum, alijsq prouisionibus, priuilegijs,saluis conductibus, & gratijs,tam factis,quam faciendis. Et promittit in contrarium aliquam moratoriam,saluum conductum,inhibitionem, significationem,priuilegium, vel gratiam quamcunque non impetrare, neque illis, aut illorum aliqua, seu aliquo, etiam Motu proprio Principis, seu aliàs quomodolibet concessis vti, & propterea (per curias prædictas, & earum quamlibet insolidum, tam coniũctim, quam diuisim voluit, & expressè cõsensit se,& suos prædictos hæredes posse, & debere cogi, cõpelli, constringi,moneri,excõmunicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachium sæculare deponi, arrestari, capi, incarcerari, & detineri vno, & eodem tempore, vel diuersis temporibus, & per diuersorum temporum interuallualla, vsque ad plenariam, & integram dictorum tot ducatorum, ac damnorum, interesse, & expensarum occasione præmissorum, forsan, vt supra dictum est faciendorum, patiendorum, & substinendorum satisfactionem. Ita tamen (quòd processus etiam ordinaria via, seu executiuè, in vna ex curijs prædictis inchoatus, quo minus in eadem, vel altera ex dictis curijs, etiam executiuè, & simili,vel diuersa, aut diuersis vijs executiuis procedi possit)non impediat nec retardet, iure dicente, quòd vbi iudicium inceptum est, ibi finem accipere debet,(& quod causarum continentiæ non diuidantur. Et quòd quis teneatur in ea actione, quam intentauit vsque ad finem litis persistere, & qualibet alia iuris, & facti exceptione in contrarium faciente non obstante) cum pacto nihilominus apposito & solemni stipulatione vallato: quòd adueniente tempore faciendæ solutionis prædictæ, & per ipsum A. debitorem ex parte sua promissis non adimpletis, liceat eidem B. creditori, suisq. hæredibus, & successoribus, & quibus ipse dederit, vel illi dederint, & prout eis, eorum cuilibet placuerit, dicta bona, iura, & actiones, vt supra obligata, & hypotecata, & quælibet illorum sua propria auctoritate, & sine alicuius curiæ, vel Iudicis licentia, seu decreto, & sine citatione, seu vocatione, etiam si sibi aliquã resistentiam per dictum A. debitorem, & suos prædictos, aut alios quocunque fieri contingeret,atque etiam ante factam liquidationem,seu declarationem summæ occasione præmissorum, tunc debendæ, & postea liquidandæ,etiam si opus erit manu armata ingredi, capere, tenere, possidere, & vsufructuare, ac quicquid sibi, & suis prædictis deinceps placuerit facere, donec eidem B. de dicta summa tot ducatorum, damnisq. expẽsis, & interesse prædictis fuerit integraliter satisfactum, cui B. creditori, & suis prædictis, idem A. debitor ex nunc,

prout

prout ex tunc, & è contra concessit, vt bona, iura, & actiones huiusmodi, vsque ad concurrentem quantitatem summæ debitę, ac damnorum, expensarum, & interesse prædictorum possint, si eis placuerit, habere insolutum, cum pactis, & clausulis in similibus dationibus insolurum apponi consuetis. Volens etiam quòd eo casu possit B. creditor, & sui prædicti, bona, iura, & actiones hniusmodi, vsque ad concurrentem quantitatem prædictam, seu penes se tanquam in solutum data retinere, seu alijs personis vendere, donare, & alienare, ac de illis, tanquam de rebus suis proprijs pro libitu suę voluntatis disponere, etiam si interim bona, iura, & actiones prædictæ in toto, vel in parte ad alienas manus & ipsius A debitoris vniuersales, aut particulares, etiã ex causa onerosa successores, & tertios possessores quoscunque transierint lege, canone, iure, vsu, consuetudine, statuto quocunque in contrarium faciente non obstante, quia sic fuit conuentum inter dictas partes, renunciando expresse omnibus, & singulis obstantibus prædictis, & interim idem A. debitor constitnit se, & suos prædictos omnia, & singula, bona, iura, & actiones prædictas precario nomine dicti B. creditoris, & suorum prædictorum tenere, & possidere, quod precarium liceat ipsi B. creditori, & suis prædictis quandocunque voluerint propria eorum auctoritate, & pro suæ libitu voluntaris, per se vel alium, seu alios reuocare. Promisitq. insuper dictus A. debitor bona, iura, & actiones prædictas nõ alienare, neque de illis aliquem contractum, distractum, seu alium actum facere, ex quo possit huic obligationi, & contentis in ea præiudicium aliquod generari. Et si aliquid tale fieri contingat, id sit omnino irritum, & nullum. Renũciauit insuper idem A. debitor exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis, læsionis, & machinationis, & summæ per eum, vt præfertur, non habitæ, non receptæ, & non numeratæ, speiq. futuræ habitionis, receptionis, & numerationis illius, præsentis contractus, non sic, vt præmittitur facti, celebrati, & initi, & aliter, aut plus, vel minus fuisse actum, vel dictum, quam rècitatum, & scriptum: & e cõtra omnibus, & singulis alijs exceptionibus, & cautelis, quibus mediantibus A. debitor, & sui prædicti contra præmissa, vel eorum aliqua dicere, facere, venire, aut se tueri, quouis mòdo possent, & specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis, & expressa. Et ibidem statim, & in continenti dictus A, debitor pro maiori cautela, & securitate dicti B. creditoris gratis, & spontè omnibus melioribus, modo, via, iure, causa, & forma, quibus meliùs, & efficaciùs potuit, & debuit, fecit, constituit, creauit, & solemniter ordinauit suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores factores, negotiorumque suorum infrascriptorum gestores, ac nũcios speciales, & generales, Ita tamen, quòd specialitas generalitati non deroget, neque è contra (etiam irreuocabiles, & firmiter, etiã post ipsius Domini constituentis mortem duraturos, quos per aliquam aliam procuratorum constitutionem, aut status proprij ipsius Domini constituentis, & suorũ prædictorum mutationem, aut alium quemcũque actum, vel modum qui aliàs forsan de iure tacitam, vel expressam reuocationem importaret, reuocari posse noluit, neque suspendi) videlicet prouidos viros N. & N. Ciues, & Notarios huius ciuitatis N. & N. Roman. Curiæ causarum procuratores, ac N. & N. dictæ Curiæ causarum Cam. Apostolicæ Notarios, omnesq. alios, & singulos procuratores, & notarios, qui nunc sũt, & pro tempore futuro erunt, tam in hac ciuitate N. quam in Rom. Curia, quorum nomina, & cognomina haberi voluit pro expressis absentes, tanquã præsentes, & quemlibet eorum insolidum, ita tamen, quòd nõ sit melior conditio primitus occupãtis, nec deterior subsequentis, sed quòd vnus incęperit, alter eorum id prosequi terminare, mediare valeat, & finire, ac ad effectum, finemq. debitum perducere (etiam post mortem ipsius A. constituentis, & tam eius hæreditate adita; quàm illa non adita, sed iacente, aut etiam ab omnibus repudiata (scilicet specialiter, & expresse ad ipsius Domini A. constituentis (suæque iacentis, aut repudiatæ hęreditatis, aut hæredum futurorum respectiuè) nominibus, & pro eis omni tempore, & singulis diebus feriatis, non feriatis, in termino solutionis prædictorum tot ducatorum auri, & post ipsum terminũ, & quotiens prædicto B. creditori, ac suis videbitur, & placuerit, coram prædicto Auditore, & eius Locumtenen. & aliarum curiarum pręedictarum officialibus, iudicibus, seu eorum Locumtenen. comparendum, ac ipsum debitum ducatorum auri, ad partem, & ex parte ipsius, semel, & pluries confitendum,

tendum, & recognoscendum, & ad petendum, audiendum, & recipiendum dicti Domini constituentis nomine omne præceptū, omnem q. monitionem, condemnationem, sententiam, atque mandatum, quæ, quod, & quas præfati Domini N. & alij iudices, & officiales, seu ipsorum Locumtenen. & eorum quilibet contra prædictum Dominum constituentem, eiusq. hæredes, & successores, ac bona prædicta facere, ferre, & promulgare voluerint, seu voluerit, & eis spõtè acquiescendum, & resubmittẽdum, propterea ipsum Dominum constituẽtem, pro præmissis firmiter obseruandis iurisdictioni curiarum prædictarum, & cuilibet earum, & ad volendum, & consentiendum, quòd ipsi Domini, Auditor, & Locumtenens, & alij iudices, & officiales prædicti in ipsum A debitorem constitutum excommunicationis sententiam ferant, proferant, promulgẽt, aggrauent, reaggrauent, aliosque processus reales, personales gerant, & faciant, quos voluerint, & dicto B. creditori placuerit, & visum fuerit expedire, quousque de dicto debito tot ducatorum, & expensarum prædictarum sibi fuerit plenariè, & integrè, ac realiter satisfactum, iuxta præsentis publici instrumenti seriem, & tenorem: & generaliter omnia & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna. Promittens mihi notario publico infrascripto, vt communi, & publicæ personæ præsenti, stipulanti, & recipienti, vice, & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, se (suosq. hæredes, & successores quoscunque) omni tempore ratum, gratum, firmum perpetuo habituros totum id, & quicquid per dictos procuratores suos, & eorum quemlibet actum, dictū, factum, gestumue fuerit, & alias quomodolibet procuratum in præmissis. Releuans nihilominus, & releuare volens procuratores prædictos, & quemlibet ipsorum ab omni onere satisdandi, iudicio sisti, & iudicatū solui cum suis clausulis necessarijs, & opportunis, sub expressa hypoteca, & obligatione omnium & singulorum bonorum mobilium, immobilium, actionumq. & iurium suorum quorumcunque præsentium, & futurorum, ac sub omni iuris, & facti renunciatione ad hæc necessaria pariter & cautela. Et præmissa omnia, & singula in præsenti instrumento contenta, (quæ partes prædictæ, & ipsarum qualibet respectiue vera fuisse, & esse medio iuramento tactis in manibus mei notarij scriptis sacrosanctis affirmauerunt) tenere, attendere, complere, ac inuiolabiliter obseruare, & contra ea, seu eorum aliqua non dicere, facere, vel venire, de iure, vel de facto, quouis quæsito colore: dictosq. procuratores per eum, vt præmittitur, constitutos, aut eorum aliquem, quousque præfato B. creditori de dicta summa tot ducatorū auri, vna cum damnis, expensis, & Interesse prædictis realiter, plenariè, & integrè satisfactum fuerit, & præmissa omnia, & singula obseruata, & adimpleta fuerint (neque per se, neque hæredes, & successores suos prædictos) esse reuocandos promisit, & conuenit: Ac ad & super sancta Dei Euangelia tactis similiter sacrosanctis scripturis, iurauit. De, & super quibus omnibus, & singulis &c.

Attẽdatur quòd hæc formula composita est, vt inseruiat omnium locorum Notarijs: & propterea Notarij Romanæ Curiæ, qui ea vti volent in instrumentis contractuum, qui fient in ipsa Curia, vt in eadem Curia sint adimplendi, poterunt omnes illas clausulas prætermittere, quæ de alijs locis faciunt mentionem. Præterea si obligatio recipietur in Curia per Notarios aliorum Tribunalium, de quibus dictum est in prima q. ad secundam obligationis particula, poterit poni submissio etiam illi tribunali facta.

Formula

Formula obligationis Cameralis, quæ nunc est in vsu.

PRO quibus omnibus, & singulis præmissis tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis idem A. debitor se ipsum, suosque hæredes, ac successores quoscumque, ac bona sua, & suorum quæcumque tàm præsentia, & futura tàm mobilia, quàm immobilia vbilibet existentia iura, actiones, & debitorum nomina in ampliori forma Cameræ dicto B. præsenti, & acceptanti, & pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque stipulanti, & recipienti obligauit, & hypotecauit, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ eiusque Camerarij, Vicecamerarij, Auditoris, Viceauditoris, Regentis, Locumtenentis, & Commissarij, ac omniū, & singularum aliarum Curiarum Ecclesiasticarum, & secularium vbilibet constitutarum iurisdictionibus, coertionibus, compulsionibus, iuribus, rigoribus, stilis, & meris examinibus supposuit, & submisit, per quas curias, & earum quamlibet tam coniunctim, quàm diuisim voluit, & expresse consensit se, ac suos hæredes, & successores prædictos posse realiter, ac personaliter cogi, compelli, astringi, excommunicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachium seculare deponi, arrestari, capi, incarcerari, & detineri vno, & eodem tempore, vel diuersis temporibus, & per diuersorum temporum interualla vsque ad plenariam, & integram præmissorum obseruationem, ac omnium, & singulorum damnorum, expensarum, & interesse præmissorum occasione forsan faciendorum, & substinendorum integram refectionem, & restitutionem, ita tamen quod executio vnius Curiæ executionem alterius non impediat, nec retardet, non obstante iuris dispositione, quod vbi iudicium inceptum est, ibidem terminari debeat, & quod causarum continentiæ non diuidantur, & quod quis teneatur in ea actione, quam intentauit vsque ad finem litis persistere, & qualibet alia iuris, & facti exceptione in contrarium faciente, non obstante, et quauis alia iuris, seu facti exceptione, quæ posset allegari in contrarium faciente non obstante; ita quod vna via electa non censeatur vllo modo alteri renunciatum. Insuper renunciauit omni, et cuicunque exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis, læsionis, et machinationis, non numeratæ pecuniæ, speique futuræ receptionis, et numerationis præsentis contractus, non sic, vt præmittitur facti, celebrati, et initi, et aliter opus, vel minus fuisse factum, vel dictum, quam recitatum. & è contra omnibusque alijs, & singulis exceptionibus, cauillationibus, & cautelis, quibus mediantibus contra præmissa, vel aliqua eorum d. A. debitor facere, dicere, venire, ac se tueri quoquomodo posset, & specialiter iure dicente generalem renunciationem, non valere, nisi præcesserit specialis, & expressa. * Renunciauit pariter idem A. debitor omni, & cuicunque appellationi, reclamationi, & recursui contra præmissa quomodolibet interponendis, ac præsentis Instrumenti, & contentorum in eo vim, & effectum, ac executionem quomodocunque differentibus, retardantibus, seu impedientibus, necnon omnibus, & singulis legibus, & legū auxilijs, etiā quod essent speciali no a digna, quibus mediātibus se cōtra præmissa, vel eorū quodlibet suprà contenta & præmissa defendere, ac tueri, ac per quas præsentis Instrumenti vis, effectus, aut assecutio posset quomodolibet differri, vel retardari. Quinimò appellatione, reclamatione, & recursu huiusmodi, vt supra interponendis, ac introducendis, cæterisque omnibus exceptionibus non obstantibus hoc Instrumentum, & omnia in eo contenta, in primis, & ante omnia debitum suum sortiatur effectum, ac debitæ executioni penitus demandentur, ità & taliter quod appellatio huiusmodi, aliæque exceptiones eidem A. quoad effectum suspensiuum minimè suffragentur me Notario tamquam publica, & authentica persona pro absentibus, ac omnibus, & singulis quorum interest, interterit, vel in futurū interesse poterit stipulante, & sic ad & super Sancta DEI Euangelia tactis scripturis in mei Notarij manibus spontè iurauit super quibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit à me Notario vnum, vel plura publica confici Instrumenta &c.

* Hic apponenda veniret constitutio Procuratoris, quæ in antiqua formula fieri solebat, tamen hic prætermittitur, quia ista constitutio Procuratoris non est in vsu cum recesserit ab Aula.

FINIS.

DECISIONES DIVERSORVM SACRAE ROTAE ROMANAE AVDITORVM

QVARVM ALIQVÆ ANTEA IMPRESSÆ, aliæ verò quamplurimæ de nouo in lucem prodeunt vniuersam Obligationis Cameralis materiam illustrantes.



R. P. D. COCCINO.

Parmen. Datij.

Lunæ 4. Iunij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit fidem de his, quæ inter contrahentes geruntur.*

2 *Obligatio Camer. exequitur pro obseruatione promissorum in instrumento, in quo est apposita.*

3 *Contractus nominatus non rescinditur ob non implementum. Limitatur num. 4.*

5 *Contractus ex conueniente legem accipilit, etiam quod fuerit conuentum vltra, vel præter naturam contractus num. 6.*

7 *Feudum de sui natura non transit ad extraneos, nec ad fœminas, nec potest diuidi, nisi in inuestitura aliud sit conuentum.*

8 *Cessio abdicat omne ius à cedente in fauorem cessionarij.*

9 *Agere ex contractu non potest, qui pro parte sua non impleuit.*

10 *Exceptio non implemẽti opponi non potest, quando tempus præfixum lapsum non est.*

11 *Obligatio Cam. non admittit exceptiones extrinsecas à contractu, & requirentes altiorem indaginem.*

12 *Obligatio Cam. de soluendo non impletur cautione, sed solutione.*

13 *Mons Domicellorum non fuit erectus in perpetuum, sed redimibilis ad fauorem Montistarum.*

14 *Mandatum executiuum quoties est susceptum in obligatione, interlocutio iudicis super liquidatione non requiritur.*

15 *Iudex in iudicio executiuo non condemnat, sed præcipit debitori vt soluat.*

16 *Debitor habetur pro condemnato quoties instrumentum habet executionem paratam.*

17 *Cognitio causæ præcedit in iudicijs ordinarijs, & sequitur executio, in executiuis vero è conuerso.*

18 *Declaratio quæ fit ex prosecutis est sufficiens.*

19 *A. C. vigore suarum facultatum est executor obligationum Cameralium priuatiuè quo ad alios.*

20 *Iudex cui committitur causa cum facultatibus A. C. potest illis vti quoad contenta in Commissione.*

21 *Reus in suis exceptionibus dicitur actor, & potest obtinere non solum ad actorem repellen. sed etiam vt adiudicatio sibi fiat & n. 22. & 23.*

24 *Commissa causa, censetur etiam commissus articulus connexus.*

25 *Commissio vnica sufficit in Rota, & illius vigore Auditor potest cognoscere cum omnibus & singulis dependen. & emerg.*

DECISIO PRIMA.



OST resolutiones factas, quod Datium venditum per Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalem Illustriss. D. Marchioni precio scutorũ octoginta mille, erat subiectum fideicommisso, & quod dicto Illustriss. Cardinali non suffragabantur detractiones, Dubitaui An Illustriss. D. Marchioni competeret via exequutiua ad precium Datij, & contra quos, & quomodò, & Rota causa bis proposita, & maturè discussa censuit ei competere talem viam exequutiuam contra Illustriss. D. Cardinalem pro scutis octoginta mille, Nempè pro liberatione ab obligatione Montis pro scutis quinquaginta mille, & pro solutione residui pro scutis viginti quinque mille. Ac pro clariori ostensione iustitiæ huius resolutionis Domini dicebant illam habere tres inspectiones principales, quarũ prima est, An adsit obligatio Cam.

secunda quatenus adsit; An intret tertia quatenus
adsit, & intret, An Rota habeat facultatem proce-
dendi ad illius exequutionem.
Et quantum attinet ad primã. vnã fuit habere mo-
dicã difficultatem, Quia expressis verbis in instru-
mento legitur, quòd Dominus Cardinalis se obli-
1 gauit in forma Cameræ, † instrumentum autem
facit fidem de his, quæ inter contrahentes gerun-
tur. *Foderic. de Senis cons. 199. n. 3. vers. sed dices.*
Quantum attinet ad secundam inspectionem,
An obligatio intret, satis etiam res videbatur cla-
ra, quia Illustriss. D. Cardinalis vendidit Datium
D. Marchioni pretio scutorum octogintamille, &
in d. precij computum, & diminutionem D. Mar-
chiõ pro summa quinquagintaquinque mille scu-
torum suscepit onus soluendi ratam, & portio-
nem Montis Baronum, & pro alijs scutis octomil-
le extinxit quendam censum per D. Cardinalem
sibi debitum, residuum verò scutorum septende-
cim mille computauit in parte dotis, & D. Cardi-
nalis attentis præmissis se de integro pretio d. Da-
tij contentum, & satisfactum vocauit, & Domi-
num Marchionem quietauit, & affirmauit, & pro-
misit, ipsum Datiũ ad se pleno iure Dominij spe-
ctare, & esse liberum ab omni fideicommisso puri-
ficando &c. aliàs in omnibus casibus contrarijs,
seù contrauentionis &c. teneri voluit D. Mar-
chioni emptori ad omnia damna, & restitutio-
nem integri precij &c. Pro quibus se in forma
Cam. obligauit: Vnde cum Datium fuerit reper-
tum subiectum fideicommisso Comitis S. Floræ,
nec Illustriss. D. Cardinali suffragentur detractio-
2 nes, vt in decisionibus in causa factis, † intrat
obligatio prædicti D. Cardinalis, qui se obligauit
ad restitutionem pretij in euentum, quòd præmis-
sa non sustinerentur. *Galles. de obligat. Camer.
par. 3. tit. de vi instrum. obliga. Camer. num.* 15. ad
quam restitutionem potest agere D. Marchio, vt
dicetur in tertia inspectione.
Neque obstat, quod cum versemur in contractu
3 nominato propter non adimplementum † con-
tractus non rescinditur, sed D. Marchio debet
agere ad implementum *l. venditi actio. C. de act.
empt. Bart. in l. 2. num. 7. C. de condict. ob caus.
& in l. inciuile. in principio. C. de rei vendicat.
Socin. in l. qui Romæ. §. Seia. in quinto not. n. 6.
ff. de verbor. obligat.* Quia fuit responsum hanc
conclusionem hic non applicari, cum fuerit pro-
missum, Datium esse liberum à fideicommisso,
4 † & in casu contrario Cardinalis se obligauerit
ad restitutionem precij, vt expressè dicit textus
d. l. venditi actio; ibi si non ab initio aliud con-
5 uenit. Contractus † enim ex conuentione legem
accipiunt, *c. contractus. de regul. iur. in 6.* etiam
6 † quod fuerit conuentum vltrà, vel præter natu-
ram contractus. *Castren. cons. 219. col. 2. post
principium. vers. contractus autem, lib. 2. Cald.
cons. 11. ante medium. vers. ad cuius declaratio-
nem. & cons. 12. & 13. de feud.* vbi quod licet
feudum de sui natura non transeat ad extraneos,
7 neque ad fœminas, nec possit diuidi, secus † est
si in inuestitura aliud fuit conuentum, & in pun-
cto fuit resolutum in *causa Asculana bonorum
11. Martij, superioris anni coram R. P. D. meo
Penuano, & dicitur in prima decisione in hac
causa facta.*

Minus etiam releuat, quod cum fideicommis-
sum sit ad fauorem Ducis, in venditione facta
Cardinali Dux cessit iura sua ad fauorem eius-
8 dem Cardinalis, † & ideò, cum stante cessione,
nihil remaneat penes Ducem, nulla potest inter-
ri molestia D. Marchioni emptori. *ad l. quæritur.
§. si venditor. ff. de ædil. edic.* Nam fuit respon-
sum, non adesse talem cessionem, vt patet ex inspe-
ctione instrumenti venditionis Datij, & si adesset
non releuaret, Quia nedum vocatur Dux ad fi-
deicommissum, sed etiam eius successores, &
adest expressa prohibitio alienationis, & in casu
alienationis non alienantes vocantur ad fideicõ-
missum, vt abunde fuit dictum in prima decisione.
Neque facit, quod D. Marchio non possit agere
cum non adimpleuerit pro parte sua *l. Iulianus.
9 §. offerri. ff. de act. empt.* Nõ enim satisfecit Mon-
ti. Nam respondebatur, quod satis adimpleuit pro
parte sua, cum in se susceperit d. ratam Montis, il-
lam autem extinguere non tenebatur, nisi post de-
10 cennium, † quod cum lapsum non sit, non dici-
tur non adimpleuisse. *l. 1. ff. de pen. lega. & ele-
ganter not. Bald. in cons. 434. vers. item quoniam
ante terminum. vsque ad fin. lib. 2.* Et dum dice-
batur, quod pro residuo non potest agere contra
Cardinalem, Quia est debitor dotis, fuit respon-
sum, hanc esse prætensionem postea subortam ex
dissolutione Matrimonij ipsius Marchionis, con-
trà quam ipse asserit habere suas exceptiones, &
propterea D. Cardin. supra ea conuenisse D. Mar-
chionem Mediolani, & litem indecisam pendere;
11 ideoq; hoc obiectum non obstat. Quia † obliga-
tio Cameralis non admittit exceptiones extrinse-
cas à contractu, & requirentes altiorem indagi-
nem, sed omninò debet exequi. *Cassad. decis. 1.
de mut. petit. & fuit resolutum in causa Tiburtina
Castri S. Poli 17. Martij 1564. coram Cotta.*
Nec etiam releuat, quod D. Marchio sit tutus
cum in extinctione d. Montis sit consecuturus in-
ra ipsius Montis, in cuius erectione fuit deroga-
tum omnibus fideicommissis. Quia fuit respon-
12 sum, † quod obligatio Cameralis D. Cardinalis
de restituendo precium non adimpletur cautione,
sed solutione; quodque Greg. XIV. non erexit di-
13 ctum † Montem Domicellorum in perpetuum,
sed redimibilem, & ad effectum d. erectionis tan-
tum, & Montistarum fauorem suspendit effectum
fideicommissorum, & prohibitionem alienandi d.
Monte durante, eisdemque fideicommissis, & alie-
nandi prohibitionibus, illi aliàs in suo robore per-
mansuris ea vice dumtaxat derogauit; Vnde
Monte extincto cessabit suspensio, & derogatio, &
nil remanebit, quod possit cedi. Et insuper ex le-
ctura litterarum dictæ erectionis Montis, apparet
suspensionem, & derogationem fuisse restrictas ad
Castra, & bona à quolibet Barone d. Monti sup-
posita, dictumque D. Cardinalem pro scutis qua-
draginta mille Castrum Rocchæ Albenghæ, &
Marchionatum Vassij, & D. Paulum Sfortiam
pro scutis quindecim mille Casale Ceruereti, &
quosdam census d. Monti supposuisse.
Neque est verum, quod requiratur sententia
declaratoria super liquidatione promissionis d.
restitutionis pretij factæ in casibus contrarijs, &
nullitatis venditionis, Quia Cardinalis in d. obli-
14 gatione suscepit mandatum, † quo casu non re-
qui-

quiritur interlocutio Iudicis super liquidatione
Galles.dicta par.3.tit.de liquidatione.n.25. Et cum
vigore dictæ Obligationis Cam. versemur in iu-
15 dicio exequutiuo, Iudex † non condemnat, sed
16 præcipit debitori, vt soluat; ratio est, quia † quãdo
instrumentum habet exequutionem paratã debi-
tor habetur pro condẽnato. *Castren.con.319.col.2.
post principium, vers.& hoc ideò lib.1.* vbi quod in
17 iudicijs † ordinarijs præcedit cognitio, & sequitur
exequutio, in exequutiuis autem è conuerso, & ita
se habet stylus Curiæ, vt notum est.

Denique non officit, quod D. Marchio non declarauit quid petat, vt Illustris. D. Cardinalis possit determinare An velit cedere, vel contendere. Quia ex prosequutis satis D. Marchio declarauit, & hodie declarat, quod ipse D. Cardinalis restituat pretium scutorũ octoginta mille, & recipiat suum Datium, ac ex scutis quinquaginta quinque mille
d. pretij extinguatur debitum d. Montis Baronum
18 † & hoc sufficit, vt per *Bart.in l.si in rem.la prima
n.1.ff.de rei vendica.*

Quantum attinet ad tertiam inspectionẽ, quæ continet iurisdictionem Rotæ, fuit resolutũ adesse iurisdictionẽ sufficientem; Nam conuentus Marchio à Cardinale, & Montistis pro consecutione fructuum, excepit de non adimplemento dicti Cardinalis, & contra ipsum Marchionem fuit relaxatum mandatum pro d. fructibus à quo decreto Marchio appellauit, & in cõmissione dixit de iniustitia mãdati, attento maximè quod obstat exceptio non adimplementi pro parte D. Cardinalis, & petijt committi causam appellationis, & quod de nouo audiretur super eo An obstet exceptio non adimplementi, & obtinuit committi in Rota causam cũ facultatibus Auditoris Cameræ, sinè tamen præiudicio legitimæ exequutionis. Vn-
de dubitari non potest, quin ex prædictis adsit iu-
19 risdictio sufficiens, Quia † etsi Auditor Cameræ
vigore suarũ facultatum est exequutor obligatio-
nis Cam. priuatiuè quoad alios iudices, tamen in
casu isto Auditori Rotæ fuerunt concessæ faculta-
20 tes Auditoris Cameræ, † ideoque illis vti potest
quoad contenta in commissione iuxtà *not. in c.cũ
dilecti. de donat. & in c.si propter de rescript. in 6.*
Quod autem articulus super recessione, & nullitate contractus venditionis sit commissus in Rota, non potest dubitari; quod probatur ex eo, quia D.
Marchio excepit de non adimplemẽto, in qua ex-
21 ceptione est † actor, licet in principali iudicio esset
reus. *Alex.cons.70.n.3.vbi de communi.lib.7.* & in
22 hac † exceptione potest obtinere nedum ad acto-
rem repellendũ, vt per *Bald.in cons.187.n.5. lib.1.*
sed etiam vt adiudicatio sibi fiat, quicquid dixerit ibidem *Bald. vbi sup.* cum concurrant petitio, quam hodie facit Marchio, & probatio intentionis, cum ex alijs decisionibus, & ex prædictis con-
stet de fideicommisso, & obligatione Cardinalis,
23 Quibus duobus † concurrentibus ferri posse ad-
iudicatoriam ad fauorem Rei excipientis dicunt
Hostien.in c.ex conquestione. n.10.vers. itẽ quæro. de restitutione spol. Cyn.in l.1.n. 12. C. vti possidet. quos refert & sequitur Castr.in cons.311.n.1.col.2. in princ.vers.sed cum non valuisset.vol.2. Vndè cũ sit commissus in Rota articulus non adimplementi, per necesse dicendum est commissum quoque articulum super rescissione, & nullitate contractus cum Marchio excipiẽdo, si petat, & probet intentionem suam, possit obtinere adiudicatoriam, quæ in casu isto nihil aliud est, quam agere exequutiuè
ad restitutionem precij, vt supra dictum est. Vltra
24 † quod etiam ex capite connexitatis iste articulus
censetur commissus, vt per *Hostien. vbi supra n.3.
vers.dicas quod si quæstio mulieris. & alios Docto-
res ibidem, & adest Constitutio fel. rec. Pij IV. 63.
in ordine super reformatione Tribunalis in §. &
25 idcircò.* in qua summus Pontifex statuit, † quod
vnica Commissio in qualibet instantia in Rota
sufficiat, & vigore illius Auditor possit cognoscere cum omnibus, & singulis dependentibus, & emergentibus, ac alias quomodolibet incidentibus, ex quo Auditor potest cognoscere super negotio principali, vt per *Mandos. cõmissione secunda vers. incidentibus*, & sic super dicta recessione, & nullitate contractus.

Ex quibus cum adsit obligatio Cameralis, quæ intrat cum Marchio ex fideicommisso, & obligatione Illustris. Cardinalis probauerit intẽtionem suam, & adsit iurisdictio exequendi, fuit prædicto modo resolutum, procedendum esse exequutiuè contra eundem D. Cardinalem.

R. P. D. SACRATO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana vineæ & Saluiani de Rusconibus.

Lunæ 28. Nouembris 1611.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum adeptæ possessionis non docto de alterius præcedenti possessione probat possessionem etiam ad effectum manutentionis nu. 2.*
3 *Mandatum iudicis priuat ciuili, & naturali possessione si rite & rectè processit n. 4.*
5 *Executio non potest fieri pendente termino.*
6 *Dilatione data a Iudice est supersedendum.*
7 *Terminus quando fuit petitus censetur à Iudice datus si Iudex illum dare debuisset.*
8 *Apostoli si fuerint petiti in casu in quo dari debuissent habentur pro datis.*
9 *Culpa iudicis in deneganda dilatione quam dare debeat nõ operatur validitatem actus, qui alias, ea concessa, esset nullus.*
10 *Verbum videtur importat arbitrium boni viri.*
11 *Terminus ad solu. de stylo A.C. nemini denegatur.*
12 *Mulieribus iura fauẽt propter earũ imbecillitatẽ.*
13 *Excessus licet in modico vitiat totã executionem.*

DECISIO II.

FVit resolutum pro manutentione D. Angelę
de Ricchis, nam de eius possessione tempore
motæ litis non controuertitur, & probatur per in-
1 strumentum captæ possessionis, † quod non docto
de alterius præcedenti possessione probat posses-
sionem *l.non idcirco.C.de fid.instrum. Abb.in c.cũ
nobis.n.5.vers. Item per instrumenta. de præscript.
2 cum alijs per Natt.cons.572.n.15.* & ad effectũ ma-
nutentionis. *Cesar de Grass.decis.5.n.1.de caus.possess.& propriet. Rot.in causa Ceruien. bonorum. 20. Septembris 1578.coram Brauo relat.in diuers.impress.decis.506 n.1.par.1.diuer.& in Illerden.beneficij S.Lazari, 5.Iuly 1608.coram me.*

Non obstat, quod fuerit expulsa ab A. C. cuius

3 mandatum potuit † illam priuare ciuili & natu-
rali possessione, *Angel. in l. qui vniuersas §. Item*
cum prætor in fin. ff de acquir. poss. Dec. cons. 103.
num. 1. vers. sed tunc insurgit. Mohed decis. 4. n. 4.
4 *de restitut. spoliat.* † Quia hoc procedit quando
Iudex ritè, ac rectè procedit, alias non priuat pos-
sidentem sua possessione, quia habetur loco priua-
ti, *Corn. cons. 193. num. 4. lib. 3. Rot. in causa Pennen.*
& Adrien. beneficiorum 4. Iulii 1584. coram bon.
me. Card. Seraphino relat. inter diuer. impress. decis.
802. n. 7. vers. quia pro responsione par. 1. & in cau-
sa S. Seuerini bonorũ 20. Decemb. 1610. coram me.

Ritè autem, & rectè non visus fuit processisse
Aud. Cam. in hoc casu quandoquidem ante immis-
sionem Angela confessa fuit debitum, & suscepit
terminum triginta dierum, & nihilominus pen-
5 dente huiusmodi termino data fuit immissio, †
quod fieri minimè potuit, tam de iure communi,
6 quia data dilatione est superseden. *l. siue par. C. de*
dilat. Anchar. cons. 36. n. 6. late Gabr. de dilat. con-
clus. 1. num. 1. cum pluribus seqq. Quam ex forma
constitut. Pij Papæ V super Tribunal. Aud. Cam. in
bullar. impress. 117. vers. quod si parti petenti. Nec
suffragari visa fuit responsio, quod huiusmodi ter-
7 minus minimè fuerit datus à Iudice. † quia cum
fuerit ab Angela petitus, & debuisset dari, habe-
tur pro dato; paria enim sunt fecisse, vel facere
debuisse. *l. si finita. §. eleganter. ff. de damn. infect.*
l. si creditoris. C. de fideicommiss. l. 1. & ibi glos. verb.
manifestum. C. de instit. & substitut. Castr. cons.
80. num. 1. vers. & ideo. lib. 1. & cons. 338. in fin.
lib. 2. Alex. cons. 102. num. 1. lib. 1. Et in simili de
8 Apostolis, † qui, si in casu, in quo debuissent dari
fuerint petiti habeantur pro datis. *Clem. quam-*
uis. §. quod si Iudex. de appellat. c. ab eo. eodem tit.
in 6. Federic. de Sen. cons. 192. num. 1. vers. secunda
membro principali. Bald. cons. 44. n. 8. lib. 3.

Nec debet culpa Iudicis in deneganda dilatio-
9 ne, quam dare † debebat, operare validitatem
actus, qui alias data dilatione sine dubio fuisset
nullus. *per tex. in d. l. si finita. §. eleganter. cum ibi*
not. per Castr. in princ. ver. habetur erga. ff. de
damn. infect. glos. in c. ex ratione. verb. impoten-
tiam. de appellat. Dec. cons. 356. nu. 1. Affl. decis. 50.
nu. 5. cum alijs per Vrsill. ibi num. 1.

Quod autem Aud. Cam. debuisset dare huius-
modi dilationem non obstan. quod constit. Pij V.
in d. vers. quod si petenti, non vtatur verbis præ-
ceptiuis, sed arbitrarijs ibi *danda videbitur lon-*
gior dilatio, dixerunt Domini posse firmari ex
10 eo quod verbum † *videbitur* importat arbitrium
boni viri *l. fideicommissaria libertas. la terza. vers.*
si tibi videbitur ff. de fideicom. libert. Bart. in ex-
tra. ad reprimendum verb. videbitur in princ. Rom.
cons. 467. num. 1. Alex. cons. 163. n. 4. lib. 6. Dec. cons.
493. n. 19. Ex pluribus autem, saltem simul iunctis
dicebatur ita fuisse arbitran. nempè, quia ex noto-
11 rio lo Aud. Cam. † iste terminus de soluen. ne-
mini soleat denegari, & quia summa crediti erat
modica respectu bonorum, in quibus petebatur
immissio, & quia creditum non erat originarium
istorum de Rusconibus, sed paulò ante procura-
tum per viam cessionis, & quia agebatur cum
12 muliere, † quibus propter eam imbecillitatẽ iu-
ra fauent, & quia ex deposito facto per D. Angelã
eadem die, qua fuit data immissio, & alijs oblatio-
nibus de soluen. per eamdem factis durante lite,
satis apparere visum fuit, quod immissio in eius
Vineas nimis affectabatur. Vnde non visa fuit
posse excusari præcipitantiæ, & grauaminis.

Ex alio etiam dicebatur, immissionem fuisse nul-
lam, nempè, quia fuit data pro summa petita scut.
110. bonon. 76. dempta tamen sexta parte cor-
respondente scutis centum restitutis ab Helena,
Et nihilominus plusquam sexta pars erat excom-
putan. stantibus scut. 25. quæ ijdem Rusconi re-
habuerunt ab eadem Helena ad computum pecu-
niæ per eos solutæ pro fructibus, vt latius deduci-
tur per informantes pro D. Angela, & clarum est
13 in iure quod † excessus, licet in modico propter
indiuiditatem vitiat totam exequutionem. *Put.*
decis. 323. num. 2. lib. 1. Rom. cons. 450. nu. 3. ad fin.
Castr. in l. si non sortem. §. si certum. num. 2. Ias. n. 1.
ff. de condit. indeb. Paris. cons. 81. num. 3. lib. 2. fuit
dictum in vna Rom. spolij 2. Februarij 1600. co-
ram bon. mem. Iusto.

R. P. D. SACRATO.

Postea S. R. Ecclesiæ Cardinali.

In eadem Roman. Vineæ.

Veneris 17. Februarij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Executio debet suspendi pendente termino dato*
post confessionem debiti.
2 *Verbũ videtur quandoque importat necessitatem.*
3 *Dilatio modica ad soluen. debet dari debitori,*
etiam de iure communi.
4 *Iudex, denegãdo dilationem modicam ad soluen,*
dicitur grauare.
5 *Verbum videtur importat arbitrium boni viri,*
& arbitrium Iudicis ordinarii n. 6.
7 *Terminus ad soluen. debet dari de notorio stylo*
A.C. qui stylus facit ius.
8 *Regulam, quando quis pro se habet, reijcit onus*
proban. limitationem in partem aduersam.
9 *Saluiano agens principaliter dirigit iudicium con*
tra rem, ex cuius fructibus petit satisfieri, licet
non debeantur illi principaliter, sed creditum.
10 *Possessor offerendo creditum liberatur a iudicio*
Saluiani.
11 *Res in Saluiano debetur incidenter, idest quate-*
nus creditum non offeratur.
12 *Tertius possessor, qui est in bona fide, & non com-*
misit moram est dignus maiori priuilegio, &
multo magis ei concedi debet dilatio, quam prin-
cipali debitori.
13 *Terminus ab A.C. an detur pro debitis non haben-*
tibus obligationem Cameralem.
14 *Obligatus in forma Cameræ dicitur obligatus*
strictiori obligatione.
15 *Appellari non potest in Saluiano.*

DECISIO III.

DOmini perstiterunt in decisis coram me, in
hac causa sub die 28. Nouemb. proximi.
1 Et tutissimum visum fuit fundamentum, † quod
post confessionem debiti, & terminum susceptum
per Angelam ad soluendum non debebat dari
immissio
2 Et vltra alias ponderata in decisione ad osten-
den-

2 dendum, † quod verbum *videbitur*, de quo in Con-
stitutione Pij V. super Tribunali A. C. importet
necessitatem, fuit consideratum, quod etiam de
3 iure communi † debet concedi debitori ad sol-
uendum modica dilatio, *Io. de Anan in c. querenti, n. 3. Butr. n. 11. Imol. nu. 7. de offic. deleg. Bar. in l. si eum exceptione, §. quatenus, n. 5. Bal. n. 5. Odofred. col. 2. vers. sed denuo, ff. quod met. caus.* idem
Bart. in l. in fideicommissis num. 4. Bald. num. 7. ff. de vsur. Iacob. de S. Georg. in l. si debitori.
4 *num. 19. ff. de iud.* & Iudex † denegando huiusmo-
di dilationem dicitur grauare, *Rip. in l. 2. num. 29. ff. de re iud. Rom. cons. 261. num. 6. vers. modo sic.* Et
5 proinde † cũ verbũ *videbitur* importet arbitrium
boni viri, *Bart. in extrauag. ad reprimen. verb. vi-*
6 *debitur, cum alijs in prædicta decis. alleg.* † immo
arbitrium Iudicis ordinarij, *l. vir bonus, ff. iudic. solui*, concludebatur omnino debuisse dari prædi-
7 ctum terminum, stante † etiam notorio stylo A.C.
in illo dando, qui stylus facit ius, *Abb. in c. ex litteris, nu. 6. de constit. Dec. cons. 699. num. 5. Thesaur. decis. 1. num. 9. latè Euer. in loco à stylo Curiæ, n. 1. & per totum.*

Nec mouit Dominos fides aliquorum Nota-
riorum asserentium, non vidisse dari terminum,
quando quis cõuenitur in Saluiano, namq. præter
quod non concludit in verbis, quia potest esse,
8 quod fuerit datus, & ipsi non viderint, & cũ † An-
gela habeat regulam pro se, debet limitatio exad-
uerso plene probari, *Ias. in l. cætera, n. 3. & 4. ff. de leg. 1. Ancbar. cons. 368. n. 3. Gemin. cons. 25. num. 8. Rolan. cons. 81. num. 5. & 6. lib. 1.* illi Notarij sic
asserentes conuincuntur de mala informatione,
ex quo pro parte Angelæ fuerunt dati casus parti-
culares, in quibus etiam conuento ex Saluiano
fuit datus terminus, & dicebatur militare eandẽ
9 rationem in vtroque casu, nam & † si agens Sal-
uiano principaliter dirigat iudicium contra rem,
ex cuius fructibus petit satisfieri, attamen non de-
betur illi principaliter res, sed creditum, *Rot. in causa Rauennaten. Saluiani 20. Iunij 1607. coram R. P. D. Ludouisio*, vnde † possessor offerendo di-
ctum creditum liberatur, *l. Paulus in fin. ff. Quibus mod. pign. vel hypot. Rolan. cons. 14. num. 9. & 10. lib. 1. Menoch. de adipiscen. remed. 3 num. 181. Rot. in causa Senogallien. prædij 1583. coram Bubalo, & in Bononien. Saluiani 21. Iunij 1599. coram Illustriß. Card. Lancellotto.* Et proinde non ap-
plicantur, quæ dicuntur de actione reali, & de eo,
11 cui debetur res, † quia si debetur res in casu Sal-
uiani, idest secundario, & incidenter, hoc est qua-
12 tenus creditum non offeratur, immo † iste tertius
possessor, qui est in bona fide, & non cõmisit mo-
ram in soluendo debito à se contracto, sicut fecit
principalis debitor, est dignus maiori priuilegio,
& sic multò magis debet illi concedi dilatio, quam
principali debitori, cum patiatur ob alienam cul-
pam ad *l. si fideiussor, §. si necessaria, & ibi Bart. in prin. ff. Qui satisd. cog. Bald. in l. de die. §. tutor. ff. eod. tit. Glos. in l. fin. verbo generando, C. si tut. vel cur. interuen. Archid. in c. peruenit, in fin. 18. dist. Innoc. in c. cum inter, nu. 1. Felin. n. 11. de except.*

13 Circa aliud, quod † terminus non datur, nisi pro
debitis habentibus obligationem Cameralem,
nec talis limitatio visa fuit alicubi probari, & ra-
tionem esse potius in contrarium, quia si datur
obligato strictiori obligatione, prout est ille, qui se
14 obligauit in forma Cam. † & contra formam iu-
ramenti contenti in dicta obligatione, per quod
iuratos videtur se obligasse præcise soluere die con-
uento iuxta *not. per Glos. in l. si pecuniam, verb necesse, ff. de condit. caus. dat. Butr. in c. si. num. 4. Ne prælat. vices suas, Alex. cons. 89. num. 5. lib. 7. Ias. cons. 9. num. 10, lib. 1. Soc. cons. 90. nu. 10. lib. 4. Gozad. cons. 24. num. 9. Guidop. decis. 627.* quanto ma-
gis dedet dari tertio, qui taliter se non obligauit,
nec iurauit, & quod replicatur, hoc ideo esse pro-
pter citam exequutionem, quam trahit secũ obli-
gatio Cameralis, vt scilicet debitor habeat tẽpus
parand pecunias, quod non est necessariũ in iudi-
cijs ordinarijs, in quibus proceditur per tres, &
aliquando per quatuor instantias, fuit dictum in
omnem euentum non applicari conuento iudicio
Saluiani, cui non conceduntur istæ tres instantiæ,
15 sed denegatur appellatio, *Bart. in l. 1. n. 4. ff. de Saluian. interd. Corn. cons. 190. n. 2. lib. 1. Thesaur. decis. 175. n. 3. Verall. decis. 106. par. 3. Rot. in causa Romana, seu Amerina domus, 8. Iunij 1576. corã Cantuccio relata inter diuers. impress. decis. 34. num. 3. par. 2. & in Rom. Saluiani Interd. 26. Nouembr. 1605. coram R. P. D. Manzanedo.*

Et ad illud, quod Iudex non dederit terminũ, sed
Angela illũ sponte susceperit in actis Notarij cõ-
fitendo debitũ, placuit responsio ex notorio stylo,
quod A.C. nõ solet interloqui super istis terminis,
super quo etiam fuerunt dati actus particulares,
in quibus ita fuit seruatum.

Et cum prædicta viderentur sufficere Domini
non aggressi fuerunt aliud caput decisionis, an sci-
licet exequutio fuerit excessiua,

R. P. D. BVRATTO.

Veneta donationis.

Veneris 7. Nouembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas exceptio incontinenti probata impedit executionem.*
2 *Sententia sine actis, & processu non facit fidem, etiam si producatur excipiendo n. 3.*
4 *Probationes in criminalibus sunt de substantia iudicij.*
5 *Sententia in criminalibus est nulla nõ constito de corpore delicti, nec precedẽtibus indicijs necessarijs ad forman. & transmitten. inquisitionem.*
6 *Sententia lata non constito de corpore delicti, & non præcedentibus indicijs, non dicitur lata ob delictum, sed in pœnam contumaciæ.*
7 *Confessio vera quando ad verifican. delictum non sufficit, multo minus ficta ex contumacia.*
8 *Cameralis obligatio non dicitur vulnerata ex sententia nulla.*
9 *Falsitatis suspicio cessat, quando veritas ex alio instrumento apparet.*
10 *Instrumenta probant contra producentem.*
11 *Insinuationis defectus an suppleatur per iuramentum simpliciter præstitum & n. 12.*
13 *Insinuatio donationis est facienda in loco donationis, & quare n. 14.*
15 *Renunciatio generalis verbis prægnantibus facta, & particulari iuramento munita habet vim*

specialis renunciationis.

16 *Renunciatio non firmatur iuramento, quando aliqua resultat fraus in praeiudicium tertij.*

17 *Iuramentum ad hoc ut non confirmet actum per statutum prohibitum, requiritur, quod statutum inducat praesumptionem fraudis, & doli.*

18 *Iuramentum inter donatorem, & donatarium purgat omnem fraudis suspicionem.*

19 *Dispositio non conuenit ubi mens, ratio, & verba non conueniunt.*

20 *Exceptio iuris tertij, quando non est exclusiua ipso iure intentionis agentis, non admittitur ipso tertio non opponente.*

21 *Audiendus non est propriam turpitudinem allegans.*

22 *Litigiosi vitium cessat lite finita per relaxationem mandati.*

23 *Litigiosi vitium non consideratur, quando fuit actum actione personali, etiam si bona petantur.*

24 *Litis pendentia non dicitur inducta quando acta sunt nulla.*

DECISIO IV.

Domini resoluerunt pro iustitia mandati executiui alids per me Locumtenen. A. C. ad fauorem Antonij de Domo contra haereditatem, & iura haereditaria olim D. Rodulphi Pij relaxati.

De donatione enim annuae praestationis per d. Rodulphum del 1598. solemniter, & inter viuos Venetijs facta Dominico d. Antonij fratri pro se, suis haeredibus, & successoribus stipulanti, & acceptanti, constat ex publico instrumento cum obligatione Camerali, cuius vigore fuit alids per A. C. ad fauorem d. Dominici relaxatum mandatum contra D. Rodulphum viuentem, quod exequendum fuisse resoluit *Rota coram bo. Penia, 9. Decembris* 1605.

De cessione verò, & translatione d. donationis per Dominicum facta Antonio constat ex publico instrumento Venetijs celebrato 7. Iunij 1612. cum amplissimis clausulis cessionis iurium, iuramento, & obligatione Camerali, Ex quibus duobus instrumentis Antonius habet plenè, & concludenter fundatam intentionem ex vulgar.

1 Oppositiones verò tolluntur. Prima † enim falsitatis donationis factae Dominico, quae incontinenti probata impedit executionem. *Bald. in l. fin. §. si quando, vers. non obstat. C. de ord. cognit. etiam obligationis Cam. Cassad. decis. vnica. n. 3. de mut. petit. Caputaq. decis.* 274. *n.* 2. *part.* 2.

2 Non probatur † ex sententia criminali A. C. sine processu, & actis, quae non facit fidem, *l. si eum nulla, vbi gloss. Bar. & Alex. ff. de iudic. Rot. decis.* 196 *num.* 5. *par.* 2. *diuers.* etiam † si producatur excipiendo, *Mohed. decis.* 3. *num.* 1. *& 2. de testib.* Nec attenditur de stylo Rotae. *vt decis.* 704.

3 *num.* 2. *par.* 1. *diuers. Card. Seraph. decis.* 615. *nu.* 6. *&* 723. *num.* 12. Et fuit in hac causa firmatum 5. Maij praeteriti, Probationes † enim in criminalibus sunt de substantia iudicij. *Bart. in l. inter accusatorem, n. 2 m.* 3. *vbi Angel. & Imol. ff. de publ. iud. Ruin. cons.* 68. *num.* 6. *lib.* 5. *Rota in Romana Notariatus* 16. *Decembris* 1585. *coram Cantuccio.*

4

5 Ex † quarum defectu sequitur, quòd non potest dici iustificata respectu corporis delicti, nec indiciorum ad formandam, & transmittendam inquisitionem necessariò praecedere debentium, & consequenter esse nullam iuxta communes criminalistarum traditiones, de quibus latè per *Clart. in tract. de exccut. sent. c. fin. num.* 60. *&* 63. *Farinac. de inquisit. q.* 1. *num.* 40. *&* 48. *& q.* 11. *ante. num.* 17. *vers. aduerte secundo.* Et remanet merè

6 contumacialis, † & lata non ob delictum, sed in poenam contumaciae, *Bald. in c. testimonium, n.* 12. *vers. quaerit Innoc. de testib. & in l. confessis. nu.* 44. *C. de confess.* prout etiam in dubio praesumitur, *l. Papinianus §. meminisse. ff. de inoff. testam. cum cumul. per Farinac. d. q.* 11. *num.* 92. quam opinionem sequitur Rota, vt in quatuor decisionibus impressis per *Farinac. d. q.* 11 *post num.* 92 quae loquuntur etiam in terminis Bullarum SS. Pontificum, & alia decisio *bo. me. Orani in Romana Notariatus* 27. *Nouembris* 1591. à quibus non dissentit *idem Farinac.* quando nulla, prout hic, praecedunt legitima indicia ad inquirendum, vt ibi per eum post dd. decisiones vers. ex praenarratis.

7 Nec isto casu ad verificandum † delictum sufficit confessio vera, tantò minus ficta ex contumacia latè idem *Farinac. d. q.* 12. *num.* 7. *per tot.*

8 Consequenter † ex ea licet nulla non potest dici vulnerata obligatio Cam. *iuxta decis. Reuerendiss. D. mei Decani in Anconitana assecurationis* 1 *Iulij* 1602. quae procedit in sententia absolutoria à petitis, & sic immediatè, & principaliter lata super meritis causae; non autem super mera contumacia, prout ista.

Immo non solum non constat de falsitate, sed de veritate d. donationis ex mandato Procurae D. Rodulphi facto ad plura in Antonium del 1600. 18. Martij, in quo illam confirmauit etiam cum iura-

9 mento, & obligatione Cam. † falsitas enim cessat, quando veritas ex alio instrumēto apparet *Bart. in c. ex literis nu.* 8. *vers. vnde oportet, & ibi Abb. num.* 4. *vers. secundò adduco, de fid. instru. Natt. cons.* 132. *in princ.* Vltra quod pro parte d D. Rodulphi viuentis non fuit oppositum de falsitate contra mandatum executiuum petitum, & obtentum del 1601. coram A. C. & bo. me. Penia, & tandem executum, vt dicitur in querela, monitorio contra Dominicum, & in d. sententia pro D. Pia

10 d. Rodulphi filia, & haerede productis, quae † contra eam probant *ad not. in l. post legatum. ff. de ys quib. vt indign. Affl. decis.* 25. *num.* 5.

Secunda verò oppositio contra cessionē factam per Dominicum Antonio, videlicet defectus insi-

11 nuationis tollitur. Nam omisso † An suppleatur per iuramentum simpliciter praestitum, vt tenuerunt *Imol. in c. cum contingat. n.* 90. *de iur. iur. Alexan. cons.* 4 *num.* 10. *lib.* 1. *Capic. decis.* 159. *n.* 31. *vers.* tamen quod sufficiat, cum pluribus ex relatis per *Clar. in §. donatio. q.* 18. *& per Menoch. cons.* 1. *num.* 377. qui dicit eam veriorem, & crebriorem, & de magis communi, *Socin. iun. cons.* 130. *nu.* 19. *lib.* 3. cui opinioni pluries etiam Rota visa est adhaerere, vt per *Caputaq. decis.* 286. *vbi de communi par.* 1. *& per Seraph. decis.* 472. *num.* 15. *&* 746. *num.* 5. *&* 1184. *num.* 14 vbi quòd ita saepè per Rotam fuit decisum, quam decisionem secuta est etiam Rota in Romana donationis 29. Martij

12 1599. coram Orano, Indubitanter suppletur, † quando insinuationi, & stridis statutarijs (vim illius habentibus vt ex *decis. coram bo. me. Penia*) fuit

fuit prout hic in specie renunciatũ cũ iuramento,
Io.And. ad Specul de instrum.edit. §. porrò rubr.
de form.donat.caus.mort. & inter viuos in fi. in
verb. minus ver. sed si renuncians, Feder. de Sen.
cons.281. circa med. vers si autem in instrumento
Bald. in d.c. cum contingat.num.13 vers.& idem
dico quod in donatione de iur. iur.& ibi Abb.n.17.
Alex. in l.nemo potest. num.12. vers.tamen verior
est. de leg.1. Apostill.ad decis.Tholos.371. vers.sed
an donatio Clar. d. q.18. vers.contrariam autem
sententiam, Tiraq. in l. si vnquam, in præfat.
num.143. in fin. C. de reuoc donat. & hunc casum
carere dubitatione testatur Gabr. lib. 3. tit. de do-
nat. conclus.1. num.6. Guido Papa decis. 350. per
tot. & latissimè decis. Florentina 64. nu.23. & in
motiuis Rotæ Senen. num. 41. vbi plures allegan-
tur de communi,& magis communi attestantes,
Menoch.consil.451 .num.27.in fin. & num.28.Se-
raph de priuil. iuram. 73. nu.3. vbi dicit esse rece-
ptissimam. Ladereh.cons.83. per tot.

Maximè quia hic non intrat statutum Vrbis de
13 donationibus insinuandis lib.1 c.150.insinuatio †
enim erat facienda in loco donationis, & sic Ve-
netijs,vbi donatio fuit celebrata ad tex. l.Lata. &
l. in hac C.de donat. Rota decis.7. de iudic. in nou.
14 sub nu.3.ibi quia †, agentis istis casibus non reci-
pienti autoritas impartitur. Bellam. qui lo-
quitur in donatione decis.732.vers. si agatur.

Nec officiunt leges Venetæ annullantes dona-
tiones carentes subscriptione duorum ex magi-
stratu examinatorum, ne fraudes in illis interue-
niant.

Quia huic quoque solemnitati fuit sufficienter
renunciatum per illa verba,& à qualsiuoglia altra
legge, aiuto, beneficio, & rimedio, ragione ordina-
ria, & alla restitutione in integro, & à qualsiuo-
glia altro beneficio più priuilegiato, non volendo
mai per alcun tempo opporre, venir contro, ò con-
tradire à questa donatione, &c. & così giura &c.
15 Quæ cum sint adeò prægnantia, † & particulari
iuramento munita habent vim specialis renun-
ciationis,præsertim cum de consensu Domini ce-
dentis dubitari non posset,Bald.& Salyc.in l.1.C.
commod. Rot.decis.664. num.5. par 1. diuers.& de
efficacia similis generalis renũciationis latè Mo-
dern.Ferrar.de claus.claus.40.glos.6.per tot.Mant.
de tacit.lib.16. tit.18. num. 12. Et in terminis do-
nationis, Socin.iun.d.cons.130, num. 19.cum seq.
lib. 3. Card. Seraph. d. decis. 472. in fin. & 746.
num.8.

Nèque in his renunciationibus aliqua resultat
16 fraus in præiudicium tertij, † ob quam dici possit
illam iuramento non firmari ad trad.per Io.Andr.
ad Specul.in d.§. porrò in fin. in verb. minus,vers.
hoc autem. certum est.

Nam vltra quod dd. leges Venetæ ex omissio-
ne stridarum,& subscriptionis non præsumũt con-
17 tractum dolosum, vel fraudolentum, † prout re-
quiri videtur ad hoc, vt iuramentum non confir-
met actum per statutum prohibitum sine certa
solemnitate factum iuxta terminos doctr. Bart. in
l. omnes populi,num.24.ff.de iust.& iur.& in l.ne-
mo potest,num.11.de leg.1.Gabr.cons.13. n.6. lib.1.
sed solum mandant inquiri ne fraudes commit-
18 tantur, † quam fraudem inter donatorem, & do-
natarium iuramentum purgat, Imol.d.c. cum con-
tingat,num.90.Corn. cons.6. nu.12.lib.1. cum alijs
per Seraph.d.priuil.73.num.66.cum seqq.

Præiudicium per eas consideratum coarctatur,
vel ad collateraneos, seu vicinos, & propinquos,
quibus concedunt prælationem, siue retractum,
prout videtur esse de mente statuti lib. 5. cap. 11.
Vel ad debitores Venetijs habitantes, quorum
nomina ceduntur, quibus debet fieri denunciatio
iuxta formam alterius statuti 26. Septẽbris 1288.
19 vt ex eorum lectura apparet. Et ideò, † cum illa-
rum mens,ratio,& verba non conueniant præsen-
ti cessioni annuæ præstationis loco non circum-
scriptæ,& nominis debitoris nõ subditi,nec etiam
ratione bonorum, quæ sint sub ditione Veneta,
consequenter non conuenit dispositio. Immo si-
cut ipsi Collateranei,& alij,ad quorum fauorem
sunt conditæ dd. leges non possent opponere de
fraude, seu nullitate huius cessionis,in qua nullum
interesse prætendere possunt,itá multò minus hæ-
20 res Rodulphi, † cui non competit exceptio iuris
tertij non exclusiua ipso iure iuris agentis, & ipso
tertio non opponente, Bart.in l.2. num.1 ff.de ex-
cept. rei iudic.& ibi Soci. num 7.Salic. in l cum
seruum,nu.4.vers solue.C de seru.fugit.Glos. quam
not. dicit Bart.in l. 2. ff. si ager vectig. & est casus
in l.2. vbi etiam Glos.C. de iur.emphyt.

Nec de hac fraude ad præiudicium aliorum
21 Dominicus dare potest, † quia propriam allega-
ret turpitudinem, nec esset audiendus, l. cum pro-
fitearis,C. de reuoc. donat.l. si creditoribus, C. de
seru.pig.dato,Mantic.de tacit.lib.13.tit.37.num.5.
vers.hoc autem.

Et ideò D. Pia ex omni capite redditur tuta à
periculo iterandæ solutionis.

Tertia oppositio nullitatis d. cessionis tãquam
factæ de iuribus litigiosis,ad tot.tit.ff.C.et in Auth.
de litig. tanto magis stante inhibitione A. C. vt
dicitur facta Dominico, ne lite criminali contra
eum super dicta falsitate instrumenti pendente in-
nouaret ad tot.tit.nil nouari lit.pend.
22 Cessat; quia lis Dominici cum D. Rodulpho
fuit finita per relaxationem Mandati, & solutio-
nem subsecutam, quæ probatur ex d. sententia
criminali,vnde cessat vitium litigiosi, ad tex. in
Clem.sicut de appell.l.2.ff. de re iudic.Bisignet. de-
cis. 1. de appellat. Rot. eod tit. decis. 38. in antiq.
Card. Seraph. decis.597.num.3. Vltrà quod actum
fuit executiuè actione personali pro d. annua præ-
23 statione, † & ideò actio non potuit effici litigiosa,
Guido Pap.q.129. vers credo quod, quem sequitur
Aym.cons.279. num.1, vers.quod autem. Ripa in
c. cum M. Ferrarien. num.293,vers. quid ergò, de
constit.& sentiunt Bart.& cæteri in l.2. C.de litig.
dum dicunt actionem non effici litigiosam etiam
si actione personali bona petantur.

Causa verò criminalis non potuit inducere litis
24 pendentiam, cum † omnia sint nulla vt supra di-
ctum est,Gabr.cons.52. nu.6.& 7. lib 1.& cons.31.
num.14.& 15.lib.2.Lancell. de attent.par.2.cap.4.
num. 475. decis. Podem. 144.num.8.

Ex ex his DD. dixerunt mandatum A. C. esse
exequendum.

R.P.D.

R. P. D. PAMPHILIO.
postea S. R. E. Cardinali.

Roman. Palatij S. Mariæ Maioris.

Luna 15. Martij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum apostolicum requiritur in permutatione bonorum ecclesiæ. limitatur tamen nu. 2.*
3 *Contractus licet claudicet potest stare fauore Ecclesiæ.*
4 *Successor in beneficio tenetur stare permutationi factæ ab antecessore.*
5 *Successor, qui possidet bona permutata ab antecessore, censetur se obligasse ad seruan. d. permutationem.*
6 *Acceptans beneficium pensione grauatum videtur se obligasse ad pensionem, & alia onera super beneficio imposita.*
7 *Dictio, vt supra, repetit omnia expressa in narratiua instrum.*
8 *Enunciatiuæ prolatæ per modum causæ probant & obligant.*
9 *Enunciatiuæ etiam incidenter, & propter aliud emissæ dispositionem inducunt fauore piæ causæ.*
10 *Obligatio Cameralis pro omnibus, & singulis refertur etiam ad enunciata.*

DECISIO V.

ORta controuersia inter Illustrissimum D. Archipresbyterum, & Capitulũ Basilicæ Sanctæ Mariæ Maioris, super restauratione Palatij, ac constructione habitationis pro Cantoribus, & Pueris dictæ Ecclesiæ, ac eorum Magistris, iuxta formam cuiusdam permutationis factæ, cum bon. mem. Cardinali Sancti Sixti, eiusdem Ecclesiæ, tunc Archipresbytero, & causa introducta coram A. C. proposui in Rota ex ordine Sanctissimi dubium, An permutatio fuisset valida, & ex ea, an, & ad quid teneretur Illustrissimus Cardinalis Archipresbyter erga Capitulum.

Et quoad primam partem dubij, Domini censuerunt permutationem fuisse validam, non obstante defectu beneplaciti Sedis Apostolicæ, quod
1 † quamuis regulariter in permutatione bonorum Ecclesiæ requiratur *iuxta c. finè exceptione 12. q. 2. c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.* in hoc tamen casu
2 eius defectus non obstat, † cum Capitulum, seu Ecclesia, cuius fauore ista solemnitas est introducta, velit stare contractui, qui claudicat ad eius fauorem, *Innoc. in c. 1. in princ.* quem ibi sequuntur, *Hostien. Io. And. in princ. Card. in 2. opposit. Butr. num. 5. Imol. sub num. 2. Abb. n. 6. de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capituli Abb. in c. diuersis fallacijs num. 5. de cler. coniug. Put. decis. 310. lib. 1. Cresc. decis. 1. de locat. cum allegatis in causa Segobien. prastimonij. coram bon. mem. Cantuccio. sub die* 4. *Octobris* 1580. Et fuit latissimè deductum *in vna Romana Domus die* 4. *Decembris* 1592. *coram Cardinali Mantica*, vbi fuit responsum ad omnia, quæ in contrarium deduci possunt.

Præsertim concurrente vtilitate Ecclesiæ; cui fuit valde proficua ista permutatio, quia acquisiuit casale contiguum alijs bonis Capituli pro Palatio, quod licet tunc esset maioris redditus, minabatur tamen ruinam, & fuit datum Archipresbytero, qui illud resarciret, & redderet habitabile, ac in eo cõstrueret habitationes pro Cantoribus, & Pueris Ecclesiæ, quod cedebat in magnum decorem Ecclesiæ, & augmentum diuini cultus, & sic in eius euidentem vtilitatem, quo fit, vt eo fa-
3 cilius interet priuilegium Ecclesiæ, † quod possit stare contractui, & claudicet ad eius fauorem *l. Iulianus, §. si quis à pupillo ff. de act. emp. insit. de auct. tut in princ. Card. in d. c. 1. in 2. opposit. vers. tamen si est alias vtilis, & ibi Butr. num. 5. in fin. de bis quæ fiunt à Prælat. Ias. & alij in l. cum si §. eam transacti onem sub num. 2. ff. de transact. Put. decis. 365. num. 5. lib. 2.*

Dicebant etiam Domini, modernum Archi-
4 presbyterũ teneri stare huic permutationi, † quia fuit facta à bo. me. Card. Sancti Sixti eius prædecessore sub nomine dignitatis cum acceptatione, & stipulatione pro se, dum vixerit, & post obitum suum pro Archipresbytero pro tempore existente, & fuit vtilitas dignitati Archipresbyterali, quæ nihil de suo dedit, ex quo casale fuerat emptum à præfato Cardinali S. Sixti de suis proprijs pecunijs, & datum Ecclesiæ pro Palatio quod dignitati acquisiuit, quo casu successor tenetur ex contractu prædecessoris *iuxta not. in c. 1. de solut. & in c. 1. ne Prælat. vices suas. Rot. decis. 1. de locat. in nou. Abb. cons. 62. col. 1. vers. bis non obstantibus lib. 1. Abb. cons. 337. nu. 5. Thom. de Tan dec. 33. cum allegat.*

Et cessat difficultas. quia modernus Archipresbyter possedit Palatium per plures annos etiam cum receptione fructuum, quo fit vt censeatur
5 illud acceptasse cum suis oneribus, † & consequẽter se obligasse ad seruandam permutationem factam cum suo prædecessore *Bald. l. contra Iuris §. si filius num. 4. & ibi Ias. num. 11. ff de pact. Put. decis. 100. num. 2. lib. 2.* de acceptante beneficium
6 pensione grauatum, † quod videatur se obligasse ad pensionem, & alia onera imposita super dicto beneficio, ad est *decis. Verall. 13. par. 1. & 302. par. 2 in impress.*

Dixerunt quoque Domini respõdendo ad vltimam partem dubij, quod modernus Archipresbyter tenetur ad omnia contenta in Instrumento permutationis, nempè ad resarciendum Palatiũ, & illud non modo habitabile, & etiam habitatum reddendum, & construendum in eo habitationes pro cantoribus, & pueris Ecclesiæ inseruientibus, & illorum magistris Grammaticæ, & Musicæ, prout hæc omnia leguntur in d. Instrum.

Neque obstare, quod ista sint solum enunciatiuè narrata, & in dispositiua Instrumenti nulla adsit expressa promissio Cardinalis, quia satis videtur se obligasse, quòd acceptat Palatium ad hunc effectum, & illud stipulatur pro se, & successoribus, & pro scholis, & habitatione magistrorum, canto-
7 rum, & puerorum, & cum dictione, † vt supra, per quam censentur repetita omnia superius expressa in narratiua instrumenti, *l. 1. §. deinde, & §. ex hoc edicto, vbi Bart. ff. de postul. Paris. cons. 48. n. 14. lib. 2. Dec. cons. 227. num. 3.*

Præsertim quòd fuerat prolata per modum causæ ipsius permutationis, quia Palatium minabatur ruinam, & periculum erat, ne infructuosum redderetur, & Cardinalis Sancti Sixti intendebat illud resarcire, & reddere habitabile, & notissima
8 est Iuris conclusio quod enunciatiuè † prolatæ per

per modum causæ probant,& obligant, *Bart. in l. si soceri, §. latius num. 4. ff. solut. matrim.& in l. ex hac scriptura num.5. ff. de donat. Ias. in l. ex his verbis colum. 2. in 9. limitat. C. de Testam. milit. Dec. cons. 513. num. 8. Aym. de antiq. temp par. 1. in ampliat. num* 44 Vltra quod versamur in piæ
9 causis,† cuius fauore verba enunciatiua etiam incidenter, & propter aliud emissa dispositionem inducunt *cap. fin. cum ibi not. de success. ab intest. Bart. in l. num 76. C. de Sacrosan Eccles. Ias. in dicta l. ex his verbis colum. 2. in 5. limit. & procedit etiam in contractibus Bartol. in l. tale pactum §. fin. num. 4. ff. de pact. Alex. consil. 190. num. 27. lib. 6. Tiraq. de priuileg. pia caus. priuil. 86. vers. nec quidem.*

Accedit etiam obligatio Cameralis pro omni-
10 bus, & singulis, † quæ refertur etiam ad enunciata, *Alexand. cons. 17. num. 2. lib. 3. Ruin. cons. 137. num. 6. lib. 1. & fuit resolutum in vna Romana dotis 11. Februarij 1583. coram bon. mem. Cantuccio*, & sic comprehendit etiam restaurationem Palatij, & constructionem habitationis pro cantoribus, & pueris inseruientibus Ecclesiæ, & eorum Magistris Grammaticæ, & Musicæ, iuxta expressionem superius factam in Instrumento.

Et ita fuit conclusum per omnes Dominos, re maturè discussa, quamuis solum Capitulum informauerit, quia Illustrissimus Archipresbyter citatus informare noluit, &c.

R. P. D. LVDOVISIO.

Posteà fel. rec. Greg XV.

Romana Pecuniaria.

30. *Maij* 1601.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio prima cessat mutato modo, & qualitate administrationis.*

2 *Dispositio noua celebratur quoties aliquid additur, vel detrahitur.*

3 *Conuentio semper debet intelligi rebus in eodem statu permanentibus.*

4 *Administrator quilibet tenetur reddere rationē.*

5 *Obligatione Cam. quis conueniri non potest quando fuit alterata, & mutata prima obligatio, cui erat adiecta.*

6 *Obligatio Cam. non censetur repetita in noua obligatione.*

DECISIO VI.

Domini concluserunt obligationem Camer. fuisse finitam tempore, quo per Comesta-
1 bilem fuit datus Franciono Cerarius, quia † mutato modo, & qualitate administrationis cessauit prima obligatio & exsit noua administratio à noua causa proueniens. *Aret. cons. 17. col. 2. vers. secun-*
2 *do probatur* vbicunque† enim dispositioni aliquid additur, vel detrahitur noua dispositio celebratur *l ius ciuile ff. de iust. & iur. l. si vnus. §. pactus vers. quod si non totum ff. de pact. Soc in. cons. 82. sub n. 8. l. 4. Paris. cons. 43 sub n. 11. lib. 1. & faciunt tradita per Socin. cons. 62. n. 23. lib. 4.*

Non obstat, quod terminus sit præfixus ad bene
3 placitum in disdicta. † quia hoc intelligi debet rebus in eodem statu permanentibus *l. quæro §. interlocutorem ff. locat. l. quos seruus ff. de condit. caus. dat. c. penul. vbi Abb. de cleric. non resid.*

Minus reuelat, quod post datum Cærariū Francionus administrauerit, & propterea teneatur de administratis rationem reddere, quia hoc non ne-
4 gatur,† cum quilibet administrator ad eam teneatur *l. 1. §. officio. vbi Bald. ff. de tutel. Aym. cons. 218. num. 1* sed dicitur non posse conueniri obligatio-
5 ne Cam. post † quàm per alterationem fuit mutata & nouata prima obligatio cui erat adiecta,
6 †& insita noua non censetur repetita *Bald. in l. legem num. 2. C. locat. Ias. cons. 49. num. 12. lib. 3. Affl. decis. 365. num. 15. Gallesi. ad obligationem Camer. tit. de instrumen. obligationis Cameral. num. 18.*

R. P. D. LANCELLOTTO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Roman. consignationis sequestri.

Veneris 16. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens obligationem Cam. potest agere etiam executiue contra debitorem sui debitoris executiue obligatum.*

2 *Literæ cambij inter mercatores habent vim instrumentorum, & executionem paratam.*

3 *Pecunia in dubio præsumuntur soluentis.*

DECISIO VII.

Fuit resolutum relaxandum mandatum ad fauorem D. Horatij Maluicini contra D. Annibalem Ceulum pro pecunijs pœnes ipsum sequestratis DD. de Venturinis spectan, & hoc vigore Commissionis in actis vltimo loco præsentatæ, per quam datur mihi facultas proceden. in hac causa cum facultatibus A.C.

1 Nam † cum Maluicinus sit creditor Venturinorum pro releuatione suæ indēnitatis vigore obligationis Camer. potest agere etiam executiue contra D. Ceulum debitorem sui debitoris via executiua etiam obligatum, *not. DD. in l. etiam nomen C. de execut. rei iudic. Paris. cons. 107. nu. 88. lib. 3.*

De debito Annibalis erga Venturinos non du-
2 bitatur, cum de eo constet ex litteris Cambij, † quę inter mercatores habent vim instrumentorum, & executionem paratam, *Bald. cons. 348. nu. 3. lib. 1. Card. cons. 133. num. 2.*

De credito autem Maluicini erga Venturinos constabat ex damno pro eis passo, quod probatur ex eo, quòd ipse se obligauit pro reuelatione indēnitatis Io. Baptistæ Catalani occasione quarundā societatum per Venturinos cum diuersis personis initarum, & versa vice, hac de causa Venturini eundem D. Maluicinum indemnem releuare promiserunt.

Post aliquod tempus cum Catalani fuerint coacti prædictas societates pro Venturinis soluere ad effectum, vt eis satisfacerent acceperunt ad societatem à D. Barbarino scuta 700. & à D. Benotio scuta 750. sub recognitione bonæ fidei, & fideiussione D. Mutij Ceuli, quem D. Maluicinus a d. fideiussione liberare, & indemnem conseruare promisit, ex quibus pecunijs fuerit satisfacti Catalani.

Verum cum Catalani à D. Barberino, & Benotio

tio molestarentur & Maluicinus vellet eos indẽnes conseruare soluit D. Barberino scut. 750. b. 40. vt apparet ex partita Banchi Francisci Benotij, in quo istæ pecuniæ fuerunt depositatæ.

Item soluit scuta 700. in vna partita, scut. 167. in alia D. Iacobo Catalano ad computum fructuum, & sortis principalis dd. societatum, vt apparet ex quietantia eiusdem Catalani, qui licet dicat se recepisse à Mutio Ceuio per manus Maluicini, tamen stante hac serie facti dicendũ est solu-
3 tionẽ esse de pecunijs Maluicini, vltra quod † pecuniæ in dubio præsumuntur soluentis *l. 2. & ibi Bart. & Bald. C. pro socio* id aperte colligitur tum ex partita Banchi dd. de Venturinis, in quo fuerunt posita ad creditum Catalani scut. 316. & b. 70. *habita incontanti à Maluicino*, tum ex quietantia scut. 37. b. 30. cum alijs 316. 70. in banco Vbertinorum positis Constituen. summam scut. 750. à Catalanis habitorum, & hoc etiam habet in se verisimilitudinem, quia si d. Mutius soluisset secũdas societates de proprijs pecunijs curasset cessionem iurium, neque permisisset quietantias remansisse penes Maluicinum.

Non obstat, quod in quietantia Catalanus dicat Maluicinum soluisse nomine Mutij, nam hoc fuit factum, quia Mutius erat obligatus Catalanis, contra quem ipsi mandatum obtinuerant, nec poterat fieri nomine Maluicini, cum ipse non esset obligatus Catalanis, sed solum tenebatur releuare indemnem Mutium, & tamen pecuniæ erant Maluicini, vt apparet ex supra scriptis, & in specie ex partitis Vbertini, ad quas per quietantiam habetur relatio.

Non obstat illa cessio iurium facta à Catalanis d. Mutio, quia ideo voluit cessionem iurium, vt ipse magis redderetur tutus occasione fideiussionis per illum factæ in dd. societatibus.

R. P. D. GYPTIO.

Recanaten. Transactionis.

27. Nouembris 1592.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quæ oritur ex ventre instrumenti etiam si requirat altiorem indaginem in quocunque iudicio admittitur etiam ad impedien. executionem obligationis Camer.*

DECISIO VIII.

Fvit resolutum dandam esse executionem D. Martio, pro terminis decursis, & decurren. demptis tamen scut. 144. quæ constituunt medietatem eius; quod per D. Barbaram Cameræ Apostolicæ occasione compositionis factæ super fructibus Cancellariæ Asculi solutum fuerat. Ratio DD. fuit, quia huiusmodi exceptio oritur ex ventre instrumenti trãsactionis initæ per d. Mar-
1 tium, & Barbaram quo fit † vt talis exceptio, etiam si requirat altiorẽ indaginem in quocũque iudicio admittatur, etiam ad impediendam executionem obligationis Cam. *Cassad. decis. 10. n. 2. de rescrip. Sarnen. in compen. Signat. num. 34.* & sequitur ad verbum *decis. 36. lib. 1.* & voluerunt Domini in vna *Portuen. de Columna 9. Decemb. 1579. coram Domino meo Decano.*

R. P. D. GYPTIO.

Roman. Precij Ferracij.

4. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius potest agere executione sicut potest cedens. & num. 3.*
2 *Ratio eadem militat in subrogato & cessionario, quæ in subrogante & cedente.*
4 *Cessionarius censetur constitutus procurator in rem suam & ad commodum proprium.*
5 *Pluralitas causarum & debitorum non præsumitur.*
6 *Debitor alicuius rei non potest illam rem vendere.*
7 *Actio qualibet vendi, & cedi potest.*

DECISIO IX.

RVspigliosi vendiderunt certam quantitatem venæ ferreæ cum pacto expresso, quòd Varesij emptores tenerentur consignare Floranantibus tot millia ferracij, pro eodemmet precio, cum eisdem pactis, & conuentionibus inter ipsos Ruspigliosos, & Floranantes conuentis, ita vt omne commodum, & incommodum pertineret ad Varesios, qui in locum venditorum succedebant. Facta consignatione Ferracij coacti fuerunt Varesij pro consecutione precij agere contra Floranantes vigore promissionis de soluendo factę Ruspigliosis cum iuramento, ac obligatione Camer. & pro summa petita A. C. decreuit mandatum executiuum. Sed causa mihi per appellationẽ commissa, cum clausula si quid exequendum. Dubitaui. An huiusmodi mandatum esset relaxandum ac dicta die vna tantum parte informante. DD. amplexi sunt partem affirmatiuam, moti præcipue ex eo, quod sicut Ruspigliosi via executiua potuissent Floranantes conuenire, Ita etiam posse debent Varesij in locum ipsorum subrogati
1 † per *reg. l. si eum qui §. iniuriarum ff. si quis caut. cum concordat.*

Præsertim, quia hæc cessio, & subrogatio habet omnes qualitates, & conditiones, quas habet obligatio ad fauorẽ Ruspigliosorũ ideo militat eadem
2 ratio † *Bald. in l. prolatam. C. de epist. & cleric.* cum alijs congestis per *Gabr. de reg. iur. concl. 2. num. 58. & per totum.* Et quod hoc casu compe-
3 tat via executiua cessionario † firmat *Paris. cons. 107. num. 89. lib. 7. Moder. ad formul. obligat. Cam. par. 2. q. 2. in princip. & in tit. de persona petente executionem, num. 2.* si quidem censetur constitutus procurator in rem suam, & ad commodum
4 proprium † *l. plane vbi glos. & Bart. ff. famil. herciscun. Iason in l. qui quadraginta num. 2. ad Trebell. de communi Paris. vbi sup. num. 34.*

Nec dicatur constare consignationem Ferracij fuisse factam ex ista causa; quoniam nisi de alia appareat, censetur ex illa quæ est in instrumento
5 expressa, cum † pluralitas causarũ, vel debitorum non præsumatur *Put. decis. 448. num. 2. lib. 2. Aym. cons. 158. num. 13.*

Minusque ad rem facit, quod Ruspigliosi debitores Ferracij poterant hanc venditionem facere
6 † *l. 2. C. de hæred. & actio. vend.* quia ipsi non erant debitores Ferracij, sed venditores illius precio mediante, Ideo illud ius, & obligatio consigna-

gnationis Ferra cium Florauantibus cedere potuerunt; siquidem omnis actio vendi, & cedi po-
7 test, † vt instit. de hered. vel act ion. vendit. Tiraquel. de retract. consang. §. 26. glos. 3. n. 2.

R. P. D. PAMPHILIO.

Nunc Sanctiss. D. N.

INNOCENTIO X.

Senogallien. Dotis.

Lunæ 26. Iunij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cam. operatur vt executiuè agi possit.*
2 *Dos viro promissa dicitur ei debita licet matrimonium sit solutum.*
3 *Actio pro dote, sicut constante matrimonio competit marito, & non vxori, ita etiam soluto matrimonio num. 4.*
5 *Dos datur propter onera matrimonij.*
6 *Onera matrimonij dicuntur durare vxore mortua extantibus liberis.*
7 *Promissionis status non dicitur mutatus quando causa propter quam promissio facta fuit durat.*
8 *Exceptio dolo facis, non habet locum quando dotis restitutio est facienda alteri, quam ei à quo petitur.*
9 *Dos est restituen. liberis mortua muliere, non autem promittenti ex consuetudine Martini. ampliatur num. 10.*
11 *Pater propter vsumfructum, quem habet in bonis filij potest retinere dotem vxore mortua extantibus filijs.*
12 *Maritus potest exigere dotem etiam soluto matrimonio quando ex dispositione statuti maritus illam lucratur.*

DECISIO X.

FVit per Dominos resolutum Columnello Iulio agenti ad solutionem dotis competere
viam execquutiuam, quia agit vigore instrumenti
1 obligatione Cam. vallati quæ † operatur vt exequutiuè agi possit, vt per *Galles. de oblig. Camer. par. 1. q. 2. num. 13. & 21.*

Neq; visum fuit posse dici mutatum statum huius promissionis, ex eo quod per mortem vxo-
2 ris solutum fuit matrimoniũ, quia cum † dos fuerit promissa ipsi Columnello, dicitur adhuc ei debita; licet solutum sit matrimonium *l. si socer §. lucius ff. sol. matr. & ibi not. Bart. in 2. not. & in*
3 *l. si pater num. 1. ff. eo.* & quemadmodum † constante matrimonio actio pro dote promissa, competebat marito, & non vxori *l. si pater marito, &*
4 *ibi omnes C. de dot. promiss.* ita † etiam competit soluto matrimonio *d. §. lucius, & ibi Doct. & Corn. cons. 153. in princ. lib. 4. Phanuc. de lucr. dot. in rubr. vers. restituen. num. 55.*

5 Præsertim † quòd dos datur propter onera matrimonij. *l. dotis fructus ff. de iur. dot. l. pro one-*
6 *ribus. C. eodem;* quæ † durant etiam mortua vxore præsertim, quando (prout in casu isto) ad sunt liberi, quorum onus remanet apud patrem *Bart. in l. post dotem num. 29. in princ. ff. sol. matrim. Socin. Iun. cons. 135. post num. 16. lib. 2.* & per con-
7 sequens cum adhuc † duret causa, propter quam fuit promissa dos, non potest dici mutatus status promissionis *Fabr. cons. 156. num. 16. iux. med. lib. 2.*

Neque Columnello obstare dixerunt exceptionem dolo facis de qua in *l. dolo facit ff. de dol. mal.*
8 *except.* quia huiusmodi exceptio † non habet locum, quando dotis restitutio est facienda alteri, quam ei, à quo petitur *l. si socer §. lucius, & ibi Imol. Bald. not. 7. & alij ff. sol. matr. Dec. in l. in condemnatione §. fin. num. 1. ff. de regul. iur. Ruin. cons. 133. col. fin. lib. 4. Socin. Iun. cons. 35. nu. 16. ad fi. lib. 1.* prout in casu isto † dos est restituenda
9 liberis mulieris, ad quos, & non ad promittentem spectat ex consuetudine Martini, vt per *Glos in l. dos à patre C. solut. matrim. & in l. post dotem, & ibi Bart. & alij ff. eodem, cum alijs per Capic. decis. 176. n. 18. & Thes. decis. 190. & fuit resolutum in causa Clusina Dotis coram Peregrino 12. Ianuarij* 1598. in qua etiam fuit dictum hanc consuetudinem esse generalem, & ab omnibus vsu receptam, ita vt dicenti contrarium seruari in loco particulari incumbat onus probandi & insuper
10 habere locum † etiam in dote promissa & non soluta *iux. cons. Soc. Iun. 35. lib. 2. reprobato cons. 114. num. 3.*

Et hinc etiam resultat, quod cum Dos ex d. consuetudine Martini pertineat ad liberos mulieris
11 defunctæ † potest illam penes se retinere Columnellus propter vsumfructum in ea, vt patri ac legitimo administratori sibi debitum *l. 1. C. de bon. matern.* vt tanto magis ei competat actio pro exigenda dote, & cesset dispositio *d. §. lucius,* pro
12 vt in simili cessat, quando ex † dispositione statuti maritus lucratur dotem *Ruin. cons. 133. col. fi. lib. 4. Phanuc. de luc. dot. rub. vir. restit. num. 55.* & ita fuit conclusum per DD. re mature discussa licet solus Columnellus informaret propter contumaciam alterius partis, quæ sæpe citata, & expectata noluit informare.

R. P. D. PIROVANO.

Roman. Affictus.

Veneris 30. Martij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Locator dicitur adimpleuisse contractum pro parte sua quando bona conductori tradidit.*
2 *Locationis contractus dicitur habere executionem per successiuam patientiam conductoribus præstitam.*
3 *Conductor dicens se impeditum fuisse, & patientiam non durasse debet id probare.*
4 *Exceptio impedimenti non obstat ad effectum impedien. exercitium actionis in locatore, quando locator docet se impleuisse pro parte sua.*
5 *Obligationis Cameralis effectus non retardatur sub prætextu impedimenti à conductore allegati, si probatum non sit.*
6 *Conductores præsumuntur voluisse ea omnia, quæ pro executione pacti fuissent necessariæ.*
7 *Negatiua ad hoc vt probetur debet coarctari loco & tempore remouendo actum à sensu quod aliter esse non possit.*

8 Obli-

8 *Obligationis Cameralis effectus non impeditur per exceptionem remissionis affectus quando causa non est concludenter probata.*

DECISIO XI.

EGit D.Franciottus Vrsinus contra D.Iulium Massam, & Fabium Grossum ex contractu locationis obligatione Camerali vallato pro exactione terminorum decursorum in mēsibus Octobris, & Februarij præteriti; cui se opposuerunt prædicti conductores excipien. de non implemento: cuius vigore existimauerunt, ne dū ipsis competere actionem ad damna, & interesse, sed posse agere ad rescissionem contractus; ita vt contra eos deueniri non possit ad executionem & relaxationem mandati executiui pro memoratis terminis.

Proposui dubium. An pro terminis Octobris & Februarij fuerit, & sit respectiuè relaxandum mandatum.

1 Et Domini resoluerunt affirmatiue: † Adimpleuerat. n. locator ab initio pro parte sua bona conductoribus traden. quod est adimplementi, signum, vt tradit *Felin. in c. peruenit l. 2. num. 5. vers. tertius casus de Iure Iur.* quod etiam fuit firmatum in causa *Imolen. bonorum* 8. *Iunij* 1592. *coram Orano. Natt. cons.*219. *nu.*5. *Becc. cons.*45.

2 *num.*36. contractusq; habuit † suam executionem per successiuam patientiam conductoribus præstitam, vt re locata, vti, & frui possint iux. dispositionem *l. si quis domum, vbi Bart. & l. ex conducto in princ. ff. de locat.* Vnde si postea † conduct.

3 dicant se impeditos fuisse, vel patientiā toto tempore conuento non durasse, ad eos pertinet onus probandi impedimentum, quia est fundamentum eorum exceptionis, vt distinguunt *Ossisch. dec.* 51. *num.*9. *& seqq. Illustr. Mantica de contract. lib.*5. *tit. t. num.* 17. adeo quod statim per solam exce-

4 ptionem † impedimenti dari non possit de non adimplemento ad effectum impediēdi exercitium actionis in locatore, nec ad impediendam subsistentiam contractus locationis, quatenus per locatorem probatum nō fuerit pro parte sua totum contractum adimplenisse *iux. tex. l. Iulianus. §. offerri vbi Bart. not. ff. de act. empt.*

5 Huiusmodi autem impedimenta visa sunt Dominis non esse concludenter probata, † quæ propterea interim impedire non possunt effectum obligationis Cameralis. *Dec. in c. præterea col. penul. de off. deleg. Felin. in Rubr. de except. col.* 1. *& in c. ex parte il* 2. *de off. deleg. Gallesi. de oblig. Camer. par.* 1. *q.* 3. *num.* 4.

Nam deducunt ex eo, quod locator intra fines bonorum locatorum fabricauerit domū ad vsum molendini, & eleuauerit Paratam de lapidibus & cæmento constructam longitudinis cannarū 80. & altitudinis cannæ vnius, cuius contrauentionis occasione duo inferuntur, Primo, quòd solitus aquarum decursus per canum nuncupatum della Parata, fuit impeditus & ex inde secutæ sunt inundationes vehementes, ex quibus fuerunt conductores impediti vti re locata facto, & opere ipsiusmet locatoris. Secundo quia ex diuersione aquarum, & constructione domus ad vsum molendini alias inutilis, & nunc macinantis alia duo molendina locata eisdem conductoribus decreuerunt in affictu Rubra 41. quolibet anno.

Quo ad primum impedimentum respectu facti non est controuersia quia ex planta, & designatione nouitates colliguntur, & testes dati in sum. conductorum bene probant; sed effectus inundationis controuertitur, quippe ex antiquo argine terraneo, in cuius locum hodie murus fuit subrogatus, siue additus, solitæ essent tempore pluuiarum causari inundationes, non tamen maiores moderni temporis, vel maiores tanquam consecutiue ex actu licito, & in locationis cōtractu præfcato pro conducendis aquis ad vsum irrigationis pratorum non videntur sufficientes pro rescissione contractus, cum conductores voluisse præ-

6 sumantur ea omnia, quæ pro executione pacti fuerunt necessaria *l. ad rem mobilem ff. de procur. l. illud ff. de aquiren. hæ ed. l.* 2. *§. inspectio ff. quemadmodum testament. aperian. Eueraras in sua Cent. legali in loco à concessione consequentiu per totum Surd. loquens de eenti act. decis.*69. *n.*5.

Non obstant testes dati in summario conductorum *sub num.* 3. qui deponunt nunquam vidisse inundationē ante constructionem paratæ, quia

7 non coarctant † negatiuam loco, & tempore, remouendo actum à sensu, quod aliter esse non potsit, quam ipsi viderint, & consequenter non reddunt probationem concludentem. *Paris. cons.* 19. *num.*23. *vol.*3. *Ruin. cons.*145. *num.*2. *vol.*5. quod enim ipsi non viderunt, alij potuerunt videre, prout viderunt testes dati in *summario locatoris sub n.*3. dum deponunt de iterata inundatione in eisdem locis ante constructionem paratæ; quinimo 6. *testis in summ. conductorum* non excludit, quin etiam antea superuenirent inundationes.

Nec testes in *summ. eorumdem conductorum num.* 5. concludunt impossibilitatem deriuationis aquarum ex opere constructo pro irrigatione terrarum nuncupatarum *le Saccbetelle*, quamuis commodius asserant per aliam viam aquam posse irrigationi deseruire. Testes autem locatoris in *sum. nu.* 2. asseueranter deponunt paratam fuisse cōstractum pro commodo irrigationis pratorum,

8 atq; ita, vel probatio conductorum non est concludens, vel saltem obscuratur ex depositione Testium locatoris, per quam factum redditur dubium & quæstio efficitur altioris indaginis *Contard. de moment. poss. lim.*7. *n.*25. *Surd. cons.*99. *num.*90. *lib.*1. nec est apta impedire effectum Oblig. Cam. vt sup. fuit dictum.

Quo vero ad secundum principale impedimentum circa decrescentiam redditum duorum molendinorum aduerterunt Domini non esse iustificatum, nec probatum quod ante constructionem paratæ molendina præfata tanti locarentur.

Et ita resolutum.

R. P. D. PAMPHILIO.
Nunc Sanctiss. D N.
INNOCENTIO X.

Romana pecuniaria de Crescentijs, *Mercurij 4. Iulij 1612.*

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratā. solum*

2 *Statutum Vrbis c. 178. lib. 1. habet locum non solum in sententijs diffinitiuis, sed etiam vim diffinitiua habentibus.*
3 *Decretum, in quo mandatur exequi instrumentum obligationis Cameralis habet vim diffinitiua.*
4 *Clausula si quid exequendum stante in Commissione constito de iustitia mandati ex ijsdem actis proceditur executiue.*
5 *Clausula cum facultatibus A. C. posita in vna Commissione censetur in alia repetita:*
6 *Hypotheca generalis comprehendit non solum bona præsentia, sed etiam futura, & nomina quæcunq; creditorum.*

DECISIO XII.

Creditoribus tantum informantibus dixerunt DD. mandatum R.P.D. mei Manzanedi esse exequendum, quia de illius Iustitia clarè constat ex decisionibus eiusdem D mei Manzanedi in hac causa factis: de validitate verò non dubitatur; quia fuit relaxatum. fer. fer. pro credito liquido, & in vim obligationis Cameralis, quæ propterea
1 habet executionem paratam † *Gallef. ad. 4. partic. oblig. Cam. quæst. 1. num. 1. & seq. Mohed. decis. 2. & 3. de except. Cassad. decis. 1 num. 2. de mut. petit.* vltra, quod respectu summæ scutorum duorum millium adest res iudicata ex decreto A.C. in Rota confirmato vigore *Stat. Vrbis lib. 1. cap. 178.* quod
2 † (vt expressè in eo disponitur) habet locum, non solum in sententijs diffinitiuis; sed etiam vim diffinitiuæ haben. prout sunt huiusmodi decreta, quibus mandatur exequi Instrumentum obliga-
3 tionis Cam. † *Angel. in l. qui restituere num. 6. ff. de rei vendic. Surd. decis. 231. num. 22.*

Nec obstare quod in Commissione mihi directa adsit clausula si quid exequendum quia constito de Iustitia mandati ex eisdem actis (prout requi-
4 ritur, † ex deductis *in causa Romana census 4. Decembris 1595. coram bon. mem. Card. Pamphilio,* & sæpius in alijs) potest absque difficultate procedi ad illius vlteriorem executionē maximè stante clausula, eum facultatibus A.C. apposita in Comissione directa R. P. D. Manzanedo, quæ in alia sequenti commissione mihi directa tacite re-
5 petita censetur † *Io. Paul. decis. 29. incip. dicunt nonnulli Ægid. decis 126. Put. decis. 226. num. 2. Cassad. decis. 8. de rescript. & fuit dictum in causa Rom. Societatis 3. Iunij 1577. coram bo. mem. Card. Blanchetto relata inter impressas deci. diuers. 221. nu. 1. & in Cartaginen. pensionis 13. Martij 1600. coram Illustriss. Lancellotto.*

Minus obstat quod ista annua scuta 2000. de quibus agitur fuerint acquisita Dominis de Crescentijs post hypotheeas creditorum: quia placuit responsio, quod in generali hypoteca comprahenduntur, non solum præsentia; sed etiam bona fu-
6 tura, & omnia quæcunque creditorum † *per tex. in l. fin. C. quæ res. pignor. oblig p. ss. Negusan. de pign. in 2. memb. 2. part. principalis num. 1. & fuit dictum in dictis decisionibus R. P.D. Manzanedi,* quæ Dominis placuerunt, & bene ex eis remanent sublata omnia ea, quæ in contrarium adduci possunt.

Et ita decisum &c.

R. P. D. PAMPHILIO.
Nunc Sanctiss. D. N.
INNOCENTIO X.

Roman. Vineæ.
Veneris 14. Iunij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti exhibitio non est necessaria, quoties pars declarat se velle stare indicationi.*
2 *Executio habetur pro facta cum omnibus requisitis ad effectum subhastan. quando Iudex parte citata pronunciauit consensum haberi pro præstito.*
3 *Consequens, cui conceditur, dicitur etiam concessum omne suum necessarium antecedens.*
4 *Subhastationi dicitur præstitus consensus, quando bona sunt indicata.*
5 *Subhastationis solemnitates supplentur per consensum.*
6 *Clausula, sine praiudicio obligationis Cameralis, processus executiui; & mandatorum relaxatorum, & quorumcunque iurium ambarum partium præseruat ius quoad subhastationem perinde ac si electio non fuisset facta.*
7 *Exceptio præsumpta satisfactionis obstat ei, qui non reddidit rationem de administratis.*
8 *Exceptio præsumptæ satisfactionis cessat, vbi ex relatione periti de consensu partium electi constat illum remanere debitorem in certa summa, quam offert soluere.*
9 *Aequalitas est seruanda in Iudicijs & præcipue in probationibus faciendis.*

DECISIO XIII.

Cvm D. Valperga esset creditor Zerli in diuersis pecuniarum summis post plura instetit deueniri ad vlteriorem subhastationem cuiusdam Vineæ, ad quam euitandam Zerlus opposuit de compensatione cum quodam eius credito, de quo dicebatur constare ex positionibus habitis pro confessatis, & ex partito, seu Iuramento litis decisiuo. Ideo sub die 1. Februarij prædicti dubitaui An huiusmodi positiones, & partitum obstarent, quod fuit negatiue resolutum, nisi aliundè creditum iustificaretur, vt apparet ex decisione tunc extensa. Verum quia Zerlus contra dictam subhastationem plures alias exceptiones opponebat; supradicta die proposui dubium generale: An scilicet deueniendum sit ad vlteriorē subhastationem, quod per Dominos fuit affirmatiuè resolutum, quia de credito Valpergæ satis constat ex publicis Instrumentis solutionum diuersarum societatum officiorum, quarum Zerlus tanquam recognitor bonæ fidei Valpergam fideiussorem indemnem releuare promisit; nec non ex concessionibus earundem societatum per eundem Valpergam obtentis in actu solutionis: Itant propterea de credito Valpergæ dubitari non possit.

Non obstat, quod subhastatio fuerit cœpta non præcedente exhibitione Instrumentorum, & executione, ac alijs ante deliberationem requisitis per *Stat. Vrbis lib. 1. cap. 192.* Quia quo ad exhibitio-

bitionem Instrumentorum fuit dictum, quod Zer-
lus ad euitandas expensas, declarauit medio iura-
mento velle stare illorum indicationi per Valper-
gam faciendæ. Quo vero ad executionem, & alia
requisita per Statutum placuit responsio, quod Iu-
dex citato dicto Zerlo ad præstandum consensum
deliberationi, & subhastationi bonorum per ip-
sum in actis indicatorum, pronunciauit partibus
præsentibus consensum haberi pro præstito pro
vero, & reali credito; quo casu stante veritate
2 † crediti, executio habetur pro facta cum om-
nibus requisitis ad effectum, vt deueniri possit
ad actum subhastationis per regulam, quod cui
3 conceditur † consequens, dicitur etiam conces-
sum omne suum necessarium antecedens *l. ad le-
gatum l. ad rem mobilem, & ibi glos. & Doct. ff.
de procur.*

Et ex his cessat, quod consensus fuerit præsti-
tus subhastationi rite, & recte faciendæ secun-
dum formam supradicti statuti, quia cum bona
4 † subhastanda iam fuissent per Zerlũ in actis indi-
cata, consensus censeri debet præstitus in specie
ad effectum, vt bona iam indicata subhastaren-
tur; nulla alia præcedente executione, pro vero
tamen, & reali credito, quo casu certum est
5 consensum † supplere solemnitates requisitas in
subhastatione *ex adduct. in causa Romana Spolij
14. Iunij 1604 coram bon. mem. Iusto. & fatiunt
etiam in causa Asculana prædij 22. Iunij coram
Reuerendissimo Domino meo Damasceno.*

Nec obstat, quod dictus consensus sit restri-
ctus ad creditum, pro quo Zerlus reperiebatur
carceratus, quia immo dictus consensus legitur
præstitus subhastationi, seù deliberationi pro
vero, & reali credito, quæ verba fuissent super-
flua, nisi possent etiam referri ad credita, de
quibus adhuc non constabat in actis, nec fuisset
necessaria declaratio de stando indicationi Instru-
mentorum: Credita enim, pro quibus seruatis
de iure seruandis fuerant relaxata mandata, &
Zerlus reperiebatur carceratus non indigebant
alia indicatione.

Præterea omnis difficultas in casu isto visa fuit
Dominis cessare ex cõmissione per Valpergã ob-
tenta, in qua fuit rescriptum procedendum esse
ad vlteriora in subhastatione, prout de Iure,
reiectis nullitatibus, & constitio prius de bono
iure de quo satis visum fuit constare ex Instrumen-
tis, & alijs supra deductis.

Non refert, quod post cœptum Iudicium sub-
hastationis Valperga elegerit calculatores pro
liquidandis tam creditis ipsius, quam etiam Zer-
li, & obtinuerat mandari referri, & stari illo-
rum relationi; ita vt videatur recessisse à iudicio
subhastationis. Placuit etiam, quod prædicta
electio fuit facta cum clausula præseruatiua; sine
præiudicio obligationis Cameralis, processus
executiui, & mandatorum relaxatorum, & quo-
rumcunque iurium ambarum partium, per quam
6 † censetur præseruatum etiam ius, quo ad subha-
stationem, perinde ac si electio fuisset facta *l. te-
stamento centurio §. 1. ff. de manumiss. testamen.
Castr. cons. 312. num. 4. lib. 1. & cons. 70. nu. 18.
lib. 3. Put. decis. 32. lib. 2. & fuit pluries de-
cisum*

Minus refragatur, quod vinea, de qua agitur,
fuit per Iudicem consignata Valpergæ, vt de fru-
ctibus sibi satisfieret, & ipse promiserit de illis
reddere fidele computum; quod tamen adhuc
7 non reddidit, & propterea obstat † ei exceptio
solutionis, seù satisfactionis, quæ admittitur
etiam, vbi agitur vigore obligationis Cameralis.
Quia fuit responsum, quod Valperga (deductis
expensis pro cultura Vineæ) remanet tantum
debitor pro dictis fructibus in scutis 126. vt pa-
tet ex relatione periti de consensu partium electi,
8 † cui standum est *Abb. in cap. proposuisti num. 10.
& ibi Felin. num. 6. de probat. Corn. cons. 43.
col. 3. lib. 1. Pariz. cons. 96. num. 32. lib. 1. Ne-
uiz. cons. 94. num. 18. et fuit dictum coram me in
causa Romana Tutelæ 11. Maij* 1612. & alias sæ-
pe, & hoc debitum Valperga offert se paratum
compensare cum hoc credito.

Ad id quod dicebatur, Valpergam debere sta-
re indicationi faciendæ per Zerlum: fuit respon-
sum, adhuc pro parte Zerli non dari fumum, quod
habeat aliqua iura releuantia, quæ si verè adess-
sent, placuit standum esse indicationi, vt seruetur
9 æqualitas, † quæ in iudicijs seruari debet, & præ-
cipuè in probationibus faciendis *Dec. in reg. fa-
uorabiliores num. 4. vers. & in medio, vbi etiam
Cagnol. num. 8. de reg. iur.*

Quo verò ad positiones habitas pro confessatis:
Domini voluerunt denuo partes audire, & ideo
fuit decisum, deueniendum esse ad vlteriorem
subhastationem, nisi obstent supradictæ positio-
nes, de quibus videbitur, & dato competenti
termino Zerlo ad indicandum, & facta compen-
satione fructuum perceptorum iuxta relationem
periti, de qua supra.

R. P. D. COCCINO.

Asculañ. seu Ripaneñ. pecuniaria.

Lunæ 15. Martij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Soluere emptor non tenetur, nec precium, nec vsu-
ras, quando venditor pro parte sua non impleuit.*
2 *Exceptio oriens ex ventre instrumenti impedit
executionem obligationis Cameralis.*
3 *Implere per æquipollens an, et quando quis possit
num. 4.*
3 *Fideiussor de euictione tenetur litem in se susci pe-
re, et iudicatum, ac expensas litis soluere, et em-
ptorem indemnem conseruare.*
6 *Inuestimentum non est adeo vtile, sicut fideiussor
de euictione.*
7 *Emptor qui precium non soluit, tenetur soluere
fructus compensatiuos etiam non datis fideiusso-
ribus promissis.*
8 *Fideiussor emptoris, pro precio non soluto, non
tenetur soluere vsuras compensatiuas quando pro
precio tantum fideiussit.*

DECISIO XIV.

1 FVit resolutum, Theodorum † non teneri sol-
uere ratam pretij non soluti, nec fructus cen-
sus, quem soluendum suscepit ad computum pre-
cij, stante conuentione, quod paghæ non curre-
rent, & fructus census non teneretur soluere, do-
nec fuerint dati fideiussores de euictione, qui hoc
vsq;

vsque non fuerunt dati *l. Iulianus, §. offerri. ff. de act. empt. & not. in l. cum proponas la 2. C. de pact. & in l quaero §. inter locatorem, ff. loc. & in l. qui*
2 *fidem, ff. de transact.* & in fortioribus † haec exceptio oriens ex ventre Instrumenti impedit executionem obligationis Cameralis *Gallef. de oblig. Cam. 4. p. q. 1. num. 8. Canar. de exeq. Instr. q. 26. Cassad. decis. 10. num. 6. de rescript.*

Neque obstat, quod Mucciarelli hodie loco fi-
3 deiussorũ volunt inuestire pecunias, † & sic adimplere per aequipollens iuxta theoricam *gloss. &*
4 *Bart. in l 1. ff. qui satisd. cog.* Quia † haec procedunt quando melius, & securius succurritur creditori per pignora, quàm per fideiussores, vt declarant idem *Bart. ibidem, & benè facit Ias. num. 12. & fuit resolutum in causa Lauretana pecuniaria 5. Aprilis 1593. coram bo. mem. Gypsio*; sed in casu isto emptores per inuestimentum non ita reddereutur tuti sicuti per fideiussoriam cautionem, quia cum fuerit promissum dare fideiussores de euictio-
5 ne, non adest difficultas, † quod dicti fideiussores teneren tur litem in se suscipere, vel iudicatum, atque damna, & expensas omnes litis soluere, & indemnem conseruare emptorem *l. si plus §. mota ff. de euict. Bart. in l. pater num. 1. & 3. ff. de dot. praleg. Rmn. cons. 187. num. 2. & 3. vol. 1. Paris. cons. 16. num. 124. vol. 2. Cum. cons. 29. num. 2.* &
6 † haec omnia praestari non possunt per inuestimentum, vt dicitur in dicta Lauretana.

Neque obstat, quod in omnem euentum Theo-
7 dorus † tenetur soluere fructus compensatiuos ex aequitate *l. curabit C. de act. empt.* etiam non datis fideiussoribus promissis, vt per *Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 4. num. 6 vers. 12. hinc deducitur*, quia
8 † quicquid dicendum esset respectu principalium debitorum, Theodorus hic est fideiussor precij, & non se obligauit ad fructus, & ideo non tenetur *l. fideiussores magistratum §. pro Aurelio ff. de fideiussor.*

R. P. D. ALDOBRANDINO.

Posteà fel. rec. Clem VIII.

Claramontañ. pensionis.

9. Maij 1575.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius tenetur ad restitutionem terminorum solutorum per viam conditionis indebiti, quando pensio est declarata nulla.*
2 *Conditio indebiti datur ex quadam aequitate naturali.*
3 *Repetitionis indebiti tacita conditio semper videtur inesse in solutionibus.*
4 *Repetitio in contractibus oritur ex falsa causa.*
5 *Soluens sponte indebitum an repetere possit.*
6 *Solutio spontanea non dicitur stante obligatione Camerali cum susceptione censurarum.*

DECISIO XV.

1 Declarata pensione nulla, † pensionarius tenetur ad restitutionem terminorum sibi solutorum per viam conditionis indebiti, † quae
2 datur ex quadam aequitate naturali *l. indebiti §. nam hoc natura ff. de condict. indebit.* & quia in
3 actu solutionis † semper videtur inesse tacita conditio repetitionis per conditionem indebiti *l. fin.*
4 *§. ideo, quia sciuit ff. eod.* & quia † falsa causa in contractibus parit repetitionem *Dec. cons. 350. num. 5. & ita dictum fuit in vna repetitionis pensionis 28. Aprilis 1572. coram Binarino*, vbi respondetur ad
5 illud, quod dicebatur de † spontanea solutione *iuxta trad. per Cassad. decis. 3. nu. 7. de pens. Gig. de*
6 *pens. q. 36.* quod in casu isto † non poterat considerari solutio spontanea stante obligatione Camerali cum susceptione censurarum. *Anear. cons. 159. vol. 2. vers 4. hoc probo. Bart. in l. 2. in 1. lect. nu. 8. & 9. in 2. lect. in fin. C. de ijs qua vi metusuè causa fiunt, &c.*

R. P. D. IVSTO.

Romañ. donationis 40000 de Luraghis.

Lunae 14. Nouembris 1605.

SVMMARIVM.

1 *Clausula &c. habet in se solum ea, quae deficiunt in sermone & in ea parte, vbi apponitur.*
2 *Clausula &c. habet in se omnia, quae solent sequi secundum consuetudinem.*
3 *Clausulae &c. virtus est complere orationem.*
4 *Clausula &c. posita post relationem partis alicuius dispositionis, comprehendit sequentia in illo relato.*
5 *Omissa non possunt extendi per clausulam &c.*
6 *Donans non est verisimile quod voluerit obligare bona haredum si non expressit.*
7 *Donatio non prodest haredi, sed nocet.*
8 *Notarij quoties habent mentem, & intentionem contrahentium possunt extendere instrumentum caeteratum.*
9 *Notarius incontinenti, vel parum ante rogatus praesumitur habere notam mentem contrahentium.*
10 *Obligatio Cam. comprahendit bona haredum in sua formula.*
11 *Obligatio Cameralis diuiditur in duas partes, & in quas.*
12 *Obligatio Cameralis in prima parte recipit variationem ex voluntate partium.*
13 *Obligatio Cameralis in secunda parte continet clausulas, & cautelas solitas.*
14 *Clausulae, & cautelae quae continentur in secunda parte obligationis Cameralis possunt extendi.*

DECISIO XVI.

Dominis placuit decisio, quae fuit in hac causa facta die Veneris 3. Decembris 1599 ex rationibus tunc allegatis pro decisione, non obstantibus quae denuo deducebantur ad eiusdem decisionis impugnationem, & quae in effectu ad duo capita reducebantur.

Primum ad clausulam caeteratam in obligatione in forma Camerae, in qua extendi solet hypoteca, & obligatio bonorum haeredis.

Secundum quia in notula dicitur se obligauit in forma camerae cum solitis clausulis, & cautelis, & ipsemet Campana Notarius, de cuius extensione agitur addidit quandocunque extendendis per nos Notarios, aut alterum nostri, vel quemuis alium; quae verba denotanr nondum esse plene extensam formulam obligationis in forma camerae.

Quoad primum Dominis placuit quod dictum fuit in alia decisione videlicet quod clausula cæterata non fuit posita in parte obligationis vbi habeat in ventre tanquam materiam præexistentem obligationem bonorum hæredis, & tamen est verum in iure quod clausula &c. habet in se solum ea, quæ deficiunt in sermone, & in ea
1 parte vbi apponitur † *Bart. in l. gallus. §. idem credendum num. 3. ff. de lib. & posth um.* & habet omnia quæ solent sequi secundum consuetu-
2 dinem † *Corn. conf. 225. in fin. lib. 3.* quia virtus
3 istius clausulæ est complere orationem † *Aym. conf 34. num. 7. & propterea dicit Felyn. in cap. cum P. tabellio num. 10. in fin. de fid. Instrum.* quod vbi refertur aliqua dispositio pro parte, & postea dicitur &c. comprehenduntur
4 sequentia in illo relato, † in casu autem nostro in ea parte vbi solet extendi obligatio bonorum hæredum nullum adest verbum cæteratum, sed oratio perfecta, quæ non potest ampliari, & adest & bona *post illud verbum &c.* vbi extenditur mobilia, & immobilia, vt dictum fuit, qua propter respectu clausulæ ceteratæ nihil adest quod extendi possit, quia obligatio hæredum potius videtur omissa, quam deficiat, & dicit *Bart. in d. §. idem credendum num. 3. in fine.* quod ea
5 quæ omittuntur non extenduntur † & ista videbantur dominis multum coadiuuari ex alia decisione facta coram me in hac eadem causa die 28. Maij 1604. vbi fuit dictum quod hæc donatio est expresse restricta ad bona donantis, vnde videtur verisimile quod stante hac restrictione nec etiam donans voluerit pro donatione obligare
6 bona hæredum, † & ostensum est quod Campana Notarius in contractu donationis sub forma cameræ nunquam extendit obligationem hæredum, & ratio potest esse, quia in alijs contractibus vltro citroque obligatorijs apponitur hæc hypotheca in bonis hæredis, quia cum actio & commodum ex illo contractu in hæredem transeant, videtur æquum, quod pro obseruatione sint etiam hypothecata bona ipsius hæredis, non sic
7 est † in donatione, quæ non prodest hæredi, sed nocet, cum demat bona donata ex hæreditate, & patrimonium defuncti diminuat.

Non obstant exempla quæ ostenduntur: quia in maiori parte horum exemplorum clausula cæterata est in loco, vbi habet in ventre ea quæ deficiunt, vt videri potest: & sic bene est facta extensio, sed non sequitur quod extensio facta à Campana non sit bona, in alijs autem exemplis dico quod Notarij, qui extenderunt, habuerunt pro materia præexistenti mentem, & intentionem
8 contrahentium quæ sufficiebat ad † extensionem vt not. communiter. *Doct. in cap. cum P. Tabellio. de fid. instrum. latè Ias. qui alios allegat in d. §. idem credendum num. 18. Socc. conf. 94. num. 4. lib. 1.* quod in casu nostro non accidit Campanæ Notario quia clausula cæterata in loco opportuno fuit omissa, & nulla mentalis intentio apparet ex qua potuerit extendere obligationem bonorum hæredum. Ideo non potest eius extensio impugnari, sed debet attẽdi ex præsumpta notitia quam habuit Notarius rogatus incontinenti,
9 vel parum ante, † vt dixit Rota corã b.m. *Robusterio in causa Rom. Casalis Iuliani 16. Ianuar. 1579.*

Quoad secundum dicebatur quod & si in relatione potius attenditur relatum quam referens, & referatur obligatio in forma Cameræ cuius formula est certa, & in ea continetur obligatio bonorum hæredum, & sic ea videtur attendenda, quicquid deficiat in referente, vt per Informantes pro D. Maccarano, quia quod hoc multum stringere, videbatur, tollitur aduertendo, quod obligatio in forma Cam. habet primam, & secun-
11 dam partem, † vt in ea distinguit *Gall.* in prima exprimitur quid, & quantum partes velint obligare pro obseruatione contractus super quo apponitur, & subditur in forma cameræ solemniter obligauit, quæ prima pars recipit variationem ex voluntate partium quæ modo plus, modo minus; quandoque vnam volunt obligare personam videlicet hæredis, quandoque non, vt in multis exemplis exhibitis, quæ omnia à principio consistunt ex voluntate contrahentium, & hoc habemus extensum per Notarium. In secunda ve-
13 ro † parte sunt clausulæ, & cautelæ obligationis in forma cameræ, vt in Commentario Galesij ad ipsam secundam partem, & sunt multæ, & hæc sunt clausulæ solitæ, & consuetæ de quibus intelligit Campana, & ad quas se refert pro extensio-
14 ne † & istæ si libet possunt extendi, in quibus disputantur multæ quæstiones per Gales. non autem continetur aliquid de prima parte obligationis sub qua cadere potest obligatio bonorum hæredum, & hæc colligitur ex verbis super quibus fit fundamentum, scilicet cum solitis, & consuetis clausulis, & cautelis, subdit. citra tamen, & præter constitutionem procuratorum quandocunque extendendis, quæ verba, citra tamen, sunt in secunda parte obligationis, non in prima, & ad secundã se refert, & in hoc plus debet attendi relatum, quam referens, vt per Informantes pro D. Maccarano, sed nõ propterea dicendũ est, quod in relato adsit obligatio bonorum hæredis quæ veniat extendenda, vltra obligationem extensam à Campana, præsertim, quia ita extensam donator insinuauit, & postea producta fuit.

Ex quibus per DD. iterum hoc modo fuit decisum.

R. P. D. IVSTO.

Maceraten. bonorum.

Lunæ 1. Februarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, quod aliquo casu eueniente, instrumentum habeatur pro non facto, non inducit nouam obligationem, vel promissionem.*
2 *Obligatio Cam.eralis non habet locum nisi pro expressis in instrumento.*
3 *Executiuè procedi non potest quoties actio non venit ab obligatione in forma Cam. sed ab extra, & a iurium reseruatione.*
4 *Clausula de obseruando omnia, & singula est executiua, quæ non ampliat obligationem.*
5 *Obligatio Cam. nõ auget sed stringit obligationem.*

DECISIO XVII.

IN obligatione erga Antoniũ facta per Capitaneũ Franciscũ nõ legitur promissio restituendi immo potius contrarium, quia dicitur quod eue-
nien-

niente casu remaneat in eo iure, ac si Instrumen-
tum factum non fuisset, quod ius competebat casu
quo illi, quorum fauore facta erat renunciatio de-
1 cederent sine liberis, † & ita nihil de nouo pro-
mittitur, vel acquiritur *Oldrad. cons. 214. num. 2.
Ruin. cons. 99. num. 10. lib. 1. & idem dicit Bero. in
contrariũ allegatus cons. 293. lib. 2. Aym. cons. 301.
col. 2. vers. 2. respondeo. Ruin. cons. 41. n. 8. lib. 1. vers.
sed li m. tantum*, & moderatur generalem remis-
sionem ab ipsa Antonia factam. Vnde sequitur
necessario non posse procedi ad mandatum exe-
cutiuum vigore obligationis in forma Cameræ
2 † quæ non intrat nisi pro expressis in instrumento
*Rota coram bon. mem. Lauretano in Romana pe-
3 cuniaria de Zabrerijs 20. May 1580.* † & quando
actio non prouenit ab obligatione in forma Came-
ræ, sed ab extra, vt in casu nostro ex iurium reser-
uatione, via executiua non proceditur, vt sæpe di-
xit *Rota, & vltimo loco coram Domino meo Litta
in Rom. pecuniaria de Monoribus 16. Iunij 1600.*
Non obstat Clausula de obseruando omnia, &
4 singula † quoniam est clausula executiua quæ non
ampliat obligationẽ *Clem. 1. in fin. de præb. Card.
5 cons. 25. in fin.* & ita sæpe dictum est † de obligatio-
ne in forma Cameræ, quæ non auget, sed stringit
vt coram me in vna Rom. 30000. 3. Decembr 1599.
Et ex his capta fuit resolutio cõtra informantẽ.

R. P. D. IVSTO.

Romañ. de Luraghis, & Pallauicinis.

Lunæ 30. Octobris 1600.

SVMMARIVM.

1 *Conditione non purificata non est locus executio-
ni obligationis Cameralis.*
2 *Ablatiui absoluti important conditionem.*
3 *Dictio, casu quo, denotat euentum futuri tempo-
ris, & facit conditionem.*
4 *Dictio prætensus, non importat veritatem.*

DECISIO XVIII.

Visum fuit locum non esse obligationi in for-
ma Cameræ in fauorem Pallauicini contra
Io. Baptistam Luraghum, siuè eius Creditores;
1 quia † conditio promissionis Io. Baptistæ non est
purificata, & consequenter adhuc incertum est an
ex stipulatione deberi possit *l. pecuniam quam ff.
si cert. petat. l. cedere diem de verbor. signif.* Cum
enim Luragus, & Pallauicini elegerint Vin-
centium Castronum in Calculatorem ad viden-
dum, & calculandum, & solidandum omnia com-
puta, Io. Baptista promisit his verbis, casu quo in
aliquo facto calculo per Vincentium Castronum
debitor remaneret statim facto dicto calculo absq;
aliqua exceptione soluere, & se obligauit in for-
2 ma Cameræ † quæ formula verborum continet
duas conditiones, vnam faciendi calculi per abla-
tiuum absolutum facto calculo *l. facto §. rescripto
ff. ad trebell.* alteram casu quo ex calculo remane-
3 ret debitor, † quæ verba denotant euentum futu-
ri temporis, & faciunt conditionem *Bart. in l. 1.
num. 17. ff. de cond. & demonstrat.* ità vt non ha-
beat locum obligatio, nisi casus expressus verifice-
tur *Dec. cons. 63. num. 2. Aym. cons. 98. num. 6.* ma-
ximè quia elegerunt calculatorem non solum ad
calculandum, sed ad solidandum omnia computa,
ita vt vtriq; & calculo, & solidationi debet esse sa-
tisfactũ *l. si hæredi plures ff. de condit. & demonstr.
l. si quis ff. de verb. oblig.*
Verum licet per Castronũ fuerit facta quædam
calculatio rationum, & prætensionum, nihil tamẽ
firmatum est pro debito Luraghi. Quinimo par-
titæ Pallauicinorum tanquam prętensiones le-
guntur in calculo, quæ non important veritatem
4 debiti, sicut † qui dicit prætensum matrimonium
non fatetur verum matrimonium *Rota coram Cæ-
sare de Graß. decis. 1. num. 13. qui fil. sint legit.*
Nec obstat quod dicitur sufficere quòd ex Cal-
culo appareat debitor Io Baptista, quia hoc est
falsum, licet ex partitis appositis (calculatis om-
nibus) possit fortasse verificari, quod etiam nega-
tur, sed illæ partitæ prætensionum sunt appositæ,
vt verificandæ, ergo non sunt verificatæ, quia de-
notant tempus futurum quod nondum est.
Et Multis ex DD. placuit ipsiusmet Calculato-
ris declaratio, quod non intellexit firmare debitũ
Io. Baptistæ, sed proponere prætensiones, vt de-
clarentur, quę adhuc Pallauicino remanẽt intactę.
Et ita decisum.

R. P. D. ORTEMBERGO.

Perusin. dotis.

Veneris 2. Aprilis 1606.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ non est necesse producere in
principio iudicij dummodo re vera adsit.*
2 *Procuratori nulla acquiritur potestas, nisi à die
mandati.*
3 *Sententia lata ratificari non potest deficiente
mandato procuratoris.*
4 *Mandatum executiuum quando in obligatione
Camerali non est susceptum quomodo proceden-
dum sit.*
5 *Mandatum executiuum an comprehendatur in
extensione obligationis Cameralis.*

DECISIO XIX.

Domini censuerunt reuocandum esse manda-
tũ executiuum de quo agitur propter nul-
litates circa illud commissas: quarum prima est ex
defectu mandati, nam id quod exhibitum fuit erat
datum post relaxatum mandatum executiuum, li-
1 cet autem † non sit necesse mandatum produce-
re in principio cum sufficiat illud postea quando-
2 cunque apparere † tamen requiritur quod verè
antea extiterit: cũ nulla acquiratur potestas pro-
curatori nisi à die mandati *Felin in cap. sciscitatus,
num 15. de rescript. Rot. decis. 19. de procurat. in
3 antiq.* Ideoque † Rota admittit quidem quod pos-
sit doceri de mandato præcedenti si re vera illud
præcessit, non autem quod sententia ratificetur,
& quod pendeat à mera voluntate ratificantis,
Put. decis. 383. num. 11. lib. 2.
4 Secunda nullitas oriebatur ex eo † quod in In-
strumento obligationis per Modestã & Balthassa-
rem promissores dotis non fuerat susceptum man-
datum, quo casu post constitutionem reformatio-

nis Pij Quinti ex stylo tribunalis A.C. debuit re-
laxatio mandati fieri præmisso decreto in citatio-
ne ad soluendum nisi intra tres, & postmodum ci-
tari debitor ad vidēdum relaxari mandatum alias
decretum, eoque peracto per Iudicem interponi
decretum, nisi ad primam: quia hoc non obseruato
A.C. reuocare solet mandata tanquam nulla con-
demnando actorem in expensis; vt fuit dictum
in Romana Pecuniaria de Pinellis Mercury 8.
Aprilis 1598. *coram bon. mem. Orano*.
5 Nec videbatur reuelare responsio † quod in ex-
tensione obligationis cameralis comprehenditur
susceptio mandati, quia, si hoc generaliter verum
esset superuacanea fuisset constitutio Pij Quinti
& nunquam locus esset huic nullitati,

R. P. D. GYPTIO.

Roman. Cambiorum.

Luna 17. Decembris 1584.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio requiritur ad constituendum in mora. & num.4.*
2 *Interesse, seu damna absque mora non debentur.*
3 *Pactum, quod interesse debeatur sine mora, non valet.*
5 *Mora non consideratur nisi in eo, qui est in dolo saltim præsumpto seu lata culpa.*
6 *Obigatus ad certam diem non potest prætendere ignorantiam.*
7 *Ignorantia præsumitur in Muliere.*
8 *Ignorantia præsumitur in facto alieno.*
9 *Soluere interpellatus, si illico paratus est non debet ad interesse astringi.*
10 *Obligari, & in mora constitui vno, & eodem tempore iniquum est.*
11 *Fideiussor ante solutionem contra principalem debitorem experiri nequit.*
12 *Fideiussor potest pecunias sub vsuris accipere, & creditori satisfacere, declaratur. n.13.*
14 *Iuramentum absque interpellatione constituit in mora.*
15 *Iuramentum assumit naturam actus super quo interponitur.*
26 *Interpellatio an de iure præsumatur.*

DECISIO XX.

MAndatum ab A.C. relaxatum fuerat tam cō-
trà Illustr. Dominam Hersiliam de Mon-
te, quam Dominum Petrum Antonium Bandi-
num, qui vti principalis in quadam officij socie-
tate pro ipsa se obligauerat, metuq; dicti mandati
fortem, & fructus habita iurium cessione soluerat,
& summam postmodum similem, vt sibi satisface-
ret ad cambium acceperat, & in suis libris dictam
Illustrem Dominam Hersiliam, vt dicitur, per cō-
to a parte debitricem creauerat, & super cambijs
tenuerat quæ successiue in pluribus, ac diuersis
partitis intra quinquennium, vel paulò amplius
pecunias creditori ex causa societatis solutas dicto
Bandino restituerat, sed ad damna occasione di-
ctorum Cambiorum prouenientia se teneri per-
negabat, ideo causa pluries proposita Domini po-
stremo ad duo præcipuè difficultatem restrinxerūt
videlicet an isto casu fuisset opus Illustrem Domi-
nam Hersiliam prius certiorare, aut interpellare;
& si sic an ea sufficienter ex deductis constaret.
1 Quantum ad primam difficultatem attinet cō-
clusum fuit interpellationem requiri: si quidem
2 negari non posse dicebatur † interesse seu damna,
absque mora non deberi, *ad not. in l. quod te. ff. si
cert. pet. glos. in cap. conquisitus. de vsur. Gabr. de
solut. concl. 10. num. 4. Nauar. in compend. de vsur.*
3 *num*. 6. & hoc adeo verum est vt † pactum non
valeat quod mora cessante illud debeatur *Aret. de
communi testando cons. 151. col. fin. vers. ad secundū*
4 *Aym. cons. 320. num. 2.* sed mora † præsertim regu-
laris absque scientia, vel interpellatione non com
mittitur *l. mora de vsur. l. Titia. §. si vsuras. de
leg. 2. & vtrobique DD. & Castr. in l. si duo §. hæc
autem verba de constit. per. Scrib. in d. l. quod te. ff. si
cert. pet. Bero. cons. 105. num. 7. lib. 3.* quoniam mo-
5 ra † non habet locū nisi aduersus eū, qui est in do-
lo præsumpto seu lata culpa *l. fin. §. idem Iuris erit
ad l. Rod. de iact. Alex. in l. si mora sol. matr. Alciat.
cons. 104. tom. 3. lib. 8.*
Non obstat quod *Mohed. decis. 102. in fin.* con-
6 trarium tenuerit, quoniam † ibi agebatur aduer-
sus eum qui ad certam diem præcise restituere de-
bebat, aliàs ad omnia damna, & interesse deuin-
ctus erat, & sic ignorantiam nullo pacto prætten-
dere poterat iuxta doctrinam *Innoc. quam ipse al-
legat in c. 1. de vsur.* qui in istis terminis loquitur,
& eam multi sequuntur quos referunt addentes
post *Rom. cons. 94. & 101. Rol. cons. 35. num. 2. lib. 1.*
sed in hac facti specie hoc sibi locum vendicare
non potest cum Illust. Domina Ersilia aliquid Bā-
dino restituere, nisi in euentum solutionis non de-
beret, quam quidem solutionem factam extitisse
affirmat ignorasse, & videtur sibi credendum ma-
7 ximè enim † in muliere præsumatur ignorantia
Ias. in l. si quis id quod de iurisd. om. iud. Mohed.
8 *decis. 157.* † eoque magis in facto alieno *l. fin. & ibi
Bart. pro suo Bero. vbi supra n. 3.* vnde dictam *Mo-
hed.* decisionem casui nostro minime adaptari pos-
se satis clare perspicitur.
Præterea esto, quod verisimiliter d. societatis
9 extinctionem sciuerit, † non ideo in tali mala fide,
& mora constituta debuit censeri, vt sub cambio-
rum vsuris tenenda esset; præsertim si interpellata
soluere illico parata erat secundū *Corn. cons. 206.
n. 7. lib. 2. vbi ponderat d. l. quod te. ff. si cert. pet.*
10 Et interpellationem necessario † desiderat tum
ex illa ratione Dominis suadere posse videbatur:
quod valde iniquum esset vno atque eodem tem-
pore quem obligari, & in mora constitui ad do-
ctrinam *Bart. in l. eum qui §. si iuramento. num. 3.
& ibi Castr. de iur. iur. Cagnol. qui alios citat in
l. 2. quest. 41. num. 3. 160. C. de pact. inter empt.
& vendit. & nonnulla in hoc sensu congerit Gra-
mat. decis. 103. n. 165. Ber. d. cons. 205. nu. 11. lib. 3.
& ante eum Dec. cons. 2. num. 5. versic. nam quando
tum etiam quia hodie præualit opin. Angel. &
Castr. in l. fideiussor pro venditore de fideiuss. vt
animaduertit Galles. ad 3. partem obligat. Came-*
11 *ralis de person. petent. execut. n. 5.* † nempe quod fi-
deiussor ante solutionem aduersus generalem de-
bitorem experiri nequeat.
12 Nec quicquam facere videtur obiectum de fi-
deiussore, † qui pecunias etiam sub vsuris accipere
& creditori satisfacere potest *l. si vero non remu-
ran-*

13 *neradi §.si mibi l.fin.§.si fideiussor.mand.* quia ad effectum satisfaciendi ipsimet fideiussori nisi præcedētē notitia, vel debitoris interpellatione istud non procedit per ea, quæ supra dicta sunt.

14 Non obstat † quod iuramentum absque interpellatione in mora constituat. *Grau.consil.64 nu.2. Rim. Iun.consil.67. num. 2. lib. 1. latè Gabr.de iur. iur. conclus.2.* quoniam potest procedere si Illust. Domina Hersilia omnino se Bandino restituere certa die explicite fecisset, prout in contrarium 15 adducta loquuntur, maximè cum † iuramentum assumat naturam actus, super quo interponitur *Gabr. vbi supra conclus.10.*

Circa secundam partem de scientia, & interpellatione Illust. Dominæ Hersiliæ ex dictis testiū, ac tota serie facti Dominis potius constare vide-16 batur contrarium præsertim † cum etiam de iure interpellatio præsumatur *l. in fideicommissis. in princ.de vsur. Roman. singul.402. quis debet probare Dec. in cap. nouit. in fin.de Iudic.*

Placeret tamen Dominis, quod D. P. Antonius interpellationē huiusmodi aliquantulum coadiuuaret. An vero cambia sint realia, & bene liquidata poterit particulariter videri.

R. P. D. GYPTIO.

Roman. Cambiorum.

Veneris 14. Iunij 1585.

SVMMARIVM.

1 *Testes singulares non probant.*
2 *Scientia probatur per testes singulares, maxime si de facto proprio deponant num. 3. & concurrentibus adminiculis num.4.*
5 *Argui licet ab his, quæ communiter fieri solent.*
6 *Interpellatio est facienda ab habente mandatum.*
7 *Interpellatio iudicialis non est necessaria in principali.*

DECISIO XXI.

QVod Illust. Domina Hersilia interpellata fuerit, atq; sciuerit pecunias pro ipsa solutas ad cambium postea per d. P. Antonium Bandinum receptas fuisse, tum ex tota facti serie, tum etiam ex dictis testium satis constare Dominis videba-1 tur. Nec obstat quod testes † vti singulares non probare ad *trad.in cap. nihilominus vbi gl.f.3.quæst.9. cap.tam literis, & ibi glos. in verbo solis de testibus cum alijs cumulatis per Gabr. de testibus concl. 2.*
2 Quoniam ad † probandam scientiam testes quamuis singulares sufficiunt *Curt. Iun. consil.64 n.8.*
3 *Natt. consil.331. num.2.* maxime † quando de facto proprio deponunt. *Tiraq. de retract. consag. §.1.*
4 *glos.14. nu.48.* eoque † magis concurrentibus adminiculis ab informantibus in medium allatis *P. de Castr.consil.94.nu.2. & consil.250. n.8.vers. & licet videatur lib.2. Aym.consil.73.n.36. & consil.178.nu.8.*

Et quod Illust. D. Hersilia prius quam dictæ pecuniæ ad cambium acciperentur certiorata, & extraiudicialiter ad restituendum interpellata extiterit ex legis præsumptione multum verisimile-5 † est arguendo ab his, quæ communiter fieri solent; vt ad hoc propositum facit *l. in fideicommiss. in princ. ibi tamen & si non facile de vsur. Roman. sing.402.* & hoc pacto bene probatur scientia. *Dec. consil.30. num.3. Bero.con.130.num.19.vol.2. Aym. consil.173 num.5.*

6 Nec prædictis refragatur quod † de mandato illorum, qui Illust. D. Hersiliam interpellasse affirmant non doceatur, vt requiri volunt *scrib. in l.*
7 *quod te si certum pet. vbi Rip.num.56.* quoniam † cū ipsa sit principalis, & ad omnia damna, & interesse etiam sub obligatione Camerali, ac iuramento obligata; iud cialis interpellatio non requirebatur. Idcirco non fuit opus alio mandato, & sufficere videtur quod prædicti erant Agentes d. Domini P. Antonij Bandini.

Fuit tamen dictum quod particulariter videatur an huiusmodi scientia, & interpellatio sufficiat ad effectum, vt præfata Domina Hersilia ad cambia de quibus agitur teneatur.

R. P. D. LANCELLOTTO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Roman. Mutui.

Veneris 16. Nouembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Clausula insolidum facit, vt quilibet ad totum teneatur.*
2 *Dictio quilibet est distributiua, & attribuit cuilibet actum insolidum.*
3 *Excussio non est necessaria, quando omnes sunt vti principales obligati.*
4 *Obligatio Cameralis tollit beneficium excussionis.*
5 *Obligatio Cameralis non tollit beneficium cedendarum.*

DECISIO XXII.

CVM in Apocha quilibet in simul, & in solidum se obligauerit in forma Cameræ nulla fuit difficultas apud Dominos circa primam partem dubij quod Dominus Gundisaluus teneatur
1 in solidum † tum propter clausulam insolidū tum
2 quia ea circūscripta sufficeret illa dictio quilibet, quæ tanquam distributiua attribuit cuilibet actū insolidum *l.si pluribus, & ibi glos.in verba, sed omnes de leg.2. Bart. ibidem, num.3. & aly DD. communiter: Tiraq. de retract. lignag. §. 31. glos.vn. num.11. cum alijs adductis per informantes: fuit allegata decisio in causa Romana casalis. Palazzetti coram Oriolen.*

Circa secundam partem dubij an esset necessaria excussio contra Alexandrum Quintilium fuit
3 dictum † non esse necessarium, tum quia omnes sunt principaliter obligati. *Caputaquen.decis.273. num.8.part.2.* tum quia adest obligatio in forma
4 Cameræ † quæ tollit beneficium excussionis. *Grat. consil.87. num.25. lib.1. & fuit dictum in causa Romana trium millium 18. Aprilis 1586. coram Illustriss. Blanchetto.*

Circa tertiam partem dubij super cessione actionum placuit Dominis illas esse cedendas dēpta rata Domini Gundisalui, nam dempta hac rata Dominus Gundisaluus non soluit debitum
5 proprium † & obligatio Cameralis non tollit beneficium cedendarum vt in Romana societatis 19. Martij 1575. coram Oriolen.

R.P.D.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Romana Casalis Palazzetti.

16. Decembris 1587.

SVMMARIVM.

1 *Obligati insolidum non censentur venditores, sed vnusquisque pro rata sua.*
2 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
3 *Clausula quilibet eorum importat ac si dictum esset insolidum.*
4 *Clausula generaliter, & indistinctè apposita in fine instrumenti & in parte obligatoria respicit omnes contrahentes, & refertur ad omnia in contractu expressa.*
5 *Clausula, quæ non est omnino clara potest declarari, & interpretari.*
6 *Procurator, an & quando possit obligare suos principales insolidum.*
7 *Clausula cum promissionibus renunciationibus, & alijs solitis & consuetis apposita in mandato procuræ tribuit procuratori facultatem iurandi.*
8 *Obligatio Cameralis continet in se renunciationem omni legum, & iuris auxilio.*
9 *Obligatus in forma Cam. dicitur renunciasse beneficio diuisionis.*
10 *Clausula cum promissionibus &c. in mandato apposita operatur rati promissionem.*

DECISIO XXIII.

RESoluerunt Domini quod Domina Margarita Mater Dominorum de Theophilis fuit in casu isto obligata in solidum de euictione in fauorem fideiussoris ex verbis instrumenti ex clausula præsertim quilibet eorum &c.& pro quibus omnibus, cum obligatione, & hypoteca &c. iuramento &c.& clausula quod possit extendi ad consiliũ sapientis quæ sunt in venditione, & ex clausula omni meliori modo, quæ est in mandato, & ex clausula cum promissionibus renunciationibus, & alijs solitis, & consuetis; quæ pariter sunt in eodem mandato vt bene per informantes Do-
1 minorum de Bubalis, nam licet regula sit † pro
Theophilis quod facta venditione à pluribus contrahentibus vnusquisque censeatur obligatus de euictione non insolidum, sed tantum pro rata etiam in rebus communibus venditis *Bald. in l. fin. nu. 14. C. de edict. Diu. Adr. toll. Soce. cons. 161. num. 4. Dec. cons. 287. & 289. num. 1.* cum alijs alle-
2 gatis per informantes: tamen † cum contractus
ex conuentione legem accipiant *Dec. in reg. non procedit de reg. iur.* vbi vnusquisque seu quilibet ex contrahentibus se obligauit insolidum; prout in hoc casu Domini conuenerunt quod in illo vnusquisque voluerit obligari insolidum stante
3 dicta clausula † & quilibet eorum, quod idem
importat, ac si dictum esset insolidum, & sunt sinonima ad hunc effectum *Dec. consil. 326. num. 1.*

Non obstat dum dicitur per Theophilos quod dictio, & quilibet eorum, referatur in ipso casu ad ipsos contrahentes, & non ad ipsas omnes partes præsertim cum Attilius Curator, & procurator contrahat solus nomine omnium filiorum. Quoniam hoc non placuit dominis attentis istis ver-
4 bis Instrumenti cum clausula sit † generaliter &
indistincte apposita in fine Instrumenti, & in clausula obligatoria pro quibus, &c. quod respiciat omnes contrahentes & illas de quibus supra est facta mentio in contractu, & referatur ad omnes est *tex. in l. talis scriptura de leg. 1.*

Nec potest dici quod sit apposita in parte executiua: quia est posita in parte obligatoria &
5 principali dispositione & bene † declaratur & in-
terpretatur quando non est omnino clara *Bald. in l. eam quæ. nu. 36. de fideic. Felin. in cap. cum in exercendis de offic. ordin.*

6 Non obstat quod procurator † non possit obligare contrahentes insolidũ nisi concurrente iuramẽto & renunciatione beneficij diuisionis & promissione rati in mandato procuræ. *Castr. cons. 409. lib. 1.* quia *Castr.* loquitur in procuratore constituto in commodum ipsius procuratoris, & minore, in quo interuenit decretum Iudicis, & alijs diuersis terminis, vt apparet ex eius lectura.

Nihilominus hic omnia videntur concurrere
7 nam stante clausula cum promissionibus, renun-
ciationibus, & alijs solitis, & consuetis; est data procuratori facultas iurandi, & est perinde ac si principalis iurasset vt bene per Informantes hic,
8 & stante obligatione Camerali, † in qua adest re-
9 nunciatio omni legum & Iuris auxilio † dicitur
renunciatum beneficio diuisionis *Guidopap. decis. 67. Aret. cons. 33. col. pen. Rol. a cons. 13. num. 16. lib. 1.*
10 & clausula † promissionis rati est apposita vir-
tualiter in mandato: quia adest clausula cum promissionibus &c. & sic saltem tamquam solita dicitur apposita vt apparet in formulario, *& fuit dictũ in causa Esina bonorũ coram R. P. D. Blanchetto.*

Non obstat quod dicitur de versione quia si probanda est versio ad effectum validitatis actus; Domini de mense Maij proximi præteriti iam dixerunt quod illa probatur ex decreto iudicis, & antiquitate temporis, & non reclamatione tam diuturna, & ex alijs circunstantijs.

R. P. D. LANCELLOTTO.

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Releuationis a molestijs.

Veneris 12. Ianuarij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum dicitur nulliter relaxatum non extensa obligatione Camerali.*
2 *Obligatio Cameralis extensa est reproducenda in actis Notarij actuarij.*
3 *Apocæ priuata vigore statuti Vrbis lib. 1. c. 83. habent executionem paratam.*

DECISIO XXIV.

DOmini omissa pro nunc iustitia mandati relaxati ab A. C. dixerunt non esse locum il-
1 lius executioni: quia † fuerat nulliter relaxatum
vigore apocæ non extensa obligatione Camer. itaut iudex non esset certus de sua iurisdictione *& fuit dictum in Causa Lauretana pecuniaria 5. Aprilis 1593. coram. bon. mem. Gypsio, & in causa Rom. de Pinellis 20. Februarij 1598. coram bon. mem. Orano, & alias sæpe.* *Gallesi. tit. de process. ipso num. 3. & 4.*

Non

Non obstat quod aliàs forma Cameræ fuerat
2 extēsa inter easdē partes in alio officio A.C.† quia saltem huiusmodi extensio erat reproducenda in officio Notarij causæ, nam Notarij A.C. habent acta separata, neque vnus intromittit se negocijs alterius, & ideò opus erat quod extensio produceretur in officio illius, qui erat actuarius causæ ex larè deductis in *causa Romana census 4. Decembris 1595. coram R.P.D. Pamphilio*.

3 Neque obstat quòd † vigore statuti *c. 83. lib. 1.* Apocæ priuatæ habeant executionem paratam. Nam quicquid dicendum sit, an huiusmodi statutum sit ordinatorium, vel decisorium eo non fuit vsus D. Marchio, qui non egit vigore statuti, sed vigore obligationis Cameralis.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Albanen. prætensæ donationis.

28. *Aprilis* 1572.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo impedit quamcumque obligationem, et conuentionem.*

2 *Simulatio etiam præsumptiue ex actis probata impedit executionem.*

DECISIO XXV.

QVo ad vota DD. Bindarini & Aldobrandini statuerunt Domini vt non obstan. hinc inde deductis, debeat in hac causa vterq; dare votum suum. Quo ad difficultatem propositam, non potui in aliqua illius parte aliquid firmare: nam quo ad pactum de non petendo; putabant aliqui illud non esse satis explicitè, & clarè deductum: nam aliqui articuli sunt conditionales, aliqui videntur concernere quasdam confessiones adminiculantes ipsam allegatam simulationem; aliqui vero reddebant dictum pactum satis formaliter aut virtualiter fuisse in eo articulo deductum: non de confessione, de qua in eo satis inferatur ad talem liberationem, & si aliquam difficultatem haberet; posset statim D. Christophorus super hoc alios articulos additionales dare, qui fuissent omnino admittendi, & in eo magis consultè ageret reus, si illos concernentes istud pactum non impediret, vt dicebant isti Domini: ordinauerunt tamen Domini quod si agentes pro Illustriss. D. Cardinali non acquiescerent huic opinioni, darem dubium. An satis explicitè & clare sit deductum in articulis pactum de non petendo, vt tales articuli sint admitten. Nam Domini non dubitabant quòd si tale pactum est deductum in articulis, il-
1 li sint admitten. cum † tale pactum impediat quamcunque obligationem, & conuentionem, vt hic per informantes. Quo vero ad exceptionem simulationis, & confidentiæ, credebant aliqui articulos esse admittendos, saltim cum solita clausula saluo iure impertinentium, & non admitten. nam putabant isti Domini ex lapsu decennij, possessione bonorum & consanguinitate, ac litteris Illustriss. Cardinalis præsumptiuè constare de hac prætensa confidentia seu simulatione accedentibus etiam quibusdam alijs adminiculis de quibus hic per informantes: & si saltim præsumptiuè ex actis constabat de ista simulatione, intrabant adducta pro parte Domini Christophori, quod si-
2 mulatio saltim præsumptiuè ex actis probata impediebat executionem. Aliqui vero Domini credebant esse particulariter videndum; An ex deductis constet de confidentia, vel simulatione, quoniam lapsus decennij cum illius possessione, & consanguinitatis coniunctione regulariter non sufficit ad detegendam simulationem, vt hic per informantes. Quoad literas dicebant esse animaduertendū. An Illustriss. D. Card. in illarū productione reclamauerit, vel acquieuerit ita quod sibi preiudicauerit in ista expressione, quoniā sæpè fuit protestatū, & appellatū, & repositū ita quod hoc esset videndū particulariter. Item dicebant, quod si non constabat de acceptatione vel notitia donationis in Illustriss. Cardinali, litteræ non faciebant ad causam, sed explicabant aliqui, quod ex insinuatione donationis factæ tollitur omnis difficultas de notitia, & acceptatione donationis. Quo ad statutum credebant aliqui non esse multum considerabile, quia latius patet, quàm executio cameralis: nam admittit plures exceptiones, quæ possunt explicari in articulis Domini Christophori. Quo ad alia de causa finali, & alijs placebant responsiones Illustriss. Cardinalis.

R. P. D. SERAPHINO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Tutelæ.

Lunæ 13. Februarij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio non potest impediri per exceptionem administrationis tutelæ.*

2 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur contra obligationem Cameralem.*

3 *Exceptio compensationis potest opponi contra mulierem repetentem dotem.*

4 *Compensatio non admittitur de liquido ad non liquidum.*

5 *Compensatio non admittitur de specie ad quantitatem.*

6 *Tutor præsumitur satisfactus quando constat tot pecunias ad eius manus perueniße, vt ex eis satisfieri potuerit.*

DECISIO XXVI.

FVit resolutum exceptionem administrationis tutelæ non impedire restitutionē dotis, quam
1 petit Illust. D. Victoria ex pluribus. Primo quia hæc est communis sententia DD. quos citat *Neguf. de pign. 1. memb. 5. partis principalis nu. 36. reprobato consil. Socin. 180. lib. 2. Dec. consil. 552. Viui. Decis. 317. num. 1. lib. 2.* & hanc sententiam tenuit *Rot. vt per Sarnen. decis. 64. licet in decis. Put. 146.* iste articulus non fuerit decisus, sed & hoc idem fuit à *Rota resolutum in causa Saluiani interdicti de Columna 15. Nouembris 1599. coram R.P.D. meo Lancellotto*; maximè cum concurrat
2 obligatio Cameralis ad fauo. D. Victoriæ † contra quam non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem.

3 Secundo quia, licet exceptio † conpensationis possit opponi contra mulierē repetentē dotē *l. rei in-*

iudicata §. t. ff solut. matr. tamen hoc procedit
quando opponitur compensatio liquida, cum de
4 † illiquido ad liquidum talis compensatio non ad-
mittatur: liquidatum vero non est tot bona per-
uenisse ad manus Dominæ Victoriæ, vt ex eis po-
tuerit sibi satisfacere, & rem illiquidam faciunt
contrariæ relationes in actis productæ cum etiam
petatur fieri compensatio specierum, cum quanti-
5 tate † quæ regulariter non admittitur *l. si conue-
nerit de pign. action.* & ita euitantur decisiones
in contrarium allegatæ *in causa Romana de Beni-
lacqua coram bo. me. D. Orano, & Romana Tu-
telæ coram R. P. D. meo Penia*, in illis enim con-
6 stabat † tot pecunias peruenisse ad manus admi-
nistratorum, vt ex illis præsumeretur eos sibi sa-
tisfecisse.

Non obstat quod dicitur D. Victoriam declarasse se velle retinere Castrum Hormæ, & alia bona pro satisfactione suæ dotis, quia non apparet, quod talis protestatio habuerit effectum.

Quare conclusum exceptionem propositam non obstare.

R. P. D. BLANCHETTO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Auximañ. Grani.

Lunæ 20. Aprilis 1592.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non admittit nisi exceptiones solutionis, falsitatis, & quietationis.*

2 *Nullitatis exceptio quando est talis quod nihil probandum sit, impedit executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO XXVII.

FVit resolutum motum proprium fœl. rec. Gre-
gorij XIII. & edicta de quibus in præsuppo-
sitis nō obstare Seuerinis, quo minus possint age-
re ad executionem obligationis Cameralis factæ
ad sui fauorem per D. Pompilium Rotundum.
Obligatio enim Cameralis exceptiones falsitatis
1 solutionis, & quietationis tantum admittit † *Gal-
lef. de obligat. Camer. par. 4. quest. t.* vel nullita-
tis, quæ tamen sit talis, vt nihil probandum sit,
2 vel incontinenti probari possit † *Ant. de Canar. de
execut. instrum. quæst. 13.*

R. P. D. ORANO.

Aretiñ. Commendæ.

Lunæ 1. Iunij 1587.

SVMMARIVM.

1 *Clausula sublata impedit, ne possit allegari nullitas gratiæ.*

2 *Tertius admissus ad causam pro suo interesse potest dare de nullitate sententiæ lata.*

3 *Diuisio bonorum est damnosa.*

4 *Clausula sublata potest renunciari, quando est inducta ad fauorem partis.*

5 *Obligatio Cameralis continet in se etiam iuramentum de non petendo absolutionem.*

6 *Absolutio à iuramento contento in instrumento Camerali includit etiam iuramentum de non petendo absolutionem.*

7 *Remota dispositione intelligitur etiam remotum iuramentum super illa appositum.*

8 *Prælatus potest venire contra proprium Iuramentum, quando præiudicium ecclesiæ est irreparabile.*

10 *Sententia quæ concernit fauorem plurium, licet vnus tantum instet, substinetur quo ad omnes, quando vnica est causa defensionis, et illius qui instetit principaliter interest.*

11 *Signatura Iustitiæ non potest aperire os aduersus decreta signata manu Papæ.*

DECISIO XXVIII.

DVbitatum fuit (præsuppositis nonnullis) An
clausula, sublata, suffragetur in casu, & ad ef-
fectum de quo agitur. Effectus autem quæstionis
1 est; vt videatur: † An D. Eq. Rondinello alleganti
nullitatem gratiæ, & motus proprij ad fauorem
Equitis Guccij, & R. P. D. Sangalletti facti obstet
clausula sublata. DD. concorditer affirmatiuè res-
ponderunt; Nam quantum ad Equitem Guccium,
negari non potest, quin suffragetur, cum agat
nomine Ecclesiæ ad recuperationē membri, quod
fuit à Magno Magistro Militiæ separatū; itá quod
Ecclesia sua ad commēdam, quæ olim vnita fuerat
reintegretur. Quo vero ad R.D. Sangallettū idem
dicendum est, quia dicta clausula fuit in sua gratia
reseruationis pensionis apposita; itá quod pro suo
interesse possit in causa admitti, prout ad recupe-
rationem dictæ commendę dismembratæ admissus
2 fuit, vt † possit etiam dare de nullitate sententiæ
latæ ad fauorem D. Equitis Rondinelli iuxta *decis.
Cassad 12. num. 6. super reg. Paris. cons. 11. num. 8.
cum seq. & cons. 38. num. 7. lib. 4.* Nec dicatur: nul-
lum præiudicium ex huiusmodi dismembratione
I. D. Sangalletto pensionario obuenisse, & decre-
tum ac clausulam in eius gratiam appositam tan-
tummodo hæc operari, vt in eius dispendium re-
moueatur occasio alicuius fraudolentæ resignatio-
nis. Nam præiuditium in eo clarum est; quod mi-
nus sibi expediat pensionem suam diuidi: † solet
3 enim diuisio bonorum minus esse vtilis, *vt not. in
authen. de trien. & semis. in princ. tradit Bald. in c.
cum omnes nu. 8. de const.* & in ipsius gratia adest
decretum irritans absolutum, & in simplex: cuius
etiam consensus est pro forma requisitus. Non
obstat priuilegium Religionis confirmatum per
Pium V. cum clausula sublata, quæ est posterior
gratia Sangalletti, quia licet priuilegium det facul-
tatem magno Magistro admittendi cessiones non
obstantibus quibuscunque reseruationibus; tamē
non tollit reseruationes speciales, & decreta super
illis apposita: in gratia vero D. Sangalletti adest
specialis dispositio super commenda controuersa,
vt non possit cedi, nisi de consensu eiusdem D. San-
galletti. Vltra quod fuit alias resolutum priuile-
gium non tribuere facultatem dismembrandi be-
neficia plena, sed vacantia tantum, nec repugnat
cessio Guccij iuramento vallata, per quam vide-
tur renunciasse clausulæ, sublata, † quod fieri po-
4 test, quando est inducta ad fauorem partis ex *alleg.
per Gabr. de claus. conclus. 3. n. 23.* Nam à iuramen-
to fuit impetrata absolutio ad effectum agendi;
aliud verò præstitū de non petendo absolutionem à iu-

5 à iuramento non est explicitum, † sed includitur
6 in formula obligationis Cameralis, quo † fit, vt absolutio à iuramento contento in instrumento
7 Camerali includat etiam d. iuramentum, vt in his *term. per Gemin. cons. 83. num. 10. & sequen.* Non potest verò ex cessione Equitis Guccij argui renunciatio clausulæ inductæ ad fauorem partis nisi pars expresse, & specialiter consentiat, vt per *Gomez. in cap. 1. num. 59. de rescript. in 6.* Et nihilominus venire potest nomine ecclesiæ quamuis ipse cesserit: Nam stante nullitate cessionis propter decretum irritans, potest nomine ecclesiæ recuperare commendam dismembratam *c. si quis presbyterorum vbi glos. in verbo alienata de reb. eccl. non alien. Aret. cons. 114. num. 3.* vbi
8 quod † quando præiudicium ecclesiæ est irreparabile tunc prælatus alienans, potest venire contra proprium iuramentum. Non obstant D. Sangalletto quo minus clausulæ beneficio vti possit. Primo allegatum compromissum iuratum. Secundo quod in sententia R. P. D. Seraphini non sit comprehensus. Nam primum facile tollitur, quia compromissum nihil habuit commune cum recuperatione commendæ de qua agitur, ex quo concernebat validitatem pensionis, in sententia verò R. P. D. Sangallettum comprehensum fuisse fatendum est ex quo ius implicitum cum Guccio habet. Nam cum simus in materia inseparabili, quia omnes tendunt ad recuperationem commendæ, intrat re-
9 gula, † quod gesta per vnum prosunt alteri sicut è contra *l. loci corpus §. si fundus ff. si serui vendi. l. si quis separatim in princ. & §. sequen. vers. si aduersus ff. de appell. Alex. cons. 186. in fin. lib. 2. Aym.*
10 *cons. 247. num. 37.* Præterea † quando sententia concernit fauorem plurium, licet vnus tantum insistat; tamen substinetur, quo ad omnes quando vnica tantum est causa defensionis, & illius qui insistit principaliter interest iuxta *tex. in l. posthumus §. si quis ex his vbi DD. de inoff. testam. Alex. in l. sæpe num. 31. de re iud. Felin. in c. quamuis num. 9. de re iud. Curt Iun. cons. 247. num. 16.* Et hoc tanto magis quia omnes commiserunt causam super recuperatione commendæ, & sententia lata fuit in fauorem D. Eq. Guccij nominibus de quibus in actis, & ità in fauorem D. Sangalletti, qui erat litis consors. Minus faciunt commissiones à D. Sangalletto, & Guiccio impetratæ, quia per illas non censetur renunciatum clausulæ sublatæ, quinimo tantum abest, vt potius vigore d. clausulæ impetratæ dicantur ad effectum recuperandi dismembratam commendam. Et ex his cessant decisiones in contrarium adductæ, quia procedunt eo casu, quo commissiones impetrantur super validitate, & inualiditate gratiæ. Et tollitur omnis difficultas stante quod commissiones istæ fuerint
11 expeditæ per Signaturam Iustitiæ, † quæ non potest aperire os aduersus decreta signata manu Papæ, vt fuit resolutum in vna *Mediolanen. Bonorum coram R. P. D. meo Seraphino.*



R. P. D. ORANO.

Aretin. Commodæ.

Veneris 19. Iunij 1587.

SVMMARIVM.

1 *Clausula sublata, & decretum irritans de stylo Cancellariæ non solent apponi in litteris prouisionum.*
2 *Absolutio à iuramento non sufficit quando quis iurauit non impetrare, & impetratis non vti, sed est etiam necessaria absolutio à secundo iuramento.*
3 *Obligatio Cameralis continet duplex iuramentum.*
4 *Absolutio à iuramento sufficit quando est facta relatio ad instrumentum.*
5 *Dictio prout est relatiua.*

DECISIO XXIX.

IN Causa Aretina Commendæ, propositis memorialibus loco causæ pro parte D. Eq. Rondinelli plures fuerunt excitatæ difficultates. Quarũ prima fuit super clausulis decreti irritãtis, & sublata supplicationi D. Eq. Guccij, in qua pensio R. D. Sangalletto fuit reseruata geminatæ appositis, quas prætendebat respicere tantummodo gratiam pensionarij; Atque id. o D. Equiti Guccio
1 non suffragari, tum † quia ex stylo Cancellariæ in litteris prouisionum apponi nõ solent; tum etiam quod si secus esset, cum in litteris d. Equitis non fuerint adiectæ necessarium saltem erat, aut illas corrigendas ad Parcum remittere, aut alias reiecto supplicationis tenore iuxta S. N. D. regulam, & litterarum serie iudicandum. DD. his non obstantibus tenuerunt clausulas decreti irritãtis, & sublata ad gratiam vtriusque referri, vt potè, quæ sint appositæ immediatè post vtrisque gratiæ concessionem, in qua tàm D. Eques Guccius, quam D. Sangallettus sunt oratores, & hoc tanto magis, quod decretum est, illas fuisse plus satis necessarias D. Guccio, quam pensionario: propterea quod Papa, quando de istis commendis prouidet propter ampla Religionis priuilegia per huiusmodi clausulas suis prouisionalibus prospicit, nec habita fuit ratio, qdod in litteris Guccij nõ fuerint prædictæ clausulæ extensæ, quia sufficit quod fuerint in supplicatione, & quod in eisdem appositum fuerit decretum paruum. Nãm magni cum clausula sublata appositio solet negligi propter solutionem taxæ, propterea concluditur ad illarum correctionem, aut ad iudicium ferendum iuxta earum tenorem, quia hic nulla cadit correctionis materia, cum litteræ à supplicatione in substantialibus nõ dissentiant, & satis est litteras fuisse expeditas super quibus iudicetur, vt aliàs in hac causa fuit dictũ. Altera difficultas oriebatur propter exceptionem periurij, quod D. Guccium incurrisse dicebatur ex quo iurauerat non impetrare, & impetratis nõ
2 vti. Nam † eo casu non sufficit obtinuisse absolutionem à primo iuramento, sed etiam debet obtinuisse absolutionem à secundo *Fel. in c. constitutus num. 14. de rescrip. Paris. cons. 99. nu. 18. lib. 2.* Sed etiam huic obiectioni fuit responsum, quod etiam si obligatio D. Guccij contineat duplex

iura-

3 iuramctum; illud †.tamen implicitè continetur in
4 obligatione Camerali; ideo † sufficit absolutio,facta relatione ad instrumentum iuxta *cons.Gèm.83.
*num.*11. prout expressè habetur relatio ad instrumentum in quo continetur obligatio in forma
5 Cameræ ibi, & alias prout habetur in instrumento desuper confectũ *iuxta decis.Acebill.*1. *de claus.*
nam vnum censetur in aliud trãsfusum *Caputaq. decis.*350.*lib.*1. Tertia difficultas fuit quod cũ Rota resoluerat Religionẽ non tribuere facultatem dismembrandi beneficia plena, sed tantummodo vacantia: An per illam clausulam, sublata, impediatur probatio contrarij vsus, & obseruantiæ Magni Magistri in illis dismembrationibus, super quo ordinauerunt DD. vt dubitarem.

R. P. D. SERAPHINO.

Postea S. R. Ecclesiæ Cardinali.

Auximan. bonorum.

Veneris 7. *Iunij* 1591.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio Cameralis non comprehendit nisi expressa.*
2 *Depositarius non facit fructus suos.*
3 *Obligatus restituere bona tenetur in necessariam consequentiam restituere fructus.*
4 *Liquidatio probatur etiam per coniecturas, & leuiores probationes.*
5 *Valor bonorum probatur ex redditibus, & ex valore bonorum vicinorum.*
6 *Liquidationis materia residet in arbitrio Iudicis.*

DECISIO XXX.

QVantum ad ea quæ alias fuerunt discussa DD. stant in resolutis, & tantum dixerunt esse animaduertendum circa iurisdictionem: quia commissio vltimo loco obtenta videtur tantum ratione fructuum non autem bonorum depositatorum. item contra fideiussores datos ex ordine Rotæ, & illorum hæredes, inter quos non potest numerari Angelellus. Id verò quod dicitur
1 obligationem Cameralem non capere † nisi expressa, & ideo non posse agi ad fructus animalium,
2 & aliorum bonorum non placuit DD. † quia versamur in depositario, qui non facit fructus suos,
3 & in obligatione restitutionis bonorum venit in necessariam consequentiam restitutio fructuum, quibus stantibus testes satis visi sunt probare valorem bonorum, & fructuum, quia in hac materia
4 liquidationis † sufficit leuior probatio etiam per
5 coniecturas proximas, veluti † ex redditibus, vel valore locorum vicinorum *Bald. l.*1. *nu.* 22. *C. de fruct. & lit.expen.* Corn.*cons.* 301. *in fine lib.* 2. *& quod solito vt per Aecbill. decis.*5. *de fruct.* & in
6 summa † tota hæc res remittitur Iudicis arbitrio, *vt per Natt.con.*510. *num.* 17. *lib.* 3. Ideo censuerunt Domini fieri debere liquidationem iuxta depositionem Testium adhibita aliqua moderatione.

R. P. D. PAMPHILIO.

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. Spolij.

Veneris 15. *Decembris* 1600.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex perceptione fructuum.*
2 *Precarium extenditur cum clausula constituti.*
3 *Clausula constituti transfert possessionem.*
4 *Testes dicentes se audiuisse publice aliquem possidere probant detentionem de facto.*
5 *Confessio facta in iudicio criminali non probat in ciuili etiam inter easdem partes.*
6 *Extremum secundum probatur per litis sustentationem.*
7 *Precarium dat facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.*
8 *Debitor qui ad certam diem non promisit soluere sed ad voluntatem, & beneplacitum creditoris non dicitur in mora ante interpellationem, quod etiam procedit quando locus est in electione creditoris. num 9.*
10 *Obligatio Cameralis non operatur vt creditor quantitatis possit propria auctoritate ingredi possessionem bonorum debitoris.*
11 *Cambia debent liquidari aliter quam per annotationem partitarum.*

DECISIO XXXI.

DOmini resoluerunt de vtroque extremo constare, & Azzanum esse restituendum ad possessionem prædij de fossula, in qua erat antequam Baccossius se intruderet *Abb.in c. cum ad sedem num.* 17. *de rest. spol. Alex. cons.*6, *num.* 5. *lib.* 3. *Ruin. cons.* 12. *num.* 10. *lib.* 4 *Caputaq. decis.* 69. *lib.*2.

Quantum enim ad primum extremum multa concurrunt ex quibus visum fuit illud sufficienter probari. Adest enim in primis confessio ipsius Bacchosij, qui respondendo ad positiones asserit se ante sex annos reddidisse Azzano rationem de fructibus ex dicto prædio sibi transmissis: quod concludit ipsius Azzani possessionem quæ
1 ex fructuum perceptione probatur *l. titia, & ibi Bart ff. de solut. l. litibus.* C. *de agricol. & censit. lib.*11.*Paris.cons.*107.*num.*22.*lib.*1.*Aym.cons.*107. *num* 2.

Præterea adest pactum præcarij per Azzanum fauorem Baccosij, quod † extenditur cum clausula
2 constituti, qua constitutarius tacitè fatetur constituentem antea possidere *Angel. in l. quadam mulier. sub num.*2.*vers.item attende ff.de rei vend. Brun. cons.* 169. *in fin. lib.* 1. *Tiraq. de constit. in prima limit. num.*20.

Concurrit etiam instrumentum venditionis eiusdem prætij Azzano factæ à quodam Laurentio, qui constituit se illud possidere nomine Azzani, † in quem ideo dicitur translata omnis posses-
3 sio *l. quod meo vbi Bart.ff.de acq.poss.gl.f. in d. l. quædam mulier.* Et hoc etiam ad effectũ primi extremi *Bald. in rub. C. de contrah. empt. quest.* 16. *Aym. d. cons.* 107. *n.*1. *in fine Tiraquell. de constit.in* 11.*ampliat.*

Ac-

Accedunt Testes, qui dicunt scire, quod Azzanus habebat prædium in loco fossulæ: quorum primus addit se audiuisse publicè dici illud hodie per
4 Baccosium possideri, † & sic probant saltem detentionem de facto *Bart. in l. stipulatio ista §. hac quoq; num.1. cum seq. ff. de verb. oblig. Butr. in cap. ad sedem num.29. de rest. spol. & in cap. licet causam nu.52. de probat. Abb. in c. causam sub nu.6. de testib.*

Non obstat, quod confessio Baccosij fuerit facta
5 in iudicio criminali, † & non probet in ciuili, etiā inter easdem partes: quia Azzanus non nititur sola confessione, vt supra dictum est: Vltra quod ista confessio valet, saltem in vim solemnis confessionis extraiudicialis *Aegid. decis.3.* quæ plenè probat de æquitate Canonica *Felin. in cap. si cautio nu.27. de fid. instr. Socc. iun. cons.32. nu.18. lib.2. cum alijs per Gabr. concl.1. de confess. num.46. & tenuit Rota in vna Romana Societatis prima Iunij 1591. corā D. Comitulo.*

De secundo extremo non ambigitur: probatur
6 † enim ex litis sustentatione *iuxta decis. Caputaq. 369. part.2.* cum sit adminiculata ex confessione ipsius Baccosij, qui fatetur se duobus ab hinc annis esse in possessione prædij, & illius fructus percepisse, quod etiam in posterum se facturum dicit, cum prætendat se dominum ex quo est in possessione: vltra quod adest etiam vnus testis, qui de auditu publico probat prædium Azzano fuisse oblatum à Baccosio.

Neque ab hoc spolio excusatur Baccosius ex pacto præcarij in eius fauorem posito in instrumento
7 obligationis Azzani, † cuius vigore censetur creditori data facultas capiēdi bona debitoris propria auctoritate, iuxta illius extensionem, de qua in statuto Bonon. quia vt tradit *Monter. in glos. d. stat. ad pactum præcarij in verbo solutio*, illud non operatur ante moram debitoris *Bart. in l. creditoris n.17. & ibi Salicet. numer.28. C. de pign. Ruin. cons.152. numer.4. lib.4. & cons.119. num.1. lib.5. Neguss. de pign.4. part. principali numer.15.* & cum obligatio Azzani non sit pura, nec habeat certam diem; sed sit de soluendo ad omne beneplacitum, & voluntatem Baccosij; ante interpellationem non dicitur stetisse per eum quo minus solueret *l.1. §. non exigit Prætor ff. vt in poss. legat. nomine Oldr. cons.242. sub num.4* & consequenter cessat mora, nisi ostendatur interpellatio, quæ hic non adest *l. si ex legati causa ff. de verb. oblig. l. magnam vbi not. Cod. de contrah. & committ. stipul. Bero. cons.139.*
9 *numer.39. lib.3.* & † de loco incerto posito in arbitrium, & electionem creditoris *tradit Alex. cons.48. sub numer.5. lib.5. Cagnol. in l.2. numer.119. C. de rescind. vend. Paris. cons.5. num.47. lib.4. latè Tiber. Decian. cons.11. lib.2.*

Et ita etiam cessant quæ dicuntur de obligatione
10 Cam. cuius vigore in formula, † seu extensione, quæ est in vsu non reperitur statutum, quod creditor quantitatis possit propria auctoritate ingredi possessionem bonorum debitoris: vltra quod cessat eius virtus, vbi non adest mora, *vt tradit Gall. in tit. de quast. proc. inciden. nu.1.*

Nec aliquid facit facultas ab Azzano data Baccosio ponen. & retinen. lib. 50000. super Cambijs inscio, & irrequisito Azzano qui dicta cambia in singulis nundinis soluere promisit: quia intelligitur donec fuerit satisfactus de suo credito, & sic in casum moræ respectu principalis debiti, & maximè
11 quod etiam † cambia egebant liquidatione aliter quam per annotationem partitarum, quæ dantur, cum sint incerta, ita vt modo plus, modo minus; nonnunquam nihil lucri, quandoq; etiam damnum afferat *Roman. cons.236. num. 9. & habetur in decisione Sanctiss. in casu Mediolanen. vsurarum 20. Iunij 1569. vbi num.6.* dicit, quod proban. etiam sunt requisita *Paul. de Castr. in l.3. §. penult. ff. de eo quod certo loco, quem sepissimè Rota secuta est Put. decis.232. lib.1. Mohed. decis. 2. & 3. de vsur.* cum alijs quam plurimis quæ allegari possent.

R. P. D. ORTEMBERGO

Bonon. executionis instrumenti.

Ven.27. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum an impediat executionem obligationis Camer. & nu.15.*
2 *Læsio non dicitur resultare ex consilio, nisi illud probetur dolosum & fraudolentum.*
3 *Negotiatio dicitur durare iudicio testatoris, quādo illam remisit arbitrio commissariorum.*
4 *Suspicio omnis tollitur etiam si tutor aliquid ad sui commodum faciat, quando id iudicio testatoris fit.*
5 *Restitutio in integrum non competit pupillis quando vsi sunt eodem institore, quo vtebatur pater.*
6 *Læsio vnde prouenerit est probanda.*
7 *Negociatio æqualiter se habet ad lucrum, & damnum.*
8 *Hæres, qui vult prosequi negociationem defuncti, non potest adire hæreditatem cum benef. leg. & inuentarij.*
9 *Hæreditatem non esse soluendo non probatur propter non existentiam bonorum stabilium, cum possint adesse alia bona, credita, & pecuniæ.*
10 *Læsio proueniens aliunde, quam à contractu obligationis, non prodest ad consequendam restitutionem in integrum.*
11 *Restitutio non datur pupillis super negocio cum eorum patre finito.*
12 *Mutua petitio non admittitur ad impedien. executionem.*
13 *Depositum impedit executionem obligationis Camer alis & num.14.*

DECISIO XXXII.

PROPOSITO dubio 26. Iunij 1602. An sit danda restitutio ad impediendam obligationē
1 Camer. Domini inclinarūt in partem † negatiuam, nunc iterum proposito eodem dubio, eamdem partem simpliciter firmarunt, reseruatis tamen quibusdam summis, de quibus in fine. Quod enim primo loco oppouebatur de læsione ob prosecutionem negociationis post obitum Marij, consilio Vin-
2 centij Luchini visum fuit † non sufficere, etiam si probaretur consilium, nisi ostenderetur illud fuisse

dolosum,

dolosum, & fraudulentum *c. nullus de reg. iur. in 6. l. contiliÿ ff. eod. tit.* præsertim, quia præceptum testatoris erat, vt arbitrio commissariorum continuaretur, vel finiretur negociatio, quare cum non fue-
3 rit finita † durauit iudicio testatoris *Dec. cons. 108.*
4 *num.* 5 quo præcepto † testatoris dicitur purgata omnis suspicio, quæ etiam contra tutorem argui posset, occasione auctoritatis in facto proprio interpositæ *Dec. cons. 441. num. 6. Socin. cons. 87. nu. 1. Aldobr. in §. fin. instit. de auctor. tutor. Rot. Flor. decis. 1. nu. 4.* fuerunt etiam exhibitæ literæ scriptæ 6. Aprilis 1592. à dd. Scappijs ad suos correspondentes, quibus declarabāt se velle prosequi rationem bancariam, quo tempore Vincentius Lucchinus non erat Bononiæ, sed Romæ. Immo prose-
5 quendo † negotium patris, & eodem institore vtēdo, quem pater propo͡suerat nec pupilli quidem restituūtur *l. sed & si pupillus ff. de institoria actione l. nam & seruius § si viue ff. de negot. gest. Menoc. præsumpt. 56. num. 19. lib. 3.*

Sed neque cōstat in facto conditionem Scappiorum propter negociationem fuisse deteriorata m
6 post obitum Marij, † quod omnino erat proban. *l. nam postea § si minor. de iur. iur. Bald in l penult. num. 6 ff. comm. diuidun. Alex cons 21. num 6. vol. 1.*
7 *Guido Pap. decis. 141.* neq; † ex deterioratione probaretur læsio, cum negociatio æqualiter se habeat ad lucrum, & damnum, eoq; minus videbatur attēdenda læsio ex negociatione prouenicns, cum ipsam approbauerint transigendo.

Secunda exceptio de læsione ob aditionem hæreditatis paternæ, in qua erat magnus numerus debitorum in concordia contentiorum sine beneficio legis & inuentarij pendet ex præcedenti, quia
8 † si volebant prosequi negociationem non poterāt adire hæreditatem cum benef. leg. & inuentar. vltra quod non probatur malus status hæreditatis pater-
9 næ: nam ex eo † quod bona stabilia fortasse non sufficiebant pro dissolutione æris alieni paterni, nō infertur hæreditatem non esse solnendo; poterant enim adesse alia bona, vt nomina debitorum, pecuniæ, gemmæ preciosæ, &c.

Circa læsionem ex cessione lucri negociationis per Marium, ea quidem pro sui magnitudine visa
10 est grauis, sed non huius temporis, † eo quod nihil habet commune cum obligatione, de qua agitur,
11 nec competere † restitutionem super negocio cū eorum patre finito *l. Emilius in fin. de minor. Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 2. num. 8.* & quod illa quantitas est illiquida, nec constat An cessio sit
12 nulla, vel annullanda, quo casu † non admittitur mutua petitio ad impedien. exequur. *Cassad. dec. 1. de mut. pet. Gall. ad form. oblig. Cam. q. 2. numer. 10. & 11. ad 4 partem.*

Et non est nuda cessio lucri, sed cessio cōmodorum, & incō modorum; quæ quantum importet, nō est clarum, sed poterunt cum videbitur DD. scappij sua iura deducere.

Postremò opponebatur Lucchinos habuisse, ac etiam nunc habere in manibus bona stabilia valoris scur. 25000. cum fructibus decursis per spatium sex
13 annorum. Vnde † impedire debet executionem obligationis Cameralis propter depositum iuxta decisionem Ptolomei 821. *part. 3. diuers.* verum
14 † in præfata decisione præter qualitates personarū, & absolutionem à iuramento, & alias circumstantias, duo concurrunt videlicet actualc depositum, & probatio exceptionis incontinenti, in præsenti autem casu bona stabilia fuerunt deducta ex tota massa bonorum per Scappios consignatorum, & Vicelegatus Bononiæ de consensu partium illorum possessionem ad se auocauit, dum cognoscentur; an Vniuersitati Creditorum, qui acceptauerant obligationem per Scappios factam, vel an certis quibusdam Creditoribus quorum nomina prætendebantur non esse legitima, vel an pro eis DD. de Scappijs in totum, vel pro aliqua parte relaxari, & restitui debeant, de quo hucusq; nihil fuit declaratum, interea verò non obstante ista auocatione DD. de Scappijs promiserunt soluere reliquam quartam partem debitorum.

Exceptiones circa prouisiones Cambiorum, & circa summam quinque millium ratione lucri dam͡ni computi ad partem; & aliam summam duorum millium LD. in aliud tempus cōmodius reserua-
15 runt, concludendo non esse † locum restitutioni ad effectum impediendi exequutionem: esse tamen supersedendum, quoad summam septemdecim millium, donec de prouisionibus, & summis proximè dictis aliquid certi constituatur.

R. P. D. PAMPHILIO,

Postea S. R. E. Cardinal.

Cæsaraugustana pecuniaris de Maella.

Ven. 16. Iunÿ 1601.

SVMMARIVM.

1 *Executio dicitur attentata, quando causa nullitatis est commissa in Rota, & inhibitum.*
2 *Causa, quæ trahit originem ab eodem instrumento, non dicitur diuersa.*
3 *Attentatum dicitur mandatum relaxatum pro secundo termino quando fuit commissa causa renisionis mandati relaxati pro primo termino, & inhibitum.*
4 *Executio obligationis non debet fieri quando aliquid est verificandum.*
5 *A. C. potest procedere ad executionem obligationis Cameralis quando illa est clara, & liquida, secus quando adest probabilis dubitatio.*
6 *Executiuè procedi non potest nisi adsit obligatio Cameralis, vel alia via executiua.*

DECISIO XXXIII.

1 FVIT resolutum adesse attentata: † non enim licuit Ludouico pro solutione secundi termini adire A.C. postquam causa super nullitate executionis laudi fuerat comissa in Rota, quæ inhibuerat *cap. Romana & cap. non solum in fin. de appell. in 6. Rota decis. 20. & 31. de appell. in nou. Put. dec. 395. lib. 1.*

Nec placuit, quod dicebatur hanc causam vltimi mandati pro scur. 600. esse diuersam ab illa pro solutione primi termini super qua fuerat interposita appellatio: quia ex lectura commissionis apparet, quod causa fuerat commissa, etiam super indebita
2 exequutione laudi, † à qua originem trahit execu-

tio secundi mandati maxime stante clausula Vna cum toto negocio principali. *Franc. in cap. vt debitus numer. 45. de appellat. Aeg. decis. 619. Cassad. decis. 9. num. 23. de caus. poss. & prop. Sarnen. in reg. de infirm. quaest. 34. nu. 4.*

Et licet terminus soluendi secundo loco, sit diuersus à primo termino, & pro eò requiratur nouū
3 mandatum; tamen † ad effectum attentatorum satis est, quod comprehendatur sub commissione negocij principalis, quod in ea per modum causae fuerat explicatum super obseruantia laudi, quod si vna cum obligatione eius vigore cōtracta non erat exequenda, nec etiam poterat deueniri ad relaxationem mandati pro secundo termino cum super hoc iure esset iam lis introducta in Rota, & A. C. inhibitus.

Praesertim quod DD. visum fuit in hoc casu, posse satis probabiliter dubitari, an obligatio Ioannis mereretur exequutionem ex quo fuit facta sub reseruatione beneplaciti Apostolici quod erat necessariū, & cum haberet conditionem extrinsecus verificādam, quod expensae factae per Ludouicum, & fructus decursi verè ascenderet ad summā scut. 1200.
4 de ea saltem summariè † erat cognoscendum antequam ad obligationis executionem procederetur *iuxta l. cedere diem ff. de verb. sign.* quod factum nō fuit, & vbi non est expeditum: An obligatio liget, nec ne, attenditur illa regula, quod inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta est timenda, de qua per *Accbill. decis. 7. de attent.* & maximè vbi, facilis est aditus ad Principem, *vt fuit consideratum in causa Hispalen. pensionis, seu attētatorum die 24. Maij 1565. coram R. P. D. Seraphino.*

5 Ex qua decisione tollitur, † quod dicebatur in commissione non fuisse factam mentionem obligationis Cameralis, & potuisse A. C. in vim facultatum procedere ad illius executionem nō obstante quauis commissione: quia facultates procedunt, quādo obligatio Cameralis est clara, & liquida, secus verò, quando (prout hic) adest probabilis dubitatio, an ei locus sit, quia hoc casu non intrant facultates A. C. *vt dicitur in d. decisione Hispalen. & trad. Lancell. de attent. post inhib. limit. 26. num. 7. & seq.* vbi dicit hoc maximè procedere, quando obligatio Cameralis est adiecta compromisso pro exequutione laudi ferendi, vt est in casu proposito.

Et cessat difficultas quia in commissione dicitur quod fuerat processum ad exequutionē obligationis Cameralis factae pro obseruantia laudi, & relaxatum mandatum executiuum quod necessariò includit obligationē fuisse Cameralem, vel alias exe-
6 exequutiuam, cum aliter † executiue per viam relaxationis mandati procedi non potuisset, maximè quod in commissione datur particularis facultas inhibendi A C. & adsunt aliae clausulae amplissimae, quae saltem virtualiter hanc expressionem important.

Et ex his Domini, dixerunt gesta coram A. C. pro secundo mandato fuisse attentata, omissis pro nunc, quae dicuntur quoad nullitatem tam primi, quam secundi mandati, quae non pertinent ad negocium attentatorum.

R. P. D. PENIA.

Romana assictuum.

Veneris 16. Maij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata si sit recognita probat contra scribentem.*

2 *Obliuio non praesumitur de facto notabili, & de recenti.*

DECISIO XXXIV.

PROPOSVI dubium in Rota: An mandatum executiuum pro termino solutionis mensis Augusti relaxatum contra Tancredum Petruccium esset exequen. & Rota Dominis de Biscia solum informantibus exequēdum censuit, vigore locationis obligatione Camer. munitae, & maxime cum terminus ad soluendum, esset transactus, & quantitas esset liquida, & certa, nec eius executio videretur impedienda vel retardanda ex praetensione Tancredi, quod de anno 1607. soluetur partitam scut. 1800. vltra debitum; tum quia Tancredus postea plures terminos decursos soluit sine ista oppositione; licet semper coactè, & de mandato Iudicis, quin & assumpto termino ad soluendum, & sic fatendo debitum. Tum quia ista partita scu. 1800. & alia mutui scutorum 515. etant eiusdem quantitatis cum illa scu. 2315. quae propterea videbatur ex praedictis duabus partitis conflata.

Et hinc cessabat potissima praetensio Tancredi in eo consistens, quod duae quietantiae particulares scut. 1800. & scut. 515. non comprehenderēt octo partitas diuersarum solutionum. quae dabantur in Summario Dominorum de Biscia num. 1. sed essent omnino diuersae, haec enim praetensio excludi videbatur ex multis.

Primo, quia ex folio confecto manu Tancredi, in quo fiebat solidatio compurorum cum DD. de Biscia apparebat ipsum remanere debitorem in
1 scut. 295. quod † cum foret recognitum probat cōtra scribentem *l. Publia. §. fin. ff. depositi Rota Genuensis decis. 77. nu. 13. & 16.*

Secundo, quia vtraque quietantia est de recepto, & ideo facilius praesumi debet comprahensas partitas supradictas, quarum, vel saltem maioris partis Tancredus non habebat aliquam quietantiam.

Tertio, quia d. partita scu 1800. non erat scripta in libro Tancredi, in quo tamen reperiebantur descriptae caeterae omnes partitae. Hinc enim otiebatur signum, quod talis summa non fuerat vere soluta: sed quod illa (detractis praedictis scut. 515.) fuerat creata ex praedictis partitis, quia cum esset summa notabilis, non omisisset Tancredus illam
2 in suo libro notare, praesertim † cum de factō notabili, & recenti non praesumatur obliuio *Glos. in l. furtum §. fin. ff. de vsucapion. Crauet. cons. 134. numer. 31.*

Denique quia, si duplicarentur summae praedictae Tancredus anticipate soluisset scu. 2652. vt deducebatur in informatione facti, quod non erat verisimile; cum Tancredus potius egeret pecunijs. & difficulter solueret, vt ostendebat terminus ad soluendum; quem frequenter suscipiebat.

Et ex his vna tantum parte informante fuit cōclusum mādatū relaxatū executioni demādandum.

c 2 R. P. D.

R. P. D. CAVALERRIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria.

Veneris 16. Ianuarij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Obligatione Camerali non extēsa ad executionem deueniri non potest.*

2 *Extensio Camer. obligationis non est necessaria quando fuit consensum in relaxationē mandati executiui.*

3 *Compensatio non potest fieri de debito particulari ad debitum sociale.*

4 *Gestum nomine proprio non debet referri ad societatem.*

5 *Delegans ad hoc vt per delegationem liberetur, quæ requirantur.*

DECISIO XXXV.

DOMINI Io. Baptista Sacchettus, Aloysius Altouitus, & socij nomine rationis banchariæ ipsorum nomine cantantis in Vrbe creditores D. Philippi Guicciardini in summa scut. 9000 & vltra egerunt pro eorum restitutione coram A. C. & obtinuerunt mandatum executiuum relaxari contra D. Guicciardinum; causa mihi commissa in Rota cum clausula si quid exequen. Dubitatur an mandatum relaxatum per D.A.C. esset exequendum in casu, & ad effectum de quo agitur.

Et DD. dixerunt esse exequendum stante obligatione Camerali, *Gallesi. ad form. Cam. obligat. tit. de quæstione post processum num. 7. & ad quartam par q. 1. Cassad. decis. vnic. nu. 2. de mutuis petition.* non. obstan. exceptionibus D. Guicciardini, quæ non visæ fuerunt releuantes, tam quoad nullitatem, quam quoad iniustitiam.

Et singulis respondendo excipiebat D. Guicciar-
1 dinus de nullitate ob non † extensam obligationē
Camer. contentam in apocis, quarum vigore acta fuit *Gallesi. ad d. formam Camer. tit. de process. ipso num. 4. & tenuit Rota, in vna Romana de Finetiis 20. Februarij 1598 coram Orano.*

Verum hæc exceptio non visa fuit releuans quia
2 † cum in apocis fuisset consensum relaxationi mandati executiui. vnica tantum citatione præcedente, non erat necessaria aliqua extensio; *et Rota resoluit in vna Veneta donationis 9. Decembr. 1608. coram D. Decano.* Excipiebatur etiam pro parte D. Guicciardini de iniustitia, & primo, quia A.C. noluerat excomputare societatem officij scut. 1500 initam cum quodam Ludouico Bonello ad eius fauorem sub periculo tamen vitæ D. Sacchetti, quā ipse Guicciardinus postea declarauit spectare ad D. Aloysium Altouitum.

Neque hæc exceptio visa fuit obstare, quia illa declaratio quod societas spectabat ad Altouitum, censetur facta in fauorem Altouiti nomine proprio, & sic nihil commune habet cum ratione bancaria, quæ est quid diuersum à socijs consideratis tanquā particularibus personis; & de debito † particulari
3 non fit compensatio ad debitum sociale, *Rota Iauuen. decis. 26. nu. 3. Salic. in l. eius nu. 3. C. de compensat. Soc. Sen. cons. 65 in fin. vers. postremò lib. 4. & cons. 73. nu. 9. in fin. & num. 10. lib. 1.* Altouitus enim duplicem personam repræsentat diuersis re-
4 spectibus, nempe propriam, & socij, & sic † quod nomine proprio gessit, non debet ad societatem referri. *Soc. in l. cum filio nu 28. post med. vers. secūda ratio ff de leg. 1. Surd. cons. 183. num. 42. & decis. 153. num. 16.*

Tandem excipiebat D. Guicciardinus non fuisse compensatam apocam scut. 2000 quam fecerat Baccius Angelicus Minister Abundantiæ pro precio frumenti, ex cuius apocæ consignatione prætēdebatur facta delegatio.

Sed hæc exceptio neque visa fuit bona, quia ad
5 hoc, vt per delegationem † liberetur delegans, duo requiruntur. Primo, quod ille, cui mandatur, vt soluat, sit verus debitor, *ex cumul. per Gabr. de nouat. concl. 1. nu. 2.* vbi de communi, Secundo requiritur quod debitor delegatus promittat soluere ei, cui fit delegatio *l. 1. C. de nouat. Gab. d. concl. 1. n. 8. & 22. & fuit dictum in vna Veneta litterarū 23. Maij 1583. coram Gypsio.*

Hic autem non constabat, neque quod abundātia esset debitrix D. Guicciardini, & quatenus fuisset debitrix, vt prætenditur fuisse probatum ex dicta Apoca Ministri Abundantiæ non constat d. Ministrum, aut alium pro abundantia promisisse soluere DD. de Sacchetris, Altouitis, aut alijs socijs.

Et ex his fuit conclusum mandatum A. C. esse exequendum.

R. P. D. COTTA.

Neapolitana Nullitatis instrumenti.

4. Iulij 1579.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Camer. non admittit nisi exceptiones solutionis, falsitatis, & pacti de non petendo.*

2 *Exceptio quæ oritur ex ventre instrumenti impedit executionem obligationis Cameralis.*

3 *Nullitas instrumenti reddit probationem nullam, & probatione sublata non constat de obligatione.*

4 *Locus celebrati instrumenti si deficit, instrumētum dicitur nullum.*

5 *Instrumenta de Consuetudine Neapolitana subscribuntur à Iudice & testibus.*

6 *Vulnerato instrumento per sententiam, nō potest exequi obligatio Cameralis.*

DECISIO XXXVI.

OBLIGATIO in forma Cameræ, licet non admittat nisi exceptionem falsitatis, † solutionis, & pacti de non petendo *vt not. Cassad. decis. vnic. de mut. petit.* tamen fallit etiam quando † ex
2 ventre instrumenti oritur defensio, & exceptio nullitatis, quia tunc impeditur executio *Bart. in l. 1. §. & paues nu. 3. ff. quod vi aut clam. Alex. cons. 20. nu. 2. & 3. vol. 6. Sarnen. in compend. nu. 84. Achil. decis. 3. Felin. in rubr. de excep. nu. 2. Socin. cons. 27. num. 3. vers. 2. compulsus lib. 4. Ias. cons. 170. vers. & si diceretur lib. 2. Cassad. decis. 10. de rescrip.*
3 quia † nullitas instrumenti reddit probationem nullam, qua sublata non potest dici constare de obligat. *Afflict. decis. 285. numer. 1. Rom. cons. 42. & ita tentum fuit in vna Romana Domus, & nullitatis coram Paleotto del 61.* quia in instrumento, cuius executio petebatur apparebat, de nullitate,

4 te, quia nô aderat locus † ad *Rotam decis. 5. & 6. de*
5 *fid. instrum. in antiq.* & † instrumentum secundum consuetudinem Neapolitanam non erat subscriptum à Iudice & testibus *Affl. decis.* 160. *Capic. decis. 29. num. 2.* & sic tentum, quod obligatio in forma Cameræ impediebatur.

Secundum fallit, quando d. Instrumentum obli-
6 gationis in forma Cameræ iam fuisset † vulneratũ per sententiam, etiam quod aliter nullitas opponi non potuisse *Felin. in cap. inter Monasterium. limit. 8. de re iud. Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 72. de acquiren. possess. Ruin. consil. 384. versic. quo ad tertium.*

R. P. D. ORTEMBERGO.

Roman. Societatis officij.

12. Februarij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum executiuum non potest relaxari, nisi debitori sit notificata obligatio facta per suum procuratorem.*

2 *Citatio personalis requiritur ad effectum censurarum.*

3 *Procurator constitutus ad contrahendas societates officij super aliquo officio pro quacunque summa, non potest excedere valorem officij, & num. 6.*

4 *Verba vniuersalia, & prægnantia restringuntur ad id quod verius est, & probabile.*

5 *Societas non potest contrahi vltra valorem officij.*

7 *Contrahens cum alio, tenetur inquirere conditiones, & qualitates eius cum quo contrahit.*

8 *Societas contracta vltra valorem officij substinetur pro ea summa, in qua officium est capax.*

DECISIO XXXVII.

FVit resolutum mandatum A. C. esse reuocandum: idquè ex duplici capite nullitatis
1 videlicet, & iniustitiæ. Nullitas ex † eo deducitur quod Comiti non fuit notificata obligatio
2 procuratoris, neque † facta personalis citatio ad effectum censurarum *Cassad. decis. 12. num. 2. de rescript. & decis. 2. de pension. num. 4.*

Attestatur quidem *Gallesf. tit. reliqua de prof. num. 5.* quod stylus sit in contrarium: verum debebat saltem intimari, & notificari cessio. *Bald. in l. per diuersas quæst. 10. C. mand. Boer. decis. 10. Hyppol. de Marsil. singul. 26.* & hoc capite cessat fundamentum Gallesf. quod Dominus præsumitur certioratus, quia cessio nô facta per procuratorem: neque poterat dominus ab eo certiorari, cum esset mortuus.

Iniustitia ex eo resultat: quia licet in mandato data sit facultas accipiendi quascunque quantita-
3 tes, † tamen illud est restringendum ad valorem officij, cum super illo tañtum societates erãt contrahendæ; ita vt procurator suum principalem in plus obligare non posset. *l. quidam testator. ff. de legat. 2. l. cum si §. modus ff. de transact. Paris.*
4 *cons. 93. num. 31. lib. 1.* verba † enim vniuersalia, & prægnantia restringuntur ad id quod verius est, & probabile. *Gabr. de reg. iur. concl. 12. Crauett. cons. 3. num. 12. & 23.* de iure autem communi ex
5 Bulla Pij IV. societates vltra † valorem officij cõtrahi non possunt, & in præsenti mandato verba expressa referuntur ad officium, cum dicitur super eius officio.

Non obstat quod secundum stylum Romanæ Curiæ officia longe vltra valorem ipsorum grauari soleant, & quod constituens mandatum dederit ad capiendum omnem pecuniarum quantitatem iuxtà stylum Rom. Curiæ. Quia talis stylus solum tolleratur contrahentibus ipsis officialibus propter ignorantiam contrahentium, ideo huic casui applicari non potest, in quo non ipse officialis, sed procurator contrahit.

Deinde relatio ad stylum Rom. Curiæ potest intelligi de modo contrahendi societates, & non facultate accipiendi quantitatem vltra valorem, eademque ratione non intrare dicitur distinctio an cum vno vel pluribus societates sint contractæ.

Non obstat ignorantia D. Flaminiæ quod aliæ societates fuissent contractæ, quia hoc non potest
6 obijci Comiti, qui † non censetur dedisse mandatum contrahendi vltra valorem officij, & sic vlterius non tenetur *l. diligenter. ff. mandati,* & qui
7 † cum alio contrahit, tenetur inquirere conditiones, & qualitates eius, cum quo contrahit *l. qui cum alio ff. de reg. iur. vbi Dec. & alij Alex. in l. si procurator num. 4 & 5. de condit. indebit.*

Denique non obstat quod societas contracta cum Flaminia non excedit valorem officij, quia sufficit, quod in 300. scutis pro quibus antea con-
8 tracta fuerat alia societas † mandatum procuratoris erat consumptum, vnde societas Flaminiæ subsistit tantum à 300 scutis vsque ad concurrentem quantitatem valores officij.

R. P. D. BVRATTO.

Anconitana pecuniaria.

Veneris 27. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facti alieni resoluitur in promissionem facti proprij scilicet adhibire diligentiam, & curam, vt promissa sequantur.*

2 *Promittens factum alienum liberatur si adhibuit omnem diligentiam, & non tenetur, nec ad pœnam, nec ad interesse etiam quod promissioni accesserit iuramentum. ampliatur num. 3.*

4 *Obligatio Cameralis non continet clausulam quod faciendo possibilia non excusetur nec clausulam eum effectu &c.*

5 *Obligationis Cameralis natura est confirmare actum, non augere.*

6 *Pœnæ promissio intelligitur conditionalis si fuerit in mora.*

7 *Difficultas excusat à mora, & pœna etiam ex facto iurato.*

8 *Diligentia de faciendo ratificare quomodo probetur.*

9 *Bona fides præsumitur potius quam collusio.*

10 *Mandatum potest reuocari non obstante iuramento.*

11 *Promittens factum alienum excusatur ab interesse, si ille qui ratificare debet renuit consentire*

ex capite enormissima lesionis; cum iusta causa in hoc sufficiat, num.12.
13 *Interesse debet probari ab actore.*

DECISIO XXXVIII.

Mandatum A.C. ad fauorem Mineruæ, & litis consortum contra Equitem Scalamontem exequendum non esse DD. dixerunt; Illius enim promissio in apoca concordiæ initæ cum Eq. Racano, quod Nepotes illam confirmabunt, & per instrumentum obseruantiam capitulorum pro-
1 mittent † resoluitur in promissionem facti proprij adhibendi scilicet diligentiam, & curam pro confirmatione, & promissione obtinenda *iux. glos. communiter receptam in cap. ex literis il secondo in vers. tam patres vbi Abb. num.1. & 6. Alex. de Neu. num.12. & 13. & in c. sicut in vers. iurantis vbi Butr. num.9. vers. vnde dicit glos. de sponsal. cum alijs Couar. qui de communi in rel. cap. quamuis de pact. par.2. §.5. num.1. & dixit Rota in Perusina dotis, 5. Decembris, 1607. coram Reuer. Attrebaten.*
2 & ideo omnem † adhibendo diligentiam satisfecit suæ obligationi, nec tenetur ad pœnam vel interesse si factum alterius non sequatur, quamuis iuramentum promissioni accesserit *Butr. in d. cap. ex litteris nu.9. vers. & ideo dicunt ibique Anchar. num.4. idem Butr. in cap. gemma nu.8. ad fin. vers. sed est dubium vbi Abb. num.9. vers. ad vnum, & vers. & nota hoc, de sponsal. Felin. in c. ex rescripto num.18. vers. & nota quod promittens de iureiur. Bart. cons.236.* in quo casu alij antiqui consuluerunt inter *consil. Feder. de Sen. cons.122. Crot. in l. 4.§. cato in lect. num. 97. ff. de verb. oblig.* & ibi de communi testantur idem *Crot. in 2. lect. num 50. Alciat. num 151. & 152. Galiaul num.76. Hormanocl. num.375. Bologn. num. 343.* dicens iuxta hanc sententiam in Neapolit. Conc. determinari vidisse *Dec. cons.313. per tot. de communi*, & sequenda in practica *Paris. cons. 110 num. 25. & 26. in princ. Decian resp.59. num.2.3 4. & 5. vol.4 fuse Couar. vbi supra n.4. vers.2.3.4. & 5. de cōmuni Card. Mātic. de tacit. lib.14. tit. 34. num.11.* quæ oppositio
3 procedit etiam vbi directè factum alienum promittitur illa eadem ratione quod promissio resoluitur in promissionem facti proprij, & in his terminis loquuntur Canonistæ præsertim *Abb. cap. gemma, & Feld. dicto cap. ex rescripto Galiaul. in d. §. cato nu. 76. Couar. pr. nimè relatus vers. 3. & vers.4. vbi de communi Gabr. cons. 131. num.5. in 2.* vbi quod est seruanda in terris Ecclesiæ *Card. Mant. vbi supra in fin.* Et in proposito facilius est recipienda, cum versemur in simplici promissione absque clausula aliqua ostendente mente se obligandi vbi factum non sequeretur, non obstante difficultate, & diligentia adhibita. *Dec. Parisi. & Gab. in consilijs proxime citatis Gomes. in §. in personam num. 17. vers. non obstat insti. de act. Card. Mant. d. lib.14. tit.35. num.1. & 29. & probauit Rota si bene consideretur in d. Perusina dotis coram Reuerendiss. Attrebaten.* † neque enim legitur
4 clausula ita quod faciendo possibilia non excusetur, vel æquipollens, minusque clausula cum effectu; in qua tamen magna est controuersia, an sola
5 sufficiat † quæ in obligatione camerali, cuius natura est confirmare non augere, non continentur, sed à promittentium voluntate dependent. Et
6 vbi de mente repugnante non constat promissio pœna vel interesse intelligitur conditionalis si fuerit in mora *Bart. in l. si duo §. hac autem verba ff. de const. pec. Paris. d. cons.110. nu.25. Gabr. d. cons.*
7 *131. num.5.* à qua † mora, & consequenter pœna vel interesse in promissionibus facti etiam iuratis difficultas excusat *Bart. in l. continuus §. illud num.6. & 7. de verb. oblig. & in l. quod te nu. 14. si cert. pet.* vbi præ cæteris *Alex. num.9. Socc. n.30. Buttigell. num.54. & 55. Dec. num.51. & 52. Sadolet. num. 100. de communi Cur. Iun. num.35. Rip. num.39. & 40. Couar. vbi sup. num.4. ver. deinde.*
8 De † diligentijs autem per D. Equ. Scalamontem adhibitis visum fuit DD. sufficienter constare ex epistolis responsiuis eidem directis Nepotum, quos ad ratificandam concordiam diuersimodè rogauerat, & suaserat, & amicorum quorum opera adhoc vsus fuerat, & ex interpellatione iudiciali Anconæ eisdem Nepotibus facta, & eorumdem responsionibus; De quorum etiam enixa voluntate non acceptandæ concordiæ constare videtur ex reuocatione mandati procuræ in Equité Scalamontem antea facti ad transigendum, & ex iudicio per eos prosecuto coram Congregatione super bono regimine, à qua obtinuerunt eligi peritos super computis inter partes faciendis, & deinde electum pro ipsorum parte referre in contumaciam aduersariorum non curantium referri à suo, qui retulit ipsos de Calamontibus esse creditores, non debitores, ex quibus infertur diligétias non fuisse collusiuas, sed bona fide factas
9 † quod etiam præsumitur *Dec. d. cons.313. num.5. Paris. d. cons.110. num.3. Mantic. d. tit.35. num.25.*
Non obstat quod Eques haberet à nepotibus mandatum irreuocabile & iuratum ad transigendum, idcoque potuisset illos cogere ad acceptationem concordiæ actione mandati. Nam vltra quod non constat illum acceptasse mandatum neque habuisse de eo notitiam fuit reuocatum vt dictum
10 est, † & reuocari potuit non obstante iuramento *glos. in cap. fin. de procur. in 6. Ang. in l. & in perpetuum ff. de procur. Imol. in c. cum contingat n.35. vers facit quod not. de iureiur. Alex. cons.29. nu.18. lib.5. Socin. cons.58. nu.6. lib.3. Cur. Iun. in auth. sacramenta puberum nu.181. C. si adu. vend. Felin. in cap. si diligenti num.32. ad fin. vers. amplia etiā. de foro compet. Couar. in Epit. ad 4. lib. Decret. par.2 cap.4. n.10. vers. procedit vero & in d. cap. quamuis par.2. §.2. num.3.*
11 Præterea † excusandus erat Eques à promissione & præstatione interesse, ex quo nepotes ex capite enormissimæ lesionis renuerunt consentire *Gram. dec. if. 102. num. 105. & 106. Ceph. cons 115. num 3. & 4 in 1. Gabr. qui de communi conel. 2. de pact. in princ. & in fin.* & sicuti illi non tenebantur acceptare concordiam, nec illi stare, ita nec ipse ex promissione sua sed eisdem exceptionibus vti poterat iuxta *Anchar. cons.330. num.11. vers. ex quibus Socin. cons.215. num.7. in 2. Ias. in l. si pacto quo pœnam in fin. C. de pact. & cons.133. num.17. vers. postremò cum seq. lib.4. & bene Vrsill. ad Affl. decis. 295 num.3. Gabr. cons.131. num.9. & 15. in 2. Ensen. cons. 12. n. 104.* & sufficere iustam causam
12 † contrauenienda à nepotibus allegatam fuisse, ad effectum ne Eques teneatur *Chass. in consuet. Bur-*

Burgun.rubr.4.§.5.num.51.versic.d quaero.fol.mihi 666.Vrsil.ubi supra vers idem etiam. Immo d. promissio subsistente prædicta lesione esset fundata in erronea causa, vel reduceretur ad non causam, nec esset obligatoria, vt per Anchar.ubi sup.et alios eum sequentes; Et etiam cessaret creditum Mineruæ, & litis consortum de quo non docetur aliunde,quam ex apoca, de qua agitur, & consequenter prætensum interesse ob non ratificationē
13 quod † tamen,cum non sit apposita certa pœna probari debet ab Actore §.non solum,vbi Aret. in princ.instit.de verb.oblig. l.fin.ff.de prat.stipul. & de quo clarè constabat in allegat. Perusins dotis coram Reuerendiss. Attrebaten. immò constaret de contrario ex d. relatione,contra quam nihil releuans deducebatur,& consequenter absque liquidatione crediti, & interesse non potuit relaxari mandatum.

Et ex his præcipuè resolutum fuit mandatum non esse exequen.

R. P. D. GYPTIO.

Lauretan. prædij, seu pecuniaria.

Luna 5. Aprilis 1593.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè procedi nonpotest non extensa obligatione Camer.*
2 *Obligatione Camerali non extensa Iudex non est certus de sua iurisdictione.*
3 *Emptor non potest conueniri à venditore, nisi prius docto de adimplemento pro eius parte.*
4 *Exceptio quæ oritur ex natura actus admittitur in omni iudicio.*
5 *Inuestimentum non est adeo vtile,sicut fideiussores.*
6 *Fideiussores dare obligatus,liberatur dando pignora. Limitatur num 7.*
8 *Emptor potest de iure communi retinere precium quando imminet euictio.*

DECISIO XXXIX.

IN emptione predij de quo agitur inter cætera contentum fuerat,quod venditor teneretur dare defensores idoneos, & facultosos, vt verbis contrahentium vtar, nec non prædium liberare ab omni censu,& onere,quæ sper eo extarent, & donec defensores dati non fuissent emptor cogi non posset ad aliquam precij solutionem: adueniente postea termino tertiæ paghæ, emptor facto deposito interpellauit venditorem ad recipiendum depositum, & implen. respectiuè pro eius parte in contractu d.venditionis promissa, sed ipse exequtine proceden. vigore obligationis Camer. obtinuit per decretum A. C. pecunias depositatas inuestiri in tot censibus, qui starent loco euictionis possessionis venditæ, qua propter causa mihi per appellationē commissa, dubitatum an decretum A.C. esset confirman. vel reuocan. & conclusum fuit ex duabus rationibus reuocandum esse: qua-
1 rū in;eo residet quòd prima executiuè procedi nō poterat, nō extensa prius obligatione Cam. cum
2 antea † Iudex de sua iurisdictione certus non sit Rom.cons.133.num.6.vers.quo ad tertium 1.ol.decis.6. de offic. deleg. in nou. Crescen. decis. 197. alias 13.de concess.praben. Moder.ad formam obligationis Camer. de processu ipso num.4. Io. Paul. decis.8. & dictum fuit coram Reuerendiss.Oriolen. in vna Aquilana releuationis indemnitatis 7. Nouembris 1576.& alia Rom.Palatij Campiflora 16. Decembris 1588.coram R.P.D.Penia.

Altera respicit iniustitiam decreti, quoniam
3 non poterat † emptor à venditore conueniri, nisi prius docto de adimplemento pro eius parte iux. terminos l.Iulianus §. offerri de act. empt. l.cum
4 proponas, la secon da C. de transact. si quidem † in omni iudicio semper admittitur illa exceptio,quæ venit ex natura actus, & vbi petitio, & exceptio oriuntur ex eodem contractu Bald. in auth. præsenti C.de fideiuss.Felin.in c.ex parte il secondo.in 10. limit.& ibi Dec.num.57.de off.Iud. deleg. Nec releuat quod pecuniæ depositatæ inuestiri debe-
5 rent modo & forma vt supra dictum fuit, † quia per huiusmodi inuestimentum non ita redderetur certus, & securus emptor sicut per dationem fideiussorum, & defensorum,qui nedum pro sorte principali,sed etiam pro damnis, & interesse promittere deberent, & in euentum molestiarum eundem venditorem liberare tenerentur. propterea non applicatur quod dicit Bar post glos. in l.1.in verb.dotis.ff.qui satisdar. cog. num.2. videli-
6 cet † quod obligatus dare fideiussores liberatur dando pignora ad l.plus cautionis vbi scribentes de
7 reg.iur quia id procedit, quando, melius & pinguius succurritur creditori per pignora, quam per fideiussores, vt declarat Iason d. l. 1. num. 12.

Non obstat quod fuerunt dati fideiussores, & illorum approbatores,quia approbatio non est nisi quatenus fideiussores idonei non essent, ideircò hoc casu esset necessaria discussio ad quam emptor non tenetur.

His accedit quod emptor molestatur ab aliquibus creditoribus hypothecarijs d. venditoris,
8 † ideò cum de præsenti immineret euictio potest ipse tum de iure communi retinere precium l.si post perfectam de euict. tum etiam vigore pacti ad l.iuris gentium §.prætor ait de pactis eum concordan.

R. P. D. CORDVBA.

Salamantina Censurarum.

Veneris 14. Ianuarii 1594.

SVMMARIVM.

1 *Debitum quoties est contractum per procuratorem debet intimari,antequam ad censuras deueniatur.*
2 *Debitor cessus conueniri nonpotest, non intimata cessione.*
3 *Mandatum non probatur per assertionem Notarij,nisi exhibeatur.*
4 *Cessionarius non potest vti actione sibi cessa,quando est inutilis.*
5 *Mandatum executiuum relaxatum pro maiori summa debita, non substinetur etiam pro minori.*
6 Excommunicari non potest ille, qui est admissus ad beneficium e Odoardus.
7 *Censuræ non feruntur,nisi adsit contumacia.*
8 *Actus iudiciarius non citata parte non valet.*

y Ver-

9 *Verba enunciatiua sententiæ non probant in præ-
iudicium tertij.*
10 *Notarij error in dubio non præsumitur.*

DECISIO XXXX.

DVbitaui an censuræ latæ per Reuerendiss. D.
A.C. contra D. Franciscum Porras assertum
debitorem ad instantiam D. Rocchi de Vergas fi-
deiussoris, & cessionarij D. Hieronymi de Fonseca
principalis creditoris sint nullæ, & DD. tenuerunt
affirmatiuè esse resoluendum ex multis.

Primo quia debitū, pro quo lata erat declarato-
ria fuit contractum per procuratorem, & non per
1 ipsum principalem, quare ante † omnia eidem de-
buit intimari, propter graue præiudicium etiam
si fuisset actum de necessitate; hoc est pro releua-
tione indemnitatis, *vt not. Cassad. decis. 2. num. 2.*
2 *de rescript.* † & contra debitorem cessum non esse
procedendum, nisi facta intimatione cessionis te-
net *Bald. in l. per diuersa num. 21. vers. 1. aduerte
C. mandat. Boer. q. 10. num. 5.*

Secundo, quia dicta declaratoria fuit obtenta
per assertum procuratorem D. Vergas de cuius
3 mandato non constat, nec sufficit † assertio Nota-
rij dicentis, procuratorem habuisse mandatum,
nisi exhibeatur in actis *Rot. diuers. decis. 21. in lib.
3. par. 3. Cagn. in auth. si quis aliquo num. 86. C.
de edend. Card. cons. 72. num. 56. Gabr. cons. 40. n. 2.
& 3. lib. 1. Angel. in l. si donationis C. de donat. Alex.
cons. 6. num. 8. lib. 4. Auiles in cap. Prætorum c. 15.
num. 23. Gundisal. Suarez de Paz. in prax. in prin.
4. ad not. de procura. num. 13.*

Tertio quia cessio, cuius vigore emanauit dicta
declaratoria, nihil tribuere potuit, cum præcessis-
set alia facta per eumdem Hieronymum eidem
Roccho, per quam abdicatæ fuerunt ab eo omnes
actiones vtiles, & remanserunt solæ directæ inuti-
4 les, qua propterea dicto † Roccho non magis, quā
ipsi cedenti vsui esse non poterant *Aym. cons. 191.
num. 3. & cons. 166. in fin. Roncbegall. qui de com-
muni testatur in l. 3. num. 66. de duob. re.*

Quarto, quoniam fuit relaxata declaratoria
pro scutis 555. & prætensum debitum erat tantum
5 scut. 550. † Ideo, nec in minori quidem summa
substinetur *Put. decis. 323. lib. 1. & Rot. diuers. de-
cis. 221. 2. par. & de censuris tradit Galles. de oblig.
in form. Cam. tit. quæstiones post process. n. 36.*

6 Quinto etiam facit, † quia cum d. Franciscus
admissus fuisset ad beneficiū *cap. Odoardus & cap.
peruenit* per speciale rescriptum, non potuit ex-
communicari *Galles. de oblig. in form. Cam. tit. re-
liqua de process. num. 24.* qui cum loquatur quando
agitur de obligatione Camerali tollit nobis occa-
sionem dubitandi, an vigore facultatem A. C. po-
tuerit relaxari hæc declaratoria, nam ibi non in-
trant facultates illius, vt ipse inuit vbi supra quia
7 hoc casu cessat † contumacia, cuius ratione per-
uenitur ad censuras. Sexto, & vltimo omnem
tollit difficultatem, cum declaratoria fuerit lata
nulla præcedente citatione, nam dictus Franciscus
fuit citatus per contradictas, ad videndum se de-
clarari die 30. Iu. 1591. & declaratoria reperitur
lata sub die 8. eiusdem mensis, & anni: clarissimi
8 † enim iuris est, non valere actū iudiciarium non
citata parte *c. licet Episcopus de præben. lib. 6. c. 1.
de caus. poss. l. fin. C. de rei vendicat. Bart. in l. hæc
autem §. non defendi num. 2. ex quibus caus. in
poss. eat. Roland. qui alios refert cons. 47. num. 63.*
9 nec satisfacit † constare de intimatione ex verbis
enunciatiuis ipsius declaratoriæ, quia non probāt
in præiudicium tertij *l. nudis l. non epistolis C. de
probat.* nec placuit, quod de errore Notarij dice-
10 batur † cum in dubio error notarij non sit præ-
sumendus *l. si post diuisionem C. de iur. & fact.
ignor. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 21. in
principio.*

R. P. D. CORBVDA.

Nepesin. affictus.

Lunæ 4. Februarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Executioni non est locus, quando à sententia da-
tur appellatio suspensiua.*
2 *Laudum non est exequendum quando fuit latum
non adhibitis solemnitatibus statutarijs.*
3 *Laudum non est exequendum, quando non est la-
tum sub die citationis.*
4 *Appellationi est locus, quando sententia non est iu-
stificata ex actis.*
5 *Executio obligationis Cameralis non impeditur
per reductionem laudi ad arbitrium boni viri.*
6 *Clausula sine præiudicio obligationis Cameralis
in commissione apposita præseruat iurisdictio-
nem Iudicis à quo.*
7 *Statutum Vrbis lib. 1. c. 87. est ordinatorium, &
sic non debet seruari nisi in foro Capitolino.*
8 *Statutum probibens appellationem à laudo intel-
ligitur de laudo valido.*

DECISIO XLI.

PRoposito dubio, an mandatum relaxatum in
sententia Rotali esset exequendum. Pro par-
te negatiua multæ fuerunt excitatæ difficultates,
1 prima † quod cum ab huiusmodi sententia detur
appellatio suspensiua secundū magis communem
sententiam Doctorum *Benintend. decis. 15. latè per
Couar. lib. 2. cap. 12. num. 4.* maximè cum contra
2 laudum opponeretur, tum † quod non fuerunt ad-
hibitæ solemnitates statuti ex *Put. decis. 162. lib. 1.*
3 *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 171. num. 43.* tū etiam
quod † non fuerit latum sub die citationis *l. cum
non ideo die ff. quando prouoc. non sit nec. Bart. in
l. fin. §. fin. ff. quod vi, aut clam. Gabr. de cit. con-
clus. 1. num. 111* non videbatur exequendum.

Secundo prætendebant informantes pro Do-
mini de M. d. sententiam continere nouum gra-
uamen, non solum declarando quod Ioannes te-
neretur per viam sub conductionis, sed etiam ali-
quam summam certam absque eo quod appareret
4 illum participasse de fructibus Casalis, quo † casu
est locus appellationi suspensiuæ *l. vnica vers. su-
per eisdem articulis C. ne lic. in vna eademque cau-
sa. Fuit dictum in vna Regien. S. Thomæ Lunæ
10. Decembris 1576. coram bo. mem. Orsolen. diuer-
sorum 100. par. 1. & in alia Anconitana pecuniaria
11. Decembris 1600. coram R. P. D. Sacrato.*

Tertio, quia licet in compromisso adesset obli-
5 gatio Cameralis, cuius executio † non impedio-

tur

batur per reductionem ad arbitriū boni viri *Anan. conf.50 num.3. Marsil sing. 452. & fuit dictum in causa Rosanen. bonorum 1552. coram Verallo*; tamen causa appellationis fuit commissa in Rota,
6 fine præiudicio obligationis Cameralis, † cuius executio spectabat ad A.C & in Rota fuit processum dumtaxat in causa appellationis, & lata sententia confirmatoria laudi.

Quarto, quod statuta, quæ in contrarium allega-
7 bantur † nempe *cap.87. lib.1.* quod dat facultatem Iudici relaxandi mandatum pro executione laudi à se confirmati non habebat locum extra curiam Capitolinam, cum sit ordinatorium ad Senatorē directum, & alterum 178. in quo à sententia con-
8 firmatoria † laudi non datur appellatio, procedere, quando laudum, est validum, & inter illud, ac sententiam nulla adest disparitas *Dec.conf.8.numer.9. Soce.conf.34 nu.14 lib.4. Aym conf 187. numer.1. Couar.pract.quæst. cap.25. numer.7.* In proposito tamen laudum fuerat nullum, & disforme à sententia.

Ex quibus relictis alijs, quæ deducebantur contra negocium principale, & fuerunt sublata i im in decisione facta coram D. meo Iusto fuit resolutum procedendum fore per viam confirmationis.

R. P. D. CORDVBA.

Romana responsionis Casalis.

Mercurij 11. Ianuarij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio remissionis mercedis non impedit executionem obligationis Cameralis.*
2 *Obligatio Cam. continet renunciationem omni legum & iuris auxilio.*
3 *Remissio mercedis est facienda ob sterilitatem.*
4 *Obligatio Camer. non admittit aliàs exceptiones nisi falsitatis quietationis, & solutionis.*
5 *Remissioni mercedis ob sterilitatē ad hoc vt locus sit, quæ sint probanda.*
6 *Aspectus dicitur vnicus, licet solutio sit per annos diuisa.*
7 *Exceptio quæ resultat ex ventre instrumenti impedit executionem obligationis Cameralis.*
8 *Exceptio quæ nō est liquida non impedit executionem obligationis Cameralis.*
9 *Obligatio Cameralis non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
10 *Remissioni affictus non est locus quoties sterilitas prouenit ex mala cultura.*

DECISIO XLII.

FVIT resolutū mandatum relaxatum per A.C. ad fauorē D. Cinthiæ Castellanæ contra DD. de Triclmanis esse exequendum, non obstan. exceptione remissionis mercedis ob sterilitatem per il-
1 los opposita, quæ † non impedit exequutionem ob-
2 ligationis Camer. quia in ea † renunciatur omni iuris, & legum auxilio, & consequenter huic exceptioni remissionis *Gallesf.ad form.Cam.oblig.3.par. tit.de instrum.q.3.nu.2. Hier. Gabr. conf.173.nu.2. lib.2. Capic.decis.87.num.10.& decis.88.numer 4. Ias.in l.1.C.de iur. emphit. Gozad. conf.87. nu.13. Roland.conf. 13.num.8.lib.1.& conf.86.numer.10. lib.3. latè Hippol.conf.40. num.19. lib.1. fuit resolutum in causa* Romana *remissionis mercedis corā R.P.D.meo Millino*.

3 Non obstat, † quod ob sterilitatem sit facienda remissio mercedis *c.propter sterilitatem cum ibi not.de locat.& cond. l si merces § vis maior l.si vno l.ex conducto §. sed & si locat.* nam vltra quod hæc exceptio non impedit exequutionem Cameralem,
4 † cum non sit falsitatis, quietationis, & solutionis *Gallesf.ad form.oblig.Camer.2.par.quæst.3.num.1. Cassad.decis.1.num.2.de mut.petit.& decis.10.n.6. de rescript.* d. exceptio non est concludenter pro-
5 bata debet † enim probari sterilitas, & damnum consideratis fructibus totius locationis, & sic duorum annorum, & facta in simul compensatione vnius anni cum alio *Galean.conf.14.nu.6. Roland. d.conf 86.num.6.lib.3. Bellon.conf.45. in fin. Ceph. conf.557.num.66. Bero.conf.143. numer. 11. lib.1.*
6 quia † est vna res, vnus contractus, & vna obligatio tam respectu conductionis, quam locationis; licèt solutio affictus sit diuisa per annos *d c.propter sterilitatem ibi magno incommodo d.l.ex conducto § si vis, qua verba expendit Fulgos. ibi Paul.nu.5. glos.in l licet C.locati vbi Bart. Ant.Gomez. 2.tom. cap.3.num.19.Capic decis.87.num.1. Couar.pract. quæst.c.30.num.1. Pin.in l.2. C.de rescind. vendit. par.1.c.3 numer.11. Menoch de arbitr.lib.2. cas 77. & ibi non relatis Modern.de probat.conclus.1379.*

Probatio autem in hoc casu non est clara, neque concludens: nam esto, quod Testes essent validè examinati non obstante allegato defectu citationis, nihil concludunt; deponunt enim solum, quod de anno nouali ultra portionem Dominicam istis sub conductoribus non remansit dimidia portio recollectæ; non tamen exprimunt quantitatem, vt Primus nu.8. Secundus num.9. Tertius, qui est famulus num.9. & quod de anno culturæ granum recollectum non satisfuit pro soluenda portione Dominica, sed non dicunt quantum defecerit nec exprimunt quantitatem grani, quod erat necessarium, vt colligi possit, an graue damnum colonus passus fuerit, vt dimidiam pensionem soluere non posset, vt ei veniat remissio facienda: ex hac ergo dispositione non potest haberi certa quantitas damni stante maxime quod primus testis D.Cinthiæ iuxta 19. dicit, quod primo anno vltra portionem dominicam conductor habuit rubra 400. ex quibus redditur turbida ista prætensio, quæ in omnem, euentum esset discutienda via ordinaria & non intrat obiectum, quod cum pensio esset soluenda ex grano colligendo in d.casali, dum excipitur de tali sterilitate hac exceptione impeditur exequutio obligationis
7 Cameralis, † cum resultet ex ventre ipsius instrumenti *Fel.in c ex parte il secondo fallent 19. de offic.deleg. Tiraq.de retract.lignag.§.4.glos.1.nu.4. Cassad.decis.10 num.6 de rescrip. & fuit dictum coram Illustriss. Paleotto in causa Caputaquen. pensionis, quæ est diuers.decis.649. num.3. lib.3.par.3.*
8 nam † cum non sit liquida, non debet impedire
9 d. exequutionem, † quæ non admittit, exceptionē requirentem altiorem indaginem *Ant. de Canario in tract.de execut. instr. q.51. Ant.Aug. in epit.tit. de iur.iur.§.de oblig.in form.Cam.nu.4.*

Considerabant etiam Domini illud damnum potuisse prouenire culpa ipsorum, quamuis Testes de Tricimannis deponant de bona, & diligenti cultura, tamen Secūdus n.4.& 6. & Tertius n.2.& 4. fatentur,

fatentur, quod pars cultorum non fuit refrescata,&
quod casale non fuit in cultis totum seminatum,
prout in noualibus licèt dicant id fuisse in certis
partibus,In quibus tempore noualium granum non
habuerat bonum euentum, in quo tã primus testis
Cinthiæ nu.11.contradicit,quia depouit, maiorem
partem nõ fuisse seminatam, alij etiam testes eius-
dem Cinthiæ probant Casale non fuisse combustum
post messes noualium, & quod subconductores se-
ro seminarunt, Immo coacti ab ipsa Cinthia vigore
10 citationis, & monitorij, quo † casu non est locus
remissioni *Salic. in l si vno num. 1. vers. multa ff. lo-
cat. Neuiz. cons 90. num. 16.* stante maxime, quod
alij subconductores aliarum partium ipsius casalis
huic parti contiguarum, qui diligentes in cultura
fuerant, nullum damnum passi sunt, & mercedem
conuentam persoluerunt

Non obstat quod testes Tricinaiiorum videlicet, Primus nu 21.& duodecimus nu 12.& 13.&Quintus nu.13. asserant quod tam de anno noualium quam de anno cultorum nebulæ, & mannæ vt vulgo dicitur interuenerint, ex quibus messis fuit valde damnificata, quia non probant quantitatem.

R. P D. CORDVBA.

Taruisina Simoniæ.

10. *Martij* 1595.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum factum à Iudice pendente lite in Rota est attentatum.*
2 *Sequestrum non fit pendente appellatione.& nu.7*
3 *Attentatum id dicitur,quod factum est post inhibitionem Rotalem, siue iusta, siue iniusta sit inhibitio.*
4 *Iudex confidentiarum non habet iurisdictionem, vbi non adest confidentia.*
5 *Pensio potest peti, licet sit lis super nullitate collationis beneficij.*
6 *Attentare non dicitur, qui suam possessionem continuat.*
8 *A. C. potest procedere ad solutionem pensionis quando adest obligatio Camer. licet pendeat lis super nullitate pensionis.*

DECISIO XLIII.

D. Prosper resignauerat canonicatum Ecclesiæ Taruisinæ ad fauorem Bernard cum reseruatione annuæ pensionis duc. 200. sed D. Io. Franciscus eũdem canonicatum impetrauit à Sede Apostolica sub prætextu certæ Simoniæ, quam per numerationem certæ quantitatis pecuniæ asseruit interuenisse in d. resignatione & cum duas sententias ad suum fauorem reportasset, alteram per ordinarium Taruisinum, alteram per Nuncium Venetiarum, causa coram me commissa. Prosper coram A.C. obtinuit manuteneri in possessione exigendi præfatam pensionem Io. vero Franciscus ad impediendam exequutionem dicti mandati, habuit recursum cum fisco ad Iudicem confidentiarum, qui sequestrum relaxauit.

Et cum dubitatem an mandatum A.C. nec non sequestrum Iudicis confidentiarum sint confirmãda, vel reuocanda in casu, & ad effectum, de quo agitur fuit resolutum per Dominos dictum sequestrũ
esse reuocandum; mandatum vero de manutenendo debere remanere, nam pendente lite in Rota
1 sequestrum † factum per d. Iudicem est attentatum,
2 & nullum, quia † pendente appellatione non fit se-
questrum *Card in Clem. 1. quæst. 22. vers si vero
proceditur de sequestr. poss.* quo fit vt prædicta om-
nia vitio attentatorum subijciantur *c. non solum de
3 appell. Dec. cons. 107. num. 1.* siue † inhibitio sit iu-
sta, siue iniusta, *vt fuit dictum coram R.P.D. meo
Blãcbetto 25. Iunij 1593. in vna Asten. Bonorum,
& 10. Maij eiusdem in altera Calaguritana Cano-
4 nicatus*, & maximè habet locum in præsenti † cum
d. Iudex processerit sine iurisdictione; cum eius iu-
risdictio non intret, vbi non adest confidentia. Mã-
5 datum verò A.C. † non potest dici attentatum quia
iudicium quod pendet in Rota est super nullitate
collationis factæ Bernardo non super nullitate pẽ-
sionis, & inde nihil prohibet, quo minus Prosper
potuerit adire suum Iudicem pro sua pensione tàm
in petitorio, quam in possessorio, *vt est doct. Innoc.
in c. quia in cunctis in fin. glos. mag. de conceß. præ-
bend. quem alleg. & sequit. Ias. in §. præiudiciales
num. 9. de act.* quibus accedit, quod Prosper est in
6 possessione exigendi d. pension., & adeundo † A. C.
non dicitur attentare, sed continuare suam posses-
sionem *c. 1. vbi Abb. num. 1. & 4. vt lit. pend. Cassad.
decis. fin. nu 14. de caus. poss. Achil. dec. 36. de præb.*
Neque obstat quod si circa pensionem est aliud
iudicium, aliud est etiam circa sequestrum, & sic
illud Rota reuocare non debet. Respondetur enim,
sequestrum venire reuocandum, nam sunt seque-
strati fructus ratione beneficij, super quo pendet lis
7 in Rota, in quibus dicta † sequestratio est prohibita
ex supradictis, & quia Bernardus obligauit se in
forma Cameræ ad soluen. d. pensionem, quo casu
etiam, quod lis super pensione fuisset introducta in
8 Rota; Tamen stante † dicta obligatione Camerali
potuit adiri A.C. absq; aliquo incursu attentatorũ,
*Modern. de attent. p. 2. c. 4. de attent. lit. pend. lim. 15.
numer. 8.*

R. P. D. CORDVBA.

Romana fideiussionis de representando.

17. *Maij* 1595.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de repræsentãdo infra certum tempus, illo elapso, dicitur in mora stante obligatione Camerali, & tenetur ad damna, & interesse numer. 2.*
3 *Mandatum personale tantùm relaxatur quando quis ad factum solum tenetur.*
4 *Condemnatio ad interesse non potest fieri nisi facta liquidatione*
5 *Executiuè agitur quando adest obligatio Cameralis.*
6 *Fideiussor de representando sub pœna debiti, si non representabit, non potest condemnari nisi ad ipsũ debitum, & ad damna, & interesse num. 7.*
8 *Fideiussor potest teneri executiue, etiam quod principalis non teneatur.*
9 *Instrumenta rogata per Notarium dicuntur esse in actis, etiam quod non repetantur.*
10 *Pars citata debet opponere alias sibi præiudicat.*
11 *Calculatio semper fieri potest etiam post mandatũ.*

DECI-

DECISIO XLIV.

DVBITAVI an A.C. potuisset relaxare mandatum contra Bartholomæum Quesadam pro scutis 2000.& fructibus ob non repræsentationem Georgij, & cum hæc causa fuisset proposita corā R.P.D. Arigonio 22. Iunij 1594.& proptet diuersas Dominorum sententias non potuisset capi resolutio, tandem me in eius locum subrogato iterum proponente 17. præsentis mensis fuit pro maiori parte resolutum d.mandatum potuisse relaxari: nō enim fuit relaxatum vigore sententiæ, & rei iudicatæ de eximendo Radium à fideiussione, vel dando idoneum releuatorem, sed vigore propriæ obligationis Quesadæ, in qua duo continentur. Primū obligatio de repræsentando post duos menses sub pœna debiti, pro quo detinetur. Alterum obligatio ad factum videlicet ad damna, ex quibus &c. cuius vigore d.mandatum potuit executioni demādari pro damnis, & interesse quæ nihil aliud sunt, quam extinctio census, vt ab illo fideiussores liberentur; cum igitur dicto tempore non repræsenta-
1 uerit, lapso illo stante obligatione Camerali † commissa est mora in non repræsentando *l. magna C.de cōtrah.& comm.stipulat vbi Doct.communiter dec.*
2 *Pedem.48.ver.6.* vnde successit † obligatio expressa ad dicta damna, & interesse, atq; ipso citato fuit decretum, & relaxatum mandatum, quod fieri po-
3 tuit. quia † quando, solum teneretur ad factum intraret mādatum personale *Alex.in l.2.§ in fideiussorem vbi omnes alij, qui satisdar.cog.* sed quia
4 † non facta liquidatione non poterat fieri condemnatio ad interesse successit obligatio Cameralis, ex
5 qua † executiuè potuit agere, & loco illius petere sortem principalem, *vt probauit Rot.i diuers.dec. 741.num.1.par.1.trad.Gallesi.de oblig.Cam.3.part. de vi instr.num.11.Bald.in l.si traditio C.de action. empt.Ruin cons.141.nu 9.lib.1.*
6 Ex his tollitur obiectum, quod cum † obligatio Quesadæ esset de repræsentando Georgium non sub pœna 2000. sed sub pœna debiti, non potuit condemnari nisi pro debito, pro quo ipse Georgius tenebatur, vel condemnari potuisset, quod erat de eximendo Radium à fideiussione, vel de dando fideiussores idoneos de conseruando indemnem ex statuto Vrbis lib.1. cap.155.nam licet obligatio Ge-
7 orgij esset huiusmodi, Quesada † tamen tenebatur repræsentare, & ad damna, & interesse per obligationem Cameralem per ipsum factam, & difficultas videtur cessare stante declaratione per ipsum facta, qua allegauit se velle soluere debitum, & declarari, & calculari quid, & quantum: nec appellauit post relaxationem mandati A.C. sed petijt admitti ad beneficium c. Odoardus.

Non obstat, quod principalis non tenebatur nisi alternatiuè, & inde fideiussor non poterat in plus obligari *l.pupillus cum vulg.de verb.oblig.* nam vt hoc sit verum statuti vigore post mandatum tamen suspicionis fugæ, Georgius principalis tenebatur assecurare iudicium, si volebat excarcerari, vt fuit factum mediante cautione præstita de repræsentando, & ad damna: vnde hæc obligatio non dependet ab illa ipsius principalis vigore statuti, sed à carce-
8 ratione: fideiussor † autem teneri potuit executiuè licet non teneatur principalis, *vt fuit dictum coram R.P.D. meo Penia 26. Maij 1594.in illa Romana Saluiani interdicti.*

Neque etiam obstant nullitates, quæ opponuntur. Prima quod nihil constabat in actis, quoniam
9 instrumenta non fuerunt repertita, quia † cum sint rogata coram eodem notario dicūtur esse in actis, quæ Iudex sæpè vidit in contradictorio ad relaxandum mandatum, nec ostenditur aliqua partis protestatio nihil fieri, nisi seruatis seruandis: pars
10 enim citata debet opponere *Veral.decis.99.part.2.*

Secunda nullitas quod Quesada non fuerit citatus ad calculandum (vt fuit protestatus) minus ob-
11 stat: semper † enim potest fieri calculatio etiā post mandatum, præterquam quod illa oppositio facta 20. Augusti 1589. videtur calumniosa, cum summa esset liquida, & mandatum postea 27. eiusdem fuerit relaxatum quibuscunque non obstantibus cum intimatione, quæ fuit exequuta 30. eiusdem, & postea secunda Septembris fuit facta alia intimatio qualiter Dominus quibuscunque non obstantibus relaxauit mandatum exequutiuum & sic illa petitio calculi nihil facit, cum non sub priore termino, sed sub secundo citationis diei secundæ Septembris fuerit facta dicta relaxatio.

Nec dicendum est quod interesse non erat pro scutis 2000. quia fuit extinctum debitum scut. 500. pro quo idem fideiussor erat obligatus, nam non per hoc, non tenebatur ipsum liberare à noua obligatione census.

R. P. D. CORDVBA.

Beneuetan. pecuniaria.

Veneris 15. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum per Iudicis sententiam nullum declaratum non debet exequi.*
2 *Appellare licet ab hac sententia reo, & actori.*
3 *Causa semel effecta appellabilis, semper remanet appellabilis.*
4 *Non debet exequutioni demandari instrumentū per sententiam vulneratum, licet causa sit commissa cum facultatibus A.C.*
5 *Non vulneratur instrumentum constito euidenter de iniustitia.*
6 *Ad hoc vt dicatur transactum super errore calculi requiritur ante transactionem fuisse motam quæstionem super dicto errore.*

DECISIO XLV.

1 ROTA censuit instrumentum non esse exequendum, quia cum Iudex declarauerit nul-
2 lum fuit per sententiam vulneratum. A qua † cum liceat actori appellare, reo etiam à contraria reuocatoria prioris permissa est appellatio inde causa
3 semel † effecta appellabilis, semper remanet appellabilis, *vt fuit resolutum coram bo. me. Cantuccio 27.Iunij 1580.in vna Romana Census.*
4 Nec obstat, † quod esset commissa cum facultatibus A.C. quia ex deductis satis liquebat ipsum quoque non valere exequutioni demandare instrumentum per sententiam vulneratum.
5 Minus obstat, † quod cum sententia sit euidenter iniusta; detecta iniustitia procedendum sit exequutiue, quia tunc non vulneratur instrumentum ex decisionibus allegatis: nam dixerunt Domini de tali iniustitia non constare, quatenus enim ad illā

ostenden.

ostenden. opponebatur non potuisse dari de errore calculi, super quo fuerat transactum, & renuntiatū *ex l.prima, C.de error.calculi cum ibi notat.* Vltra, quod exaduerso prætenditur dictas rationes non fuisse legitime redditas cum exhibitione librorum, nec examinatis partitis, sed in confuso & contrabilantium transmissum. Huius difficultatis resolu-
6 tio pendebat ab eo, An ante transactionem † fuerat mota quæstio super d. errore, & illa postmodum subsecuta, prout requirebatur ad effectum, vt diceretur transactum super errore calculi, *secundum glos. in d.l.1. & plures alleg.in Rom. Bibliothecæ 4. Martij 1589. coram R. P. D. Decano*, de quo cum non appareat non potest diei sententia notorie iniusta, ita vt instrumentum non censeatur vulneratū per dictam sententiam, prout fuerat aliás tentatū *coram me in illa Elboren. pensionis 9.Iunij 1595.*

Et ita conclusum.

R. P. D. MILLINO.

Postea S. R. E. Cardinali,

Firmana Pensionis.

Lunæ 14. Decembris 1592.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio in forma Cam. tanquam accessoria recipit omnes conditiones contractus. cui adijcitur.*
2 *Clausula Si praeces veritate nitantur, subintelligitur in obligatione Cam. quando est adiecta litteris reseruationis pensionis.*
3 *Obligatio Camer. adiecta litteris expeditionis pensionis pendet à validitate dd. litterarum.*
4 *Pensio de stylo Curiæ per promotionem ad Episcopatum extinguitur.*
5 *Gratia est iustificanda ante executionem.*
6 *Nullitas proposita per viam exceptionis, de qua Iudici constat, impedit executionem obligationis Camer.*
7 *Appellatione pendente sententia non habet præsumptionem pro se iuris & de iure, sed præsumptionem iuris tantum.*

DECISIO XLVI.

EPISCOPO Sibinicen. ante promotionem ad Episcopatum fuerat reseruata annua pensio scut. 50. super fructibus & distributionibus quotidianis canonicatus, & præbēdæ in Ecclesia Cathedrali, de quibus fuit prouisus Leander Boiioannes, qui ad solutionem huius pensionis se obligauit in forma Cameræ, & soluit aliquos terminos relaxato prius contra eum mandato, sed postea cum Episcopus instaret coram A. C. pro solutione aliorum terminorum decursorum; Leander obtenta absolutione à iuramento ad effectum agen. & excipiendi opposuit de nullitate pensionis sub prætextu quod d. fructus & distributiones propter exiguitatē non essent capaces pensionis: & Locumtenens A. C. pronunciauit non esse locum executioni litterarum reseruationis pensionis & à solutione Leandrum absoluit; causa per appellationem coram me introducta: dubitaui præsupposita sententia A.C. an esset locus executioni obligationis Camer. & fuit resolutum, non esse locum executioni, quia forma Cam. est accessoria ad formam litterarū reseruatio-
1 nis pensionis, † & recipit omnes conditiones litterarum *Sarnien. select. interpr. lib. 1. c. 11. numer. 2. & fuit resolutum in vna Asculana Pensionis 7. Fe-*
2 *bruarij 1586 coram R. P. D. Pamphilio*, † & subintelligitur in ea clausula Si praeces veritate nitantur, *vt fuit resolutum in vna Compostellana pensionis 20. May 1585. coram R. P. D. Seraphino.*
3 Vnde cum ista † obligatio pendeat ex validitate litterarum Apostolicarum, & A. C. pronunciauerit eas non esse exequendas: & Leandrum absoluerit; antequam constet de iniustitia huius sententiæ, non potest esse locus executioni vigore obligationis in forma Cameræ.
4 Addebant aliqui, quod pensio † de stylo curiæ per promotionem ad Episcopatum extinguatur, retentionem esse nouam gratiam, cui cum Leander non cōsenserit, & Episcopus antea non esset in quasi
5 possessione exigendi, istam † gratiam ante exequutionem ab Episcopo esse iustificandam.

Non obstat quod litis pendentia super nullitate litterarum nō impedit exequutionem obligationis in forma Cameræ, quia nullitas fuit proposita à Leandro per viam exceptionis, cum Episcopus
6 peteret exequutionem obligationis; & † nullitas proposita per viam exceptionis de qua iudici constat impedit exequutionem obligationis *Franc. in c. de luto col. 18. vers. circa secundum & col. 23. vers. sed aduerte de appellat.* præsertim cum per sententiam est vulnerata obligatio.

Non obstat quod non præsumitur pro sententia, quia licet non præsumatur pro sententia, à qua fuit appellatum præsumptione iuris & de iure, sicut
7 præsumitur pro re iudicata: tamen † præsumptione iuris simpliciter præsumitur pro sententia, pendēte appellatione *c. in præsentia, & ibi Imol. de renūc. c. bons il primo de elect. Bald & Paul. in l. si institu-ta §. de inofficioso ff. de inoff. testam. Imol. in clem. 1. n. 11. de seq. possess. & Deci. in Rubr. de appell nu. 8.*

Cætera quæ concernunt iniustitiam dictæ sententiæ A. C. Domini dixerunt esse particulariter discutienda.

R. P. D. MILLINO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana computorum.

Veneris 18. Maij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Actione personali non potest agi contra tertium possessorem.*
2 *Executio fieri non potest contra eum, cuius iura in iudicio deducta non sint.*
3 *Obligationis Cameralis virtute agi non potest contra tertium possessorem.*

DECISIO XLVII.

FVIT resolutum mandatum executiuum non esse relaxan. contra bona possessa per Pompo-
1 nium, quia fuit actū actione personali; Ideo † executio fieri non potest contra Pomponium tertiū possessorem *Ruin. cons. 87. nu. 1. & seqq. lib. 4. Bero. cons. 47. nu 6. lib. 1.*

Non obstat quod Pomponius fuit citatus, ideo sententia lata contra Franciscum ei præiudicat, quia hoc

hoc procedere, si ius ipsius fuisset deductum in iu-
2 dicio, sed cum † non fuerit deductum in iudicio, non potest contra eum fieri exequutio *Alex. in l. sæpè nu.6.ff. de re iud.Gozzad. cons.*103. *num.* 12.
Non obstat quod fuit actum in vim obligationis
3 Camer. quia non † potest agi obligatione Camer. contra tertium possessorem & licèt Gallesf. de noua formam, quæ comprehendi tertium possessorem; tamen illa non seruatur, sed antiqua.

R. P. D. MILLINO.

posteà S. R. E. Cardinali.

Maceraten. Dotis.

Veneris 10. *Iunij* 1594.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio necessaria non comprahenditur sub statuto de minoribus loquente.*
2 *Exceptio requirens altiorem indaginem non potest retardare executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO XLVIII.

Domini resoluerunt esse locum exequutioni Apocæ, moti fuerunt, quia isti minores te-
1 nebantur dotare sorores, & istud † statutum non comprehēdit obligationem necessariam pro dote, *Caputaq. decis.* 199. *par.* 3. *Put. decis.* 105. *lib.* 1. Et licet pro parte minorum replicetur, quod hoc non procedit, quando Dos est excessiua; tamen hoc non constat, & datur fumus in contrarium, quod dos non fit excessiua, quia aliæ sorores habuerunt tantam quantitatem, & Procurator constitutus à tutrice articulauit,& probauit per testes, quod dos non erat excessiua; Vnde cum ista exce-
2 ptio fit turbida, & requirat altiorem † indaginem non potest interim retardare exequutionem obligationis in forma Cameræ; vt fuit resolutum in causa Romana rescissionis transactionis, & in Romana executionis obligationis Cameralis 29 Martij, & 2. Aprilis de anno prædicto coram R. P. D. Orano.

R. P. D. MILLINO.

postea S. R. E. Cardinali.

Cremonen. Aquarum.

Mercurij 5. *Maij* 1599.

SVMMARIVM.

1 *Executio obligationis Camer. non retardatur per exceptionem turbidam.*
2 *Excipi non potest de defectu consensus, quando ille, qui consentire debebat est certificatus, & non repugnauit.*

DECISIO XLIX.

Fvit resolutum mandatum relaxatum per A.C. esse iustum, & exequendum. Fundamentum resolutionis fuit, quia promissio restitutionis aquarum est pura, & liquida, & exceptio, quam proponunt Oprandi, vel non est releuans, aut saltim
1 est † turbida, & ideo ex ea non potest retardari executio obligationis in forma Cameræ; licet enim consensus communitatis Brixiæ, qui fuit reseruatus non fuerit adhibitus, tamen fuit reseruatus, quatenus opus sit, & respectu Oprandorum non fuit necessarius, cum ipsi nihil promisse. in communitati circa requisitionem faciendam, vel alienationem in personas prohibitas; sed ista promissio fuit facta solum à Comite alienan. in Oprandos remanente sua obligatione de soluendo integrum liuellum in totum, & de affrancando, & ideo cum sensus communitatis, qui debebat solùm interuenire in alienatione Comitis . icolai fuerit adhibitus, & Oprandi sint obligati ad illum obtinendum, non posfūt vigore pacti se excusare à restitutione aquatum, & quia consensus communitatis cum Oprādi sint obligati affrancare has aquas, & non curauerint eas liberare à dominio communitatis: pro vt poterant & tenebantur; ista exceptio, quod consensus communitatis non fuit adhibitus eis non suffragatur, cum per eos stet, quominus iuxta conuentionem factam restituant aquas.
Addebant etiam Domini, quod consensus requirebatur ad fauorem cōmunitatis & cum com-
2 munitas certificata † non repugnet huic venditioni, non possunt Oprandi ad effectum, impediendi restitutionem opponere, quod non interuenit cōsensus communitatis *Cresc. decis.* 122. *A.A. in epit. tit. de loc.* 9.6.& in his terminis fuit sæpè resolutum: Tanto magis cum attendatur promissio consensus, quem hodie impugnant Oprandi, quæ impugnatio arguit eos non adhibuisse eam diligentiam, quam debebant pro obtinenda licentia communitatis.

R. P. D. MILLINO.

postea S. R. E. Cardinali.

Roman. Pecuniaria.

Veneris 15. *Martij* 1596.

SVMMARIVM.

1 *Cedula priuata non probat in præiudicium tertij, nisi habeat requisita in l. scripturas C. qui potior. in pignor. habe Limitatur. nu.* 2.
3 *Obligatio Camer potest apponi ab habente mandatum amplum ad obligandum.*
4 *Solutio facta posteriori creditori non retractatur ab anteriori.*
5 *Negligentia non potest imputari creditoribus, quando decoctio debitoris latet.*
6 *Creditor qui non habet animum nocendi alijs creditoribus potest facere meliorem suam conditionem etiam in præiudicium aliorum.*

DECISIO L.

Dvbium fuit distinctum in duas difficultates, quarum prima fuit, an constet de veritate cedulæ. Secunda difficultas fuit, an ista cedula cum obligatione Camerali potuerit fieri à Bonsio in præiudicium aliorum creditorum.
Quantum ad primam visa est Dominis res clara ad fauorem D. Io. Baptistæ, quod constet de veritate cedulæ, quia licet non concurrant requi-
1 sita *l. scripturas C. qui pot. in pig. hab.* † quæ sunt necessaria ad effectum probationis in præiudicium

creditorum vel alterius tertij, vt fuit resolutum in causa *Aquen. Simoniæ* 10. *Decembris* 1593. *coram R. P. D. Blanchetto*, *& in causa Comen. iurispatronatus 6. Martij de anno prædicto coram me*: tamen veritas probatur ex testibus, qui fuerunt præsentes, ex libro rationis bancariæ, & ex
2 literis D. Io. Baptistæ; Ideo non † habet locum dispositio *d. l. scripturas Bald. conf.* 198. *nu.* 5. *lib.* 1. *Caputaq. decis.* 113. *lib.* 3. & fuit resolutum in causa *Romana pecuniaria*. 3. *Decembris* 1583. *coram R. P. D. Pamphilio*.

Quantum ad secundam Domini resoluerunt, quod ista cedula cum obligatione Camer. potuit fieri à Bonfio, etiam quod præiudicet alijs creditoribus. Potissimum fundamentum istius resolutionis fuit, quia quando fuit facta ista cedula, ratio bācaria manebat incolumis in suo antiquo statu, & decoctio, quæ illinc ad duos menses fuit secuta ignorabatur ideo potuit Bonfius, qui erat cōplementarius, & habebat amplissimum manda-
3 tum facere † istam cedulam cum obligatione Cameræ, licèt præiudicet alijs creditoribus, qui non instabant pro consecutione sui crediti *glos. in l.* 2. *in verbo proponatur ff. de his quæ in fraud. credit.* & sicut si ista summa fuisset soluta D. Io. Baptistæ,
4 solutio † non posset retractari ab alijs creditoribus, quia ratio bancaria soluebat omnibus, & ipsi non instabant pro consecutione sui crediti *Afflict. decis.* 190. *Paris. cons.* 69. *lib.* 4. *Paleot. decis.* 195. vel si ista summa fuisset tunc depositata, quando fuit facta cedula Bonfius potuisset eam facere cum obligat. Cam. & præiudicaret alijs creditoribus D. Io. Baptistæ, ex sufficienti facultate Bonfij, & quod ratio bancaria erat soluendo, Domini non vident rationem diuersitatis, propter quam non potuerit eam facere, quamuis præiudicet alijs creditoribus, quibus sinè difficultate tunc fuisset solutum, si fecissent instantiam pro consecutione sui crediti.

Nec placuit Dominis, quod non poterat fieri solutio D. Io. Baptistæ in præiudicium aliorum creditorum, quia latens erat decoctio rationis
5 Bancariæ; Ideo † alijs creditoribus non potest imputari negligentia, vt dicit *Ang. in l. pupillus sub nu.* 3. *ff. de his qua in fraud. credit.* quoniam vt bene deducit *Cuman. ibi sub nu.* 3. istud dictum non habet fundamentum, cum non possit imputari aliqua culpa neque creditori, qui suum creditum consecutus est, neque debitori, qui tenebatur soluere, quando tempore factæ solutionis erat soluendo.

Non obstat, quod Bonfius sciebat decoctionem, & ideo non potuit gratificare; quia ista scientia non probatur concludēter, cum non constet, quod bilancium fuerit factum ante istam cedulam, & licet ipse deponat, quod D. Io. Baptista erat creditor, quia ipse vti minister sciebat omnia negocia; tamen ex scientia negociorum non infertur necessario ad scientiam decoctionis, quæ à principalibus solet teneri occulta: præterea, etiamsi Bonfius habuisset istam scientiam status rationis bancariæ, tamen in Vrbe communiter ignorabatur & sufficit ad istum effectum quod non probetur scientia D. Io. Baptistæ: quia non probata scientia,
6 † cessat in eo animus nocendi alijs creditoribus, & cessante isto animo, potuit meliorem facere suam conditionem. *l.* 1. *in princ.* & ibi *Ang. & Cuman. in l. qui autem §. hoc edictum ff. de his quæ in fraud. creditor*.

Non obstat *text. in d. l. pupillus*. quia procedit, quādo est facta extorsio per modos illicitos *Paul. conf.* 446 *sub nu.* 3 *lib.* 1. Ideo non applicatur.

R. P. D. MILLINO,

postea S. R. E. Cardinali.

Roman. Vineæ.

Veneris 1. *Februarij* 1602.

SVMMARIVM.

1 *Spolio agi potest quando mandatum est nullum, & notoriè iniustum.*
2 *Mandatum relaxatum vigore obligationis Cameralis illa non extensa est nullum.*
3 *Mandatum est nullum quando est relaxatum pro maiori summa debiti.*
4 *Commissione sanatoria nullitatum arbitrio Rotæ stante solum inspicitur iustitia mandati, & num.* 5.
6 *Mandatum dicitur iustum quando creditum est liquidum, & non probatur solutio ante mandatum.*
7 *Assertioni partis non creditur.*
8 *Exceptio turbida non impedit executionem obligationis.*

DECISIO LI.

DVbitaui an sententia A. C. lata in spolio esset confirmanda, vel reuocanda.

Deducebātur autem spolium ex eo capite, quod mandatum cuius vigore fuit secuta subhastatio, & capta possessio Vineæ fuit nullum, & notoriè in-
1 iustum, † & ideo intrat actio spolij vt fuit resolutum in causa Tiburtina Castri Sambuci coram S. D. N. & sæpius tentum in al.js. Et quantum
2 ad nullitates ex eo, quod fuit actum † vigore obligationis Cameralis ea non extensa, & quod man-
3 datum † fuit relaxatum pro maiori summa verè
4 debita; Domini non habuerunt illas † in consideratione propter commissionem sanatoriam illarum nullitatum arbitrio Rotæ, & tanto magis, quia
5 si adest excessus, summa est modica, & licet † in commissione ad sit clausula consi to de bono iure, tamen si mandatum in reliquis est iustum, istæ nullitates non sunt attendendæ, & ideò resolutio dubij pendet à iustitia mandati. Circa quam Domi-
6 ni dixerunt, † quod creditum Dorotheæ pro fructibus census est liquidum, & ideo nisi Archiconfraternitas probet, quod fuerit satisfacta ante relaxationem mādati ex fructibus Vineæ, mandatum est iustum.

Hoc autem non probatur saltim concludenter, quia calculus 11. doliorum vini ad rationem sc. 13. non iustificatur aliunde, quam ex assertione par-
7 tis † cui non creditur, & ideo decretum, excomputationis, quod est fundatum solum in hoc calculo non est attendendum. Et tanto magis quia in cōtrarium concurrit mala conditio Vineæ, propter quam fuerunt collecta solum quinque dolia vini, quod vt deponit primus Testis *Era cattino, & sapetua*

sapeua d'vua marcia, che non si poteua bere. & ideo potest esse, quod (de tractis expensis) nihil fuerit perceptum à Dorotea, & ista benè comprobantur ex obseruantia subsecuta, quia post factum calculum in contumaciam Dorotheæ, ipsa fuit citata ad cultiuandum, & laborandum vineam, & ad dandam cautionem de faciendo illam cultiuare, & ipsa consensit quod Archiconfraternitas (sine præiudicio sui census) possit facere cultiuare, & postea pro suo credito obtinuit relaxari mandatum, & exequi super hac vinea sine aliqua oppositione Confraternitatis solutionis sui crediti, & ista omnia ostendunt, quod vinea erat in malo statu, † & saltim reddunt prætensionem turbidam Archiconfraternitatis, quod Dorothea esset satisfacta de suo credito, & ideo fuit conclusum non constare de iniustitia mandati.

R. P. D. MILLINO.

postea S. R. E. Cardinali.

Venetiarum pecuniaria.

Mercurij 11. Decembris 1602.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis est exequenda quando summa est liquida.*

2 *Mandati procura reuocatio nihil operatur nisi sit intimata.*

DECISIO LII.

Domini resoluerunt mandatum relaxatum per A.C. contra Illustriss. D. Rodulphum pro summa scutorum 11386. esse exequendum: quia pro quantitate scut. 8223. concurrit explicita eius confessio in instrumento, & tàm pro hac summa, quam pro quauis alia, in qua in futurum remanebit debitor adest obligatio Cameralis, & propterea cum tota ista summa fuerit liquidata cum procuratore ipsius D. Rodulphi, qui habebat specialem facultatem solidandi ista computa, & postea ista solidatio fuerit ratificata, & acceptata ab ipso D. Rodulpho cum promissione soluendi totam summam; secundum Dominos non potest dene-
1 gari † executio obligationis Cameralis pro hac summa liquidata cum procuratore speciali, & postea acceptata ab ipso debitore, vt per *Gallesf. de oblig. Camer. in tit. de process. in fin. & in tit. de liquidat.*

Non obstat, quod in manibus DD. de domo remanserunt folia alba ab eo subscripta, quia hoc nō iustificatur.

Non obstat, quod ista solidatio fuit facta sine iustificatione crediti, quia neque hoc probatur, & in contrarium concurrit assertio ipsius procuratoris, qui dicit, quod inuenit computum iustum, & & ista assertio habet concomitantiam magnæ verisimilitudinis quia iuxta solitum commune similiū solidationum solet prius præcedere diuisio partitarum, & totius negocij, & si creditum non fuisset iustificatum, D. Rodulphus non agnouisset bonam fidem approbando creditum in summa tàm notabili, & promittēs soluere.

Non obstat, quod redditio rationis fuit dolosa, quia iste dolus non deducitur aliundè, quam ex partita scut. 1710. quæ non continetur in cōputis.

Non obstat, quod in solutione non continetur obligatio Cam. quia sufficit, quod continetur in instrumento pro summa scu 8223. & pro alia summa, in qua futurum remanebit debitor, & quod postea fuerit liquidata ista summa illiquida, cum legitima persona, & acceptata à D. Rodulpho.

Non obstat, quod computa non fuerunt solidata cum legitima persona, quia fuit facta solidatio cum Dominico nomine suo, & fratris, à quo habebat mandatum.

Non obstat nullitas, quæ deducitur ex defectu mandati D. Caroli Ghetri, quia constat de mandato, & reuocatio habet exceptiuam, præter quā
2 ad lites: vltra quod † non docetur de intimatione huius reuocationis, prout requiritur.

R. P. D. MILLINO.

postea S. R. E. Cardinali.

Venetiarum pecuniaria.

Lunæ 27. Ianuarij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Camer. exequitur quando summa est liquida.*

2 *Attestatio facta lite pendente, & parte non citata nihil probat.*

DECISIO LIII.

Propositi iterum idem dubium alias propositum, & resolutum, & Domini censuerunt nō esse recedeñ. à decisis, quod mandatum A C. sit exequeñ quia summa fuit liquidata cum Nouaresio procuratore D. Rodulphi, qui fuit ab eo transmissus ad istum effectum solidandi computa, & postea ista solidatio fuit ab eo acceptata, & ratificata
1 & † propterea stante obligat. Camer. mandatum fuit iustè relaxatum ab A. C.

Non obstat quod D. Rodulphus solebat relinquere DD. de Domo folia alba ab eo subscripta, quia hoc non deducitur aliunde, quam ex simplici
2 attestatione † facta lite pendente, & sine citatione partis, & propterea istud factum non iustificatur, & tanto magis, quia videbatur Dominis inverisimile, quod si dd. de domo fatebantur habere ista folia alba, & noluerunt illa restituere Cabano, D. Rodulphus non procurauerit saltim post litem motam illa rehabere. Præterea ex hoc non resultat probatio concludens, prout requiritur, quod dd. de domo vsi fuerint istis folijs albis ad effectum ostendendi ratific. tionēm D. Rodulphi, & tanto magis, quia excluditur omnis suspicio, cum eadem ratificatio probetur etiam ex literis Nouaresij.

Non obstat attestatio Nouaresij, quia non fuit habita in consideratione, cum in contrarium dentur literæ ipsius, & tanto magis, cum sit facta lite pendente, & sine citatione partis.

Non obstat quod D. Rodulphus erat creditor istorum de domo in scut. 4481. quia ista summa fuit deducta in computis, creditum enim erat scut. 4481. remanet creditū in summa liquida sc. 11386.

R. P. D. MILLINO
postea S. R. E. Cardinali.
Romana Vineæ de Pannolinis.
Mercurij 26. Februarij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè agi potest vigore obligationis Cam. quando obligatio est clara.*
2 *Executiuè agi non potest quoties causa est effecta appellabilis.*
3 *Clausula si quid exequendum praeseruat viam executiuam, & impedit effectum suspensiuum appellationis, si de iure est locus executioni.*
4 *Citationis omissio non vitiat actum, quando si citatus esset defensionem nullam haberent.*

DECISIO LIV.

FVit per Dominos resolutum esse relaxañ mādatū contra bona hæreditaria D. Iacobi Matthæucci pro summa scu. 1400. quam Collegium soluit Octauio Morseo sub eius fideiussione. Fun-
1 damentum resolutionis fuit, quia † eorum obligatio est clara de releuando indemnem Collegium ab omni molestia, & de restituendo præfatam summam scut. 1400. prioribus, & potioribus creditoribus dd. Pannolinis ad omne mandatum Domini, & propterea cum Collegium post intimatas molestias Morsio, & causam acerrimè defensam coactum fuerit soluere maiorem summam Petro Lucę creditori anteriori, & causa sit commissa in Rota cum facultatibus A. C. ei competit via exequutiua pro restitutione cōtra Iacobum obligatum in forma Cameræ.

Non obstat, quod à Decreto ad fauorem Collegij fuit appellatum, & per commissionem causa
2 fuerit effecta appellabilis, & propterea † non est amplius locus viæ exequutiuæ, quia per istud decretum non vulneratur obligatio Cameralis, sed illi datur executio, & commissio causæ appellationis continet solitam clausulam, si quid exequen-
3 dum, † quæ clausula præseruat viam exequutiuam, & impedit effectum suspensiuum appellationis, si de iure est locus exequutioni, & hoc maximè secundum Dominos dicendum est, quia postea per alias commissiones obtentas ad instantiam Collegij, quarum vigore actum fuit, causa fuit commissa cum facultatibus A.C.

Non obstat, quod Morsius fuit admissus ad eausam, & quod postea neque ipse, neq; collegium fuit citatum, quando fuit factum decretum ad fa-
4 uorem Gradi, † quia sufficit ad istum effectum, quod causa fuerit defensa per Collegium, & quod ei non poterat competere alia defensio, si fuisset citatus, *vt fuit resolutum in causa Romana emphyteusis 25. Februarij 1579. coram Illustriss. Card. Blanchetto.* Præterea eum præcesserit intimatio molestiarum Morsio ad instantiam Collegii competit actio pro releuatione indemnitatis, etiam quod molestiæ fuerint ei illatæ de facto, vt fuit resolutū *in causa Anconitana assecurationis 27. Ianu. 1595. coram bon. mem. Gyptio.*

R. P. D. MILLINO.
postea S. R. E. Cardinali,
Romañ Census.
18. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Indemnitatis promissio habet in se conditionem dummodo de damno constet.*
2 *Clausula promisit indemnes releuare, & penitus sine damno conseruare quid importet.*
3 *Excussio non est necessaria, quando fideiussor est obligatus ad liberandum a molestijs.*
4 *Excussionis beneficium cessat vbi adest obligatio Cameralis.*
5 *Excussionis exceptio cessat quoties debitum est confessatum.*
6 *Protestatio clandestina non releuat.*

DECISIO LV.

FVit per DD. resolutum D. Alexandrum potuisse conueniri non excussis DD. de Cuppis principalibus debitoribus; quia licet regulariter
1 simplex † promissio indemnitatis hoc ex natura sua habeat vt debeat apparere de damno, & quod creditori à principali debitore satisfieri non possit, & ideo est necesaria excussio *Bart. in l. 1. C. de conu. fisc. debit. lib. 10. & in l. quaero num. 4. ff. locat. Rom. cons. 211. nu. 2 Corn. cons. 109. in fin. lib. 1. Marf. in rubr. de fideiuss. num. 23.* & fuit latè deductum in causa Romana Dohanæ salis 10 Decembris 1582. coram R. P. D. Seraphino, tamen in hoc casu
2 propter pregnantiam clausulæ † promisit indemnes releuare, & penitus sinè damno conseruate, ita quod &c. obligatio D. Alexandri excedit terminos simplicis fideiussoris de indemnitate, & continet promissionem defensionis, susceptionis litis, & liberationis à molestijs *Bart. in l. pater nn. 1. ff. de dot. praleg. Ruin. cons. 187. nnmer. 2. lib. 1. Paris. cons. 109. nu. 37. lib. 1. Socc. Iun. cons. 41. nu. 1. lib. 4.* & ideo, cum D. Alexander sit obligatus in
3 specie ad liberandum à molestijs, potuit † conueniri sine excussione principalium debitorum iuxta formam suæ obligationis pro liberatione à molestiis illatis sibi ab Abbate Marescello, licet non cōstet, quod fuerint passi damnum, & tanto magis, quia ad omnia ista est obligatus vti principalis, &
4 principaliter, & insolidum in forma Cameræ, † & ideo cessat beneficium excussionis, vt fuit resolutū *in causa Romana trium millium 18. Aprilis 1586. coram Illustriss. Blanchetto*, & hoc eo magis dicendum est, stante susceptione termini facta per
5 D. Alexandrum cum confessione debiti, † quæ impedit, vt non possit amplius opponi ista exceptio
6 excussionis; neque ei suffragatur protestatio, † quia est clandestina, & facta per acta alterius notarij, vt per *Doct. in cap. cum M. de constit. & ibi Rip. n. 74.* & inter recentiores benè deducit *D. Siluester Aldobrand. in cons. 23. num. 39. 40. 41.* & fuit resolutum in causis, quæ referuntur per informantes.

R. P. D.

R. P. D. PENIA.

Romañ. Palatij Campi Floræ.

Veneris 16. *Decembris* 1588.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo debet dari ei, qui possidebat de tempore mota litis ampliatur. num.2.*
3 *Spoliator manutenetur pendente iudicio spolij.*
4 *Manutentionis iudicium habet naturam interdicti retinendæ.*
5 *Instrumentum debet in actis produci.*
6 *Obligatione Camer. non extensa decretum est nullum.*
7 *Sententia ex actis, non aliundè iustificari debet.*
8 *Iudex mutari non potest, quando causa est cōmissa à Papa.*
9 *A.C. est Iudex priuatiue quo ad omnes alios in obligationibus Cameralibus.*
10 *Variare an, & quando actor possit.*
11 *Deposito non est locus, quando citatus comparet & recipere se offert.*
12 *Mandatum præsumitur in exbursante notabilem quantitatem pecuniarum.*

DECISIO LVI.

A Decreto A.C. per quod D. Fabricius Rebiba compellebatur retrouendere Palatium Campi Floræ Excellentissimo D. Virginio Vrsino fuit appellatum, & causa appellationis de consensu partium mihi commissa & quoniam pensiones d. Palatij à tempore interpositi d. decreti D. Fabricio non soluebantur dedi dubium, An D. Fabricio ad prædictum effectum esset dan. mandatum de manuteneñ & vtraque parte informante fuit dictum, quod cum D. Fabricius fuerit in possessione exigendi pensiones, & ab eo peteretur retrouendi-
1 tio † interim lite, & appellatione pendente erat manutenendus, neque priuandus commodo suæ possessionis *cap. cum teneamur*, & ibi communiter *Doct. de appellat. cap. 1. vt lit. penden. vbi Abb. num. 4. notab. 3. per text. in cap. cum persona de*
2 *priuil. lib. 6.* ait procedere etiam † si d. possessio esset contra ius, quod etiam voluerunt *Dec. in d. c. cum persona §. quod si tales not. 4. Philip. Franc. notab. 2. idem Franc. in cap. cum teneamur. de appell. & Dec. in c. significāte notab. 3. de appell. Gabr. tit. de acq. vel omitten. possess. conclus. 6. confirt.*
3 *Dec. consil. 67. incip. in casu proposito præsertim* † cum nec etiam spoliatori in iudicio spolij soleat negari manutentio *Doct. in l. Attilius Regulus ff. de donat.* cum etiam sit manuten. *l. fin. C. si per vim. ealicet* & ibi *Doct. de præben. lib. 6. Neuiz. cons. 80. incip. Benedictus es Domine. Paleot. decis. 129. incip. Spoletana Parochialis*, & cum reuocaretur in dubium D. Fabricium ante litem motam fuisse in possessione exigendi pensiones, orta lite, & appellatione pendente, non potuit mandatum de manutenendo denegari, quod † habet naturam interdicti re-
4 tinendæ, & locum quando rei possessio ante litem motam probatur *Bart. in l. ait prætor §. quod ait, num. 2. & 14. ff. vti possidet. Veral. decis. 198. incipi. manutentionis par. 2.* & maximè ad effectum consequendi fructus *Guid. Pap. decis. 356. vers. quintus est.*

His præterea accedebat notoria iniustitia decreti A.C. cum non iustificaretur ex actis: nam instrumeñ, ex quo Dominus Fabricius asserebatur obligatus in forma Cameræ ad retrouenden. d. Palatium non fuit rogatum per Notarium actuarium eiusdem Tribunalis A.C. sed per D. Prosperum Campanum Notarium Archiuij, cuius instrumen-
5 ti † cum non fuerit facta in actis productio, nec extensa formula obligationis Camer. quod erat ne-
6 cessarium *Gallesi tract. de obligat. Camer. par. 3. tit. de process. ipso*; decretum erat nullum, nec Fabricium afficere poterat.

Quod procedit sine difficultate ex tritissimo vsitato stylo; quamuis asseratur A.C. sæpè d. instrumentum ostensum fuisse, quod non sufficit, cū vulgo iure proditum sit, † sententiam ex actis non aliunde iustificari debere.

Decreti etiam eiusdem nullitas, & iniustitia ex eo videbatur persuadere, quod factum fuerit postquam causa ad instantiam partis per speciale Papæ rescriptum fuerat commissa in Rota. Vnde
8 non potuit † Procurator Excellentiss. D. Virginij mutando iudicem variare, & A.C. adire; quamuis Fabricius esset obligatus in forma Cameræ, cuius priuilegium est, vt possit omitti primus Iu-
9 dex, & A.C. adiri † in obligationibus Camer. habet facultatē priuatiuā quo ad alios Iudices quacunque commissione, & inhibitione non obstante
10 quia † tunc demum in exequutiuis potest actor variare, & Iudices diuersos adire, quando reus conuentus est contumax *Gallesi de obligat. Camer. par. 3. q. 2. n. 7. vers. non tamen omittere*, Fabricius verò non fuit talis, cum citatus in Rota ad retrouendendum, responderit se esse paratum retrouēdere iuxta formam instrumenti: Vnde supernacaneum fuit alium Iudicem adire stante præsertim illa Fabricij protestatione, quod erat paratus retro-
11 uendere iuxta formam instrumenti, † non erat locus deposito, facta præferrim reuocatione sequestri *l. 2. vbi Salic. & Bald. C. de vsuris latè Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glos. 3. n. 3. & 5.* nec suffragatur decretuā A.C. cum (vt dictum est) fuerit nullū.

Quod fuerat pro parte Domini Fabricij propositum de defectu mandati in Procuratorē D. Virginij, cum mandatum esset ad lites tantum, non autem ad faciendam præfatam retrouenditionem nō placebat aliquibus ex Dominis ex eo, quod dicti Procurator nomine D. Virginij apud Mōtem Pietatis Vrbis fecerat verum reale, & actuale depo-
12 situm 10. millium scut. & amplius, † quæ maximæ pecuniarum summæ mandati defectum in hac parte, & supplere, & tollere videbantur.

Quare cum à die facti depositi non videretur liquido constare de bono iure D. Virginij respectu pensionum, nec eas soluere teneretur, merito pronunciatum fuit, Fabricium manuteneñ.

Cęterum, quia respectu retrouenditionis non dubitabatur de bono iure D. Virginij, cum reuera Fabricius retrouendere teneatur. Ideo DD. ordinauerunt, vt Fabricius admoneretur ad omninò facien. præfatam reuenditionem, & Procurator D. Virginij ad producen. necessaria, vt retrouenditio iure, & legitimè fieret.

d 3 R.P.D.

R. P. D. PENIA.

Bononień Census.

Lunæ 24. Aprilis 1600.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cam. non censetur apposita, nisi exprimatur in instrumento.*
2 *Obligatio Camer. est digna speciali nota, & ex pressione.*
3 *Ea quæ sunt digna speciali nota, si non exprimuntur, censentur neglecta.*
6 *Debitor non cogitur facere instrumentum cum obligatione Camerali.*
7 *Obligatio Camer. non potest apponi à Procuratore quando in mandato non habet specialem facultatem illam apponendi.*
8 *Executiue agi non potest vigore iuramenti in instrumento appositi.*

DECISIO LVII.

IN hac causa, quam proposui vtraque parte informante super dubio, an potuerit exequutiue procedi contra DD. Vgonem, & Riccardum de Pepulis, quos in instrumento census in forma Cameræ obligauerat suus Procurator: ipsi tamen in mandato procuratorio non dederant Procuratori talem facultatem: difficultas fuit restricta ad ratificationem Dominorum de Pepulis: si enim ipsi Procuratoris factum ratificauerunt; contra ipsos posset procedi exequutiue, & ex hoc capite tollebatur difficultas; cessante enim ratificatione Domini significabant non potuisse exequutiuè procedi ex sequentibus.

Primò, quia obligatio Cam. non solet apponi
1 apponi in Ciuitate Bononiensi, † & ideo, nisi exprimatur in instrumento, non censetur apposita, & de consuetudine non apponendi præfatam obligationem Cam. in Ciuitate Bononiensi in instrumentis, nisi expresse de ea apponenda esset actum testificabantur plures insignes Notarij, & Causidici Bononienses.

Secundo quia, nec alio modo solet competere
2 hæc via exequutiua; nisi pro expressis † *Bald. in l. ab Anastasio nu. 4. vers. sed hic occurrit dubium C. mandati Corn. cons. 141. num. 6. vers. tamen quatenus lib. 3. Ruin. cons. 74 nu. 5. vers. ita in similis, & fere in terminis lib. 4. Tobias Noni. cons. 70. n. 1.* & propterea via exequutiua obligationis non datur, nisi pro illis, quæ expresse leguntur in in-
3 strumento † *Gallef. tract. de oblig. Cam. nu. 14. vers. sed non propterea, & nu. 15. in princ. Rot. dec. 742. num. 11. in princ. par. 1.*

Tertio, quia illa qualitas obligationis Cameralis per quam datur via exequutiua digna erat spe-
4 ciali nota, & ideo iuxta regulam vulgarem: si ea, quæ sunt digna speciali nota, non exprimantur,
5 neglecta, & omissa censentur † *Gabr. conclus. 3. num. 27. de consuet.*

Quarto, non cogitur debitor facere instrumen-
6 tum cum additione talis obligationis, † quia altera tetur eius obligatio, & grauaretur cum tolletur processus per tres instantias. *Tiraquell. qui plures congerit in terminis de retract. lignag. §. 29. glos. vlt. n. 2. vers. quoniam ex hoc, licet num. 3. se referat ad consuetudinem Galliæ, declarat Felin. in c. significauit nu. 8. vers. & adde Angel. de testam.*

7 Et consequenter † cum ista qualitas non esset expressa in mandato non poterat apponi obligatio Cameralis.

Non obstabat, quod propter Iuramentum ap-
8 positum posset agi executiue quia cōtrarium † fuit decisum in causa Romana fructuum de Vellis coram D. Litta, & nuper die 21. præsentis mensis in causa Bononień quia, vt fuit consideratum in dicta causa Bononiensis de Tisignanis, est ordinatorium.

R. P. D. PENIA.

Bononień executionis.

Veneris 16. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in qua pronunciatur non esse locum executioni vulnerat obligationem Cameralem.*
2 *Obligatione Cam. vulnerata non est locus illius executioni.*
3 *Executiuè non agitur contra tertium possessorem.*
4 *Iudex potest reuocare executionem iam concessam.*

DECISIO LVIII.

EXequutionem factam auctoritate generalis Auditoris Bononiensis super apotheca possessa per D. Cammillum Boccaferrum ad instantiam R. P. D. Ioannis Ludouici ab Armis vigore obligationis Cameralis, idem Auditor instan. eodem Cammillo reuocauit, & Rota vtraq; parte informante, me causam extra Rotam proponente d. reuocationem, siuè sententiam vltimo loco latam ad fauorem Camilli confirmandam censuit; pronuncians non fuisse locum executioni obligat. Cam. ad fauorem D. Armij: quamque de iustitia particulariter videri voluerint: Tum quia, cum lata fuisset sententia contra Dominum Armium;
1 vulnerata † remansit obligatio in forma Cameræ,
2 & ideo non potuit † ad illius exequutionem procedi; vt sæpè fuit resolutum, & nouissimè in causa Romana de Perbenedictis coram D. meo Litta.
3 Tum præterea, quia † contra tertium possessorem, qualis erat D. Camillus, non poterat agi iudicio exequutiuo *Bald. in l. 1. num. 6. vers. secus si agitur C. com. de legat. Iason in l. quadam §. 1. num. 7. vers. hinc est ff. de eden. Gallef. de oblig. Cam. ad 2. part. 1. part. q. 3. num. 3. vers. sed contra particulare.*

Nec dubitabatur de validitate reuocationis facta per eumdem Iudicem, qui prius decreuerat immissionem in apothecam contra D. Camillum; quia cum Camillus coram Iudice de iure suo do-
4 cuerit; potuit † Iudex declarare executionem reuocandam *l. d. Diuo Pio §. si super rebus, & ibi glos. in verb. fratri vbi not. Bart. n. 7. vers. ego dico Imol. n. 14. Alex. n. 1. & Ias. n. 19. vers. 3. in quantum ff. de rescind. Couar. in pract. q. c. 16. n. 3. vers. quartus casus.*

R. P. D.

R. P. D. PENIA.

Reatin. depositi.

18. Decembris 1600.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum continet probationem probatam.*
2 *Executiuè agi non potest quando obligatio Cam. est vulnerata.*
3 *Decreto tantum vulnerato, non dicitur vulnerata obligatio Cameralis.*
4 *Creditor non est verisimile vt per longum tempus differat petere seu depositum, & nu. 5.*

DECISIO LIX.

ANno 1581. Petrus Vincentius de Sanctis deposuerat penes Agamennonem Dilectum de Reate ducatos mille auri in auro, restituendos ad eius beneplacitum, & desuper fuerat etiam confectum publicum instrumentum rogatum per Laertium Prancranum Notarium Reatinum, cum iuramento, & obligatione Camerali.

Petro Vincentio vita functo; Marcellus de Sāctis Nepos, & hæres illius depositum ab hæredibus Agamennonis, tunc etiam defuncti repetebat; quos restitutionem, aut recusantes, aut differentes, conuenit cotam A.C, exequutiuè agendo cōtra ipsos vigore obligationis Cameralis. A.C. mandatum executiuum relaxauit, quod R. P. D. Marchesanus reuocauit. in gradu appellationis. Dubitaui, an instrumentum depositi publicatum ab eodem Notario, qui de eo fuerat rogatus releuaret ad effectum, de quo agebatur.

Et Rota vtraq; parte informante releuare censuit. Primo quia erat in forma probanti, & habebat omnia requisita ad publicum instrumentum,
1 † & consequenter dicebatur continere probationem probatam *Bald. in l. interest notab. vlt. C. de solut. Dec. cons. 36. nu. 2. vers. nam instrumentum*, & dicitur facere rem certam *Bart. in l. 1. n. 8. vers. responde 1. ff. de nou. oper. nunciat.*

Secundo, quia cessabat illa grauis oppositio, quæ fiebat coram A.C, vbi non fuerat productum instrumentum depositi publicatum ab eodem Notario rogato, sed solum quoddam sumptum ex notis originalibus præfati Notarij defuncti extractum & publicatum per Archiuistam, cui sumpto licet A. C. adhibuerit fidem, & mandatum exequutiuum eius vigore relaxauerit iustius processisse videbatur D. Marchesanus Iudex ab eodem A. C. postea deputatus, qui d. exequutionem reuocauit: illa enim difficultas satis coram me videbatur sublata, ex quo non aderat defectus subscriptionis Notarij, cum foret productum instrumentum publicatum, & subscriptum ab eodem Notario rogato.

Atque ex his fuit conclusum instrumentum releuare; cæterum quia informantes pro Paulo, & Ægidio de Dilectis prætendebant viam exequuti-
2 uam cessare, † ex eo, quod obligatio Cameralis fuerat vulnerata per sententiam D. Marchesani: Ideo de hoc videbatur particulariter agendum, & videndum, an per d. sententiam esset vulnerata obligatio Cameralis, vel solum decretum, seu mā-
3 datum exequutiuum A.C. nam † regula est, quod solo decreto vulnerato, non dicitur vulnerata obligatio Cameralis; ad effectum enim, vt obligatio Cameralis censeatur vulnerata, non sufficit vulnerari decretum, siuè mandatum exequutiuum quod si solum vulneratum sit, non extenditur ad vulnerandam obligationem; vt fuit decisum in causa Romana census die 27. Iunij 1580. coram bo. me. Cantuccio.

Rursus, si vulnerata fuit obligatio Cameralis, & negocium reductum ad viam ordinariam; licet instrumentum releuaret; adhuc tamen remanebāt aliquot primariæ difficultates diluendæ desumptæ ex coniecturis relatis per informantes pro Dilectis, in quibus sequentes mihi videbantur vrgentiores.

Primo, quia aderat taciturnitas 16. annorum
4 quo toto tempore non videbatur † verisimile Petrum Vincentium distulisse petere suum depositum ad *Paris. cons. 137. nu. 12. vers. aduertendum in super lib. 4. Afflict. decis. 13 nu. 12.*

Altera, quia Agamennones superuixerat vsq; ad annum 1591. decem, videlicet annis post receptum depositum; Vnde si Petrus Vincentius, non rehabuisset illud viuente Agamennone, non erat
5 verisimile † post obitum Agamemnonis dilaturum petere ab ipsius hæredibus *Socein. Sen. cons. 89. n. 5 vers. item adsunt lib. 3. Afflict. decis. 13. nu. 21.*

Tertia, desumebatur ex verisimilitudine tantæ quantitatis; habito præsertim respectu ad personam Petri Vincentij non ad modum diuitis, & Ciuitatis videlicet Reatinæ, vbi non facile haberi solent tot scuta aurea.

Postrema difficultas oriebatur ex præscriptione 16. annorum, quam contra similia depositorum instrumenta inducit statutum Reatinum, & similiter statutum Vrbis. Itaq. licet præfatum instrumentum releuaret; ego non audere ill. dare executionem ante habita consilia DD. super istis difficultatibus.

R. P. D. PENIA.

Reatina depositi.

Veneris 25. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Obligatione Camerali per sententiam vulnerata, illius vulneratio tollitur si Papa dat, vt ea non obstante ad executionem procedatur.*
2 *Taciturnitas longi temporis non sufficit ad præsumendam solutionem.*
3 *Impossibilitas excluditur, quandò vir prouidus & diligens id facere possit.*
4 *Inuerisimilitudo tollitur ex facto subsequenti.*
5 *Præscriptio non inducitur contra mortuum ante completam præscriptionem.*
6 *Restitutio datur heredi ex capite iustæ ignorantiæ.*
7 *Ignorantia præsumitur in herede.*
8 *Instrumentum publicum cum solemnitatibus requisitis non indiget matrice.*

DECISIO LX.

Die 18. Decembris 1600. fuit in hac causa decisum instrumentum, de quo agebatur releuare, quia in forma probanti, & habebat omnia requisita ad publicum instrumentum necessaria. Sed quia, tunc ego excitaueram aliquot difficultates, Ideo iuxta decisionem tunc factam, non fuerat ad vlteriora processum. Causa autem nunc iterum proposita, vtraque parte informante. *Rota non obstan.* difficultatibus in decisis persistendum censuit.

Neque etiam obstar prima difficultas deducta ex vulneratione obligationis Camer. per sententiã
1 D. Marchesani: ea † enim fuerat sublata, ex quo Sanctissimus per specialem rescriptum ordinauerat, vt prætensa vulneratione non obstante, ad exequutionem obligationis Camer. procederetur.

Rursus non obstabat secunda difficultas de taciturnitate 16. annorum, quia tanto tempore non videbatur verisimile Petrum Vincentium distulisse petere suum depositum notabilis præsertim quantitas ducat. 1000. auri in auro, sed respondebatur.
2 Primo istam coniecturam † petitam ex taciturnitate longi temporis in non petendo credito, non sufficere ad præsumẽdam solutionem *Rota in vna Romana extinctionis census sub die 17. Maij 1584* & consequenter in eam propositionem excludere probationem resultantem ex publico instrumento cum tunc debeant plures concurrere.

Secundo respondebatur. Ideo Petrum Vincentium distulisse petere suum depositum, quia sciebat esse tutum pœnes Agamennonem Dilectum depositarium, qui fuerat etiam à deponente hæres institutus in primo testamento reuocato parum ante obitum.

Ad tertiam difficultatem deductam ex inuerisimilitudine ex eo, quod non videatur verisimile Petrum Vincentium non admodum diuitem depositaturum ducatos mille auri in auro in Ciuitate Reatina, vbi non facile reperiri solent.

Respondebatur primo potuisse virum diligentẽ,
3 & prouidum decursu temporis † colligere tot ducatos aureos, quot penes Agamẽnonem deposuerat, & consequenter excludi difficultatem quæ impossibilitati æquiparatur *Glos. in §. fere in verb. difficilis instit. de rer. diuis. Bero. cons. 88. num. 35. vers. præterea lib. 1.*

Secundo respondebatur ex testamento Petri Vincentij liquere ipsum fuisse satis diuitem, ex
4 quo † cessabat proposita difficultas, & inuerisimilitudo *Alex. cons. 183. num. 17. vers. & hanc partem lib. 6.*

Ad quartam difficultatem desumptam ex præscriptione 16. annorum, quam contra similia depositorum instrumẽta dicebatur inducere statutum Reatinum. Respondebatur primo respectu depo-
5 nentis † nullam adfuisse præscriptionem, quia deponens obierat ante lapsum 16. annorum.

Secundo respondebatur quod licet respectu hæ-
6 redis esset completa; illi tamen † competebat restitutio ex capite ignorantiæ *Alex. cons. 71. num. 2. & 3. vers. quod autem & cons. 84. numer. 2. & 3. vers. prætera lib. 1. Bero. cons. 56. numer. 41. vers. & quod, & cons. 121. num. 2. vers. & ratione lib. 3. Veral. decis. 207. circa fin. par. 3. & fuit decisum in vna Romana redditionis rationis die 15. Martij 1599. coram bo. me. Orano, & in causa Romana legati die 29. Martij 1599. coram R. P. D. Litta*, in
7 quibus fuit dictum ignorantiam † probari iuris præsumptione ex eo ipso, quod sumus in hærede, qualis in casu proposito erat Marcellus de Sanctis, pœnes quem non erat instrumentum originale depositi quod paulo ante deposuerat *l. qui in alterius vbi Doc. ff. de reg. iur. Surd. decis. 246. numer. 8. in princ.*

Ad vltimam difficultatem deductam ex matrice, quæ non videbatur esse eiusdem caracteris cum publico instrumento inde sumpto. Respondebatur
8 primo, † quod habens publicum instrumentum cum solemnitatibus requisitis recognitum, & publicatum non indiget matrice.

Secundo respondebatur, infirmam satis, & debilem fuisse iudicatam eam coniecturam quæ ex diuersitate characteris proponebatur, quia Peritus, quem ego extraiudicialiter consulueram diligenter perpensis vtriusque instrumentis responderat manum fuisse eandem; licet extemperatione calami crassiores essent caracteres, quibus matrix cernebatur scripta.

Atque ex his iure Rota censuit indecisis persistendum.

R. P. D. PENIA.

Bononien. Census.

Mercurij 27. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Producens instrumen. censetur illud approbasse, & ratificasse.*
2 *Obligatio Camer. qualificat omnia in instrumento cõtenta, virtute clausulæ pro quibus omnibus in fine posita & nu. 3.*
4 *Obligatio Cam. est indiuidua.*
5 *Iuramentum appositum super contractu plura capita continente totum qualificat, & æqualiter omnia respicit.*
6 *Qualitas executiua transit in ratificantem.*
7 *Protestatio contraria facto nihil operatur.*
8 *Ratificatio Cam. obligationis potest induci etiam absente creditore.*
9 *Protestatio non præiudicat absenti.*
10 *Protestatio præseruat ius alicui competens, sed non tollit ius alteri acquisitum nu. 11.*

DECISIO LXI.

Die 7. Februarii proximè præteriti fuerat in hac causa decisum constare de ratificatione DD. Vgonis, & Riccardi de Pepulis, ex eo, quod ipsi instrumentũ census, in quo per Procuratorem corã fuerant in forma Cam. obligati produxerant corã A. C. & virtute obligationis Cam. egerant contra Comitem Alexandrum principalem obligatum, & alios confideiussores; Cæterum quia rursus causa proposita die 7. Maij, aliqui ex Dominis dubitabant de decisione ex eo, quia pro parte Dominorum de Pepulis dicebatur instrumentum prædictũ fuisse productum per compulsum, & in ea part e in

in qua confideiussores sibi inuicem promiserant releuationem indemnitatis. Vnde cum instrumentum contineat plura, & diuersa capitula, & præsertim illud de releuatione, & obligatione consequenter illud capitulum approbando, & illo vtendo non videbantur alia capitula eiusdem instrumenti approbasse. Et in primis illud, quod contra ipsos faciebat de ratifican. obligatione Camerali, ideo causa denuo proposita vtraque parte informante: Rota in decisis persistendum censuit, & eodem fundamēto quo decisio nitebatur, quo-
1 niam Domini de Pepulis † per productionem, &
vsum prædicti instrumenti censebatur illud approbasse, & ratificasse *c. cum venerabilis de exceptionibus vbi Abb. num. 4. vers. nota quod Alex. cons. 112. num. 5. in fin. lib. 1. Bald. cons. 14. num. 1 lib 5.*

Neque obstat argumentum paulo antea relatū ex eo, quod instrumentum contineret plura capita, & quod per vsum vnius capituli non induceretur acceptatio aliorum, quia respondebatur,
2 † id non habere locum in obligatione in forma
Cam. quæ qualificat contractum, & omnia in cōtractu contenta virtute clausulæ, pro quibus om-
3 nibus, & singulis, † & ea obligatio apponitur in
fine contractus; tum ad qualificandū omnia capitula contractus, tum ad efficacius, & maiori vinculo obligan. *Galles. ad form. oblgat. Camer. part. 3. tit. de preambulis ipſ. process. §. potest num. 2. in princ. Bened. de Barr. tract. de guarantig q. 5. vers. nam per appositionem Gabr. cons. 173. nu. 2. vers. nec refert lib. 2.*

Vnde quamuis obligatio Camer. sic apposita in instrumento plura Capitula continente; ex quo
4 † qualitas obligationis Cam. est indiuidua; per
approbationem qualitatis ipsius in vno capitulo inducitur ratificatio respectu cæterorum capitulorum eodem tempore in eodem instrumento appositorum; ita vt in parte acceptari, & in parte possit non acceptari.

5 Et placuit simile de iuramento † super pluribus
capitulis in eodem contractu contentis apposito, quod æqualiter omnia respicit, & totum instrumentum qualificat *Zabarel. in c. peruenit il secondo, vbi Felin. num. 5. vers. sed ista intellige de iur. Boer. q. 243. num. 5. 5. vers. in contrarium videtur & num. 6. Seraph. tract. de priuileg. iuram. priuil. 107. nu. 29. vers. quia iuramentum Put. decis. 310. num. 3. in princ. lib. 3. Mohed. de procur. dec. 8. vbi*
6 *num. 1.* recte dicitur † qualitatem exequutiuam
transire in ratificantem.

Non obstat protestatio interposita à Procuratore dd. de Pepulis quia respondebatur. Primo protestationem fuisse contrariam facto; & conse-
7 quenter † ea vitiata, factum sortiri effectum *Put.
decis. 380 num. 1. in princ. lib. 1.* Secundo respondebatur quod licet absente D. Saluio Scarlatto
8 potuerit induci † ratificatio obligationis in forma
Cam. ad ipsius fauorem *Ang. in §. si vero expressim numer. 45. vers. & hoc patet in Auth. de hæred. & falcid. Crauett. tract. de antiq. temp. par. 1. §. viso de verbis enunciatiuis num. 43. vers. contrarium;* eo
9 tamen absente † non potuit ei nocere protestatio,
cum de eius præiuditio ageretur *c. ex parte decani de rescript. Rip. in c. cum M. Ferrarien. nu. 68. & 108. vers. secunda conclusio de constit. Clem. fin. de renunciat. l. si mandassem ff. mandati, & fuit decisum in causa Romana cessionis iurium die 7. Februarij 1601. coram D. meo Sacrato.*

10 Et cum protestatio † solum præseruet ius, quod
alicui competit, vel competere potest; non po-
11 tuit in hoc casu † auferre ius vigore ratificationis
acquisitum Saluio propter qualitatem obligationis in forma Cameræ indiuiduam, & inhærentem vniuerso contractui, & singulis ipsius capitulis.

R. P. D. PENIA.

Ferrentina Ferreriæ.

Veneris 25. Iulij 1645.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento debiti non exhibito, executio concedi non potest.*

2 *A. C. ex inueterato stylo non procedit nisi probato credito.*

3 *Notarij A. C. habent extensam formam obligationis Cam in eorum pluteolis.*

DECISIO LXII.

CVM Abbas. & Clerici Ecclesiæ S. Hyppoliti ab A. C. obtinuissent mandatum exequotium contra D. Lælium Ceoolum pro solutione canonum vigore eiusdem concessionis sibi factæ ab eodem Abbate de vna Ferraria ad tertiam generationem ad prædictam Ecclesiam S. Hyppoliti spectan. & Lælius sub prætextu nullitatis, & iniustitiæ d. mādati appellasset, & de partium consensu causa fuisset commissa in Rota, cum clausula si qui exequen vtraque parte informante, Dubitatum An prædictum mandatum esset exequen. & die 30. Maij 1604. causa fuit dilata, & die 22. Iunij proxime præteriti, cum causa iterum proponeretur placuit DD inter partes, nisi concordiam, quæ, cum non fuisset conclusa, iterum causa proposita sub die 1. Iulij Rota censuit decretū A. C. fuisse nullum, de illius autem iustitia particulariter videndum.

Validitas deducebatur ex eo, quod seruatis seruandis fuerit decretum, & relaxatum.

Neq; obstat defectus productionis instrumenti locationis factæ D. Lelio de quo ipse opponebat.

Quia fuit responsum de productione constare ex citationibus originalibus sub die 27. Ianuarij 1601. ad dicen. contra iura producta, & repetita contra D. Lælium, viden. iurare testes super illorum recognitione & extendi formam obligationis Camer. iuxta stylum Curiæ, & contra hæredes Capitanei Horatij Ioannelli fideiussores eiusdem Lælij, licet autem cursor exequutus fuerit citationem solum contra Procuratorem hæredum fideiussoris nihilominus sub die 23. eiusdem mensis in termino citationis fuit productum instrumentū locationis rogatum per Martium Masium sub die 10. Octob. anno 1588. & seruatus terminus in forma, & deinde per trea dies citato etiā ipso D. Lælio ad dicendum contra iura, fuit sub die 30. eiusdem mensis Ianuarij facta repetitio iurium in forma, & seruatus terminus; ex his enim dicebant Domini constare de sufficienti productione instrumenti contra Lælium, quam clarius arguebant

pro-

protestationes ab eo interpositæ, & testium examina ad eius instantiam facta, tam corā A. C. quā in Rota ad euitan. exequutionē illius instrumēti, quæ omnia D. Lælius facile omittere potuisset, & debuisset si instrumentum non fuisset contra

1 ipsum productum † nam non exhibito instrumento, nihil potuisset Abbas contra ipsum obtinere,

2 præsertim corā A.C. † qui ex inueterato, & iusto stylo sui tribunalis non solet procedere, nisi prauia probatione crediti per testes legitimè examinatos, vel per authenticas scripturas & instrumēta.

Rursus non obstabat, quod obligatio in forma Cameræ non fuerat extensa, & quod non sufficiat decretum, quod Dominus mandat illam extendi.

3 Quia fuit responsum, † quod cum versemur in Notarijs A.C. † sufficit decretum de obligatione extendenda, ex quo illius Tribunalis Notarij in eorum protocolis solent illam extensam habere, vt in processibus poni possit, sicut fuit resolutū in Romana pecuniaria de Consciaris coram bon. mem. Orano die 13. Ianuarij 1599. vbi amplius fuit dictum ita de stylo seruari.

R. P. D. PENIA.

Venetiarum donationis.

Veneris 9. Decembris 1605.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non indiget extensione quādo fuit consensum in relaxationem mandati.*

2 *A.C. potest exequi omnia instrumenta etiā quod non adsit obligatio Cameralis quando fuit consensum in relaxationem mandati.*

3 *Donatio de Iure communi non requirit subscriptionem.*

4 *Insinuatio nil aliud est, nisi legere donationem coram Iudice ordinario, vt publice ad notitiam deueniat.*

DECISIO LXIII.

DOMINVS Rodulphus Pius præmissa narratiua fidei; & integritatis Dominici de domo in regenda, & gubernanda eius persona, & familia, & in alijs eius negocijs pertractandis, vt mutuæ beneuolentiæ aliquod signum exhiberet, Venetijs anno 1598. sub die 19. Decembris titulo donationis irreuocabilis inter viuos eidem Dominico præsenti, & acceptanti pro se, & eius hæredibus, & successoribus annua scuta 300. auri, ex quibus vis eius bonis extrahenda; cum onere tamen cibaria præstandi cuidam Donnæ Iacobæ, & vni eius possedisseque vita dictæ Iacobæ durante donauit; itaut præfata scuta 300. liberè ad eūdem Dominicum pertinerent.

Die 5. Nouembris anni 1601. Antonius de Domo præfati Dominici frater, & Procurator, Rodulphi procuratorem ad dicendum contra iura, & ad soluendum, alias ad videndum decerni, & relaxari mandatum in obligatione susceptum citauit, & adueniente termino præfatæ donationis instrumentum produxit, & die 6. eiusdem mensis productione facta iterumq; procuratore Rodulphi citato ad soluendam præfatam summam iuxta formam iutium ab A. C. parte præsente decerni, & relaxari mandatum infra mensem obtinuit: ab eo decreto idem Rodulphus intra legitima tempora appellauit & causa commissa in Rota. Dubitauit, an præfatum A.C. mandatum esset exequēdum, & Rota Dominico de Domo non tantum informante: (nām procurator Pij sæpè citatus non cōparuit) mandatum exequendum censuit; quia de validitate mandati non dubitabatur, cum de iurisdictione, & citatione constaret *Veral. decis. 462. part 2.* nam respectu Rodulphi res erat clara; nē dum enim ratione originis, sed etiam bonorum, quæ omnia ferè consistunt in statu Ecclesiastico subiectus erat Tribunali A.C. in cuius etiam iurisdictionem ipse consenserat: respectu DD. de domo non aderat dubium, ex quo ipsi venerunt ad hoc forum, tanquam forum rei, quem sequi tenebantur.

Iustitia vero patebat ex publico donationis instrumento Veneris confecto obligatione Camerali vallato, & coram A.C. citata parte producto.

Non obstat, quod ex quo instrumentum erat rogatum extra Tribunal A C. & Statum Ecclesiasticum requirebatur extensio obligationis Cameralis, qua non extensa iudicium fuit nullum.

1 Quia respondebatur † nullitatem cessare ex clausula instrumenti, per quam fuit consensum in mādatum exequutiuum vnica, vel fine citatione iuxta quam clausulam inoleuit stylus quod detur exequutio instrumentis extra Tribunal rogatis, nullo etiam Iudicis decreto circa extensionē præcedente, vt testabantur practici, & Notarij eiusdem Tribunalis. quod videbatur de Summorū Pontificum mente descendere in facultatibus cōcessis A.C. vt in Bulla Gregorij XIII. in Bullario constit. vers. itaut tu, & Sixti V. in eius Bullario lib. 2. constit. 28 num. 28 & Gregorij XIV. num 4.

2 eod. vers. itaut tu Vnde patebat † A.C. posse exequi omnia instrumenta, in quibus debitores etiam absque obligatione in forma Cameræ consentiūt in mandatum exequutiuum, vnica, vel fine citatione, & quarum obligationum, vel consensuum vigore in alijs Tribunalibus executiuè pro relaxatione mandatorum proceditur.

Dicebatur etiam quod quatenus hoc mandatum non sustineretur vigore obligationis Cameralis: sustinebatur tamen vigore consensus in mādatum executiuum cuius via fuit actum; cum citatio, cuius vigore fuit relaxatum mandatum, esset facta ad soluen. alias viden decerni, & relaxari mandatum in obligatione susceptum.

Rursus non obstabat, quod donatio non esset à

3 partibus subscripta; † quia de iure communi id nō est necessarium *Ioan. Andr. in addit. ad specul. tit. de instrum. editione § porro vers. donatio autem* in verbo subscripta *Ant. de Canar. tract. de insinuatione q 20. num. 38.* vbi addit nec esse necessariam subscriptionem testium, quando donatio est facta per publicam personam.

Similiter dicebatur non reddi inualidam dona-

4 tionem ex defectu insinuationis, quia cum † insinuatio nihil aliud sit, quam donationem coram Iudice ordinario publicè legere, vt ad notitiam publicè deueniat, ex ritu Venetiarum insinuatio ni respondente, fuerat sufficienter satisfactum cū coram Magistratu officium Curiæ examinatorū, seu

seu procuratorum nuncupato producta fuerit hęc donatio, mandataq; per praeconem stridari idest praeconizari, & per mensem affigi, expectandumq; an aliquis ei contradicere vellet. Haec enim formula, & praxis Veneta pleniffimè insinuationis substantiam continere dicebatur *Ant. de Canar. tract. de insinuat. q. t. 2. & 9. num. 8.*

Atque ex his fuit conclusum praefatum mandatum fuisse exequendum.

R. P. D. PENIA.

Romana pecuniaria.

Luna 18. Iunij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non admittit alias exceptiones, nisi solutionis falsitatis, & nouae conuentionis.*

2 *Clausula constitui transfert possessionem in constitutarium.*

3 *Impletum semel fuisse sufficit, licet implementum non duret.*

4 *Dictio iuxta relata ad facultatem datam stat limitatiue.*

5 *Limitata obligatio limitatum producit effectum.*

6 *Clausula non alias, aliter, nec alio modo importat conditionem, & formam.*

7 *Executio obligationis Cameralis nō retardatur per exceptionem requirentem altiorem indaginem.*

DECISIO LXIV.

ROTA vtraque parte informante censuit mandatum à R. P. D. Macchiauello relaxatū contra Mangilios fuisse exequendum; quia erat
1 firmatum obligatione Camerali, † contra quam non potest opponi alia exceptio, quam solutionis, falsitatis, & nouae conuentionis *Bart. in l. t. §. praui nu. 3. ff. quod ui aut clam. Cassad. decis. unic. n. 2. de mut. petit. Gallest. tract. de oblig. cam. ad 4. part. q. 1. in princ.* & praesertim, quia concordia fuit confirmata à Clemēte P. VIII. & causa fuit commissa cum clausula appellatione remota.

Ad exceptionem autem nō adimplementi, qua potissimum nitebantur informantes pro Mangilijs ad impediendam vlteriorem mādati relaxati exequutionem ex eo deductam, quod licet adepti fuerint bona Romae existentia, non potuerunt tamen consequi bona Bergomi sita, quae creditores pro parte sua in concordia liberè tradere promiserant, & Mangilij praetendebant ab alijs creditoribus in concordia non comprahensis fuisse euicta, multis modis fuit responsum, & Primo deputatos à Creditoribus non promisisse aliquid, sed tantum cessisse Io. Petro Mangilio omnia bona tam Romae, quam Bergomi existentia, & omnia quaecunq; iura & actiones cum clausula constituti, ipsum Io. Petrum Procuratorem irreuocabilem in rem propriā adiecta iura, & credita quaecunque exigen. constituentes, & consequenter non fuisse locum exceptioni non adimplementi, quia nihil adimplendū remanserat.

Secundo fuit responsum de adimplemento cōstare ex eo quod deputati à creditoribus in ipsa concordia assignauerunt bona constituendo se nomine illorum possidere; vnde vigore clausulae
2 † constituti in ipsos fuit translata dd. bonorū possessio *l. certe §. ibi propriè possidere ff. de praecario Ias. in §. actionum. num. 158. & seq. instit. de act. Tiraq. in tract. de iure constit. p. 2. amplia* 1. nu. 2. & saepè fuit decisum.

Tertiò fuit responsum exceptionem non adimplementi respectu bonorum Bergomi consistenti ū (nam de adimplemento bonorum Romae sitorum constabat) ne dum non verificari in facto verum de contrario constare; tum ex instrumento impositionis census, vnde apparebat bona fuisse à Māgilijs alienata, & onere censuum granata, tum ex eorundem Mangiliorum confessione in responsione ad positiones, vbi dicentes se non fuisse manutentos in possessione bonorum, fatebantur fuisse in illorum possessione, cum manutentio non cōpetat, nisi ei, qui aliquando possedit.

Quarto fuit responsum, quod licet praedicta bona ab alijs creditoribus postea praetenderentur, & probarentur euicta; adhuc poterat opponi exceptio non adimplementi; quia licet quis vno modo dicatur non satisfecisse, nisi satisfactio duret; tamen modo ad effectum euitandae exceptionis nō
3 adimplementi † satis est semel fuisse adimpletum, licet impletum non duret *l. in substitutione ff. de vulg. & pupil. Surd. cons. 36. num. 77. & fuit resolutam in causa Romana affictus Casalis Ruae die 14. Martij 1603. coram R P. D. Coccino.*

Praeterea non obstabat euictio subsecuta, ad quā tenebatur creditores etiam pro alijs creditoribus non nominatis; quia fuit responsum, quod licet fuerit promissum de euictione pro dato, & facto creditorum etiam nominatorum: tamen cum promissio esset restricta iuxta facultatem deputatis datam, quae non aderat pro non nominatis, nō po-
4 terat dici pro illius promissum: nam † dictio iuxta relata ad facultatem datam, stat limitatiuè *Grat. cons. 105. incip. casus his rarus est num. 2. lib. 2.* vnde quo ad creditores, qui non dederunt facultatem deputatis, nec interuenerunt in concordia
5 cessabat promissio: nam obligatio † limitata ad certas personas; limitatum producit effectum, *l. in agris ff. de acq. rer. domin. Dec. cons. 63. incip. pro tenui facultate numer. 3. vers. & quia conditio Paris. cons. 85. num. 45. lib. 2.* & maxime stante
6 clausula non alias, aliter, nec alio modo, † quae importat conditionem, & formam *Cephal. cons. 440. incip. Magnificus, & Reuer. num. 80. lib. 3. consil. 610. num. 36 lib. 4.*

Demum ex eo videbatur cessare difficultas, quia
7 licet fuisset locus obligationi euictionis, † donec in maximo numero creditorū fieret liquidatio, nō poterat retardari executio obligationis Cameralis, cum ista altiorem requirat indaginem: vt saepè responsum fuit in hoc Tribunali, & signanter in *causa Romana exequutionis obligationis Cameralis die 2. Aprilis 1593. coram bon. mem. Orano, & in causa Bonon. pecuniaria die 9. Iunij 1603. coram D. meo Ludouisio.*



R. P. D.

R. P. D. PENIA.

Romana dotis.

17. *Decembris* 1607.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca est mater Saluiani.*
2 *Possessio probatur ex perceptione fructuum.*
3 *Extremum secundum in Saluiano probatur ex litis substentatione cum adminiculis.*
4 *Filiatio probatur ex instrumentis in quibus pater nominat aliquem vti filium, & maximè quando illum hæredem instituit. nu.* 5.
6 *Bona fideicommisso subiecta possunt alienari pro restitutione dotis.*
7 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in Saluiano.*
8 *Instrumentum per sententiam vulneratam non potest executioni demandari.*
9 *Sententia lata in vno iudicio non vulnerat instrumentum respectu alterius iudicij, & diuersarum personarum nu.* 12.
10 *Instrumentum nō remanet vulneratum quando Iudex pronunciat instantiam desertam.*
11 *Instantia perempta vigore statuti Vrbis, potest de nouo incohari.*
13 *Præscribitur spacio decem annorum contra hypotecam.*
14 *Præscriptio non currit contra non valentem agere.*

DECISIO LXV.

ROTA vtraq; parte informante censuit votū Assettamenti confirmandum, quia requisita in Saluiano videbantur concurrere; cum de hypo-
1 theca, † quæ est mater Saluiani cōstaret ex instrumento dotali anni 1516. in quo Paulus de Caprolo pro restitutione dotis Faustinæ della Cerasa hypothecauit omnia sua bona, & domos.

Extrema etiam requisita in Saluiano erāt probata; nām primum quod Domus, de quibus agebatur, posederit Paulus, probabant Testes deponentes Paulum ante, & post matrimonium has domos possedisse; inter quos aderant testes affir-
2 mantes se † Paulo pensiones persoluisse *Cæsar de Grass. decis.* 14. *incip.* conclusum tres testes de testibus *Afflict. decis.* 325. *incip. facto verbo.*

Neq; obstat quod domus vigore fideicommissi spectatent etiam ad fratres Pauli; quia quidquid esset de tali fideicommisso non inde excludebatur clara Pauli possessio, de qua deponebant Testes.
3 De secundo extremo † constabat ex litis sustentatione cum adminiculis, vt sæpè Rota resoluit.

Difficultas reducebatur ad descendentiam Angelæ, cuius erat donataria, & cessionaria Lucida, videlicet an esset filia Sextiliæ, & Sextilia esset filia Faustinæ, quæ erat creditrix dotis.

Et respectu primi gradus, videlicet quod Sextilia esset filia Faustinæ satis videbatur probatus ex
4 † ipso instrumento dotali, in quo dicebatur, quod decedente Faustina sine filijs, residuum dotis esset Sextiliæ filiæ dictæ Faustinæ, & sic tam Paulus, quā Faustina fatebantur Sextiliam fuisse Faustinę filiā: concurrebant etiam testamentum Faustinæ, in quo Sextiliam nominando filiam, eam hæredem instituerat.

5 Notum est autem † nominationem Patris, vel matris iunctacum actu proportionabili, qualis est hæredis institutio probare filiationem *c. transmisisse vbi Ant. de Butr. nu* 10. *qui fil. sint legit.* Testes præterea de auditu à Faustina, & ab alijs deponebant, quod Sextilia erat eius filia.

Non obstabat differentia cognominis, ex quo instrumētum appellabat Faustinam della Cerasa, & vnus ex testibus appellabat Sextiliam de Triuultijs filiam Faustinæ: quia cognomen della Cerasa erat Patris Faustinæ, vt in præfato instrumento ibi Faustina q. Hieronymi della Cerasa: cognomen vero de Triuultijs Sextiliæ attributum ex eo prouenerat; quia Faustina alicui de illa familia prius nupta fuerat.

Super secundo gradu, quod scilicet Angela fuerat filia Sextiliæ aderat vnus testis super 4. articulo, qui dicebat *hò conosciuto la Sig. Angela figlia della Sig. Sestilia Triuultij, & cō che fù harede vniuersale della Sig. Sestilia, & questo lo sò, perche non haueua altri; figli.* D. etiam Card. Plattus testificabatur se cognouisse D. Sextiliam Triuultiam, quæ Angelam nominabat filiam suam; adeòq; se fuisse præsentem instrumento dotali, in quo Sextilia, tanquam mater assignauit dotem Angelæ, tanquam filiæ.

Non obstabant in contrarium adducta, & Primum exceptio antiqui fideicommissi: quia fuit re-
6 sponsum, quod præterquam quod bona † fideicōmisso subiecta possunt alienari pro restitutione
7 dotis: cum ista exceptio † requirat altiorem indaginem, non admittitur in hoc iudicio Saluiani *Rota in causa Romana, siuè Amerina dotis die 8 Iunij 1576. incip. conclusum fuit à sententia num.* 25.

Rursus opponebatur quod cum instrumentum
8 fuisset per sententias † vulneratum; non poterat
9 exequutioni demandari, sed fuit responsum † non fuisse vulneratum à sententia lata anno 1519. à Cassadoro tunc Rotæ Auditore, qui confirmauit sententiam Gubernatoris Vrbis, quia tunc agebatur de assecuratione dotis, quam petebat Faustina ob vergentiam Pauli mariti ad inopiam: quia eum hoc fuisset diuersum iudicium, sententia in eo lata non vulnerauit instrumentum.

Rursus non fuit vulneratum per aliud iudicium motum anno 1548. pro parte Faustinæ coram se-
10 cundo Collaterali: quia † licet illius instantia fuerit pronunciata deserta; non ideo dici potuit vul-
11 neratum instrumentum, præsertim † cum circa desertionem, & peremptionem instantiæ proponatur statutum Vrbis, cuius vigore, si instantia perimatur potest de nouo (refectis expensis) alia instantia inchoari, & acta facta in illa instātia probant in alia de nouo inchoata.

12 Demum dicebatur † primum iudicium fuisse inter personas diuersas, & super rebus diuersis, & nunquam fuisse nominatam Faustinam, nec constare, quod in eo fuerit actum de istis domibus, cum solum fuisset lis super vna domo, quæ neque fuit specificata.

13 Non obstabat præscriptionis exceptio, † quæ contra hypothecarias habet locum spatio 10. anno-

annorum inter præsentes,& 20. inter absentes;quia fuit responsum, quod donec vixit Paulus, qui decessit anno 1548.non potuit agi ad repetitionem
14 dotis : cum † contra non valentem agere, non currat præscriptio à præfato vero anno 1548. inchoatum iudicium impedinit cursum legitimæ præscriptionis. Atque ex his fuit conclusum votum Assettamenti, quatenus de illo constaret fuisse confirmandum.

R. P. D. PENIA.

Ciuitatis Castelli pecuniaria,siue prætensæ restitutionis dotis.

Veneris 12.Decembris 1608.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex confessione partis aduersæ.*
2 *Possessio semel probata præsumitur continuata.*
3 *Sententia iniusta non priuat possessione.*
4 *Terminorum substantialium omissio reddit sententiam nullam.*
5 *Executiue agi non potest contra tertios possessores.*
6 *Mandatum relaxatũ pro maiori summa est nullum in totum.*

DECISIO LXVI.

CVM Bernardina filia q. Horatij de Bichinis, & Timbria eius mater, ac legitima administratrix essent in possessione quorundam bonorum immobilium, quæ alias fuerant q. Bernardinæ Senioris Auiæ paternæ Bernardinæ Iunioris D. Thomasia ex Marchionibus Petrellæ vxor q. Andreæ de Biccheris occasione restitutionis suæ dotis anno 1606. Bernardinam,& Timbriam super eisdem bonis coram Gubernatore Ciuitatis Castelli molestare cœpit; sed Gubernator eodem anno ad fauorem earum mandatum de manuten.relaxauit, cuius vigore in reali prædictorũ bonorum possessione manutentæ fuerunt.

Interim Thomasia relicto iudicio in partibus cœpto, coram A.C.sub die 16. Aprilis 1608. producto quodam instrumento, in quo continebatur solutio dotis, eandem Bernardinam, & Tibriam conuenit, & tandem contra eas ab eodem Auditore, seu à R.P.D. Castaneo ab eo deputato die 14. Iunij 1608. mandatum de assôciando extorsit: causa introducta in Rota dubitaui, cui esset dandũ mãdatũ de manutenen. Et Rota Timbriæ, & Bernardinæ solum informantibus dandũ censuit, quia
1 de earum possessione sufficienter constabat † ex confessione Thomasiæ in citationibus in quibus Timbriam, & Bernardinam indebitas prædictorũ bonorum occupatrices vocabat. Quibus accedebat decretum Gubernatoris Ciuitatis Castelli, qui eas manutenet decreuerat, quarum propterea
2 possessio † vsque in præsens præsumebatur continuata *Veral.decis.*198. *incip.manutentionis mandatum nu.*2.*par.*2.

Nec refragabatur quod Thomasia fuerat immissa in possessione vigore mandati de assôciando per D.Castanenm decreti,quia cum nulliter & iniustè
3 processerit, † non priuauerat eas sua possessione *Put.decis.*419.*incip.in vna Paduana lib.*2. *& fuit sæpè in Rota decisum*. Nullitas vero processus de-
4 ducebatur ex eo, quod non fuerant † seruati termini substantiales, nec ordo iudiciarius, sed fuerat
5 executiuè processum, † quod nec debuit. nec potuit fieri contra tertios possessores non habentes causam ab Andrea,cui facta fuerat prætensæ dotis solutio de florenis 900. monetæ Castellanæ per q. Lancellottum Patrem Thomasiæ *Felin. in c. cum super num.*8.*vers.amplius dixit de sent. & re iud. Gallesi.tract.de oblig. Cam.q.*2. *ad primam partem num.*3.*& fuit in specie dictum in vna Romana computorum die* 18.*Martij* 1594.*coram Illustrissi. Millino tunc Rota Auditore*, vbi insuper fuit etiã dictum,quod formula adinuenta per Gallesi ad hoc vt tertij possessores teneantur non est in vsu.

Præterea cum fuisset actũ vigore constituti Andreæ, debuisset probari, quod Andreas tempore, quo constituit se possidere fuisset in possessione istorum bonorum, quod tamen non fuit probatum.

Demum, quia cum Hypotheca cum clausula constituti fuisset solum per florenis 407. mandatũ
6 † relaxatum pro florenis 900. in totum fuit nullũ *Bart.in l.si in sortem §.si centum num.*6.*ff. de cõdit.indebit Iaf.in l certi conditio §.quoniam nu.*3. *ff.si cert.pet. Afflict. decis.*218.*incip. petita fuit assistentia num.*3.*&* 4.*& decis.*358.*incip. in causa inter nobilem Antonium Carazolum num.*7. *Ruin. cons.*136.*incip.primo viden.est numer.*5. *lib.*1.*late Tiraquell. de vtroque retract. part.*1.*§.*23.*gloss.*1. *num.*23.

R. P. D. PENIA.

Ferrarieñ. affictus.

Veneris 28. *Ianuarij* 1611.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis remedium censetur sublatum quoties quis se obligauit in forma Cam.vel consensit vt contra eum executiuè agi posset.*
2 *Executiue agi potest contra obligatum in forma Cameræ etiam quod debitum non sit cum Cam. nec fisco,sed cum persona priuata.*
3 *Clausula vt instrumentum habeatur perindè ac si iuratum esset, operatur vt quo ad executionẽ instrumentum habeat vim iuramenti.*
4 *Renunciatio appellationis est valida & seruãda.*

DECISIO LXVII.

A DECRETO A. C. cuius vigore fuerat relaxatum mandatum ad fauorem Illustriss. D. Card. Esten. contra Communitatem Bagna Caballi pro corbis 2000. frumenti Communitas appellauerat, & Sanctiss. in sua Signatura rescripserat cum clausula si quid exequen.

Causa commissa in Rota,dubitaui an esset locus prædictæ clausulæ, & Rota (solo Cardinali informante, nam Communitas sæpius citata non informauit) locum fuisse censuit.

Quia in isto instrumento affictus celebrato cum Comite aderat clausula cum omni rigore more Cameræ,& in ratificatione aderat pariter clausula, quod possit cogi, & adstringi quibuscunque reme-

dijs exequutiuis etiam in ampliori forma Ducalis Cameræ cuius rigori, & compulsioni se contrahétes submiserunt; Istæ enim clausulæ, ex propria significatione importabant vt Communitas tanquam debitrix pro debito liquido conueniri posset

1 sublato appellationis refugio † *l. abstinendum, & l publicanerunt C. quor. appell. non recip. Specul. tit. de appell. §. in quibus n. 4. vers. quarto nō appell.*

2 Rursus, quia inter obligatos † cum clausul. more Cameræ Ducalis proceditur executiuè tam contra bona, etiam si non se obligent cum Camera, nec pro debito fiscali, sed erga priuatas personas *Guido Pap. decis. 208 incip. iux. materiam in vers. nisi debitores*, vbi sic obseruari testatur.

Accedebat clausula, quod instrumentum quo ad exequutionem perinde haberetur, ac si fuisset iuratum: nam ista clausula, quo ad exequutionem

3 habet vim iuramenti † *Surd. tract. de alim. tit. 9. q. 24. num. 1.*

Demum contra communitatem opponebatur eius renunciatio, quoniam ipsa quibuscunq; appellationibus renunciauerat; ista enim renuncia-

4 tio & valida est, & seruanda † *Ang. cons. 187. incip. A. & B. contraxerunt nu. 2. vers. finaliter.*

Nec refragabatur quod obligatio Camer. non esset extensa, quia in instrumento, cuius copia fuit data iuxta formam illatum partium sufficienter videbatur extensa: Allegata vero in contrarium intelliguntur quando quis in forma Cameræ obligat se principaliter.

Ad duo, quæ opponebatur pro parte communitatis. Primum, quod Molendina locata effecta fuerint infructuosa, & quod locatores interpellati non substulerant impedimenta, & quod fuerit inita noua conuentio cum Illustriss. D. Cardinali breuiter fuit responsum oppositiones quidē esse releuantes, sed in facto non probari.

R. P. D. LITTA.

Romana pecuniaria.

Lunæ 28. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Agens via ordinaria, non potest illa relicta convolare ad executiuam, Limitatur. nu. 2.*

DECISIO LXVIII.

Dubitant An D. Euangelista Recchia potuerit pro scut. 500. mutuatis executiuè conueniri in vim obligationis Cam. in casu, & ad effectum de quo agitur.

Et Domini tenuerunt, quod non, ex eo, quod D. Franciscus Cincius mediante monitorio occasione schedulæ mutui, & non instrumenti solidationis habentis obligationem Cameralem in Curia Capitolina pro d. summa aduersus D. Euā-

1 gelistam mouerat iudicium de anno 1581. † Vnde ex post non potuit conuolare ad viam exequutiuam, cum per talem electionem sibi præiudicauerit ad *Gallef. de oblig. Cam. 3. par. q. 2. notat Glos. vltima in l. perinde la seconda ff. ad l. aquil. Bald. in l. diffamari 2. col. C. de ingen. & manumiss. Aret. in §. omnium 13. col. instit. de act. Maranta de ordin. iudic. 6. par. n. 24.* & ita alias fuit decisum in vna Romana donationis 4. Maij 1558. *coram bo. mem. Alexandro Iunio; in vna Romana pecuniaria 9. Octobris 1562 coram Caput. aq. vt referunt Moderni de attentatis in 2. par. c. 4. tit. de attent. lit. pend. declarat. 1. limit. vlt.* qui licet dicant articulum esse dubium, & *Rot. in alta Romana obseruationis concordiæ 13. Iunij 1557 coram bo. me. Orzadino* tenuisse contrarium; tamen re vera d. de-

2 cisio non repugnat, cum tamen in ea dicatur † quod lite ordinaria pendente super contrauentione alicuius instrumenti, non prohibetur Rector vigore eiusdem instrumenti exequutiuè agere de illius obseruantia; ex quo agendo ad obseruantiam cōtrauentionis intentatæ videtur renunciasse, & ita non loquitur in terminis quæstionis propositæ. Cætera autē, quę pro D. Cincio adducebantur per informantes pro D. Euangelista optime tolli censuerunt DD.

R. P. D. LITTA.

Ciuitatis Castelli bonorum.

Lunæ 6. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Executiue agi potest stante obligatione Cam.*

2 *Obligatio Cameralis competit etiam pro damnis & interesse.*

3 *Narrans mēdacium in instrum. tenetur ad omnia damna & interesse.*

4 *Obligatio Camer. extenditur ad omnia etiam narrata & enunciata in instrumento.*

DECISIO LXIX.

Resoluerunt DD. Hæredes Horatij posse agere executiuè aduersus Mercatores, vt conseruentur indemnes respectu exequutionis factæ ad instantiam hæredum Nicolai in bonis obuentis Horatio mediante diuisione facta inter ipsum,

1 & Mercatores, & † hoc vigore obligationis Cam. de qua in d. instrumento diuisionis *ad Gallef. de oblig. Ca n. p. 1. q. 1. n. 18.*

Nec illud obstare dixerunt Domini quod obligatio videatur restricta, ad datum, & factum tantum ipsorum diuidentium: siquidem; quia negari non potest, quod damnum, quod sentiunt hæredes prædicti Horatij occasione d. exequutionis proueniat culpa, & facto ipsorum mercatorum propriè, & verè, cum ante d. diuisionem ipsi soli spoliassent prædictos hæredes d. bonis; vt aliàs per Rotam resolutum fuit, & diuisio fuerit facta cum Horatio sub eo prætextu, quod bona illa essent bona Mesliorutij eorum debitoris, & quod per eos legitimè possiderentur cuius contrarium verius esse compertum fuit; quo fit, vt iure merito dicendum fit, in præiudicium ipsorum mercatorum intrare

2 d. obligationem Cam † *ad tex in l pluribus §. eū autem in fin. ff. vi bon. rapt. in l. nihil ff. ad l. Corneliam de sicar. in cap. ad audientiam de homicid. not. glos. in cap. si egressus ignis de iniurijs*, & eo facilius in hanc sententiam venerunt Domini, quia mercatores diuidendo, falso asseruerunt se legitimos

3 possessores † dd. bonorum ad not. per *Aym. cons.*

374.*nu.*14.*& seq.* & subnectitur clausula ista, pro
quibus omnibus & singulis &c. quæ clausula operatur, vt d. obligatio extendi debeat ad omnia
4 etiam narrata, & enunciata in d. instrumento, † & non sit restringenda ad nudum factum ipsorum mercatorũ *Alex. cons.*17.*n.*2.*lib.*3.*Ruin.cons.*137.*n.*6.*lib.*1.*Rot.decis.*246 *nu.*2. *& decis.*741.*num.* 2. *& decis.*797.*nu.*11.*par.*1.*diuers.*

R. P. D. LITTA.

Romana prætensæ executionis contractus.

*Ven.*27. *Maij* 1594.

SVMMARIVM.

1 *Oligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Obligatio Cam. non admittit nisi exceptiones solutionis, falsitatis, & pacti de non petendo.*
3 *Camerarius habet generale mandatum à Papa, & potest etiam exercere ea, quæ requirunt mãdatum speciale, & maxime si dicat sibi commissum à Papa viua vocis oraculo nu.*4.
5 *Decretum Iudicis facit præsumi omnia rite, & recte facta.*
6 *Statutum Vrbis tam admittit agnatos, quam cognatos ad consentiendum instrumentis minorum.*
7 *Statutum Vrbis de alienationibus minorum procedit tantum in stabilibus.*
8 *Annui redditus reputantur inter immobilia.*
9 *Probibitus alienare rem, non censetur probibitus alienare fructus.*
10 *Annua præstatio non comprehenditur inter immobilia.*
11 *Statutorum verba sunt proprie intelligenda.*
12 *Casus à statuto non expressus regulari debet secundum ius commune.*
13 *Læsio non præsumitur, sed ab allegante debet probari nu.*14.
15 *Læsio debet probari de tempore celebrati contractus.*
16 *Exceptio enormissima læsionis non impedit executionem obligationis Cameralis.*
17 *Exceptio implementi non potest opponi ab eo qui primo contrauenit.*

DECISIO LXX.

DOMINI resoluerunt pro vlteriori exequutione contractus, ea ratione, quia pro-
1 prium † Obligat. Cam. est habere exequutionem
paratam, & non admittit (regulariter loquendo)
2 † nisi exceptionem solutionis, falsitatis, & pacti
de non petendo *Cassad. decis. vnic. nu.* 2. *de mut. petit. Galles. in* 4. *par. oblig. Cam. q.*1.*n.*2. *Rot. in illa Romana executionis de Anguillaria* 6. *Martij* 1592. *& in illa Illustrissimorum de Sfortia.* 12. *Aprilis* 1593. *coram* R.P.D. *Decano* quarum exceptionum cum nulla nunc proponatur. Ideo, &c.

Nec obstare exceptiones propositas nullitatis
ipsius contractus, dixerunt Domini: non illam
motus proprij Gregorij fel. rec. prohibentis emptionem frumenti vltra proprium vsum; quia adest
3 licentia Illustriss. Camerarij, † qui habet generale
mãdatum à Papa, & potest circa huiusmodi exercere, etiam ea, quæ requirunt mandatum speciale *Caputaqu. decis.*9.*lib.*3. *in manuscript.* & cessat
4 omnis difficultas ex eo † quod ipse attestatur id
sibi commissum à Papa viuæ vocis oraculo *Alciat. resp.*136.*n.*7.*to.*2.*lib.*5. & fuit dictum in *Auximana grani* 20. *Aprilis* 1595. *coram R.P.D. Blãchetto*: non illam, quod non fuerit seruata forma statuti Vrbis *c.*113 *de alienat. rer. minor.* quia ex lectura instrumenti omnes interuenisse solemnitates
5 apparet, cum decreto Iudicis quod † facit omnia
præsumi rite, & facta, & omnem de medio tollit sinistram suspicionem damni scilicet, doli, & fraudis *Bald. cons.*399.*nu.*4.*lib.*5.*Ias. cons.* 119. *nu.*1. *lib.*1.*Marsil singul.*438. *nu.*1. *latè Roland. consil.* 39.*nu.*43.*lib.*1. Nec ex eo, quod non agnatorum,
vel cognatorum cõsensus interuenerit potest talis
6 contractus impugnari, stante quod † statutum illud tam in Congnatis, quàm in Agnatis habet locũ
*Cresc. dec.*4.*n.*6. *de contr. in impress.* & fuit resolutum in illa *Rom. de Scappucys* 15 *Iuny* 1576. *coram* R. P. D. *Blanchetto* vlterius omnem ex eo
7 cessare difficultatem dixerunt Domini; † quod
statutum procedit in alienatione rerum immobilium; Vnde non sibi vendicat locum in casu, de
8 quo agitur, quia licet † annui redditus reputentur
inter immobilia ad effectum, vt possint alienari sinè solemnitate: tamen hic non fit alienatio annui
redditus, sed solum promittitur tradi, consignari
certa quædam pars fructuum obueniendorum ex
9 annuis redditibus; & † prohibitus alienare rem,
non censetur prohibitus alienare fructus *l. codicillis* §. *instituto ff de leg.*2.*l. pater. in princ. ff. de leg.* 3.*Ias. in l. filius fam.* §. *dixi in secunda lect. nu.* 82. *vers.*12.*limit ff de leg.*3.*Tiraq. de retract. lignag.* §.1.*glos.*7. *nu* 47. & cum in obligatione non sint
deducti annui redditus, sed certa quædam quantitas fructuum, non propria auctoritate percipienda
per Visanos; Ideo statuti dispositio non applica-
10 tur enim verè hoc in casu † annua præstatio de
qua loquitur contractus, non comprehendatur
inter immobilia *Bart. in l. sciendum nu.*10. *vers. quaero quid si ille ff. qui satis dar. cogan. Ruin. cõs.* 82.*nu* 3. *vers. quandoq. & lib.*2. quod præsertim
11 videtur dicendum stante, quod † verba in statutis
sunt propriè intelligen. & non impropriè *l.* 3. §.
12 *hæc verba ff. de neg. gest.* † & casus in stat. non
expressus est regulãdus secundum dispositionem
iuris communis *vulg. l. commodissime ff. de lib. & posthu. l. fin C. de pact. conuent.*

Et ad illud, quod pro Illustriss. Vrsino dedu-
13 cebatur de maxima læsione respondebant Domini † eam non præsumi *l.* 3. §. *si minor ff de iur. iur. Paris. cons.*49.*n.*29.*lib.*1.*Alex. cons.*93.*n.*15.*&* 35.
14 *lib.*6. & ideo † ab allegante probari debet *Gab.*
15 *de empt. & vendit.* & in tali † probatione attendi
solum tempus celebrati contractus *Gabr. vbi sup.*
16 *n.*44. † & interim obligationem Cameralem non
impediri *Mobedan. decis.*31. *&* 39. *Io. Paul. dec.*46 *incip. Romana obligationis Ant Aug. decis.*72.*lib.*3 *& fuit dictum in Tiburtina Castri Sancti Polis* 17. *Martij* 1564. *coram* Cotta.

Ad illud autem, quod pro eodem Illustriss. deducebatur de non implemento ex parte DD. Visani, & sociorum fuit per Dominos responsum,

ex deductis per informantes pro eis, & ex scripturis exhibitis satis apparere de integrali implemento, vsque ad mensem Septembris 1590. licet pro parte Illustriss. Vrsini fuisset cessatum in adimplemento, vsq; de mense Augusti eiusdem anni, & sic per mensem ante; quo fit, vt intrare videatur absque controuersia *not. Matthes. 50.* † quod scilicet
17 qui primo contrauenit non potest Aduersario opponere exceptionem non adimplementi; quod comprobat *Dec. cons. 452. n. 10. vers. praeterea, & secundo Roman cons. 155. n. 7. & D. cit. passim in l. cum proponas la 2. C. de pact.* Ideo Domini pro vlteriori exequutione dicti contractus concorditer resoluerunt.

R. P. D. LITTA.

Romana Census, seu donationis propter nuptias.

Mercurij 16. Nouemb. 1597.

SVMMARIVM.

1 *Exception is solutionis, quietationis, & falsitatis tantum impediunt execut. enem oblig. Cameral.*
2 *Donatio propter nuptias an, & quando cedat solo modo vxoris.*
3 *Vsusfructus morte vsufructuarij extinguitur.*
4 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit executionem obligationis Cameralis.*
5 *Bona fides non patitur vt bis idem exigatur.*

DECISIO LXXI.

RESOLVERVNT Domini mandatum A.C. non esse exequendum, nam licet exceptio, quae primo loco proponebatur ex parte
1 Domini Maximiliani non sit de illis tribus † quae regulariter solent impedire exequutionem; solutionis scilicet, quietationis, & falsitatis; cum praetendere, quod impositio dicti census fuerit facta occasione donationis propter nuptias quae (su-
2 perstitibus filijs; & marito mortuo) † lucro vxoris cedere non possit, nisi respectu vsusfructus stante statuto Vrbis *lib. 1. cap. 77. in antiq.* & quod,
3 ex quo vsusfructus † statim mortua D. Sulpitia matre D. Virginiae vsufructuaria expirauit ad *tex. in §. finitur instit. de vsufruct.* Ideo dicti census nulla ratio sit habenda argumento *l. magis ff. de acquir. rer. dom. & l. cancellauerat ff. de his qua in testam. delen.* sit opponere exceptionem altio-
4 rem indaginem requirentem † quae obligationem Cameralem impedire non solet: *Cassad. decis. 1. de mut. pet. Mohed. dec. 31, 39. & 285. Gallef. de oblig. Cam. par. 4. q. 1. nu. 17.* attamen DD. placuit denegare executionem; moti secunda exceptione proposita ex parte d. D. Maximiliani, quod scilicet D. Bernardinus post d. impositionem census fecit testamentum, in quo inter caetera reliquit D. Virginiae duc. 6000. de carlenis pro sua dote, & acconcio computatis in eisdem duc. sex millibus omnibus ijs, quae Domina Sulpitia mater d. D. Virginiae pro donatione propter nuptias causa mortis q. Antonij sui mariti filij d. D. Bernardini superlucrata fuit, & quod tale relictum agnouit ipsa D. Virginia tam petendo vigore cuiusdam Commissionis coram bon. me. Card. Vrsino sibi dari d. dotem secundum Bernardini Aui sui dispositionem: tum illam actu ipso recipiendo, etiam in maiori quantitate: tum denique de ea quietantiam faciendo. Ex quibus simul inctis dixerunt Domini resultare, non tantum exceptionem solutionis, sed etiam quietationis; cum † bona fi-
5 des non patiatur, vt bis idem exigatur vulgata *l. bona fides ff. de reg. iur.*

R. P. D. LITTA

Romana domus.

Veneris 7. Nouembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio datur non solum ad possessionem, sed etiam ad statum.*
2 *Saluianum Interdictum praestat iustam causam possidendi.*
3 *Spoliatus dicitur, qui vigore mandati iniusti de euacuando fuit priuatus possessione.*
4 *Recognoscens in dominum, non sibi praeiudicat, quando fecit sine praeiuditio sui crediti.*
5 *Clausula, non alias aliter, nec alio modo, importat conditionem suspensiuam.*
6 *Inquilinus non potest expelli, quando locator pro manutentione, obligauit se, & sua bona in ampliori forma Camerae.*
7 *Iuramentum obligat praecise ad factum.*

DECISIO LXXII.

PRO informante, quia potissimum est dare remedium restitutionis, ne dum ad possessio-
1 nem, † sed etiam ad statum, *c. querelam vbi Butr. Abb. nu. 12. & alij de elect. Cassad. decis. 4. num. 8. super regulis Cancellariae, Mohed. decis. 127. alias 8. de rest. spoliat.* & ideo restituendum esse Lucam ad eius statum, vtendi domo, constat ex instru-
2 mento † immissionis auctore Praetore, in vim Saluiani interdicti, quod iustam causam possidendi praestat, vt per *Bart. & Salic. in l. 1. C. de Salui. interd. Aret. in § item seruiana nu 9. & ibi Ias. nu. 95. Instit. de act. Neguf. de pign. 1. membro 8. parte 1 nu. 2. Bald. cons. 14. nu. 2. lib. 1.* maxime stante illius constitutione cum fructuum perceptione, vsque ad annum 1593. quo fuit ab Antonio spoliatus vigore mandati de euacuando, quod tan-
3 quam notorie iniustum non excludit actionem spolij, iuxta notata in *l. iuste possidet, ff. de acq. poss. & in cap. conquerente de rest. spoliat.* Non † enim
4 poterat Lucas expelli, antequam esset satisfactus de suo credito, cum non recognouerit Antonium in dominum simpliciter, cum clausula, sine praeiudicio sui crediti, & non aliter, nec alio modo, quae operatur, vt interim, donec sit satisfactus nō censeatur recognouisse, & de clausula sine praeiudicio per textum *in l. testamento centurio §. 1. de manu. test. & tradit. Put. decis. 32. lib. 2.* & de clausulas
5 non alias, aliter, nec alio modo, quod † importa conditionem suspensiuam, vt tradit *Bald. in Auth. ingressi nu. 7. C. de sacrosanct. Eccles. Ias. in l. fin. num. 142. de iur. emphit. Caputaq. decis. 84. nu. 10. par. 3.* praesertim stante obligatione Antonij, qui in forma Camerae promisit manutenere Lucam

Lucam in possessione domus, & ipsum non expellere, donec ex pensionibus fuerit ei de suo credito satisfactum cum iuramento, & hypoteca suorum
7 bonorum, † cuius ratione etiam merus Inquilinus durante locatione, expelli non potest, *Bart. in l. 1. §. quod ante ff. de superficie. Rol. cons. 6. lib. 1.* qui dicit hoc absque dubio procedere stante iura-
7 mento, † quod obligat præcise ad factum, quod etiam fuit resolutum in causa *retractus die 8. Iunij* 1588. *coram Illustris. Mantica.*

R. P. D. LITTA.

Romana prætensorum.

Lunæ 24. Maij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus non potest excedere fines suæ cõmissionis.*
2 *Executiuè procedi non potest quando oblig. Cam. est vulnerata.*

DECISIO LXXIII.

MANDATVM relaxatum per R. P. D. Oranum non esse exequen. tenuerunt Domini; ea ratione moti, quod in commissione eidem directa, non adest facultas exequutiuè proceden. cuius † commissiones fines excedere non potuit Iudex ipse delegatus; nisi nulliter procedendo ad *text. in cap. cum dilecta de rescript.* vbi *Fel. nu. 42. Rota decis. 8. de dol. & cont. in nou. Caput. dec. 250 nu. 4. par. 3. Gabr. cons. 43. num 38. vers. quod vero nullitas lib. 1.* vltra quod cum oblig. Cam. prætensa per Dominos de Vellis respectu fructuum, de quibus agitur fuerit in omnem casum vulnerata per sententiam absolutoriam A. C. latam ad fauorem Dominorum de Cincijs, † non potuit amplius exequutiuè procedi, vt tenuit *Rota in vna Romana census 27. Iunij* 1580. *coram bo. me. Cantuccio in Firmana pensionis 14. Decembris* 1592. *coram R. P. D. meo Millino*, & in alijs pluribus causis.

R. P. D. LITTA.

Romana Census.

Lunæ 28. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Sententia declarans contractum nullum vulnerat obligationem Cameralem.*
2 *Mandatum relaxatum ad fauorem defuncti non potest exequi ad fauorem hæredis, nisi prius verificato quod sit hæres.*
3 *Citatum quem non esse probatur ex lectura processus.*
4 *Executio facta lite pendente dicitur attentata.*

DECISIO LXXIV.

DOMINI (informantibus solum hæredibus q. Equitis de Perbenedictis) tenuerunt pro nullitate exequutionis, de qua in dubio, & quamuis plures nullitates adducerentur per informantes attamen infrascriptas tres tantum, tãquam magis claras delegerunt Domini pro fundamento decisionis. *Prima* est quia fuit actum exequutiuè, cum tamen non posset, stante quod
1 per † sententiam Brauelli fuerat declaratus census nullus, & ita per consequens fuerat vulnerata ipsa oblig. Camer. cuius vigore agebatur, vt tenuit *Rota in vna Romana census 27. Iunij* 1580. *coram bon. memor. Cantuccio in Firmana pensionis* 14. *Decembris* 1592. *coram* R. P. D *meo Millino*, & in alijs pluribus causis. Secunda est, quia cum mandatum fuisset relaxatum ad fauorem Isabellæ,
2 ea mortua non † potuit exequi ad instantiam Lapani hæredis prætensi; nisi prius eo verificato, quod esset verus illius hæres *l. non ignorat vbi Bart. C. qui accus. Idem Bart in l. falsus tutor. ff. quod fals. tut.* cum alijs per *Menoch. de adipiscen. possess. remed. 3. num.* 164. maximè stan. eo quod Iulia vti hæres dictæ Isabellæ fuerat admissa ad causam, & vti talis prætendebat testamentum primum d. Isabellæ, in quo Lapanus erat institutus hæres. fuisse reuocatum per secundum in quo ipsa hæres instituta erat, & propterea protestata fuerat nihil fieri in dicto iudicio ad instantiam La-
3 pani, nisi ipsa citata; & tamen ex † reuolutione processus constat, quod dicta executio, subhastatio, & deliberatio fuit facta dicta Iulia non citata ad *decis. Put. 242. lib. 2. & Afflict.* 358.

Tertia est, quia fuit facta pendente lite inter præfatas partes quo fit, vt non tantum nulla iudi-
4 cari debeat, † sed etiam attentata *cap. non solum de appellat.* cum alijs hic alleg. per informantes.

R. P. D. LITTA.

Romana fructuum dotis.

Lunæ 31. Ianuarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *A. C. solus est Iudex etiam priuatiuè quoad alios super executione obligationis Cameralis.*
2 *Iuramentum an, & quando habeat executionem paratam, & num. 3. & 4.*

DECISIO LXXV.

DOMINI steterunt in decisis sub die 24. Maij anni præteriti amplectendo præcipuè fundamentum illud, quod cum R. P. D. *Orano bo. me.* non fuisset commissa causa, cum facultatibus A. C. non potuit ipse exequutiuè procedere, non
1 vigore obligationis Cameralis, cum † illius solus exequutor, etiam priuatiuè, quoad alios sit A. C. vt habetur in suis facultatibus: non etiam vigore
2 iuramenti † quod prætenditur habere executionem paratam ex deductis hic per informantes pro DD. de Vellis, quia vltra quod prædicta intelligi
3 debent † de iuramento quod defertur à parte parti, & sic litis decisiuo, non autem de iuramento simpliciter apposito in instrumento, vt patet ex deductis per *Modern. de Priuil iuram. priuil. 78.*
4 *numer.* 32. potest † responderi, tale priuilegium non esse vsu receptum vt inquit *Bart. in l. 2. fin. ff. de iur. iur.* & docet nos experientia, quæ est rerum magistra.

R. P. D. LITTA.

Romana Census.

Lunæ 5. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè non potest procedi quando oblig. Cam fuit vulnerata.*
2 *Obligatio Camer. quomodo dicatur vulnerata.*
3 *Sententia quæ transitum fecit in iudicatum dicitur facere de albo nigrum.*
4 *Causa semel effecta appellabilis, semper durat appellabilis.*
5 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
6 *Legitimatio personarum est etiam necessaria in executiuis.*
7 *Hæres si quis sit alicuius, & cessionarius alterius non prohibetur vti iure vtriusque.*
8 *Procurator potest facere meliorem conditionem domini, non deteriorem.*
9 *Renunciatio requirit speciale mandatum cum expressione iuris renunciandi.*

DECISIO LXXVI.

DOMINI steterunt in resolutis sub die 28.
Iunij anni præteriti eo præcipue fundamē-
to quod non potuerit exequutiuè procedi stante
1 quod obligatio Camer. fuit vulnerata per senten-
tiam Bracelli vt latius dicitur in *d. decis.*
Nec Dominis placuerunt deducta per infor-
mantes pro Rentijs quod scilicet obligatio Cam.
2 † non dicitur vulnerata, vbi pro validitate con-
tractus cui cohæret obligatio ipsa, plures senten-
tiæ latæ sint, & tandem vna feratur a qua d. sen-
tentiæ reuocentur, & contractus ipse nullus decla-
retur, sed solùm vbi per primam sententiam con-
tractus cui cohæret obligatio Cameralis declara-
tur nullus; siquidem, quia hæc distinctio iure non
probatur, & negari cum veritate non potest d. vul-
nus, quia aut ista sententia Bracelli reuocatoria
præcedentium, & quæ contractum ipsum nullum,
& inexequibilem declarat fecit transitum in iu-
dicatum; & hoc casu, vulnus lætale remanet: cū
talis sententia posterior contractum perimat, &
sententias canonizatorias illius, per prius latas: fa-
3 ciatq; vt dici solet † de nigro album. Aut fuit su-
spensa per appellationem (prout verè suspensa
fuit) & vulnus remanet, sed in pendenti; donec
tollatur per contrariam sententiam, vel lætale ef-
ficiatur confirmatione posterioris sententiæ. Vn-
de interim non potuit exequutiuè procedi cum
4 † causa semel effecta appellabilis, duret appella-
5 bilis: & appellatione † pendente nihil sit inno-
uandum iuribus vulgar.
Nec clausula illa, de qua in Commissione d.
Appellationis (quod procederetur ad exequutionē
obligationis Camer. pro fructibus census decur-
sis, & non solutis) quicquam facit stantibus illis
verbis subsequentibus quatenus de iure exequen.
esset, quæ illam restringunt ad terminos iuris,
secundum quos exequi non debet ex supradictis.
Placuit etiam Dominis aliud fundamentum de-
cisionis deductum ex non legitimatione personæ
Lapani, & ex defectu citationis Iuliæ Capocepha-
læ, quia cum Lapanus se faceret hæredem Isabel-
læ, & peteret exequi mandatum aliàs relaxatum
ad fauorem d. Isabellæ, & Iulia vera hæres illius
vigore secundi testamenti, & admissa in d. iudicio
se opposuerit, negando illum talem esse, qualem
se faciebat, & protestando; tenebatur Lapanus
in primis, & ante omnia iustificare d. qualitatem
hæredis; nec ad vlteriora procedere poterat, ma-
ximè non citata ipsa Iulia ex deductis in d. deci-
sione.
Quibus non obstat; quod exequutiuè procede-
retur quia (vt dictum est) non poterat procedi
6 exequutiuè: vltra quod etiam in † exequutiuis
est necessaria legitimatio personarum, & partis
citatio, vt respectu d. legitimationis post alios de
communi testando tenet *Dec. in l. fin. num. 47. C. de edict. diu. Adr. toll.* & respectu d. citationis
probat *text. in l.* 1. ibi si cœperit ex sententia con-
ueniri C. *de iur. & fact. ignor.* & ex pluribus te-
net *Afflict. in sua prax. par. 1. §. 31. c. 4.*
Nec obstat quod Eques Perbenedictus fuerit in
quolibet actu d. iudicij citatus; quia, cum ho-
die Perbenedicti non tantum veniant vti hæredes
illius Equitis, sed etiam vti cessionarij d. Iuliæ
7 non † prohibentur vti iure vtriusque, & sic etiam
exceptione, qua ipsamet Iulia vti posset: *Aymon. cons. 166. in fin. cons. 298. num. 8. Dec. cons. 247. in fin. & Paris. cons. 17. num. 22. lib. 4.*
Et ad deducta circa cautionem petitam per
Procuratorem Equitis Perbenedicti fuit respon-
sum, ex ea non posse inferri ad renunciationem
nullitatis subhastationis, de qua agitur & quæ
ipsam petitionem longe præcesserat: tum defectu
8 potestatis ipsius Procuratoris, † qui facto suo cō-
ditionem Domini meliorem, sed non deteriorem
facere potest *l. si quis mihi §. si mandauerit ff. de acq. hered.* cum alijs per *Cresc. decis. 8. & 9. de*
9 *renunc. in impres.* Tum quia † ad renunciandum
requiritur specialè mandatum cum expressione
iuris renunciandi *Roland. cons. 11. num. 18. lib. 1. Put. decis. 100. num. 1. lib. 2.* Tum etiam quia de-
ducta circa huiusmodi cautionem, non applica-
tur respectu Iuliæ, quæ illam non petijt, nec ei as-
quo modo consensit. Vnde cum hodie Domini
de Perbenedictis, non tantum veniant, vti hære-
des d. Equitis; sed etiam vti cessionarij d. Iuliæ;
iure merito non prohibentur dare de nullitate
d. subhastationis eorum, quæ subsequuta sunt ex
supradictis, & alijs hic latius deductis per infor-
mantes,

R. P. D. LITTA.

Romana pretij domus.

Veneris 16. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè agi non potest, nisi pro expressis in instrumento.*
2 *Obligatio Cameralis strictius ligat, sed non in plus.*
3 *Emptor potest retinere precium donec venditor obseruet promissa.*
4 *Exceptio non implementi opponi potest etiam in*

in casu ubi exceptiones apponi prohibentur.
5 *Exceptio non implementi si non sit opposita Iudex illam supplere debet.*

DECISIO LXXVII.

CVM D. Sudea Matucia relicta q. Ascanij Matucij, & vti tutrix Lauiniæ, Iuliæ, & Iustinianæ filiarum suarum, dictæ Iuliæ ex causa parafreni assignauerit apothecam quandam subtus domum magnam hæreditariam d. q. Ascanij pro scutis 500 & deinde super d. domo magna, & apothecæ eadem Sudæa, imposuerit annuum censum scutorum 60. pro precio scutorum 1000. ad fauorem D Cæsaris Cincij, & supra scriptæ Iustinianæ coniugum, & dictæ impositioni inter alios accesserit, etiam vti principalia, seruatis seruandis dicta Iulia renuncian. pro maiori cautela dd. coniugum prioritati hypothecæ, & assignationis alias ad sui fauorem factæ ex d. causa Parafreni, cumque ob nõ renouationem aliquorum fideiussorum, qui accesserant dictæ impositioni, & mox decesserant dd. Cæsar, & Iustiniana coniuges obtinuerint contra hæredes d. q. Ascanij mandatum exequutiuum, illudq; exequi fecerint super domo prædicta cum apotheca pro dd. scut. mille, fueritq; deuentum ad subhastationem dictæ domus, & illa tandem fuerit pro pretio scutorum quatuor millium deliberata, & vendita, respectiuè d. Iuliæ, quæ tunc temporis eam inhabitabat soluen. hoc modo videlicet quod dicta Iulia assumeret in se onus; prout assumpsit. Pro soluen dd. Cæsari, & Iustinianæ coniugibus d. annuum censum scut. 60. pretio scutorum mille, eis debitorum occasione dotis d. Iustinianæ. Secũdò sibi ipsi summam scutorum 500. debitam occasione supradicti Parafreni. Tertio annuum censum scutorum 50. pro capitale scutorum mille D. Liuiæ Naræ. Quartò hæredibus capitanei Nicolai annuum censum scutorum 31. pro capitali scuti 400. Quinto d. Victoriæ de Gerardis annuum censum scutorum 60. pro capitali scutorum mille, quibus oneribus eadem domus grauata reperiebatur; & residuum pretij supra scriptæ venditionis, & deliberationis quod erat scut. 100. hæredibus d. q. Ascanij in contanti; quod adimplatum fuit, mediante cõsignatione Iudici facta cuiusdam cedulæ dictæ summæ, qui Iudex d. domum Iuliæ deliberauit, & vendidit nomine dd. hæredum in forma. His peractis dicti coniuges videlicet Cæsar & Iustiniana, necnon hæredes q. Victoriæ de Gerardis, omnes vti cohæredes eiusdem Iuliæ respectu hæreditatis d. q. Ascanij cœperunt prætendere se posse dictam Iuliam conuenire exequutiuè vigore d. Instrumẽti vẽditionis, & deliberationis pro pluribus; & primo pro restitutione dd. scut. 500. sibi solutorũ occasione Parafreni sub prætextu, quod de illis aliàs fuisset satisfacta mediante assignatione supradictæ apothecæ. & quod propria bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. Secundò pro restitutione medietatis illius census scutorum mille D. Victoriæ de Gerardis, quem in se Iulia ipsa assumpsit, stante quod verum non est, quod ad eo esset grauata d domus, sed dumtaxat medietatem illius: alia vero medietas est translata de dicta domo in quã dam vineam hæreditariam prædictorum. Tertiò pro effectuali solutione illorum scut. 100. residui precij d. domus iuxta promissionem per d. Iuliam factam in actu acquisitionis illius, cumq; occasione prædictorum fuisset intentata lis coram A. C. & tandem contra Iuliam fuisset pronunciatum, causa per viam appellationis fuit mihi commissa, cum clausula si quid exequendum: Vnde innitendo d. commissioni dubitaui, an aliquid veniret exequen. in casu de quo agitur. Et Domini negatiuã amplexi sunt: moti quia in instrum. d. acquisitionis Iulia non reperitur obligata restituere illa scuta 500. Parafreni sibimetipsi soluta, vbi de illis apparet satisfacta, & minus obligata legitur in d. instrumento restituere medietatem illius census scutorũ mille Victoriæ de Gerardis, quem in se assumpsit vigore d. Instrumenti, vbi ille reperiatur solum pro
1 medietate impositus super ipsa domo, † & via exequutiua non datur, nisi pro his, quæ leguntur, & expressè promissa sunt in instrumento ipso Cam. obligatione vallato: *Roland conf. 8. numer 4 lib. 1. Gallesi. de oblig. Cam. part. 3. tit. de vi instr. oblig. Cam num. 14. & seq. Corn. conf. 141. num. 6. & seq. lib. 3. & fuit dictum in vna Romana dotis 11. Feb. 1583. coram R. P. D meo Seraphino, & in alijs pluribus causis, quas breuitatis causa non refero,*
2 & ratio est in promptu. quia † obligatio Camer. strictius quidem obligat promittentem, sed non extendit ipsam promissionem, quæ sui natura stricti iuris est *vulg. l. quicquid astringenda ff. de verb. obligat.*

Nec etiam venit exequen. instrumen. de quo agitur pro scutis illis 110. quę Iulia incontinenti promittit soluere pro residuo precij d. acquisitionia, quia cum vice versa sibi promissa fuerit d. domum liberam tradere & hodie reperiatur grauata annuo canone scutorum trium ad fauorem Ecclesiæ S. Valentini; fueritq; coacta d. Iulia Rectori illius pro canone iam decurso, ad effugiendam imminentem caducitatem soluere scuta duodecim,
3 † potuit de iure illa penes se retinere, donec sibi promissa pro parte actorum impleãtur *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Ias. in §. actionum nu. 139. instit. de act.* & vbi ex dispositione legis, vel statuti nulla potest contra instrumentum, vel cõtractum
4 opponi exceptio; † potest nihilominus illa non adimplementi opponi *Corn. conf. 291. col. fin. & conf. 297. col. 2. lib. 3. Tiber. Dec. conf. 1. nu. 67. lib. 3. latè Menoch. conf. 1. num. 3 64. & seq lib. 1.* qui subdit per huiusmodi exceptionem impediri exequutionem instrumenti, quę alias non impediretur idem tenet *Aymon. conf. 151. num. 10.* qui subdit,
5 quod adeo fauorabilis est ista exceptio, vt † super ea suppleat iudex ex officio parte ipsa non opponente: Ex quibus & alijs hic per informantes latius deductis fuit resolutum nihil fore exequen.

R. P. D. LITTA.

Romana, seu Cesenaten. fructuum dotis.

Veneris 13. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Dos est restituen. iuxta formam statutorum, seu consuetudinis loci domicilij ipsius viri.*
2 *Statutum quod viget in loco iudicij attendi debet in*

in ijs quæ veniunt post contractum. Limitatur num.3.& 4.

5 *Dotis restitutio censetur destinata in loco domicilij viri.*

6 *Obligatio Cam. licet operetur vt quis vbique cōueniri possit, non tamen operatur vt solutio vno loco destinata, alibi fiat.*

7 *Solutionis locus vbi est certus lex, & consuetudo vigens in eo loco, & non in loco iudicij attendi debet.*

8 *Alimenta, seu fructus dotis an, & quando debeātur Viduæ.*

9 *Ex facto ius oritur.*

10 *Domus non semper locata manent.*

11 *Alimenta viduæ non debentur ex dote quando durat dilatio data ad soluendum.*

12 *Solutum non dicitur, quando res insolutum data fuit euicta.*

13 *Mobilia non sunt apta producere fructus.*

DECISIO LXXVIII.

FVIT resolutum D.Lisæ nō debeti ex dispositione statuti Vrbis alimenta, seu fructus dotis non restitutæ per hæredes q. Mariti sui post annum luctus, & post iudiciales interpellationes ab
1 eo factas, eo quia, quoad † ipsam restitutionem dotis spectari debet statutum seu lex, & consuetudo, quæ viget in loco domicilij q. Mariti, & sic Cæsenæ. *vulg l.exigere dotem ff.de iudic.*

Nec obstat quod in his, quæ post contractum veniunt, & ex mora debitotis, attendi debeat sta-
2 tutum,† quod viget in loco petitionis, & iudicij, *vt post Bart.in l.cunctos populos. C.de sum. Trin. & fid.Catth not.Iaf.num.29.verf.2. limita hic, & alij alleg.ati per Infor.pro D.Lysa quod alias etiam fuit tentum in vna Iannuen. de Nigronibus coram bo.me.Card.Lancellotto.*

Quia fuit respōsum, quod quamuis suprad. doct. Bart. sit communiter recepta non tamen videtur
3 posse huic casui applicari † cum procedat (vt ipsemet *Bart.ibi sub nu.18.declarat*) quando scilicet solutio non est destinata in certo loco, vel quando
4 est destinata in pluribus locis alternatiuè;†ita quod electio sit ipsius creditoris; quod hic non applicatur, cum minime dici possit, quod restitutio dotis nō sit destinata in certo loco ex dispositione legis,
5 & ex tacito consensu partium videlicet in † loco domicilij q. viri *d. l. exigere dotem. ff. de iudic. vbi Bald.in fin.& alij doct.hoc not communiter. Idem Bald. consf.471. lib.1. Roland. de lucro dotis q.15. num.3.& 4.& q.19. nu.4.& 5.& Io. Campeg.de dot.q.20.num.2.in fin.& nu.3.*

Nec facit, quod in instrumento dotis adsit obligatio Cameralis; quia licet illius vigore possit
6 quis vbique conueniri: nō tamen † huiusmodi obligatio operatur, vt solutio certo in loco destinata tacite,vel expresse, vbique locorum fit facienda,vt
7 quotidie nos experientia docet: Et vbi † certus est locus destinatæ solutionis lex, & consuetudo vigēs eo in loco, & non in loco iudicij attendi debeat *tenet Bart. in l.cunctos populos num.18. & Salic. num.5. Peanu.tract.de dot glos.9.nu.10 qui alios alleg.& post Caccialup.in d.l.exigere dotē nu.107. verf.ex prædictis idem concludit Plot.consf.18.nu.* 13.& 14. ex quibus,& alijs hic latius deductis per informantes constat hanc esse solidissimam conclusionem.

An autem ex dispositione iuris communis dictę
8 Lisæ debeantur d.alimēta, seu fructus dotis † DD. pro affirmatiua tenuerunt, duobus tamen cōcurrentibus, & pro parte illius verificatis, videlicet diligentia facta pro d. dote rehabenda, & quod aliunde nun habuerit, vnde viuere potuerit, vt ex pluribus tenet *Afflict. decis.284. Thesaur.dec.43. nu.2. & fuit dictum in Spoletana vsusfructus 13. Maij 1589. coram nunc Illustrissimo Cardinali Mantica.*

Et licet DD.circa probationem primi requisiti non habuerint aliquam difficultatem, cum illud satis superq. verificetur ex pluribus petitionibus iudicialiter per eam factis pro d. dote rehaben. coram A.C. nec non ex prosecutione d.iudicij vsque ad relaxationem mandati executiui inclusiuè, de quibus in summario iurium *num.1.2.& seq.* attamen circa verificationem secūdi requisiti non fuerunt concordes; nec mirum,cum informantes in
9 facto non conueniant, † & ex facto, seu veritate illius ius oriatur *l.si ex plagis §.in diuo ff.ad l.aquil.*

Nam informantes pro Hospitale prætendunt, quod ex dote, quæ fuit scutorum 5500. statim defuncto marito D.Lisa recuperauerit scuta 250.cōsistentia in tot domibus,quarum redditus prætenduntur esse scut. 130. Vlterius prætendunt, quod in manibus eiusdem essent scuta 950.quæ ipsi marito numquam fuerunt soluta.

Præterea quod pro summa sc.550. immissa fuerit ab A.C. in possessionem quorundam censuum redditus sc. 44. Item quod rehabuerit quædam mobilia in dotē data pro scut.800. ex quibus omnibus prætendunt quod interim commodè potuerit se alere.

Informantes verò pro D. Lisa admittunt recuperationem supradictarum domorum, sed negant ex eis tot annuos redditus perceptos fuisse, quod super multum verisimile redditur: ex quo non semper
10 † locatæ manent domus, & in dies pro manutenrione earum Domini coguntur plures impensas facere. Quo vero ad scut.950. d. dotis q. Viro suo non soluta respondent, quod qui promiserat dotē non tenebatur illam summam soluere, nisi post septem annos,vt ex instrumento d.dotis constat quæ
11 dilatio cum tunc temporis duraret, † non potuit ex eis interim quicquam percipi pro alimentis.

Quantum ad census, in quorum possessionem
12 immissa fuit per A.C. respondent d. census † intra breue tempus euictos fuisse. Vnde pariter pro Hospitale super eorum redditu non potest fieri aliquod iuridicum fundamentum *arg eorum quæ habeatur in l.qui sic voluit ff.de solut.& liber.*

Quo vero ad mobilia, quæ post mortem viri habuit; respondent ea non esse tanti valoris, vt prætenduntur; quod non sunt apta producere
13 fructus † de quibus alimentari debet mulier, & non de proprietate suæ dotis, *vt inquit Abb. in cap.salubriter in prim.not. de vsur. & fuit dictum in vna Taurinen.liquidationis dotis 17.Nouembris 1595. coram eodem Illustrissimo Cardinali Mantica.* Quibus auditis DD. mandatunt particulariter videri, An D. Lisa non habuerit aliunde,

aliunde, vnde viuere potuerit, & sic de iustificatione dicti secundi requisiti ad effectum de quo supra.

R. P. D. LITTA.

Romana domorum de Valentinis.

Mercurij 16. Iunij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum non præstito iuramento calumniæ est nullum si petitum fuit.*
2 *Iuramentum calumniæ est præstan. etiam si agatur vigore oblig. Camer.*
3 *Iuramentum calumniæ ad quid inuentum fuit.*
4 *Obligatio Cameralis, ad quid fuit inuenta.*
5 *Iuramentum calumniæ debet præstari etiam si summariè & manu regia procedatur.*
6 *Gubernator Vrbis procedit leuato velo, & manu regia.*
7 *Iuramentum calumniæ debet præstari in causis etiam vertentibus coram Gubernatore Vrbis.*
8 *Iuramentum prædictum debet præstari ante sententiam.*
9 *Iuramentum calumniæ respicit præsentia & futura, non præterita.*

DECISIO LXXIX.

1 FVIT resolutum pro nullitate decreti A. C. ob non præstitum calumniæ † iuramẽtum, quod prius petitum fuerat præstari, & non alias procedi, & protestando semper de nullitate *ad text. in l. 2. §. quod si actor C. de iur. iur. propter calumn. dan. in c. 1. de iura. calum. lib. 6. Rot. decis. 2. eod. tit. in antiq. & fuit sæpe resolutum.*

2 Nec facit quod ageretur vigore obligationis Camer. quia exaduerso non docetur, quod obligatio Camer. sit in hoc priuilegiata, † vt agentes ex contractu tali obligatione vallato non teneantur iurare de calumnia, si petitum fuerit; Imo ratio, propter quam fuit introductum iuramentum calumniæ, vt scilicet via præcludatur calumnijs, 3 † *c. 1. in fin. de iur. calum. in 6.* & ne veritas occultetur, *vt dicit Put. decis. 398. in fin. lib. 2.* magis 4 militare videtur in obligat. Camer. inuenta, † vt parata esset exequutio sine mora faciendi processũ ordinarium, & quod præstandum sit etiam si sum-5 mariè, & manu regia procedatur † tradit *Cott. in memor. in verb. iuramentum calumniæ.* Hinc coram Gubernatore, coram quo proceditur velo le-6 uato, & manu regia † præstan. esse si petatur, *tradit Put. d. decis. 389. & Ant. Aug. in repert. tit. de iur. iur. num. 15.*

Nec placuit, quod fuerit præstitum per 8. dies post decretum, & relaxatum mandatum, quia tale iuramentum debet præstari ante sententiam, 8 † respicit enim præsentia, & futura, non autem 9 præterita † *Cyn. in l. 2. nu. 11. C. de iur. iur. propter calum. dan.*

Aliæ vero nullitates, tanquam turbidæ, & respectiuè irrelevantes, non fuerunt per Dominos habitæ in consideratione.

R. P. D. MARQVEMONTIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Legionen. Pensionis.

5. Iunij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis causa cessante, cessat obligatio, etiã si adsit obligatio Camer. nu. 2.*
3 *Fideiussoris obligatio corruit corruente obligatione principali.*
4 *Pensio debetur ex fructibus.*
5 *Pensionis respectu numquam censetur esse plus in promissione quam sit in litteris, & asseruatione.*

DECISIO LXXX.

DVBIO extra Rotam cum quibusdam præsuppositis firmato & per me in Rota proposito, Domini responderunt negatiuè videlicet D. Cosidam non teneri ad solutionem terminorũ pensionis decursorum, de quibus agitur. Ratio fuit, quia promissio, & fideiussio Cosidæ de soluẽda pensione fuit facta contemplatione futuræ prouisionis faciendæ de Canonicatu, & præbenda ad fauorem Alphonsi Gregorij: prouisio autem non habuit effectum in persona Alphonsi, sed in persona alterius videlicet Dominici de Parrega; sicque 1 † cum cessauerit causa promissionis, etiam ipsa promissio, & obligatio Cosidæ euanuit *Butr. in c 2. not. 1 de consuet. Rom. cons. 417. numer. 1. & 4.* 2 *Soc. cons. 31. num. 19. lib. 1* † quod procedere etiã in obligatione Camerali pluribus comprobat, *Gallesi par. 4. q. 1. num. 12.* & in terminis solutionis pensionis, *Bursat. cons. 361. nu. 35. lib. 4.* facit quia promissio, & obligatio Cosidæ est fideiussoria, 3 † quæ corruit corruente principali obligatione *Leum lex. ff. de fideiuss. Alex. cons. 109. num. 8. lib. 4.* Alphonsus autem, pro quo Cosida fideiussit non potest dici in hoc casu debitor pensionis, quia ipse neque titulum habuit, nec fructus vnquam posse-4 dit † ex quibus debetur pensio *Achil. dec. 12. nu. 2. de prob. Gig. de pens. q. 47. nu. 7.*

Nec faciunt ea, quæ dicuntur de consensu Al-5 phonsi † nam in istis promissionibus soluen. pensiones receptum est, vt non censeatur plus esse in promissione, quam sit in literis, & reseruatione, *Sarment. Select. interpret. lib. 1. c. 11 nu. 2.* quem retulit, & secuta est *Rota in vna Asculana pensionis 7. Febr. 1589. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.*

Et ista pensio antiquata reseruata olim de consensu Ferdinandi Mirandæ vt solueretur per eum, & eius successores, ita quod licet sub spe prouisionis sibi faciendæ eiusdem pensionis solutioni cõsensit Alphonsus: tamen cum prouisio non habuit effectum in eius persona non potest ille debitor esse pensionis qui neq; iuris neq; possessionis, successor est Ferdinandi *ad decis. Acchil. prim. de pens.*

Non obstat quod dicitur per Alphonsum stetisse, quo minus fieret prouisio; pro nunc enim sufficit respondere, hoc non probari. Denique non obstant decisiones allegatæ circa clausulam habita, vel non habita possessione, quia decisio-

nes

nes non dicunt quod debeatur pensio etiam non secuta prouisione, immo, & alteri facta.

R.P.D. MARQVEMONTIO.

Postea S.R.E. Cardinali.

Romana pretij Vineæ.

Ven.1. Iulij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Executiue agi non potest cum eo, qui non contraxit. limitatur nu 2.*
3 *Ratificatio inducitur ex perceptione fructuum.*
4 *Iudex ex officio eligit quando pars est contumax.*
5 *Exceptio non implementi nō potest opponi contra eum, qui non tenetur implere nisi sibi promissa fuerint adimpleta.*

DECISIO LXXXI.

DOMINI dixerunt mandatum R. P.D. Cellesij esse iustum non obstantibus exceptionibus pro parte M. Angeli deductis Prima enim
1 oppositio est, quod exequutiue † non potuerit agi contra M. Angelum, qui neq; cum Hieronymo, neq; cum eius creditoribus contraxerat *l. si vnus §. ante omnia ff de pact. Surd. alios referens dec. 166. num. 11.* Sed respondetur, quod fuit facta cum obligatione Camerali conuentio inter Hieronymū & Aloysium ementem pro se, & persona nominādaatque hanc emptionem postea ratificauit, & in
2 se suscepit M. Angelus: Ideoque † omne ius, & actiones passiuæ, & actiuæ fuerunt in eum translatæ, perinde. ac si ipse ab initio fuisset cum Hieronymo stipulatus, *Anchar. cons. 128. num. 1. Cefal. cons. 325. nu. 15. lib. 3. Rot. Ianuen. decis. 127. nu. 8.* & in specie de obligatione exequutiua *Mohedan. dec. vlt. de procur.*

De ratificatione autem subsecuta, non potest dubitari, non solum quia habetur expressa apoca M. Angeli, per quam in se suscepit d emptionem,
3 sed etiam multo magis, quia accepit † Vineæ à Hieronymo venditæ possessionem, illiusq; fructus, etiam per aliquot annos recollegit, & soluit Laudemium, & annuas præstationes, seu canones, atq; censuarijs Hieronymi venditoris creditoribus annuos fructus suorum censuum, eo modo, quo inter Hieronymum, & Aloysium fuerat in instrumento conuentum. *Alex. cons. 127. nu 2. lib. 5. Pel in cap. nonnu num. 10. de præsumpt. Surd. dec. 229. num. 5. & 6. Cresc. decis. 1. de procur.* Vnde non obst. quod dicitur apocam M. Angeli habere relaxationem ad Instrumentum stipulatum inter Hieronymum, & Aloysium, quæ tamen relatio verificari non potest, quia d. instrumentum fuit factum quinque diebus post apocam. Nam vltra quod ante supradictam apocam erant stabilita inter Hieronymum, & Aloysium capitula, super quibus fuit postea extensum instrumentum. Præterea respondetur Hieronymum non agere præcise in vim apocæ, sed fundare præcipuè suam intentionem in ratificatione instrumenti, quæ sequitur ex actibus supradictis, qui omnes facti fuerunt post instrumentum.

Non obstat secunda oppositio, quod mandatū fuerit excessiuum: respondetur enim quod ex lectura contract us facti inter Hieronymum, & Aloysium, & à M. Angelo, vt dictum est ratificati tenebatur M. Angelus, non soluere creditoribus Hieronymi annuos fructus suorum censuum; sed etiā in extinctionem sortis principalis eorumdem censuum debeat exbursare scu. 100. singulis annis, & cum iam anni quinque fuissent elapsi, nec in eam causam sortis principalis vlla solutio facta fuisset, remanebat sine dubio ex illo capite debitor M. Angelus in scu. 500.

Præterea cum pretium Vineæ esset scu. 100. pro qualibet petia, & facta mensuratione, Vinea fuisset reperta petiarum 19. census autem ad soluendum assignati non excederent scut. 1440. remanebant soluenda Hieronymo pro residuo pretij scut. 510. ex quibus si demantur scut. 55. quæ erant soluenda Aloysio & scut. 74. soluta de ordine Hieronymi per M. Angelum in tribus partitis videlicet scu. 24. pro Laudemio, & scu. 35. soluta Vniuersitati Barbitonsorum scu. 15. cuidam Valentinæ: supersunt scu. 381. debita Hieronymo, quæ si addantur scu. 500. exbursan. (vt dictum est) pro extinctione censuum, debitum M. Angeli erit liquidum in scut. 881. & per consequens immerito datur de excessu, cum mādatum fuerit relaxatum dumtaxat pro scut 820. itaque nec iuuaret M. Angelum si forsan doceret de aliqua exigua summa peripsā soluta vltra prædicta, quia iustitia mādati est adhuc capax scut. 61. Nec agen. est de pecunijs. quæ cēsuatij s creditoribus Hieronymi numeratæ fuerūt: erat enim (vt dictum est) M. Angelus obligatus ad solutionem annuam fructuum, & propterea in ea causa reputandæ sunt solutiones, si quas fecit.

Non obstat, quod mensuratio Vineæ fuerit nulla, quia duo Periti hinc inde electi non fuerint. Nam in capitulis non fuit restricta hæc facultas mensurandi ad præsentiam duorum Peritorum, sed dictum fuit. *Da doi Periti, o da vno da elegersi communemente.* Et licet in instrumento agatur de duobus Peritis; tamen ibi non agitur de Agrimensoribus ad mensurandum vineam, sed de extimatoribus pretij vineæ ad effectū solutionis Laudemij. Deinde illa conuentio benè procedit, quādo partes comparent & eligunt, secus vero, quādo
4 vna pars est contumax; tunc enim conuentio † non habet locum, sed iudex eligit ex officio & factum iudicis est factum partis, *Bart. in l. ob causam C. de euict. latissimè Surd cons. 49. num. 11. vol. 1. Aym. cons. 5. num. 1. Plot. cons. 13. num. 3.* hic autem M. Angelus fuit citatus ad eligendum, & cum illo nō comparēte iudex deputasset mensorem, fuit ei intimata deputatio, & postea fuit eidem pariter intimata dies, qua mensura erat facienda; fuit etiam citatus ad videndum mādari referri, & intimatus qualiter D. mandauit referri; demumq; qualiter per mensuratorem fuit facta relatio, quæ fuit in actis vbi etiam hodie reperitur producta.

Quantum ad vltimam oppositionem de non adimplemento, fuit responsum, quod de tempore mandati consensus erat liber propter sententiam latam ad fauorem Hieronymi, & consensus vxoris fuit deductus, in conuentione sub conditione, ris fuit deductus, in conuentione sub conditione molestiarum, quæ cum non superuenerint vel de tempore mandati non durauerint, nihil refert, quod ille consensus fuerit forsan præstitus minus sufficienter

cienter: præterea circa hunc articulum transibant
5 Domini cum ista responsione: non potuisse † contra Hieronymum allegari non adimplementum, ex quo ipse non tenebatur, nisi adimpletis prius per emptorem adimplendis, vt constare dicebant ex clausula instrumenti, quæ in fine posita censetur ad omnia referri.

R. P. D. VBALDO.

Bononien. executionis Apocarum.

Luna 27. Iunij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ rub. 22. debet seruari etiam inter non mercatores.*

2 *Obligatio Camer. habet executionem paratam, & non admittit nisi exceptiones solutionis, falsitatis & pacti de non petendo.*

3 *Executio obligationis Cameralis non retardatur ex eo quod in obligatione non sit expressa causa, quod etiam procedit in guarantigia nu. 4. & in statuto Bononien. nu. 5.*

DECISIO LXXXII.

MARCELLVS Fosaninus se obligauerat etiã in forma Cam. per plures apocas de soluẽdis nonnullis pecuniarum summis Comiti Rodalpho Campegio, & alijs consortibus, quarum partem etiam soluerat, sed cum pro residuo conueniretur: fuit dubitatum An dictæ apocæ mererentur executionem & D. Campeggio tantum informante fuit resolutum affirmatiuè: tum ex dispositione
1 statuti Bonon. sub rubr. 22. quod inter † omnes etiam non mercatores seruandum esset alias resoluit *Rota in Bononien. Bonorum 27. Nouemb. 1598. coram D. meo Lancellotto, & in Bononien. dotis 1. Iuny 1609. coram D. meo Caualerio:* tum ex virtute obligationis Camer. quæ habet exequutionem
2 paratam, reiecta quacunque exceptione, præterquam solutionis falsitatis, & pacti de non petendo *Rot. apud Mohed. decis. 2. & 3. de except. Cassad. dec. 1. numer 2. de mut pet. Rot. diuers. dec. 1159. part. 3. & alias sæpè Gallesi. ad 4. part. oblig. Cam. q. 1. num. 1.*

Non obstat, quod in obligatione non sit expres-
3 sa causa, † quia talis exceptio non potest retardare exequutionem obligationis Camer. cum non sit de illis tribus, & in specie *not. Galles. loc. cit. n. 13.*
4 sicut † non admittitur stante guarantigia *Fel. in c. si cautio sub num. 15. vers. fallit decimo de fid. instrum. Dec. cons. 682. num. 4. & 5. Bened. de Barz. de guarantig. 2. part. q. 10. per tot.* Præterea adest statutum Bononien. lib. 2. sub rubr. quod libris mercatorum, &c. quod fuit datum in summario num. 2. in quo expresse legitur priuatis scripturis ad fauorem alicuius confectis plenam esse adhibendam fidem, etiam si causa non sit apposita, &
5 ideo in terminis statuti † ista exceptio non est attendenda *Alex. cons. 4. num. 10. ad finem, & seq. lib. 1.*

R. P. D. IVSTO.

Romana donat. 30000. de Luraghis.

Veneris 3. Decemb. 1599.

SVMMARIVM.

1 *Notarius potest declarare verba quæ propter dictionem &c. non sunt omnino clara, quamuis præsumptiuè aliam recipere possint interpretationem num. 2.*

3 *Notarius præsumitur incõtinenti vel paulo post extendisse instrumentum.*

4 *Obligatio Cam. an comprehendat bona hæredum & num. 9.*

5 *Extenditur illud quod est.*

6 *Obligatio eadem est in referente, quæ in relato.*

7 *Obligationis Camer. formula variatur respectu rei obligandæ iuxta voluntatem contrahentium nu. 8.*

10 *Forma Cam. firmat obligationem, non ampliat.*

11 *Extensio facta per Notarium præsumitur facta secundum partium intentionem de qua erat informatus.*

12 *Appositum in instrumento censetur appositum de voluntate contrahentium, & omissum remanet in dispositione iuris.*

13 *Clausula cæterata indiget extensione.*

14 *Relatum non potest esse sine referente.*

15 *Notarius non potest extendere quod non est in imbreuiatura.*

16 *Obligatio causatur ex consensu.*

17 *Substantia contractus non potest suppleri nec per notarium nec per Iudicem.*

DECISIO LXXXIII.

IN concursu creditorum Io. Baptistæ Luraghi venit Paulus eius filius asserens se esse priorẽ, & potiorem creditorem scut. 30000. & fundauit eius intentionem in donationem similis summæ aliàs per q. Paulum Luragum seniorem sub die 5. Ianuarij 1580. ad fauorem Io. Bapt. & eius filiorum facta: prætendens, quod donator obligauerit ad fauorem donatariorum non solum bona propria, sed etiam bona suorum hęredum, & successorum quoque bona Io. Bapt. qui etiam fuit hæres prędicti Pauli senioris de illo tempore fuerint hypothecata pro summa scutorum 30000. donatorum.

Verum quia alij creditores negarunt in d. donatione fuisse obligata bona hæredum donantis, & allegarunt instrumentum donationis à q. Prospero Campana vno ex duobus notarijs de illa terra insolidum rogatis publicatum, in quo non legitur talis obligatio bonorum heredum. Paulus vero replicauit non esse attendendam extensionem d. Campanę, sed obligationem deberi extendi iuxta stylum Curię Ideo die Veneris 4. Decembr. 1599. proposui Dominis disputandum infrascriptum dubium.

Præsuppositis verbis instrumenti in actis productis per D. Paulum Luragum, quę sunt, Pro quibus omnibus & singulis semper, & perpetuo firmiter tenendis, & inuiolabiliter obseruandis prędictus D. Paulus Luragus donator se ipsum, eiusque heredes,

redes,& successores quoscunque ac omnia, & singula mobilia, & immobilia seq. mouentia & iura, & actiones, & debitorum nomina, & alia quæcunque bona præsentia, & futura obligauit & hypothecauit in forma Cameræ Apostolicæ cum solitis & consuetis clausulis citra tamen,& præter constitutionem Procuratorum quandocunq. extendendis per nos notarios insolidum rogatos, aut alterum nostri, vel quemuis alium notarium qui requisitus fuerit absq. alia citatione, & Iudicis decreto.

Et præsupposita extensione obligationis Cameralis iuxta stylum A.C. quæ ita se habet, Pro quibus omnibus,& singulis, vti præmittitur tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis se suosq. hæredes, sua,& illorum bona mobilia,& immobilia, ac se mouentia debitorum nomina iuraq.& actiones & alia quæcunq; bona præsentia & futura vbicunq; locorum existentia me notario publico, &c. in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligauit, & hypothecauit.

An extensio facta per notarium sit attendenda in casu, & ad effectum de quo agitur.

Et quod potius attendenda extensio obligationis Cameralis iuxta stylum Curiæ in qua adest obligatio bonorum hæredum concludendum videbatur: quoniam Donator in obligatione non se restrinxit ad bona sua; sed dixit omnia, & singula bona,&c. & iura, &c. obligauit, & hipothecauit in forma Cameræ Apostolicæ quæ verba videntur posse intelligi tam de bonis suis, quã de bonis hæredis, quam cum expressè legantur in oblig. Cam. ad quam se retulit donator: nulla ratio videtur esse, vt attendamus extensionem præmissam notarij dimissa solita extensione, quam attendere voluit donator, ex quo se retulit ad illam, nec propterea alteratur dispositio, quia verba possunt reduci ad illam formulam, vt post *Alex. trad Neuiz consi.92 nu.31 & 32.* quod si donator voluisset excipere id fecisset, sicuti excepit constitutionem Procuratorum; vnde non intrant conclusiones,

1 quod † notarius potuerit declarare verba, quæ propter dictionem, &c. non sunt omnino clara, vt dictum fuit coram *bon.me.Oriolen.in causa Roma-*

2 *na Casalis Iulian. 4. Iulij* 1584. quamuis † præsumptiuè aliam recipere possint interpretationem *Socc.cons.94.nu.30.in fin.lib.1.Alex.cons.70. n.40. lib.2.Aret cons 84.num.31.Aym.cons.201.num.11.*

3 quia † præsumitur notarius tunc fecisse,vel incontinenti post, *Bart. in l.non solum §. sed ff. de nou. oper. nunc.Cassad.decis.3.nu.2.& decis 4.n. 5.* super regulis nam hoc casu donator non dixit bona sua, sed bona &c. quæ dictio, &c. cum requirat extensionem & donator voluit extendi cum clausulis solitis, merito debet extendi, vt comprehẽdat bona hæredum iuxta stylum, & communem consuetudinem; quod etiam si nulla alia facienda esset extensio: tamen deberemus hoc casu videre solitum A. C. ad interpretationem clausulæ dubiæ, quæ cantaut de bonis sine illa expressione, de quibus bonis intellexit donator.

Verum his non obstantibus pro maiori parte Dominorum decisum fuit extensionem Campani, respectu obligationis bonorum hæredis esse attẽdendam; quæ an sit apta de per se comprehendere bona hæredum, vel ne attento iure communi est

4 alterius inspectionis. Sed † quod respectu clausularum obligationis in forma Cameræ sit apta recipere extensionem solitam, & consuetam secundũ stylum Curiæ moti fuerunt Domini tãm ex intentione,& mente donatoris,quam ex dispositione iuris communis.

Quoad mentem in primis attendenda sunt verba imbreuiaturæ, quæ ita iacent. Pro quibus omnibus, & singulis præmissis semper & perpetuò firmiter tenendis, & inuiolabiliter obseruandis præfatus D. Paulus Lurgus Donator se ipsum eiusq; hæredes, & successores quoscunq; & omnia, & singula bona, &c. Iura, &c. obligauit, & hypotecauit in forma Cameræ Apostolicæ cum solitis clausulis, & cautelis.quæ in imbreuiatura non potest recipere extensionem, nisi secundum ma-

5 teriam præexistentem † quia illud extenditur quod est *Glos.fin.c.fin.ne cler.vel monac.not.in c.signisicasti de for.comput & in l.eius qui in prouincia ff si cert.per Barbat.in term. cons.9. nu. 18. lib. 4.* sed materia diceretur præexistere si obligatio in forma Cam. tota in imbreuiatura fuisset, scilicet Pro quibus omnibus, &c. se in forma Cameræ obligauit extendendo, &c. vel etiam si imbreuiatura fuisset in illis verbis se ipsum ac suos hæredes successores ac omnia, &c. Ita imbreuiatura est apta continere in ventre sua, & suorum hæredum prædictorum bona,& posset expectare, & recipere eamdem extensionem, sed in hac imbreuiatura, vbi dicitur se ipsum suos hæredes, & successores quoscunq. & omnia, & singula bona, &c. nihil aliud continetur, quam concernens qualitatem bonorum, videlicet omnia, & singula bona mobilia & stabilia, seq. mouentia; vel alias vt in formulis, quæ exhibentur in quibus non comprehenduntur bona hæredum, & idcirco defuit materia

6 extendenda quia tanta † est obligatio in termino referente,qualis,& quanta in termino ad quem fit relatio *l.certum ff.si cert.pet.l. vbi autem §. illud, & ibi not.Bart.& alij ff.de ver.obl l.asse toto ff.de hære.Inst.Tiraq.de leg connub.glos.7.nu. 182.cum*

7 *seq.* Neque videtur dubium † quod respectu rei obligandæ per contrahentes principium formulæ obligat onis in forma Cameræ est variabile: quia promittens, si vult potest excludere bona hæredis

8 eum possit se restringere ad bona propria † quod est voluntatis à principio *l.sicut C.de act.& oblig.* & hoc conceditur contrarijs argumentis, & benè deducitur per informantes pro creditoribus ex diuersis formulis secundum diuersas materias; ergo dicendum est idem esse si dimisit obligationẽ bonorum hæredis, sed alia diuertendo & si bona hæredum non sunt expressè obligata,vel non continentur sub verbis cæteris, nullo modo dicendum est voluisse obligare. *Bald.in l.assiduis nu.13. C.qui pot.in pign.habean.vbi Ang.n.8.Afflict.dec. 200.num.1.& 2.facit Paris. cons.48.nu.25. cum*

10 *seq.vol.1.* quia † forma Cameræ,non ampliat obligationem, *vt Rot.tenuit coram R.P.D.meo Pamphilio in vna Asculana pensionis 7. Decemb.1586. & Mass.ad form.Cam.par.1.q.3. n.2: Franc. Sarmien.select.interprat.lib.1.c.11.nu.2.Hieron.Gab. cons.173.nu.2.lib.2.*

Quæ tanto magis vera videbantur si donator in illis

illis verbis summam scut.trigintamillia monetæ ad
iul.10.pro scuto extrahen. ex bonis ipsius Pauli in-
telligatur se voluisse restringere ad bona propria
iux.*tex.in l.volũtatis n.10.C.de fideicom.Salic.in l.
si quis argentum §.1.num.3.C.de donat* cum alijs
alleg. cum enim hoc modo donatio non fit,nisi re-
spectu bonorum donatoris, videtur esse contrà
voluntatem donatoris concludere,quòd pro bonis
deficientibus teneatur hæres supplere, & ita extẽ-
dendam esse obligationem.

Sed ex dispositione iuris, idem concluserunt
Domini; quoniàm extensio † facta per Notarium
præsumitur facta,secundùm partium intentionem,
de qua erat informatus *cap.ad audientiam de præ-
script.cum not.in l.si quis decurio.C. ad leg. Corn.
de falſ.Bald.in l.errore C.de testam.tut.Rom.conſ.
179.num.6. Dec.conſ.450.n.2.Alciat.de præſumpt.
reg.3 præſumpt.*13 cum alijs, qui allegantur.

Et ita videbatur non obstare,quæ in contrarium
allegabantur.

Quibus etiam fuit particularitèr responsum,ve-
rum esse, quod in formula communi solita obliga-
tionis in forma Cameræ adest obligatio bonorum
hæredis: sed non minus verum est,donatorem po-
tuisse apponere obligationem in forma Cameræ,
& non obligare hæredes, vt dictum est, qua pro-
pter non sequitur, non exclusit ab obligatione
bona hæredis; ergo voluit obligare,quoniam ap-
ponendo obligationem in forma Cameræ exten-
sam in illis verbis,in quibus solet apponi obligatio
bonorum hæredum, & omittendo obligationem
bonorum hæredis; satis exclusit, si non apposuit:
12 siquidem † quod est appositum de voluntate par-
tis dicitur appositum, & quod est ommissum, de-
bet remanere in dispositione iuris communis *l.co-
modissime ff. de lib. & posth.* & consequenter, si
omisit obligationem bonorum hæredis,nullo mo-
do dicen.est voluisse obligare *Bald.& Ang.in d.l.
assiduis Afflict.d.decis.*200.

Non obstat,quod extensio notarij non sit perfe-
cta, quia retulit ad extensionem faciendam, quo-
niam non denegatur extensio clausularum circa
partẽ referentem,sed ampliatio obligationis præ-
cedentis extensæ, & ibi nulla adest relatio:& quẽ-
13 admodum † quando in instrumento adest clausula
cæterata, & alia non cæterata, illa cæterata indi-
get extensione secundum stylum, & consuetudinẽ
*Iaſ.in l.Gallus §.idem credendum n.*10. *post alios
Doct.ff.de lib.& posth.* non cæterata autem non
suppletur,ita in casu nostro,obligatio in forma Ca-
meræ recipit extensionem in parte referente; non
autem ampliationem in parte extensa;quia † rela-
tum non potest esse sine referente;vt patet.

Non obstat,quod potest extendi ab alio notario
15 qui in solidum rogatus fuit de donatione † quoniã
d. notarius illud extendere non potest, quod non
16 est in imbreuiatura: cum † obligatio causetur ex
consensu *l.ex cõsensu, & l.obligationum substantiã
ff.de act.& oblig.* & ideo tantum adest, quantũ le-
gitur in verbis neq. expressè,neq.sub compendio,
vt supra fuit ostensum;qua propter deficit substã-
17 tia † quæ non potest suppleri, neq; per notarium,
neque per iudicem, etiam si sit data à partibus fa-
cultas extenden. *Ferret.cum alleg.conſ.*254. *nu.*6.
& 7.Barbat.in d.conſ.9.n.18.lib.4.

Ex quibus in hoc casu videntur cessare omnia,
quæ opponuntur in contrarium.

R. P. D. I V S T O.

Perusina pecuniaria.
Veneris 3. Decemb. 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Actio nulla oritur ex obligatione,quæ non legitur
in instrumento.*
2 *Obligat. Camer. agi non potest, nisi pro expressis
in instrumento.*
3 *Clausula præfata omnia esse vera,quid importet.*
4 *Cedens nomen debitoris an teneatur facere bonũ
nomen de iure & nu.*5.
6 *Residui appellatione an totũ contineatur.& n.*9.
7 *Obligatio Camer. comprehendit etiam ea quæ ex
iuris interpretatione veniunt. & num.*8.

D E C I S I O L X X X I V.

RESOLVTVM fuit non esse locum exequu-
tioni,quia obligatio de supplen. census vsque
ad summam expressam, non legitur in instrumen-
1 to; ergo † nulla est actio, quæ oritur ex obliga-
tione *l.licet §. ea obligatio ff. de procurat.* & sine
actione nemo experitur, *l.si pupill. §.videamus,
2 ff.de neg.gest.* † præsertim via exequutiua virtute
obligat.Cameralis,quæ non datur, nisi pro expres-
sis in instrumento, *Corn.conſ.*141.*nu.6. cum seq.
lib.3.Massa de oblig.Cam.par.3.tit. de vi instrum.
oblig.Cam.n.14.& 15. & sæpè dixit Rota.*

Nec facit narratiua concordiæ, vbi de quanti-
tate censuum fit mentio, & adest clausula in fine
posita, præfata omnia esse vera, & promittitur
3 obseruantia: qua propter † consequi videtur pro-
missio existentiæ omnium censuum *iux.tex.in l.si
nomen debitoris, & in l.cum hæredis ff.de hæredit.
& act.ven.Bal.l.in d.l.si nomen,* vbi dicit quod pro
mittens non tenetur facere bonum nomen de iu-
re, & idem *Bald.conſ.72.lib.3. Io.And.ad Specul.
de ceſſ.act.§.1 & Doct.in l.pupilli.§.soror per illum
tex.ff. de solut.*

Quoniam responsum fuit Pompeium solummo-
do declarasse, vt constat ex instrumento Concor-
diæ dato in *Summario num.*1. Capitaneum Petrũ
reliquisse in morte sua census vsque ad quantita-
tem scut. trigintasex millia,& creditum cum di-
uersis personis scut.969. vt patet ex libro per ip-
sum consignato, asseruitq. census non esse extin-
ctos, nec reperiri aliam summam, quod si reperi-
retur, declarauit omnem summam spectare ad di-
ctum Io. Andream, & si census, vel creditum re-
periretur extinctum; eo casu fassus fuit se teneri,
& obligatum esse restituere Io.Andreæ. Vnde se-
4 quitur, † quod licet cedens nomen debitoris te-
neatur facere bonũ nomen de iure per supradicta,
& tenuit *Rota coram R.P.D. meo Penia in Roma-
5 na hæreditatis 8. Aprilis* 1596. Hoc tamen † pro-
cedit in cessione nominis, quæ sonat in ius, non
autem in designatione hominis,quæ sonat in factũ,
vt patet, & ideò in hoc casu iuxta contenta in ter-
tio capitulo, quod datur in *Summario num.*3. vel
agi poterat ad consignationem instrumẽti,vel no-
tæ,aut libri, si non fuisset adimpleta promissio ve-
lut in principio, siue primo capitulo ad precij cẽ-

f suum-

suum extinctorum restitutionem.

Non obstat quod in 2. *cap.* Pompeius promittat
vsque ad summam scut. vigintiquatuor milliū con-
signare Io. Andreæ tot bona pro residuo: & appel-
6 latione † residui totum contineatur *gloß. in l. 2.*
vbi allegat concordantes *C. de hæred. inst.* ergo
7 saltem interpretatione † iuris totum est in obliga-
tione: quod satis est, vt agi possit exequutiue in
vim oblig. Cam. vt dictum fuit *coram R. P. D. meo
Decano in Rom. Dotis* 11. *Febr.* 1583. & sufficit
8 quod † comprehendatur, si non causatiuè saltem
effectiuè *Rot. coram bo. me.* Cantucio *in Rom. pecu-
niaria de Breuis* 20. *Maij* 1580.

Quoniam verius est interpretatione iuris appel-
9 latione residui totum † non esse in obligatione *l. in-
ter fideiussores vbi gloß. fin. & l. inter eos ff. de fide-
iuss. Bald. in l. fin. §. & cum antiquitas nu.* 6. *C. de
vsur. re. iud.* quia cum promittens non promittat,
nisi residuum; ergo non omnem summam, argu-
mento *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* & expressa
summa in obligatione excludit non expressam *l. si
vnus §. si eum mibi ff. de pact. Rebuff. in l. potest re-
liquorum ff. de verb. signif.* vbi declarat hæc verba
propriè referri ad summam restantem in *d. l. 2. C.
de hæred. inst.* significare totum ratione subiectæ
materiæ, qua propter cessat obiectum præsertim
in hoc casu, vbi in 7. *cap.* solum reseruantur actio-
nes, casu quo reperiantur alia credita, vel census
extincti, aut possessi à Pompeio: neque respicitur ef-
fectus, nisi à summa 21508. vsq; ad summam 24250
quam summam debebat Pompeius vsque ad duas
tertias partes censuum enunciatorum in concor-
dia pro censibus à se extinctis, Et ita decisum.

R. P. D. IVSTO.

Roman. fructuum dotis de Luraghis.

19. Ianuarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis Cam. executio datur etiam pro enū-
ciatis. & nu. 2.*
3 *Statutum Vrbis concedit marito fructus dotis nō
soluta.*
4 *Vidua non potest percipere fructus dotis soluto
matrimonio ante interpellationem iudiciariam.
& n. 7.*
5 *Vidua ex forma statuti Vrbis potest percipere fru
ctus pignoris dotalis.*
6 *Interpretatio debet fieri de casu licito.*
8 *Dotis fructus possunt taxari ad certam summā.*
9 *Fructus dotis soluti vidua an, & quando debeāt
in sortem imputari. & num. 10.*
11 *Dotis fructus debentur pro oneribus matrimonij.
& n. 13.*
12 *Cedens nomen debitoris dicitur cedere omnem
actionē, & post cessionem nihil petere potest. n. 14.*

DECISIO LXXXV.

IN hac causa visum fuit DD. procedendum es-
se ad vlteriorem executionem, quia licitè fue-
runt exacti fructus dotis, sed respectu fructuum
donationis propter nuptias, nihil decisum fuit.

Et in primis firmauerunt adesse sufficientem
obligationem, vt procedi potuerit via exequutiua
1 in vim obligat. Cam. † quoniam cum sit enuncia-
ta restitutio dotis, & adsit obligatio pro omnibus
2 & singulis † intelligitur etiā adesse pro restitutione
dotis, vt in his terminis dixit *Rot. coram b. me. Lau-
retano in causa Romana dotis* 11. *Februarij* 1583.

Postea tria tempora fuerunt considerata: pri-
mum viduitatis: secundum secundi matrimonij
ante iudicialem interpellationem, tertium post
iudicialem petitionem.

3 Circa primum, licet statutum † vrbis *cap* 137.
lib. 1. quo ad maritum post morā concedat fructus
dotis promissæ, & non solutæ, & in vidua requirat
iudicialem interpellationem: nihilominus alias
DD. dixerunt *coram bon. mem.* Orano *in Romana
fructuum dotis* 15. *Nouembr.* 1596. *& in eadem*
4 19. *Ianuarij* 1598. † statutum procedere quando
mulier soluto matrimonio repetit dotem ab hære-
dibus viri; tunc enim ante interpellationem iudi-
cialem non veniunt fructus, nos sumus in eo, qui
ex propria obligatione tenetur ad restitutionem
dotis, qui fructus soluit dum esset in mora resti-
tuendi, & petit in sortem computari,

Et quod in hoc casu tollit omnem difficultatem
secundum sententiam vnius ex Dominis certum
5 est, quod idem † statutū admittit viduam habentem
pignus dotale posse percipere fructus loco alimē-
torum, nec sunt in sortem computandi: qua pro-
pter cum Io. Baptista, qui tenebatur restituere do-
tem, non modo non restituerit, sed ex pignore
dotali fructus perceperit, dicen. est breui manu à
Io. Baptista solutos esse fructus ex pignore dotali
6 pro alimentis, vt † fiat interpretatio de casu licito:
Ruin. consil. 224. *nu.* 14. *lib.* 1. cum alleg. *per Moder.
de aliment. quæst.* 42. *nu.* 3.

Circa secundum tempus constante matrimonio
7 ante petitionem Iudicialem † cum Io. Baptista
teneretur dotem restituere, & respectiuè soluere,
ab ipso, quamuis extraneo, fructus dotis debe-
bantur, vt in alleg. *decis. coram bon. mem.* Orano,
& coram eodem in Romana dotis 5. *Iulij* 1599. quæ
post eius obitum fuit per me extesa vbi ostenditur
8 † veriorem esse opinionem, fructus dotis posse taxa-
ri ad certam summam, & presertim publica aucto-
ritate *Bald. in l. fin. §. præterea sub num.* 10. *C. de
iur. dot. & cons.* 166. *lib.* 1. *Couar. var. resol. lib.* 3.
cap. 1. *nu.* 5. *vers.* 7.

Nec aliqua mora desiderari potest in hoc casu
vbi fructus soluti reperiuntur ex pacto expresso, de
quo constat ex partitis Luraghi, vel saltem tacito,
de quo constat ex solutionibus.

Neque obstat dicere, quod hoc pacto fructus so-
luti nullo casu computabuntur in sortem, quia
10 semper pactum tacitum præsupponitur, † & ta-
men multi sunt casus, in quibus Doct. admittunt
imputationem: nam † Doct. intelligen. sunt in
omnibus casibus, quibus fructus fuerint indebitè,
11 & illicitè exacti; Nos versamur in casu licito † quia
pro oneribus matrimonij debentur fructus dotis
cap. salubriter vbi Doct. de vsur. & habemus quan-
titatem taxatam à statuto, vt diximus, & in om-
nem euentum minuit difficultatem in hoc casu,
quia cum Io. Baptista teneretur dotem restituere,
Illustriss. D. Ludouico Vicecomiti secundo viro
D. Lauræ Macharanæ fuerit datum in solutum pro
dote

12 dere nomen Io. Baptistæ, † & consequenter omnis
actio contra Io. Bapt. transfusa in D Ludouicum
13 *l.2.C de act. & oblig.* vti D.Anton.† Macharanus
pater D. Lauræ tenebatur soluere fructus pro one-
ribus matrimonij absque alia interpellatione *l. pro
oneribus C.de iur.dot.Glos. fin.in l.de diuisione ff.
solut.matrim.cum alleg.per Modern.de alim. q 42.
num.13.* ita & Io. Baptistæ, *vt dixit Ruin. cons.53.
in fin.lib.2. Modern.d.q.42. nu.7.* qui dicunt, quod
ratio æquè militat pro marito cui est cessum no-
men, ac si dos ei promissa fuisset, & in quantum
contradicit *Gabr.cons.151.num.7.& 8 lib.1.* forte
procederet, si alio modo, quam per cessionem
mutata esset persona debitoris iuxta *Ruin. alleg.
cons.221.lib.1.& Modern. vbi supra num.64.* vel
saltem si debitor obligaretur ad quod prius non
tenebatur quæ non militant in hoc casu.

Nec obstat, quod pars fructuum fuerit soluta
14 Lauræ, † & quod mulier post cessionem nominis
petere non possit, sed vir *Grat.cons.56.lib.1.* si qui-
dem vir ratum habet, & mulier non petit, sed agi-
tur de pecunijs iam exactis.

Quoad tertium tempus scilicet post interpella-
tionem iudicialem, & post obtentum decretum; &
relaxatum mandatum etiam de subhastando ces-
sant omnia supradicta in contrarium, & creditores
Luraghi non insistunt, & idcirco transit sine diffi-
cultate.

Et ita fuit decisum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana, seu Colonien. pecuniaria.

Mercurij 16. Nouemb. 1611.

SVMMARIVM.

1 *Super casu à lege deciso non est disputandum;*
2 *Forma Cameræ concernit fauorem vtriusque
partis.*

DECISIO LXXXVI.

DOMINI de Bonuisijs vti creditores Caroli
Nouaroli exegerunt à Monte Pietatis scuta
mille, quæ fuerunt eo in loco depositata per Mer-
catores Alborghettos, & Bonettos, vti prætensos
debitores d. Nouaroli precij mercium, & se obli-
garūt cum cautione de restituen. prioribus, & po-
tioribus creditoribus, & in euentum, in quem non
essent creditores, & ad omne mandatum Domini.

Conuenti exinde dd Mercatores Alborghetti,
& Bonetti à Nicolao Viuieno, vti Domino mer-
cium: Rota censuit precium ad Viuienum, non
autem ad Nouarolum spectare; quia resolutione
stante, proposui dubium DD. de Bonuisijs tene-
rentur ad restitutionem scutorum mille.

Et Domini dixerunt teneri, quia euenit casus
indebiti comprehensus in obligatione super quo
1 prout † super casu à lege deciso vlterius non est
dubitandum *l. Ancilla C. de furt. Ossasc. decis. 28.
num.19. Grauet. cons 317. num.1.* loquens de casu
instrumenti.

Constat enim ex decis. in hac causa facta Noua-
rolo nullum ius competere in mercibus, nec in
precio penes mercatores Alborghettos, & Bonet-
tos existente, sed earum fuisse Dominum Nico-
laum Viuienum, & propterea cum conditio puri-
ficetur sub qua pecunias depositatas releuarunt,
tanquam non habentes interesse in pecunijs ad
Nouarolum spectan. locus esse debet viæ executi-
uæ, vigore obligationis Cameralis contra DD. de
Bonuisis, etiam fauore Viuieni non nominati pro-
pter formam Cameræ concernentem fauorem cu-
2 iuslibet, † vt resoluerunt Domini *in vna Roman.
vineæ 20. Iunij 1597. coram bon. mem. Cardinali
Seraphino.*

R. P. D. MANZANEDO.

Perusina attentatorum.

Lunæ 25. Maij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Attentata post inhibitionem veniunt reuocanda.*
2 *A.C. stante oblig.* Cam. *potest procedere etiamsi
causa sit commissa alteri; quod intelligitur, vt
nu. 3.4 & 5.*
6 *Disputan. non est extra Rotam de vi inhibitionis
Rotalis.*
7 *Inhibitiones Rotales siue iustæ, siue iniustæ non
sunt contemnen.*
8 *Aditus ad Principem in Curia est facilis.*

DECISIO LXXXVII.

DVBITAVI an adsint attentata, quæ veniāt
reuocanda; & cum inhibitio Rotalis fuisset
intimata Marino de Podio personaliter 6. Augusti
1607. Et postea Marinus coram Episcopo Perusi-
no institit deliberari bona, & fieri aliqua bānimen-
ta pro d. deliberatione necessaria, quin etiam inste-
tit pro citatione contra Moniales ad videndum
fieri instrumentū iudiciario nomine de bonis præ-
dictis in tenutam captis, *& 8. Octob. 1608. coram
A.C.* obtinuit contra Moniales mandatum de cō-
1 signando † visa fuerunt prædicta omnia attentata,
& sic reuocan. *ad text. in c. non solum in fine, &
in c. Romana §. quod si obijciatur de appell in sexto
Rota decis. 20. & 31. de appell. in nouis Ossasc. decis.
Pedem. 5. nu. 1. Lancell. de attent. post inhib. 2. part.
cap. 20 nu. 226.*

2 Quibus non obstat, † quod A.C. quando causa
committitur contra aliquem, qui habet pro se ob-
ligationem in forma Cam. possit in illa procedere
3 virtute suarum facultatum, quia † hoc intelligitur:
quoties in commissione nulla fuit facta mentio ob-
4 ligationis Camer. † secus tamen est, quando illius
facta fuit mentio in commissione, tunc namque
silet iurisdictio A.C. prout in suis facultatibus ex-
5 pressè legitur, † quod procedit etiam si incidenter
prædicta mentio in commissione fuisset facta, &
causa super negotio principali commissa, prout
videtur euenisse in nostro casu, in quo quamuis
aliquo modo posset dubitari, nihilominus etiam
ista dubitatione stante, gesta per A.C. post inhibi-
6 tionem Rotalem sunt attentata, † cum in curia de
stylo Rotæ alij Iudices in dubio non se debeant in-
tromittere, tum ne aperiatur via disputandi de
validitate inhibitionis, vel de illius vi comprehen-
7 siua extra Rotam *dec. 187 nu. 8. par. [illegible]* † tum

quia inhibitiones Rotales non sunt contemnendæ
siue iustæ, siue iniustæ iuxta eundem stylum Rotæ
dec.26.in fin. de appell.in antiq. Lancell. vbi supra
8 *ampliat.*11.*nu.*1.*& 2. cum seqq.* † & in Curia ra-
tio est huius styli, quia facilis est aditus ad Princi-
pem pro remedio *Achill. dec 29. de appell.* ex qui-
bus DD. constare de prædictis attentatis reuocan-
dis dixerunt.

R. P. D. BLANCHETTO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Census.

Luna 9. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de duabus conformibus intelligitur de diffinitiuis.*
2 *Verba debent intelligi in potiori significatu.*
3 *Obligatio Cameralis non exequitur quando probatur per metum facta.*
4 *Numerus supplet defectum in testibus.*

DECISIO LXXXVIII.

DOMINI dixerunt non esse locum executio-
1 ni; quia de duabus † cōformibus iuxta statu-
tum Vrbis non constat, cum illud intelligatur de
2 duabus sententijs definitiuis † verba enim debent
intelligi in potiori significatu *§. sed ius inst.* de iure
naturali gentium & ciuili, tum etiam, vt minus
quam sit possibile derogetur iuri communi.

Mandatum autem relaxatum per D. Rattam
nō habet vim diffinitiuæ sed est merè interloqu-
toria: præterea à sententia d. Thanasij pendet ap-
pellatio.

Visum est etiam Dominis non posset † procedi
3 ad executionem obligationis Cameralis propter
probationem metus, qui excludit consensum An-
gelæ & metum sentiebant probatum ex dictis te-
4 stium; quod sibi inuicem adminiculantur, & † nu-
merus supplet defectum *Alex. cons. 5. num. 7. lib. 1.
Negusan. cons. 47. nu. 29. Dec. cons. 163. nu. 14.*

Non obstat qood Vinea fuerit empta ex his pe-
cunijs, quia contrarium apparet ex instrumento
donationis & ex alijs causis narratis in alio instru-
mento census.

Videri tamen Domini dixerunt an metus An-
geli pro susceptione termini post mortem Germa-
nici fuerit purgatus.

R. P. D. SACRATO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Palatij.

Ven. 12. Decembr. 1610.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quod causa est reducta ad non causam impedit executione oblig. Cam.*
2 *Heres adeundo hæreditatem videtur contrahere cum legatarijs.*
3 *Exceptio noua conuentionis admittitur contra oblig. Camer.*
4 *Executiua via sicut competit creditori agenti vigore oblig. Camer. ita etiam reo excipienti & petenti compensationem.*
5 *Ordinaria via est procedendum inter æqualiter priuilegiatos.*
6 *Sententia ob non appellationem transit in iudicatum.*
7 *Exceptio rei iudicatæ opponitur in quocunque iudicio, & nu. 8.*
9 *Rota non exequitur sententias extra eam latas, declara vt nu. 10.*
11 *Hæres adeundo hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij non liberatur à seruanda voluntate defuncti.*
12 *Hæres in parte non tenetur in totum ad solutionem legatorum limitatur nu. 13.*

DECISIO LXXXIX.

CENSVERVNT Domini non esse locum
executioni, nam etiam si D. Federicus ha-
beat instrumentum obligatione Camerali vallatū
in quo D. Citarella creditor scut. 5000. occasione
dotis Lauræ recepit palatium valoris scut. 10000.
quorū quinque excomputauit cum prædicto cre-
dito, & residuum soluere promisit; attamen è con-
uerso D. Citarella habet pro se testamentum dictæ
Lauræ, in quo ipsa mandat palatium recipi per eū-
dem Federicum, & fratres hæredes institutos pro
eorum pretio, pro quo fuit datum Citarellæ, &
consequenter; cum fratres adiuerint hereditatem,
& Citarella illis palatium obtulerit, & iam pridem
eius possessionem in actis dimiserit, videtur quod
causa obligationis Citarellę sit reducta ad nō cau-
1 sam, † quæ exceptio admittitur etiam aduersus
obligationem Cameralem *Gallef. ad form. Cam.
oblig. p. 4 q. 1. num. 12. Rota in causa Romana Pe-
cuniaria de Zabrerijs 4. Maij 1580. corā Cantuc-
cio relata inter diuers. impress. dec. 123. nu. 15. p. 2.
in Romana nullitatis obligationis 23. Ian. 1602.
coram bon. mem. Card. Pamph. & in Camerinen.
pecuniaria 13. April. coram Illustriss. Millino.*

Facit quia Federicus, & fratres adeundo here-
2 ditatem Lauræ videntur super hoc palatio † quasi
contraxisse cum Citarella legatario *l. apud Iulia-
num § fin. & ibi glos. ver. contraheri, & Bart. n. 2.
ff. quib. ex caus. in poss. eatur, §. hæres, & ibi gl. ver.
intelligitur inst. de oblig. quæ ex quasi cōtract.* quæ
3 † noua conuentio sine dubio admittitur contra
obligationem Cameralem, *vt per Afflict. dec. 38.
nu. 3. vers. ad hoc bene facit ex Capic. dec. 167. nu. 4.
vers. mihi visum est Gallef. in d. p. 4. q. 1. num. 2. fuit
dictū in causa Interamnen. mercium 4. Iunij 1593.
coram R. P. D. meo Penia, & in Romana census 3.
Decemb. 1599. coram R. P. D. meo Lancellotto.* Et
concludendo, idem per diuersa dicebatur, quod
sicut Federico competit via executiua pro suo cre-
4 dito obligatione Camerali vallato, ita † compe-
tit Citarellæ pro suo legato: *Guillelm. de Benedict.
in c. Rainutius ver. si absque liberis num. 193. de
testam. Boer. dec. 295. num. 12. cum alijs per Bec.
5 cons. 17. num. 7.* Vnde † tanquam inter æqualiter
priuilegiatos procedendum est via ordinaria *ad l.
sed si milites §. coequalitas ff. de excus. tut. Bart. in
l. fin. num. 21. vers. aut comparet aliquis C. de edict.*

diu.

*diu. Adr. toll. Mabed.decis.13.vt lit.pend. Put. dec.
135.num.1.lib 1.Verall,decis 329.nu.2.par.1.*
Addebatur Citarellam super suo legato iam
diu ab A.C. reportasse sententiam fauorabilem,
6 † quæ ob non prosequutam appellationem transi-
tum fecit in rem iudicatã, & etiam *coram* R.P.D.
Ludouisio fuit dictum illam esse iustam. Hinc in-
7 ferebatur † prædictam rem iudicatam facere exce-
ptionem Citarellæ claram,&liquidam *iux.cumul.*
8 *per Surd.cons.*189.*num.* 5. & † consequenter ad-
missibilem in quocunq.iudicio. *l.1 ff.de re iud.* Bar.
*in l.1.num.*6. C. *de ord.iud.latè Abb.cons.*50. *n.2.*
*& per tot.lib.*1.
9 Licet enim † Rota non soleat multum attende-
re sententias extra illam latas; attamen hoc est,
quandocunque agitur de illarum executione, vt
aliás fuit dictum in *causa Romana Grani* 17. *De-
cembr.*1574 *coram Robusterio relata inter diuers.
impress.decis.*84.*nu.*4.*par.*1.*& in Camerinen.pen-*
10 *sionis* 22.*Iun.*1592.*coram Giptio*, † secus ad ef-
fectum supersedendi, & quando per decisionem
Rotalem est iam detecta iustitia illius,qui tunc ces-
sat, quod possit impediri effectus rei iudicatæ sub
prætextu notoriæ iniustitiæ.
Non obstat quòd hæreditas Lauræ fuerit adita
11 cum *benef. l. & inuentarij* † quia non per hoc li-
beratur heres à seruando voluntatem defuncti,
quantum suppetunt vires hæreditariæ *Molin. de
primog. lib.*4.*cap.*1.*num.*25.*Roman.cons.*18.*in
fin.Gab.cons.* 25.*nu.*11.*&* 12.*lib.*1.*Surd post alios
cons.*577.*nu.*15.*& sequen. lib.*4.
12 Non etiã facit quod D.Federicus minimè † sit
hæres in totum Lauræ & consequenter non tenea-
tur pro legatis relictis per ipsam; nisi pro sua por-
13 tione: quia † respondetur receptionem palatij
per hæredes facieñ esse indiuiduam, nec posse
per D. Federicum pro parte improbari, vnde re-
sultat, quod restituto per Citarellam toto Palatio,
non possit Federicus nec etiam partem pretij reci-
pere, quia causa est reducta ad non causam ex su-
pradictis.
Tandem nihil facere videtur, quòd hæreditas
Lauræ exhauriatur à legatis: quia hoc nihil ad
Citarellam; eo enim ipso, quod Laura mandat
recipi palatium loco suæ dotis, liberat Citarellã,
& constituit suam hæreditatem in hoc palatio,
quod si solutis legatis nihil superest de hæreditate,
non per hoc resurgit obligatio facta per Citarellã
occasione residui prætij d. Palatij.

R. P. D. SACRATO.

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Pensionis Domus.

Luna 24. *Nouemb*. 1608.

SVMMARIVM.

1 *Vtens iure suo non tenetur resarcire damnum
ex hoc alteri factum.*
2 *Damnum quod prouenit alicui ex suo malo iure
non debet considerari.*
3 *Conductor qui promisit finita locatione reddere
rem conductam non dicitur renunciasse iuri in-
quilinatus.*
4 *Iuramentum non extendit obligationem, sed for-
tius ligat.*
5 *Conductor an & quando amittat priuilegium
inquilinatus.*
6 *Conductor potest retinere expensas factas in ne-
cessaria reparatione rei conductæ.*
7 *Dispositio l.curabis C.de action.empt.habet locum
in quolibet contractu.*

DECISIO XC.

FVIT resolutum Didacum non teneri pro
anno, quo domus stetit illocata, si quidem
ipse habet fundatam intentionem in decreto Ca-
merali,quod non potuerit expelli absque eo,quod
Bartholomæus locator per se ipsum inhabitare
vellet, vel illam per annum illocatam habere,
1 vnde † quamuis ipse se opposuerit, ne infra d. an-
num locaretur; vsus fuit iure suo, & consequen.
2 ad nihil tenetur *ad l. Graccus C.de adult* † nec est
habenda ratio præiudicij locatoris, cum ex eius
malo iure descendat *l. si mulier. in princ ff. quod
met.caus.Natt.cons.* 509 *nu.*4.
3 Non obstat quod Didacus medio iuramento
† promiserit finita locatione restituere domum
vacuam, & expeditam; quia ex hoc non dicitur
renunciasse decreto Camerali, vt latè in *dec. Put.*
166 *lib.* 1. quæ placuit Dominis quicquid exad-
4 uerso dicatur, de iuramento.quia † iuramentum
non extendit obligationem licèt in ea fortius liget
*Ruin.cons.*144.*n.*9.*lib* 1.*Grat cons.*139 *nu.*6.*lib.*2.
& fuit sæpè dictum. Minùs facit, quod Didacus
5 malè vteretur † domo, vel fuerit morosus in sol-
uendo,quibus casibus amittitur priuilegium con-
ductionis, vt *not.in l.ade C.locati*; quia neutrum
subsistit in facto, & quoad abusum domus, rea
procedit de plano, quia nihil releuans allegatur,
ne dum probatur, & tamen malus tractatus ad
hunc effectum debet esse notabilis, vt per *Bald.
in d l.ade n* 23.
Quantũ vero ad morositatem non obstat quod
Didacus conuentis temporibus non soluerit pen-
siones; quia est aduertendum hoc processisse cul-
pa locatoris, qui illas pluries, & iudicialiter in-
terpellatus negauit velle recipere, nisi integras,
6 nec integras tenebatur Didacus offerre,quia † li-
citè potuit retinere expensas factas in expurgan-
da domo ab inundatione Tyberis cum aliter vti
non potuisset *l.ex conducto ff.locat.l.si merces ff.
eodem late Natt.cons.*449.*num.*9.*cum plur. seqq.*
& vltra dispositionem iuris adsunt super hoc ban-
dimenta Illustriss. Camerarij,& duæ sententiæ ad
fauorem Didaci conformes, & licet ipse Didacus
postea soluerit Bartholomæo locatori eandẽ por-
tionem,quam ipse ab initio volebat retinere pro
d. expensis: non propterea dicitur succubuisse in
sua prætensione; quia soluit reseruatis sibi suis iu-
ribus.
Aliqui etiam ex Dominis fecerunt fundamen-
tum in eo quod Bartholomæus locator per annũ
(de cuius pensione agitur) retinuit penes se cla-
ues domus, & in dies ingrediebatur, & egredie-
batur, & in illa induxit bonam quantitatem mer-
cium,& aliarum rerum, prout ex fide testium fi-
de dignorum, quę datur, vnde iniquum videtur,

quod ipse voluit eodem tempore gauisus fuisse re, & pretio contra æquitatem *l. curabit C. de act. emp.*
77 † quę habet locum in quolibet contractu tam nominato, quam innominato *Cæsar. de Graff. decis. vnic. num. 8. de vsur.*

R. P. D. BLANCHETTO.

Postea S. R. E. Cardinali,

Romana pecuniaria de Saffetiis.

14. *Martij* 1576.

SVMMARIVM.

1 *Cedula priuata de consensu partium habet viā executiuam.*
2 *Clausula quod apoca habeat vim publici instrumenti quid importet.*

DECISIO XCI.

QVO ad primam difficultatem an pro summa scut. 500. de qua in apoca, possit procedi executiuè, circumscriptis facultatibus A. C.
1 † renuerunt Domini, quod possit procedi, quia partes possunt facere, quod cedula priuata habeat vim instrumenti publici, & dare viam executiuam in omnibus prout in obligatione Camerali, & in his, quæ sunt iuris, idem est esse tale, & haberi pro tale.
2 Non obstat quod non sit data facultas notario extendendi, quia † sat est, *che la presente habbia forza d'instrumento, & vaglia come se fusse obligatione in forma Cameræ*: Nam etiam in sententiis & contractibus, & aliis dispositionibus stricti iuris, qui vult vnum, vult omne necessarium antecedens. Item iudex succedit in locum partis, & dare potuit hanc facultatem extendendi; nam qui extendit, & declarat, nihil de nouo inducit.

R. P. D. BLANCHETTO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana trium millium.

27. *Februarij* 1587.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio solutionis admittitur contra obligat. Camer. limitatur num. 2.*
3 *Solutio censetur facta potius ex causa proprij debiti, quàm alieni.*

DECISIO XCII.

DOMINI fuerunt concordes, ex allegatis à Saulis non constare fuisse satisfactum Gradis de summa, de qua agitur: habent enim Gradi intentionem fundatam ex instrumento
1 claro, & liquido cum obligat. Camerali, † contra quod, licet admittatur exceptio solutionis.
2 *Cost ad. decis. vnic. de mus. petit.* tamen † illa debet in continenti probari: ex partitis autem talis solutio non probatur; primò quia † solutio censetur
3 facta potius ex causa proprij debiti, quàm alieni, pro qua quis fide iussit tantùm *l. & magis ff. de solut. Bart. in l. cum ex pluribus eod. tit.* Secundo quia ex discordia peritorum apparet hanc exceptionem non esse clarā, & in hac concordia dominis magis placuit relatio Domini Pauli Falconerij tanquam magis conformis decisioni factæ 21. Nouembris anni præteriti.

SIGNATVRA IVSTITIÆ.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Bononien obligat. Camer. de Campegijs.

12. *Maij* 1594.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium l. vnic. C. quand. Imper. inter pup. & vid. cur sit inductum.*
2 *Pupillus in forma Cam. obligatus pot. si conueniri coram A. C.*
3 *A. C. facultates comprehendunt etiam pupillos, & viduas.*
4 *Clausula derogatoria generales an comprehendant priuilegium d. l. vnic. & num. 13.*
5 *Iurisdictio alicui concessa an censeatur concessa priuatiuè, vel cumulatiuè.*
6 *Iurisdictio vniuersaliter concessa laico in aliqua specie causarum in illis comprehēdit etiam personas Ecclesiasticas.*
7 *Iudex laicus à statuto deputatus super insinuatione testamentorum an comprehendat clericos.*
8 *Voluntas disponentis ex quibus elicitatur.*
9 *Dictio (quicunque) est dictio collectiua.*
10 *Dictio (alius) restringit ad parta vel similia.*
11 *Negatiua magis negat quàm affirmatiua.*
12 *Verba recipiunt interpretationem à subiecta materia.*
14 *Clausula quorum tenores habet vim specifica, & indiuidua expressionis.*
15 *Verba vniuersalia an & quando sufficiant in materia stricta & odiosa.*
16 *Vniuersitates æquiparantur per modum regula pupillis.*
17 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
18 *Papa potest fingere & habere pro expresso id quod in indiuiduo erat exprimendum, & habet vim indiuidua expressionis.*
19 *Papa cum clausulis amplissimis derogat priuilegijs in corpore iuris clausis.*
20 *Pupillus hæres patris an sit conueniendus in foro patris, vel in suo.*
21 *Pupillus an & quando possit renunciare priuilegio l. vnica.*
22 *Hæredum bona, & obligare & donare quis potest.*
23 *Obligationis Camer. virtus transit ad hæredes.*
24 *Oblig. Camer. trahit ad se personas priuilegiatas, non autem persona trahit ad se contractum vel causas.*
25 *Iudex causæ præparatæ est Iudex causæ præparantis.*

DECI-

DECISIO XCIII.

FVERAT Romæ coram A.C. vigore oblig. Camer. vocatus pupillus extrà suam Prouinciam, & quamuis forte esset diues, nihilominus petebat in Signatura Iustitiæ ex priuilegio *l. unica C quando Imperator inter pupillum.* & viduã auocari causam d. obligat. Camer. à curia, & committi alicui Iudici suæ Prouinciæ ex quo priuile-
1 gium *d. l. unica* † competit ipsis pupillis non ratione paupertatis sed miserationis gratia, propter illorum imbecillitatem; quicquid enim vident ignorant, & rebus suis præesse nesciunt, & gubernantur à tutoribus, & administratoribus, qui plerumque in eorum officio delinquunt, & siue sint pauperes, siue diuites miseri sunt, & gaudent priuilegio *d. l. unica iuxta Azonis Alber.* ibi, & aliorum plurium sententiam, quam communem, & veram dicunt *Couar pract. quæst. cap. 6. num. 2. vers. obtinet tamen hoc priuilegium Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 66. nu. 3 Mar. Ant. Natt. cõs. 590. nu. 3. Rolan. à Vall cons. 76. numer. 45. lib. 1.* quicquid ille dixerit *cons. 20. lib. 2.* & nihilominus etiam stante huiusmodi præsupposito re mature discussa 12. *Maij* 1591. præualuit sententia, vt
2 † causa executionis d. oblig. Camer. cognoscatur in tribunali A.C. & non in partibus; moti sunt Domini ex illius facultatibus in quibus habetur, vt de omnibus obligationibus in forma Cameræ, vbi vis locorum, & inter quascunque personas factis, & faciendis quibusdam ibi exceptis, solus cognoscat, & alij quicunque iudices in similibus causis nullatenus, nulloq. modo procedere possint, inhiben. quibuscunque iudicibus, ne in executionibus ac processibus præfatarum obligationum de cetero ad instantiam cuiusuis personæ, communitatis, capitulorum, & quorũuis priuilegiatorum quouis modo directè, vel indirectè, se intromittere præsumant, ac insuper derogando amplissimè quibuscunque constitutionibus, & regulæ de iure quæsito non tollendo, priuilegijs quoque quibusuis Communitatibus, Vniuersitatibus, Baronibus, & alijs quibuscunque Sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subiectis; & quibusuis alijs, etiam Episcopali, Patriarchali, & Cardinalatus honore fulgentibus personis, vbi vis locorum existentibus, etiam pro quibuscunque causis concessis etiam si de illis specialis specifica, & expressa mentio, &c. illorum tenores pro expressis, &c. † ex quibus facultatibus & derogationibus visum est, pupillos fuisse comprehensos, & sufficienter derogatum dicto priuilegio *l. unic. C. quando Imperator inter pupill. & vid.* Nam licet *Cyn. Bald. Angel Fulgos. Paul. de Castr. & Salic. in d. l. unica, & Bart. in extrauag.* ad reprimendum in verba non obstan. & plures alij tenant † Clausulas derogatorias generales non sufficere ad derogandum priuilegio *d. d. l. unica in corpore iuris clauso,* ex quo illud conceditur de iure communi, & sic coniunctim commoditati ipsorum pupillorum *Gloss Bald. Paul. de Castr.* & illa *in l. 2. §. communis de iudicijs* cum alijs per *Crescent. dec. 16. de priuil. alias 223. Anton. Gallef. de oblig. Camer. in 2. par. tractatus 2. p. formula oblig. Cam. q. 2. nu. 6 pag. 54.* tamen quando prout hic, constat de mẽte Papæ ex Clausulis amplissimis cum clausula quorum tenores, tunc intrat opinio *Alber. in d. l. unica in fin.* vbi asseret vidisse seruari contrarium, quod sufficiunt clausulę generales & plura cumulat *Rip. in term. d. l. unic. in cap. 1. num. 54. & 55. de rescript. Ant. Gabr. de reg iur. conc. 9 nu. 6.* potest enim constare de mente disponentis, tam ex clausulis positis in parte executiua, quàm dispositiua *Bald. in l eam. quam n. 36. C. de fideicomm. Fel. in c. licet in corrigendis col. pen ff. de offic. ord.* Hic autem tam ex verbis dispositiuis, quam executiuis constat de mente Papæ vt voluerit comprehendere in huiusmodi specie executionis obligat. Camer. personas de iure communi priuilegiatas. Nam licet *Ang. in l. testamenta omnia C. de test. Aret. cons. 102 col. 1. circa med Dec. cons. 3. num. 3. & seq. & cons. 550. post princ. & cons. 664. colum. 2. Couar. in Clement. Alma Mater par 1. § fin. nu. 3. de senten. excommunic. ... Iun de donat. §. 1. num 179.* cum pluribus *seqq. Rol à Vall. cons. 48.*
5 *in 2. dub lib. 2.* multitariè distinguant † quando iurisdictio conceditur alicui, an censeatur concessa priuatiuè, vel cumulatiuè præsertim respectu ordinariæ iurisdictionis, in his tamen facultatibus expresse conceditur ... hæc iurisdictio quo ad executionem obligationum Cameral. priuatiuè quo ad omnes alios iudices, & sic cessat hæc difficultas, vt post *Iacob. Butr. animaduertit Rum. cõs. 7. num. 6 lib 4* solũ ergo videndum est hic, an sint comprehensi pupilli, & derogatum illorum priuilegio, & dicitur fuisse comprehensos, & sufficienter derogatum.

Primò ex eo, quod cõceditur A.C. in ista specie causarum executionis oblig. Cam. propter illarum naturam, & qualitatem vniuersalis iurisdictio priuatiue quo ad alios, & in fortioribus terminis de
6 iurisdictione vniuersaliter † concessa layco in aliqua specie causarum, quod in illis causis comprehendantur personæ priuilegiatæ etiam de iure diuino, & communi, prout sunt personæ ecclesiasticæ tenent *Hostien. Bald. Zabarell. & Abb. in cap. cæterum num. 6. vers. vlt. induco istum textum,* & post eum *Butr. Aret. Barbat. & Dec. de iudic. & præsertim Felin. col. 2. nu. 3. vers. dicit hic D. Andreas, & in cap. ecclesia S. Mariæ in fin. 1 q. col. 29. num. 67. & seq. vers. vltimo non omitto de constit.* & in layco Domino fœudi, vt cognoscat de causis feudali actiuè, & passiuè inter Vasallos etiam ecclesiasticos & quauis dignitate ecclesiastica fulgentes *Felin.* & alij *in d. cap. ecclesiæ S. Mariæ. de constit. & in cap. cæterum de iud. & late Ias. in præludijs feudorum col. 3. q. 1. n. 5. & 6. vers. an autem*
7 *ista constitutiones,* & in † statuto de insinuandis, vel publicandis testamentis coram iudice layco, tenent *Bald. Paul. Castr. Alex. Corn. Ias.* & alij *in l. testamenta omnia, & in l. consulta diualia C. de testam. Isern. in prælud. feud. q. 1. numer. 6. vers. ad prædictam.* Secundò hoc itidem deducitur, ex quam plurimis clausulis vniuersalibus, & multipliciter geminatis, non solum respectu personarum, locorum, & quorumuis priuilegiorum, & priuilegiatorum, quæ vniuersalitas, & geminatio
8 multum valet † ad detegendum voluntatem disponentis in materia odiosa, & exorbitanti *l. Ballista, &*

fta, & ibi not. ad trebell. & in l. imperium de iurisf. omnium Iud cum alijs per *Romin. conf.* 271. *visis. Socc. conf.* 266. *n.* 14 & 15. *vol* 2. *Ant. Gabr. de verb. signif. concl.* 4. *Dec. in l. vnica in* 1. *not. C. de errore calculi Mandof. in reg.* 33. *de signatura per fiat q.* 11. *nu.* 4. etiam circa ea, quæ requirunt specialem & expressam mentionem *Fel. in tract.* quando literæ Apostolicæ noceant *Patro in* 4. *ampliatione*, & *in cap. postulasti col.* 4 *vers. declara prædicta de rescript.* cum aliis per *Rot diuers. dec.* 388. *n.* 4. & *seq. p.* 1. *Crescent. dec.* 32. ac etiam circa priui-
9 legia communia cum huiusmodi d ctiones † quorumcumq. & similes sint collectiuæ & comprehēdant communia, & simultanea *Bar. in l. hoc articulo nu.* 3. & 6. *de hæred instit.* & *in l. si ex toto* §. *si ita ff. de legat.* 1. *Fel. in c. in nostra. nu.* 38. *de rescri.* cum aliis per *Lambert. de iure patronat. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 9. *art* 7. & 34 *f.* 369 & 374. *Paris. conf.* 97. *n.* 92. *lib.* 1. *Rot. diuersorum dec.* 54. *nu.* 17. & *seq. p.* 2. vbi post *Dec. Aym.* & alios, *Dec.* ibi ampliat etiam si in vno sit maior ratio, quàm in alio præsertim vbi
10 non adest restrictiua aliis, † quæ quandoque restringit ad paria vel similia *Roman. conf.* 31. *visis* vbi additio *Cresc. dec.* 32. *Mandof. in reg.* 27. *q.* 5. *n.* 5 & tanto magis cum hic adsit non solum vniuersalitas, & geminatio affirmatiua, sed etiam negati-
11 ua, † quæ magis negat, quàm affirmatiua affirmet *Gl. ff Oldrad & aly per Dec. conf.* 3. *n.* 4. & *seq.* & *conf.* 640 *nu.* 9. *Mand. in reg.* 27. *q.* 4. *nu.* 3. *cum seq.* & *in reg.* 34. *q.* 88. *n.* 2. & *seq.* & comprehendit maiora, & extraordinaria ac insolita *Paul de Cast. conf.* 170. viso processu conscripto *colum fin. lib* 1. *Aymon. conf.* 308. *nu.* 6. & multò magis cum subiecta materia de qua agitur, comprehendat has personas de iure communi priuilegiatas, vt dictum
12 fuit, & † verba recipiūt interpretationem, a subiecta materia *l. si vno in principio vbi gloss. locat.* cum al is per *Dec. in l. non vult. hæres n.* 8. *ff de reg. iur.* & multo etiam magis cum hic fit facta expressa mentio de quibus vis causis concessis, & sic de re de qua agitur saltem in genere, quo casu
13 *Cyn. & aly in d. l. vnica* admittunt. † quod clausula non obstantibus derogat d. priuil. & hoc nullam habet difficultatem, ex quo hic post præmissa
14 sequitur clausula † quorum tenores, quæ ex stylo curiæ habet vim specificæ, & indiuiduæ expressionis, *But conf.* 2. *Cassad. super reg. dec.* 38. & in terminis proximis est *dec. Peregrini Fabii* 27. *incipit in vna Leodien. coram Puteo*, & plura cumulat *Rip. in d. c.* 1. *num.* 54. & 55. *de rescript. Anton.*
15 *Gabr. de reg. iur. concl.* 6. *nu.* 6. & quamuis † in materia stricta; & odiosa quandoque non sufficiant verba vniuersalia, vt dicatur satis fuisse de aliquo in genere cogitatum *l. si decem*, & ibi *not. C. de transact. Soc. conf.* 266 *n.* 15. *lib* 2. tamen id non procedit vbi concurrunt tot & tanta de quibus supra, nec procedit quando salua ratione recti sermonis verba sunt a deo clara; vt res de qua agitur probabiliter non possit esse dubia *Bart. in d. l. si decerta. col.* 2. *in fin.* & ibi. *Angel. Paul. de Castr. Alex Ias. & cæteri C. de transact. Corn. conf.* 336. *col fin. vers. nec obstat lib.* 1. *Afflict. decis.* 285. *n.* 7. *Rot. diuers. dec* 54. *num.* 21. & *seq in* 2. *p. cum alijs per Anton. Gabr. de reg. iur. conclus.* 4. *nu.* 22 Hoc etiam, & tertio ostenditur, quia nedum fuit cogitatum in genere de materia rei, de qua agitur, hoc est de quibus vis priuilegiatis, ex quibus vis causis concessis, quorum tenores, &c. sed etiam in specie de pupillis, viduis & miserabilibus personis, quia expresse dicit de vniuersitatibus & cōmunitatibus, in quibus sunt pupilli & viduæ, pauperes & aliæ personæ miserabiles, & reguntur, & gubernantur per administratores, & plerunque
16 annales, † & æquiparantur per modum regulæ ipsis pupillis *l. respublica C. ex quibus causis maiores Bart.* & alii *per Corn. conf.* 148. *num.* 4. *lib.* 1. *Socc. conf.* 66. *num.* 3. & *seq lib.* 4, *Alciat. conf.* 148. *num.* 8. *lib.* 1. *Socc. conf.* 66. *nu.* 3. & *seq. lib.* 4. *Alciat. conf.* 167. & 227. cum pluribus alis per *Rolan. à Vall. conf.* 68. *num.* 20 & *seq lib.* 3. *Sforz. Oddus de restit. in integrum. q.* 90. *art* 7. *nu.* 33 & *seq.* & vtuntur d. communitates priuilegiis pupillorum, & viduarum *l si communem ff. quemadm. seruitut. amitt. cum alijs per Alex. conf.* 122. *num.* 5. 16. &
17 *lib.* 4. vbi bona additio *Felin. in c.* 1. *de rescript. Ias. in l. si emancipati num.* 5. *cum pluribus seqq. C. de collat. Crescen. dec.* 286 *alias* 9. *de re iudic.* & saltem ex variis circumstantiis iudex cuius iudicio hoc relinquitur *Mer. o. h. de arbit. iud. cas.* 66. *lib.* 2. poterit arbitrari quod multæ ex eis communitatibus & vniuersitatibus sunt miserabiles, aut illis similes, & cum dd. communitates, & vniuersitates sint expresse & vniuersaliter comprehensæ in his facultatibus, & amplissime derogatum eorum priuilegiis, satis ex hoc apparet, quod est facta mentio de ipsa miserabilitate, & militat eadem, aut maior ratio ad effectum derogationis priuilegiorū pupillorum, vt intret opinio *Cyn.* & *aliorum in d. l. vnica Calder. conf.* 1 *t. circa med. de priuilegijs Rip. in d. cap.* 1 *num.* 55. *de rescript.* sunt etiam excepti dumtaxat duo casus ab ista vniuersali iuris-
17 dictione executionum obligat. Cameralium; quæ exceptio firmat regulam in contrarium; concurrunt præterea tot, & tanta, vt clare dicatur constare de mente Papæ ad effectum de quo agitur, late *Rom. conf.* 436. & 498. fere per totum. *Cassa.*
18 *dec.* 1. *de procurat.* & † cum Papa possit fingere, & habere pro expresso id quod in indiuiduo erat exprimendum, & illud habet vim singularis & indiuiduæ expressionis & derogationis *But. conf.* 2. *Cassad. super reg. decis.* 38. *cum alys per Gabriel. de clauf. concl.* 5. esset nimis restringere potestatem
19 Papæ, si cum his † amplissimis clausulis non posset derogare priuilegiis in corpore iuris clausis *Feder de Sen. cōs.* 47. & *plures aly per Rip. in c.* 1. *n.* 55. *de rescr.* ex his igitur cōstat nihil obstare *Cyn. Bal.* & *alios* & *d l. vnica Bart.* & *Castren. sup ra citatos*, vltra quod *Castren.* loquitur in paupere, & in priuilegio dato magno magistro fauore publico, & ratione personæ. Hic vero est data vniuersalis iurisdictio in huiusmodi specie causarum ratione qualitatis, & naturæ causarum, qui casus multùm inter se differunt ex subiecta materia, & aliis per *Angel. in d. l. testamenta omnia C. de testa. Aret. conf.* 102. *col.* 2. & alii supra citati, & non fuerat in genere, nec in specie cogitatum de huiusmodi miserabilitate personarum prout hic. Nō obstat, quod in casu isto Pupillus non obligauerit se in forma Cameræ, nec contraxerit ipse, sed conuenitur tanquam hæres patris, qui contraxit, & obli-

& obligauit se, & suos hæredes in form. Came. &
cum non fuerit cæptum iudicium viuente Patre,
20 † pupillus hæres est conueniēdus non in foro pa-
tris, sed in suo *l. hæres absen. l. is qui Roma*, *& ibi*
not. de iudicijs cum alijs per *Couar. pract. q. cap. 8.*
num. 3. in fin. vers. 3. conclus. & num. 4. Galles. de
oblig. Cameral. par. 2. q. 1. & 2. fol 38. cum pluri-
bus sqq. & d. q. 2. num. 4. & 5 fol. 54. Nec obstat,
quod pupillus iste sit hęres patris qui contraxit, &
obligauit se, & suos hæredes in form. Camer. nec
potest pupillus renunciare d. priuileg. *vt not. in d.*
l. vnica cum alijs per Natt. d. cons. 590 nu. 15 lib. 3.
21 Nam respondetur quod licet pupillus † non pos-
sit renunciare d. priuilegio *l. vnica*, quandoq. ta-
men auctoritate legis illud amittit, veluti quando
lis est cępta cum defuncto, *Paul de Castr. in l. hæ-*
res absens, & in d. l. is qui Roma de iudicijs cum
alijs per Couare. & Galles. vt sup. citatos, & idem
quando non est cęptum iudicium cum defuncto,
sed ipse defunctus expressè obligauit, & submisit
se, & suos hæredes iurisdictioni A.C. quia isti duo
casus æquiparantur ad effectum de quo agitur sal-
tem in pupillo layco, vt in terminis tenet *Cagnol.*
in l. 1. nu. 43. circa med. de iurisd. omnium iud. Ga-
2 *les. d. p. 2. q. 2. num. 5. in fin fol. 54.* Nam † cum de-
functus potuerit ne dum obligare, sed etiam ex-
presse donare res hæredis, & de illis rebus dispo-
nere & hæres teneatur habere ratum factum de-
functi si vult esse illius hæres. *l. cum à matre C. de*
rei vendicat. Alexan l. si hæredis seruus de legat. 1.
& cons. 173. n. 4. & ibi additio in 2. *Ant. Gabr. de*
3 *reg. iur. concl. 11. in princ.* & † virtus d. contractus
sit transitoria ad hæredes, vt post alios latè cumu-
4 lat *Galles. d. fol. 38.* natura † enim & qualitas d. ob-
ligationis trahit ad se personas priuilegiatas nō au-
tem persona trahit ad se contractus vel causas, vt
inquit *Bald. in c. 1. col. 2.* de controuersia feudi apud
pares & in pupillo refert *Aret. cons. 83. nu. 7. ante*
fin. cum alijs per *Iser. in præludys feudi q. 1. nu. 6.*
vers ad prædicta adde, & ad idem faciunt, quę de
natura causæ dicunt *Paul. de Castr. Corn. & aly in*
d. l. testamenta omnia & in d. l. consulta diualia. C.
de testam. quæ tanto magis procedunt in casu isto,
in quo non tollitur priuilegium pupillo totaliter,
sed limitatur, & minuitur tantum in causa execu-
tionis obligationis Cameralis, vt dicunt *Rom. &*
alij per Gall. s in 2. p. form. q. 1. numero. 5. pag. 51.
quæ limitatio, seu diminutio priuilegij continet lō-
ge minus pręiudicium quam illius abrogatio, vel
derogatio *Franc. & alij in c. si duobus vers. quod*
autem si laycus, & in cap. vt debitor. col. 8. vers. 7.
quæritur de appell. Felin in c. quoniam num. 12. de
constit. Non obstat, quod non constat in actis hu-
iusmodi pupillum esse hæredem patris, nam hæc
pertinent ad A.C. qui, cum † sit iudex executio-
nis obligationis Cameralis, & sic causæ præparatæ;
est etiam iudex causæ præparantis, & debet in pri-
mis videre, an sit hæres, vel ne, vt per *Galles. supra*
citatum fol. 40.



R. P. D. BLANCHETTO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria seu executionis.

Ven. 22. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Creditor an possit agere executiue contra debito-*
rem sui debitoris executiue obligatum.

DECISIO XCIV.

DOMINI dixerunt esse locum relaxationi
mandati executiui decreti per A. C. contra
Bartholomæum Morengham in fauorem Radii: cū
enim ipse sit anterior Zabira, sicut posset agere
contra D. Io. Antonium Morengham debitorem
1 Bar. sui debitoris † ita potest agere contra Bartho-
lomæum vigore suæ obligationis in qua suscepit
onus in se soluendi summam scutorum 500. pro
fratre iuxta declarationem faciendam per Domi-
num. *Sal. in l. nomen C. quæ res pign. ob. Gab. cons.*
45. num. 32. lib. 1. etiam via executiua *Pary. cons.*
107. nu. 88. lib. tertio.

R. P. D. COCCINO.

Anconitana assecurationis.

Lunæ 1. Iulij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè agi non potest, quando obligatio Cam.*
est vulnerata.
2 *Sententia nulla non vulnerat obligat. Cameral.*
3 *Iniustitia notoria æquiparatur nullitati.*
4 *Actori quoties licuit appellare, ita etiam reo à*
contraria reuocatoria.
5 *Clausula cum facultatibus A. C. quid importet.*
6 *Appellationis causa diuersificat instantiam.*
7 *Obligatio Camer. an & quando dicatur per sen-*
tentiam vulnerata.

DECISIO XCV.

IAM fuerat resolutum coram me apocham as-
securationis fuit se iustificatam, & cum petere-
retur vigore oblig. Camer. executio; Domini di-
1 xerunt non esse concedendam, quia † obligatio
Camer. fuerat vulnerata per decretum A. C. Vnde
cum licuerit Santob actori appellare, ita licere de-
bet Iudæ reo a contraria sententia reuocatoria de-
creti vulnerantis appellare; & sic causa semel effe-
cta appellabilis, semper remanet appellabilis, *cap.*
non licet actori. de reg. iur. in 6. l. non debet ff. eod.
cum vulg.
2 Non obst. quod † sententia nulla non vulnerat
obligat Cameralem, vt fuit dictum coram R. P. D.
meo Corduba in causa Elboren. pensionis 9. Iunij
1595. & ideò cum decretum A.C. sit iniustum, vt
3 constat ex *decis.* in hac causa facta, iniustitia † noto-
ria, quæ nullitati æquiparatur. *Fel. in c. inter cæte-*
ras nu. 10. de re iudic. Cæsar. de Graff. decis. 2. n. 7.
de sol. non vulnerauit obligationem Cameralem.
Nam responderunt Domini, quod dato etiam,
quod sententia ex eisdem actis appareret iniusta,
nihilo-

nihilominus non potest dici notoriè iniusta ad ef-
fectum, quod sit nulla, cum non referat se ad acta
Put.dec.401.lib.1. quibus addebant aliqui ex DD.
quod decisio in causa Elboren. non subsistit: fun-
datur enim in illa regula quod nullum est &c. quæ
non applicatur, quia ex eo sententia nulla vulne-
4 rat obligat. Cameralem, † quod sicuti licuit actori
appellare; ita licet reo a contraria sententia: pari-
tas enim in iudicijs est seruanda. *d.cap.non licet,&*
cap. iudicijs de reg.iur.cum concord per gloss. vtro-
biq; allegatis, & sic non consideratur falsitas sentē-
tiæ, sed illa æqualiter inter partes, quę non resulta-
ret, si sententia nulla non vulnerat.

Nec releuat, quod causa fuerit commissa in Ro-
ta cum facultatibus A.C. & ideò sicuti idem Au-
5 ditor Rotæ potest: quia per † illa verba cum facul-
tatibus intelligitur data facultas Aud. Rotæ proce-
dendi executiuè non autem, quod in eadem instan-
tia tanquam subrogatus A.C. procedat, quia cum
6 sit commissa causa appellationis, † illa diuersifi-
cat instantiam *Salic. in l. ita demum in fin.& l.in-*
uitus n.15.C.de procur.

Minus efficit decisio in causa Romana societatis.
3. *Iunij* 1577. *coram Illustriss.* D. *meo Card. Blan-*
chetto,& in alia Romana census 27.Iunij 1580. *co-*
ram Cantuccio, quia pro intelligentia harum de-
7 cisionum DD. distinguebant, quod † aut est vulne-
rata obligatio Cam. puta quia iudex absoluit ab
impetitis, & hoc casu intrant prędicta, & iste casus,
de quo agitur: aut Iudex pronunciauit super inua-
liditate decreti iam relaxati vigore dictæ obligatio-
nis, sed solum ipsum decretum, & ideo in hoc casu
executiuè procedi potest, & ita loquuntur *decis.*
allegatę,

R. P D. COCCINO

Romana inuentarij.

Luna 19. Ianuarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quoties à decreto datur, executioni non*
est locus.
2 *Obligat.Camer.effectus non porrigitur contra*
tertium.
3 *Inuentarij confectio praseruat personam haredis*
in eo statu, in quo prius erat ante aditionem. &
num.4.
5 *Inuentarij nullitas non est discutien. in articulo*
executiuo.
6 *Prius prasumitur quod est posterius ad hoc vt a-*
ctus valet.
7 *Creditor certus debet nominatim citari in confe-*
ctione inuentarij.
8 *Creditorem certum quem esse difficile est asserere.*
9 *Inuentarium respectu citatorum est validū quic-*
quid sit respectu aliorum.
10 *Scripturas an sufficiat describere in inuentario in*
genere.
11 *Bona in testam. descripta non est necesse describe-*
re in inuentario.
12 *Credita in testamento nominata occultari non*
possunt ab harede.
13 *Iura & actiones an sit necesse scribere in inuenta-*
rio.& nu. 14.
15 *Inuentarium debet confici coram notario,& testi-*
bus: limitatur. num.16.

DECISIO XCVI.

DVBITAVI an mandatum relaxatum cō-
tra propria bona Eleonoræ per A.C. esset
exequend. & Domini negatiuè resoluerunt, quia
1 ab huiusmodi decreto datur appellatio † cum effe-
ctus obligationis non porrigatur contra tertium, &
2 personam extraneam. † *Galles. de oblig. Cameral.*
par.2.in 1.par.formul.q.2. nu.3. Qualis erat Eleo-
3 nora stante inuentario per eā confecto, † cuius na-
tura est, vt ponat conficientem in eo statu, in quo
4 ante aditionem reperiebatur. † *Bald.in l. debitori*
col 1.vers sed contra istud C.de pact.& in l.fin.§.in
comput in prima oppositione, vbi etiam Ias num. 4
C.de iur.delib.& est tex. apertus in ead. l. fin. §. &
si prafatam, vbi dicitur, quod hæres adeundo cum
beneficio inuentarij hoc facit sine periculo, & nihil
pœnitus amittit, nec aliquod sentit damnum. latè
4 † *Surd.post alios cons.143.num.40.lib.1.*

Nec obstat, dum dicitur de nullitate inuentarij,
quia huiusmodi nullitas non est discutienda in ar-
ticulo executiuo, sed in petitorio, & negocio prin-
5 cipali. † *Achil.decis.15.num.2. de rest. spol. Gabr.*
cons.41.nu.12.lib.1.

Sed cessat omnis difficultas, quia nullitates, quæ
contra inuentarium opponuntur non subsistunt: de-
fectus enim citationis tollitur, quamuis enim man-
datarius referat affixisse citationem 18. pro prima
die iuridica, & tamen inuentarium fuit confectum
die 20. nihilominus stante quod commissio de citā-
do est die 19. Nouembris, & tubicina retulit se pu-
blicasse dicta die 19. ex serie facti manifestè con-
uincitur error mandatarij referentis se citasse, &
affixisse d. die 18. nec videtur verisimile, quod mā-
datarius citet ante decretum iudicis, ideo in dubio
vt actus valeat, prius præsumitur, quod est poste-
6 rius † *Aym.cons.52.nu.2. Alex.cons.112.num.4.lib.*
5.Dec.in cap.quoniam Abbas num.51. de off. deleg.
& in l.si donatione num.12.C.de collat.

Nec releuat, quod Virginia, cum esset certa
7 creditrix debebat nominatim citari † *Bart.in d.l.*
fin.§ cum igitur nu.3.C.de iur. delib.Dec.cons.251
n.4.& cons 633.n.9.Aym.cons 89.in fin. Nam fuit
responsum ipsam, vt ex eius ad positiones respon-
sione constat post annum ab obitu patris recessisse
ab vrbe; nec constat fuisse reuersam de tempore
quo inuentarium fuit confectum.

Vltra, quod aliqui ex Dominis dicebant difficile
8 esse asserere aliquem esse certum creditorem † *Salic.*
in d.l.fin.§. sin autem dubius num.8.in fin.C.de iur.
delib. & ideo quatenus probaretur D. Virginiam
eo tempore fuisse in Vrbe negocium egere particu
lari discussione.

Minus etiam facit, quod alij creditores, qui
erant certi tanquam nominati in testamento, non
fuerunt particulariter citati, quia quicquid dicen-
dum esset respectu illorum, respectu citatorum in-
9 uentarium fuit validum. † *Dec.d cons.251.nu.4.*

Non officit, quod Eleonora non descripsit nomi-
natim scripturas, quæ erant in duobus sacculis, sed
in genere descripsit duos sacculos scripturarum,
10 quia Rota pluries sustulit hunc defectum, vt † in
causa

causa Romana de Gaddis 23. Octobris 1578. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Alexandrino, & meis temporib. in causa Ciuitatis Castelli pecuniaria. 2. Iunij 1603. coram R. P. D. Iusto, eoq; amplius visum fuit DD. hoc admittendum in præsenti casu stante mendicitate testatoris, de qua deponunt testes, & quod alter ex illis saccnlis erat in manibus magistri domus Carcerum: alter verò in manibus cuiusdã ædium locatoris, ex quibus omnibus de facili potest argui qualitas harũ scripturarũ.

Minus placuit Dominis, quod omnia bona nominata in testamento non fuerint descripta
in inuentario, quia cum inuentarium habeat rela-
11 tionem ad testamentum, visum fuit sufficere † ex
traditis per *Rip. in l. ait prætor. §. si Iudex num. 4.*
ff. de iudic. Rot. decis. 5. de test. in antiq. & saltem
ista relatio exclndit dolum, quia cum credita essent
nominata in testamento, non poterant occultari, &
12 hoc sufficit ad effectum excusandi à dolo † *ad trad.*
per Bald. cons. 147. num. 3. vol. 4. & Dec. *cons 633.*
num. 11. & fuit dictum in allegata causa Ciuitatis
Castelli coram D *meo Iusto.*

Tandem non obstat, quod non fuerint descripta
13 iura, & actiones † *Bald. in d. l. fin. §. cum igitur,*
num. 8. vers. tu dic. C de iur. delib. quia stante qua-
litate testatoris, & eius testamento, in quo descri-
14 psit certa credita, † visum fuit huic requisito per-
abundè fuisse satisfactum.

Et ad illud, quod dicebatur Notarium scripsisse
ad relationem Eleonoræ, & tamen in descriptione
debere interuenire notarium, & describere coram
15 testibus † *d. l. fin. §. sin autem dubius* C. *de iur. de-*
lib. Responderunt Domini quod testator non ha-
bebat domum, obijt enim in carceribus, nec habe-
bat mobilia, vt ex eius testamento patet, & ideò
satis in descriptione interuenit notarius, & testes,
cum Eleonora habens relationem ad testamentum
quod erat in actis dederit notulam notario, nec no-
minata in testamento egebant particulari inspectio-
ne notarij cum exceptis duobus sacculis, & certo
16 ense omnia † essent incorporalia, nempe credita,
& debita.

R. P. D. COCCINO.

Romana Dotis.

Luna 29. Maij 1610.

SVMMARIVM.

2 *Stipulatio Notarij pro omnibus quorum interest continetur in Camer. oblig.*

2 *Ius creditorum quoties non est effectum deterius depositarius absq. iudicis decreto potest cõsignare bona heredi. & n. 3.*

4 *Ex stipulatione notarij non acquiritur ius absenti ante acceptationem. limitatur. nu. 5.*

DECISIO XCVII.

VITA functo Io. Baptista Rena, Antonia, & Io. Coniuges, nec non & Iulius Cæsar de Abbatibus tãquam creditores dictæ Renæ obtinuerunt *die 6. Maij 1604.* mobilia domus ipsius inuentariari, & penes Claritiam eius vxorem depositari, quæ se obligauit in forma Cameræ de illa restituendo ad omne mandatum Domini, & illi, vel illis, cui Dominus mandabit, & postmodum ipsa restituerit dicta bona præfato Iulio Cæsari hæredi d. Renæ, cũ beneficio legis, & inuentarij non expectato alio decreto iudicis, creditores posteriores contra quos ipsa agebat pro residuo dotis suæ, opposuerunt de d. deposito, & de prædicta consignatione, petentes rationem dictorum bonorum, quam ipsam teneri reddere Domini censuerunt; malè enim consignauit dicta bona, non expectato decreto iudicis. *l. si debitorem ff. de nouat.* & tenetur illa reddere dictis Creditorib. nam constat de eorum interesse, cum
hodie possint se reuelare contra d. bona; vel oppo-
nere de compositione, & in obligatione Cam. adest
stipulatio notarij pro omnibus quorum interest,
1 &c. † *Grat. cons. 12. n. 7. vol. 1. & dixit* Rot. *in cau-*
sa Rom. fideiussionis 28. Ianuarij 1577. coram Ro-
bustério.

Non obstat, quod Claricia restituerit d. bona
Iulio Cæsari, qui nedum erat hæres, sed etiam cre-
ditor anterior, & sic non refert quod illa consi-
gnasset absque decreto iudicis, cum ius dictorum
2 creditorum non sit effectum deterius, † vt colli-
gitur ex *l. distractis. C. de pign. & consider at Put. dec.*
261. n. 2. lib. 3. Nam fuit responsum hoc nõ releua-
re, quia non propterea est certũ quod ius credito-
rum non sit effectum deterius, cum non constet an
hæres sit soluẽdo & quatenus esset soluẽdo nõ pro-
pterea euitaretur circuitus, & dato etiam quod d.
hæres esset anterior creditor, de quo tamen con-
stat, adhuc non liquet, quod ius creditorum non
sit effectum deterius, quia potest esse, quod hæres
habuerit alia bona in manibus cum quibus potue-
rit sibi satisfieri, & propterea æquius videtur quod
ipsa Claricia agat contra hæredem, à quo, si non
potuerit satisfieri, quia vires hæreditariæ non suf-
3 ficiant, tunc † vere constabit ius creditorum non
esse effectum deterius, & postmodum contra ipsos
poterit agere.

Neque etiam obstat, quod in omnem euentum
notarius fuit stipulatus pro creditoribus absenti-
bus, ex qua stipulatione ante acceptationem, &
post consignationem factam d. hæredi, & sic re non
integra, nullum ius fuit acquisitum dictis credito-
4 ribus † secundum communem opinionem, de qua
per *Thesaur. decis. 70. num. 2. &* 4. vbi ita concludit
in vers. mihi profecto, quia fuit responsum hanc
5 † conclusionem non habere locum, quando adest
iuramentum ex pluribus allegatis per *Thes. d. dec.*
70. *nu. 8. vers. sed contrarium*; nam stante iuramẽ-
to per stipulationem notarij acquiritur ius irreuo-
cabiliter absenti.

R. P. D. COCCINO.

Terracinen. executionis.

Luna 18. Aprilis 1601.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Camer. habet executionem paratam.*

2 *Obligat. Camer. non admittit exceptiones extrinsecas à contractu.*

3 *Executio an possit fieri super bonis fideicommisso subiectis, vel eorum fructibus.*

4 *Fi-*

4 *Fideicommissum factum super certis bonis dicitur particulare.*
5 *Traditio an, & quando requiratur ad effectum translationis dominij.*

DECISIO XCVIII.

DOMINI (reseruato, vt particulariter videatur, An obstet possessio Flaminij à qua pendent attentata) censuerunt ad vlteriorem exequutionem esse procedendum, fuit enim actum vi-
1 gore obligat. Cameralis contra Alexandrum † quæ
2 habet exequutionem paratam, † & non admittit exceptiones extrinsecas à contractu. *Cassad. decis.* 1. *de mut. pet. Gallef. de oblig Cam. par.* 4. *q.* 1. & fuit
3 pluries resolurum: † exceptio enim fideicommissi non videtur releuare, quia quicquid dicendum sit, An exequutio possit fieri super bonis subiectis fideicommisso conditionali, cum adsit etiam particularis prohibitio alienationis, potest tamen fieri super fructibus, licet debeant dotari filiæ fœminæ, tamen non adsunt aliquæ filiæ, quæ hodie petant, & consequi debeant dotem, & super melioramentis, ac super legitima Alexandri, quia prohibitio detractionis legitimæ, de qua in testamento, non valuit. *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam.* & super alijs bonis Alexandri, quia fideicommissum
4 non fuit vniuersale, sed particulare, † ex quo fuit factum super certis bonis iuxta *not. in tit. de leg. & fideicomm.* 1. 2. & 3.

Non obstat, quod non constat de consignatione Bubularum, quia contrarium est verius: nam Marcus Antonius locauerat Bubulas cuidam Carlino, qui eas sublocauerat Americo, qui propterea emit Bubulas, quas ipse vigore sublocationis possidebat.
5 † Vnde non requirebatur ad effectum translationis dominij aliqua traditio *Abb in cons* 64. *col. penult. vers. vnde potest retineri dominium lib.* 2. & idcirco parum faciunt testes qui deponunt bubulas fuisse demortuas, quia non deponunt ante venditionē, nec est verisimile, quod tunc essent demortuæ, quia eas non emisset Americus, qui in earum possessione erat vigore dictæ sublocationis.

R. P. D. COCCINO.

Romana dotis.

Mercurij 18. *Maij* 1611.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius qui promisit reddere ad mandatum iudicis, non potest hoc facere sine decreto, aliàs non remanet liberatus num.* 2.
3 *Creditores conqueri non possunt quoties eorum ius non est effectum deterius, & n.* 5.
4 *Creditor non præsumitus satisfactus.*
6 *Fideiussor potest petere liberationem antequam soluat.*

DECISIO XCIX.

DOMINI persstiterunt in resolutis, scilicet quòd Claricia teneatur reddere rationem de mobilibus penes ipsam depositatis, quia cum se obligasset de illa restituendo ad omne mandatum A. C. & tamen absque alio decreto restiterit, quod
1 facere non poterat † *Castr in l. acceptam numer.* 3. *vers. & aduerte. C. de vsur. Rom. cons.* 287 *circa med.* Depositum dicitur ad huc extare, ita vt ipsa
2 non sit liberata † *Aym. cons* 428. *num.* 2 t. *Rom. dicto cons.* 287. & fuit resolutum in *causa Romana de Theodolis* 25. *Octobris* 1593. *coram Illustriss. Blanchetto.*

Neque releuat, quod Claricia restituit depositū hæredi, quia etiam erat creditor anterior; & propterea cum ius aliorum creditorum non sit effectū deterius, non est in quo conqueantur de restitu-
3 tione depositi, vt in *l. distractis C. de pignor.* Quia fuit responsum, prout & in alia decisione, quod adhuc non liquet, hæredem fuisse anteriorem, & quatenus constaret, non releuat, quia hæres potuit ha-
4 bere alia bona, cum quibus potuerit satisfieri. † Et quamuis dicatur non præsumi creditorem fuisse satisfactum, nisi hoc probetur maximè cum hæres adiuerit hereditatem cum benef. leg. & inuent. tamen negari non potest, quin creditores teneantur
5 agere contra hæredem, & hæc probare. † Vndè æquius videtur, quod hæc faciat Claricia, quæ si ex prosequutis ostendet certum esse ius creditorum non esse effectum deterius, postea poterit se releuare.

Minus etiam releuat, quod de tempore depositi Reuerendissim. D. Ala non haberet interesse, quia contrarium est verius, quia cum esset fideiussor Renæ, poterat petere liberationem antequam
6 solueret † *Franc. decis.* 414. & adhunc effectum sufficit quomodolibet interesse *Aymon. cons.* 594. *nu.* 8 *vol.* 4.

Cum tamen inuentarium bonorum fuerit factum ad instantiam Ioannis, & Antoniæ coniugum, & iudex mandauerit fieri inuentarium pro assecuratione & cautela eorundem Io. & Antoniæ, quæ bona inuentariata recepit Claricia in depositum, & se obligauit in forma Camer. illa restituere illi, vel illis, cui, vel quibus Dominus mandabit, in qua obligatione adest stipulatio notarij pro omnibus quo-
7 rum interest, &c. † Volo pro satisfactione mea particulariter consulere Dominos hoc, An ex super dicta stipulatione notarij prædicto modo facta fuerit taliter ius quæsitum Reuerendiss. D Alæ, ita vt possit agere contra Clariciam pro dicto deposito.

R. P. D. PENIA.

Interamnen. mercium.

Mercurij 4. *Iunij* 1597.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non potest fideiubere pro marito. Limitatur nu.* 2.
3 *Læsio non consideratur in ijs, quæ pendent ab incerto futuro euentu.*
4 *Indotata non dicitur remanere mulier quæ habet conseruatorem indemnitatis.*
5 *Læsa non dicitur mulier ex fideiussione nisi prius excussis conseruatoribus indemnitatis, & eis repertis non soluendo.*
6 *Læsio in muliere fideiubente an debeat considerari* de

de tempore solutionis, vel de tempore fideiussionis & nu. 7.
8 *Mulier cui remanet dimidia pars dotis non dicitur remanere indotata.*

DECISIO C.

HAEREDES Pauli de Filijs anno 1585. vendiderunt quasdam merces Paulo Filcernæ, & Eusebio, & Riccio de Gregorijs pro pretio scut. 4430 certis quibusdam temporibus persoluen. pro quibus fideiusserunt Mutia Pauli vxor, & Arpalices vxor Eusebij, & Thomas Iulianus, quos fideiussores Paulus, & Eusebius, & Riccius emptores mercium indemnes conseruare promiserunt, omnesque in forma Cam. se se obligauerũt.

Accedente vltimo termino solutionis prætij remanentis scutorum 2380. venditores coram A. C. egerunt contra Eusebium, & hæredes Mutiæ, & Arpalicis fideiussoris, & obtinuerunt subhastari illorum bona pro sc. 1600. Laurentius hæres Mutiæ per appellationem causam in Rota introduxit, & cum adhuc superessent scut. 760. persoluen. & Laurentius opposuerit de nullitate obligationis Mutiæ pro marito fideiubentis, ex eo, quod remãsisset indotata: dubitaui, An mandatum relaxatum ab A.C. esset exequen. prædicta oppositione non obstante.

Et Rota censuit exequen. quià licet regulariter fideiussio † vxoris pro marito non valeat toto *tit. ff. & C. ad Vellean. Auth si qua mulier vbi gloss. in verbo nullatenus C. eod. tit.* Id tamen † non habet locum, quandò fideiussio (vt in casu proposito) fuit munita iuramento *glos. communiter recepta in cap. ex rescripto de iur. iur. Curt. Iun. conf. 47. n. 2. & 5. par. 1. Tiraq. in l. si vnquam in prin. nu. 135. C. de reuocan. donat. Thesaur. decis. 223. numero. 8. Afflict. decis. 311. num. 4. vbi dicit glos. in auth. si qua mulier. C. ad Velleian.* contrarium asserentem communitèr à Canonistis reprobari, *Ant. Gomez. tom. 2. var resolut. c. 13. nu. 8. latè Bursat. cons. 56. num. 15. lib. 1.*

Et hanc sententiam dicebant Domini procedere sine difficultate inspecto tempore fideiussionis, quo nulla potuit enormissima lesio, & indotatio considerari, quia vel maritus tunc habebat alia bona, vel saltim habebat fortem principalem mercium emptarum, super qua mulier poterat esse tuta, quod excludebat lesionem, † quæ in his non consideratur, quæ pendent ab incerto futuro euẽtu *Crau. cons. 142. nu. 8. & cons. 114 nu. 17.* Eandem etiam læsionem enormissimam † excludebant plures releuatores, qui promiserunt fideiussores indemnes conseruare, à quibus cum posset Mutia consequi dotem suam, non poterat dici Indotata remansisse, ita vt eius fideiussio redderetur inualida, cum sufficiat adesse bona, per quibus mulieris dos salua consistere possit *Afflict. decis. 311. num. 2. Rom. cons. 187. numer. 2. Crauet. cons. 77. num. 16.*

Rursùs cum † excussio bonorum mariti, & releuatorum præcedere debuisset antequam exceptio læsionis prepon cretur *Roman. dicto cons. 187. n. 2. vers. quod autem*, ac nec de læsione præterea constaret, non erat executio Cam. obligationis retardan. quam solum impedit exceptio falsitatis solutionis, & nouæ conuentionis *Cassad. decis. 1. de mut. petit.*

6 Quod si tempus solutionis esset inspicien. † licet opinio *Io. de Imol. in cap. peruenit de empt. & vendit.* quam sequutum fuit Concilium Neapolitan. vt testatur *Afflict. decis. 313. incip.* retẽtis ter-
7 minis, fauore dotis sit magis æqua. nempe ad effectum vt vxori sit consultum non sufficere maritum habere bona tempore obligationis factæ ab vxore; sed requiri etiam, quòd habeat facultates tempore, quo agitur ad solutionem; in proposita facti specie non videbatur habere locum, quia cum præsupponatur creditum soluendum fuisse sc. 760. & duas mulieres Mutiam, & Arpalicem fideiussisse, quarum altera habebat in dote scu. 800. altera autem sc. 900. & post solutum creditum pro æquali portione vnicuique remaneret plusquam dimi-
8 dia pars dotis † non aderat talis læsio, quæ inualidaret contractum fideiussionis religione iuramẽti munitum *Thesaur. decis. 223. nu. 13.*

Nec supradictis refragabatur decisio in causa *Romana fideiuss. coram Illustris. Arrigonio tunc Auditore die 5. Iulij 1593.* vbi fuerat pronunciatũ fideiussionem cuiusdam Dorotheæ ad fauorem mariti fuisse inualidam, tum quià constabat de enormissima læsione vxoris, ex quo præsupponebatur, quòd secuta solutione remanebat pœnitùs indotata; tum quia fideiusserat pro marito decocto, & pro debito iam anteà contracto: tum quia nullus ibi pro Dorothea accesserat releuator, quæ non concurrebant in hoc casu.

Dixerunt tamen Domini tantisper fuisse mandati executionem suspendendam, vt clariùs liqueret, An aliqua superessent bona, super quibus dotes tutæ consisterent.

R. P. D. CORDVBA.

Romana, seu Bononien. Census 25. millium.

Lunæ 7. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla non præstito iuramento calumniæ.*
2 *Iuramentum calumniæ præstatur in terminis substantialibus.*
3 *Mandatum generale ad lites est sufficiens ad iurandum de calumnia, & num. 4. & 5.*
6 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 94. & cap. 157. est decisorium.*
7 *Statutum Vrbis ligat forenses quoties cõtractus est in Vrbe celebratus, & ibi solutio est destinata.*
8 *Forum sortiri, & statutis ligari à pari procedit.*
9 *Contractus census eis perpetuus. declara vt numer. 10.*
11 *Fideiussor potest cogere venditorem ad redimendum censum. vel liberandum à fideiussione.*
12 *Fideiussor census præsumitur se voluisse obligare perpetuo.*
13 *Actio dicitur nata ex obligatione, etiam quod dies solutionis non venerit.*
14 *Fideiussor de euictione dicitur condictionalis, &*

 non

non tenetur ante sequutam euictionem.
15 *Diu stetisse in obligatione an, & quandò quis dicatur.*
16 *Absens causa Reipub. potest petere eximi à fideiussione.*
17 *Fideiussor quotiès habet contra se executionem paratam, an agere possit contrà principalem, & num. 18.*

DECISIO CI.

FVERANT condemnati per A.C. Illustr. D. Comes Philippus de Pepulis, & D. Philippus de Felicinis ad liberan. R.P.D. Io. Baptistam Voltam, & consortes à fideiussione, in qua pro ipsis intercesserant ab anno 1592 contra quam sen-
1 tentiam opponebatur primo de nullitate † ob non præstitum iuramentum calumniæ *cap. 1. de iuram. calumn. in sexto ubi Franc. & scriben. Put. decis.*
2 *398. lib. 2.* sed fuit responsum huiusmodi † iuramentum fuisse præstitum in terminis substantialibus an-
3 te, & post protestationem per † Procuratorem habentem generale mandatum ad lites, quod videbatur sufficere, vt fuit resolutum in causa *Romana rescissionis contractus 16. May 1590. coram R.P.D. Penia, & in Prænestin. contractus 4. Iunij*
4 *1599. coram me.* Nam talis procurator † potest iurare de calumnia, *Bart. in l. qui bona. §. qui alieno*
5 *num. 17. de damn. infect.* & ibi *Alex. num. 8.* & † ita obseruari de generali consuetudine (quicquid de rigore iuris esset dicendum) testantur *Matth. de Afflict. singul. 149. incip. nota quod siue. Andr. Gail. obseruat. 83. vers. tamen hoc tam stricti lib. 1. cum alijs, qui per informantes allegantur.*

Secundò opponebatur de iniustitia, quia sententia est fundata in statuto Vrbis lib. 1. cap. 94. & cap. 157. quod prætendebant non posse intrare, tam respectu fori, cum sit ordinatorium, quam personarum, quæ erant forenses, quam etiam respectu qualitatis obligationis census de sui natura perpetui, & quia est etiam de euictione.

Hoc tamen primum oppositum DD. non pla-
6 cuit, quia † statutum verè est decisorium obseruatũ in omnibus tribunalibus, & fuit resolutum in *Romana liberationis à fideiussione pro Sfortijs 17. Decembris 1597. coram D. Mellino.*

Secũdum respectu personarum, minus placuit,
7 cum enim contractus fuisset celebratus † in Vrbe, & ibi etiam destinata solutio, forenses ligantur statutis *Bart. in l. quod licitum num. 7. de verb. oblig. & in l. 1. num. 17. cum seq. C. de summ. Trinit. & fid. Cath. Alex. cons. 2. num. 3. lib. 2. Soccin. cons. 97. num. 1. lib. 1. vers. alio, & modo Ruin. cons. 201. numer. 10. vers. nec obstat, quod statutum lib. 1. Cor.*
8 *cons. 64. in fin. vol. 3.* Nam † sortiri forum, & ligari statutis à pari procedunt *Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 15. de constit. Alex. cons. 210. nu. 2. & cons. 211. num. 5. lib. 2. cum alijs allegat.*
9 Quantum ad contractum census, † qui est per-
10 petuus nihil dixerunt DD. obstare: ista † enim perpetuitas consideratur respectu emptoris, qui non potest cogere venditorem ad vendendum; respectu autem venditoris; contractus est redimibilis, & sic
11 † fideiussor potest cogere venditorem ad redimendum censum, vel ipsum à fideiussione liberandum.
12 Vnde cessabat etiam quod dicebatur † fideiussorem ab initio intellexisse se perpetuo obligari *iux. not. Castren. & Angel. in l. fideiussor. ff. de fideiussor.*

Minus etiam obstabat, quod respectu fructuum decursorum solutione facta per D. Comitem, D. Volta fuerat liberatus: quo vero ad fructus decurren. causa nondum erat nata. Nam fuit responsum,
13 quòd † licet dies solutionis nondum venerit, tamen cum ex instrumento ipso sit nata actio, satis erat ad dictum effectum, alias nunquam esset locus liberationi, nisi purificata obligatione, & postquam ei locus factus fuisset contra tradita per *Afflict. decis. 241. num. 3. & ibidem Vrsill. num. 4.*


Nec etiam placuit obiectum, quod obligatio fuit pro euictione bonorum, super quibus erat census
14 impositus, † quo casu, cum sit conditionalis ante sequutam euictionem non produxit actionem.

Nam dixerunt Domini statutum non intrare quoad obligationem euictionis, sed bene habere locum, quoad alias obligationes, nempè solutionis census, quæ est continua, & pura.

Ad id vero, quod dicebatur actum fuisse in solidum contra D. Comitem, qui tantum ratificauit instrumentum pro rata dumtaxat ad eum spectantem, facilis visa fuit solutio ex lectura instrumenti, ex quo apparebat obligationem releuationis fuisse in solidum vniuscuiusque ad fauorem fideiussorum: illa autem diuisionis pro rata tertij stabat inter ipsum Philippum, & Felicinum, qui pecunias receperunt.

His accedebat, quod prædicta prætensio liberationis à molestijs, satis æqua fuit Dominis visa, tum ex statutaria dispositione d. cap. 157. Tum ex
15 dispositione iuris communis, cum satis † dicatur arbitrio iudicis diu stetisse in obligatione per spatium nouem annorum *glos. verb. condemnetur in l. Lucius Titius. ff. mand. vbi communiter scriben. Socc. reg. 148. fallen. 3. Afflict. decis. 241. num. 30. vers. 2. si diu stetit Menoch. de arbitr. cas. 41.* præsertim stantibus molestijs partis super solutione fructuum, de quibus attestabantur Notarij, vltra
16 quod D. Volta solitus † erat abesse causa Reipublicæ, quo casu intrant deducta per *Cassan. in consuet. Burgun. de sent. rubr. 5. num. 25. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 241. num. 4.*

Quæ dicebantur pro parte fideiussorum, quod fi-
17 deiussor † potest agere contra principalem, quando obligatio fideiussoris habet executionem paratam ad tradita per *Bart. in l. fideiussor pro venditore num. 1. ff. de fideiussor.* non † placuerunt DD.
18 ex quo fideiussor ab initio, hoc potuit prævidere, & contrariam sententiam tenent *Ang. Paul. Rom. Imol. & Salic. in l. si pro ea, C. mand. & in l. frater à fratre, vbi Ias. num. 14. & Gozad. num. 82. ff. de condit. indebit* & hanc attestatur magis communem practicam *Galles. de oblig. Cam. 3 par. tit. de persona peten. execut. num. 5. & seq.* & ex his DD, dixerunt sententiam A.C. esse confirmandam.



R.P.D.

R. P. D. O R A N O.

Romana de Pinellis.

Veneris 20. Februarij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum relaxatum antequam venerit dies solutionis, est nullum, & num. 7.*
2 *Mandatum est nullum quando super citatione ad soluendum non fuit interpositum decretum.*
3 *Mandatum est nullum non extensa obligat. Cam. & quare.*
4 *Procedi potest ante diem solutionis contra eum qui deteriorauit conditionem suam, declara vt num. 5.*
6 *Debitor conuentus si non opponit exceptionem pacti dilatorij Iudex potest eum condemnare ad soluen. tempore debito.*
8 *Tenuta nulla est confirmanda quando de nouo esset concedenda.*
9 *Executio spoliatiua est reuocanda.*

D E C I S I O C I I.

QVAEREBATVR stantibus hinc inde deductis, an mandata per A. C. contra DD. de
Rubeis, ad instan. DD. de Pinellis relaxata, veniāt reuocan. vel potius cōfirman. & DD.
reuocan. censuerunt: nam in cōfesso fuit apud partes relaxata fuisse parte opponente, antequam dies
1 solutionis aduenisset. Ideoq. indubitata † sequitur
iuris conclusio, quòd perperam dicantur relaxata *l. quod si extra diem ff. de pen. hered. Capic. decis. 51 Put. decis 323. lib. 1. Galles. in terminis obligat. Camer. in quæst. post processum inciden. num. 35. latè Surd. cons. 39. lib. 1.* multos cumulat *Menoch. de retinen. remed. t. nu. 23. & tenuit Rota coram me in vna Assisien. dismembrationis 15. Nouembris* 1596. Neque enim eorum iniustitia aliquo pacto relaxari potuit, vt nec nullitas: quoniam illa clara est mandati primi, quod fuit relaxatum pro scu. 2100. sub die 12. Nouembr. 1593. in quo promissa fuerat dd. de Pinellis restitutio dd. scut. 2100 intra triennium, & loco interesse lucri cessantis summa 300. scut. facta supputatione luitionis primi termini à mense Martij 1593. adeo quod tempore relaxationis non potuit excurrisse, nisi terminus primi anni. Idem de nullitate eiusdem
2 dictum fuit, quia † super citatione ad soluen. non
fuerat interpositum iudicis decretum *iux. trad. per Crescen. decis. 1. num. 3. de arbitr.* vtrum verò influat in secundum quod in vim instrumenti anni 1588. fuit relaxatū de anno 1595. 19. Aprilis pro scut. 2089. nam tunc non venerat dies solutionis quantum ad vltimum terminum, & nullitas ex-
3 cusari non potuit, cùm neglecta † fuisset obligatio-
nis Camer. extensio, de qua alius Notarius quàm C.C. fuerat rogatus, ita quod iudex certam iurisdictionis suæ scientiam, & Procurator agnoscens debitum sui mandati notitiam habere non valuit, *Galles. de oblig. Cam. par. 3. sub rubr. de process. ipso num. 9.* & ita frequenter decidit Palatium, *vt in causa Roman. Vallis inferni, & in alia Roman. Palatij Campi Flora, & nouissimè in vna Lauretan. pecuniaria 5. Aprilis 1593. coram R.P.D. Gy-
ptio.* Neque prædictis refragari videbatur, quòd d. tempore relaxationis mandatorum Rubei effecti
4 erant deterioris conditionis, & quòd † propterea
meritò potuerit ante diem contra eos procedi ex *trad per Ias. in l. pecuniam num. 9. vers. certio ego,*
5 *ff. si cert. pet.* quoniam † hoc procedit ad effectum
vt ad cautionem creditori præstan. debitor cogatur, non autem vt ex tunc ad solutionem compellatur etiam ratione temporis. Neque contrarium operari videbatur, quod licet in effectu ante diem non posset agi, potuerit tamen in iudicio deducti actio ex contractu nata, etiam quod agenti obstaret exceptio, dummodo fuisset opposita *Ias. in l. eum qui ita stipulatus numer. 14. de verb. obligat.*
6 quia verum † est quod quando conuentus non op-
ponit exceptionem pacti dilatorij, de quo in instrumento debiti, Iudex nihilominus potest eum condemnare ad soluen. tempore debito, sed non sta-
7 tim, vndè cùm † relaxatio, & executio mandati
fuerit facta antequam dies solutionis venisset A.C. decretum fuit nullum. Nihil etiam ad rem pertinet quòd cùm hodie cōstet de debito, etiam quod
8 tenutæ possessio fuerit nulliter capta, † non eo mi-
nus debeat confirmari quando de nouo esset facienda *Alex. cons 81. num. 7. lib. 1. Dec. cons. 449. num. 8.* & post alios tradit *Lancell. de attent. cap. 29. num. 66.* quia non procedit quando fuit deuē-
9 tum ad expulsionem. † Nam executio vti spolia-
tiua est reuocanda, *Chisan decis.* 172. Quæ deducebantur respectu mandatorum relaxatorum ad instantiam Trocij non videbantur Dominis esse præsentis inspectionis, & sufficit quòd adiudicatio fuit semel facta pro omnibus mandatis, cum sufficiat pro nullitate, quòd aliqua eorum fuerint inualida, & nulla vt fuit resolutum in d. *causa Assisien. coram me.*

R. P. D. O R A N O.

Romana Pecuniaria de Pinellis.

Mercurij 8. Aprilis 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Executio dicitur nulla, quoties incertum esset cuius mandati vigore facta fuerit.*
2 *Executio facta pro maiori credito, non substinetur pro summa debita.*
3 *Decretum relaxationis mandati, nisi infra tres, est necessarium, quando in obligat. Camer. non est susceptum mandatum.*

D E C I S I O C I I I.

EX deductis pro parte dd. de Pinellis vti cessionariorum DD. de Trocijs Rota tenuit non esse recedendum à resolutis, quia constabat deuētum fuisse ad subhastationem, & deliberationem bonorum Rosati de Rubeis vigore mandatorum ad instantiam DD. de Pinellis nulliter, (vt fuit resolutum) relaxatorum, & insimul alterius de Trocijs; cùm autem non posset dignosci occasione quorum bonorū illa, & hoc fuisse relaxata ratio-
1 ne incertitudinis † executio à nullitate non pote-
rat excusari non secus, ac si ad instantiam vnius fuissent relaxata plura mandata nulla, vt fuit di-

&nom in hac causa, & in vna Assisien. subhastatio-
nis me ponente. Addebat vnus ex Dominis quod
etiam si mandatum ad instantiam DD. de Trocijs
2 fuisset validum, quod nihilominus ex quo † fuerat
ex:cutum pro maiori summa, quàm esset prætensum
eius creditum, nô poterat pro parte veri cre-
diti sustineri, vt per *Dec. cons. 413. num. 17. Pe-*
dem. decis. 170. num. 1. & omnem difficultatem
3 tollebat, quod in † instrumento obligationis non
fuerat per Rosatum debitorem susceptum manda-
tum, quo casu ex stylo Tribunalis A.C. debuit re-
laxatio mandati fieri præmisso decreto in citatio-
ne ad soluen. nisi infra tres dies, & postmodum
citari debitor ad videndum relaxari mandatum
aliàs decretum, & eo peracto per iudicem inter-
poni decretum, nisi ad primam, quia hoc aliàs nô
obseruato A.C. reuocare solet mandata tanquam
nulla condemnando actorem in expensis.

R. P. D. LANCELLOTTO.

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien Pecuniaria.

Lunæ 2. Martij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor coactus soluere potest agere contra principalem pro releuatione indemnitatis, licet promissa non fuerit.*
2 *Sumptum factum parte non citata probat, quando fuit productum parte citata, & ipsa non opposuit.*
3 *Obligatio Camer. continet renunciationem exceptionis sine causa.*
4 *Causa defectus an possit opponi contra obligat. Camer. & num. 5.*
6 *Facultas extendendi censetur data quando fuit dictum, vt apoca habeat vim instrumenti in forma Cameræ.*

DECISIO CIV.

FVIT dictum sententiam A.C. esse confirman-
dam, & DD. de Grectis teneri ad releuan. in-
demnem D. Hyacinthum Diomedem Gratum pro
summa librarum 2000. nam cû Diomedes Gra-
tus, Hyacinthi Diomedis pater se obligauerit, &
fideiusserit pro Hieronymo Grecto ad fauorem
Budrioli prout in apoca, & occasione istius fideius-
sionis, Gratus damnum passus fuerit, ex quo con-
uentus à Budriolo coram A. C. contra ipsum fuit
relaxatum mandatum, & illius vigore facta exe-
cutio super quodam credito, quod cum Ruinis ha-
1 bebat, illudq; Budriolo adiudicatum, vtique † po-
test agere pro releuatione suæ indemnitatis con-
tra Grectum principalem debitorem, & si illi non
fuerit promissa *cap. peruenit de fideiuss. l. Lutius,* &
ibi *not. Bald. ff. mand. Neguś. de pignor. 3. membr. 6.*
par. principalis nu. 145 & quamuis exequutio con-
tra Gratum fuerit facta pro libris 6800. tamen id
euenit quia pro alijs libris 4800. erat debitor vi-
gore alterius apocæ.

Nec obstat, quod apoca cuius vigore Gratus agit
nô sit recognita, & extracta nô citatis Grectis, quia
cum fuerit à Budriolo coram A. C. contra Grectos
2 & ipsis citatis producta; & † cum ipsi nihil oppo
suerint, satis contra eos probat, maximè cum vi
gore illius fuerit relaxatum mandatum contra
Gratum, qui aliquid opponere non debebat, cum
neque fuerit oppositum à principalibus debito
ribus.

Neque etiam obstat, quod obligatio esset sine
3 causa, † quia cum in apoca Gratus, & Grectus obli
gauerint se in forma Cam. fuit renunciatum ex-
4 ceptioni condictionis sine causa, † nam quamuis
contra obligationem Cam. detur de defectu causæ
quia cessat causa propter quam facta est obligatio,
5 † tamen non datur de defectu causæ, & quia obli-
gatio causam non continet, & hoc modo intelli-
git *Gallef. in 1. q. ad 4. par. tit. oblig. num. 13.*

Nec dubium est, quin partes efficere potuerint,
vt apoca priuata habeat vim instrumenti publici
etiam cum obligatione Camer. & ad hunc effectû
etiam si in apoca non sit data facultas extendendi
6 † satis est quod fuerit dictum, quod habeat vim,
& valeat, perinde ac si esset instrumentum in for-
ma Cameræ, vt fuit resolutum in *Romana pecu-*
niaria de Saffettis 14. Maij 1576. coram bon. mem.
Oriolen.

Quod autem Budriolus esset absens de tempore
confectæ apocæ non probatur à Gratis, qui id pro-
bare tenentur, quatenus dare velint de inualidita-
te apocæ propter absentiam Budrioli.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Romana remissionis affictus.

18. Octobris 1589.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumnia petitum præstari debet pro validitate decreti, & omissum reddit sententiam nullam nu. 2.*
3 *Remissio pensionis fit quando conductor passus fuit damnum ab incursu bannitorum, & ob sterilitatem. nu. 4.*
5 *Conductor, qui promisit non petere remissionem pensionis ex quauis causa, potest petere si damnum prouenit ex causa insolita.*
6 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit executionem obligat. Cam.*
7 *Exceptio quæ dicatur requirere altiorem indaginem.*

DECISIO CV.

DOMINI tenuerunt mandatum executi-
uum A.C. tamquam nullum, & notoriè in-
iustum esse reuocandum: nullitas enim deduce-
cebatur ex eo quia fuit petitum iurari de calum-
1 nia, & tale iuramentum non fuit præstitum, † pro-
ut præstari debuit ad validitatem decreti relaxa-
tionis mandati *cap. 1. de iuram. calum. in 6. Rot.*
decis. 2. de iuram. calum. in antiq. Et quod † omis-
sio iuramenti calumniæ, vbi tamen fuit petitum,
operetur nullitatem sententiæ tenuit pluries Rota.
Iniustitia vero talis decreti satis deducebatur ex
eo, quia fuit exceptum de remissione pensionis
propter maxima damna passa à conductoribus Ca-
salium

salium per incursus Bannitorum, et deponit tertius testis, & alij concordantes, tam super articulis quam iuxta interrogatoria, † quo casu absque difficultate fit remissio pensionis. *Alexand. consil.28 numer.10.lib.1.Caputaq. decis.1.lib 2. in manuscr.* ex causa enim Bannitorum in loco conductionis morantium contingit sterilitas fructuũ, propter † sterilitatem fieri pensionis remissionem Pontificio, & Cæsareo iure constitutum est *c.propter sterilitatem de locat.l.licet C.locat.l.merces §. cut maior ff.locat.*

Non obstat renunciatio de non petenda remissione ex quauis causa, quia non procedit in casis insolitis prout in casu,de quo agitur *Bart.in l. sed & si quis §.quæsitum n.3.in fin. ff si quis caut. Bald.consil.19.lib.1.Corn. cons.23.num.13. lib. 2. Purpur.cons.467.num.17.Natt.cons.256. num.5.*

Neque obstat quod exceptio † remissionis pensionis cum sit altioris indaginis nõ impediat executionem obligat. Camer. quia † dicitur altioris indaginis quando ante exequutionem petitam non fuit probatus dictus incursus Bannitorum, & damna per eos illata, secus vero quando est probatus, prout in hac causa quandoquidem Domini conductores satis probauerunt magnum numerũ Bannitorum in dd. casalibus damna passa in fructibus, & ideo cum huiusmodi exceptio non dicatur altioris indaginis, & sit probata nullo iure prohibetur, quin faciat cessare omnem virtutem obligationis Camer. vt dicit in specie *Gallesf. de obligat.Camer.par.2. in 1. q.4.par.nu. 12.* quæ doctrina alias fuit à Rota approbata, & ita dictum.

R. P D. CORDVBA.

Elboren. pensionis.

9.Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1. *Sententia lata parte non citata est nulla.*
2. *Sententia nulla non dicitur sententia.*
3. *Gesta appellatione pendente sunt nulla.*
4. *Verba an, & quando sient conditionaliter, vel causatiue.*
5. *Exceptio quæ oritur ex ventre instrumenti impedit executionem.*

DECISIO CVI.

GREGORIVS XIII. fœl. rec. Motu suo proprio,& ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, reseruauerat pensionem annuam sex millium cruciatorum quæ singulis annis vsque ad decennium erant soluendæ super fructibus Archiepiscop. Elboren. quem obtinebat Illustriss. & Reuerendiss. D. Theutonius de Bracãza præstito consensu ad id per Io. Gomez. illius procuratorem ad hoc specialiter constitutum ad fauorẽ Collegij Societatis Iesu Elboren.ac aliorũ operum quæ clar. me. Henric. Card. Portugalliæ postea Rex; existens Archiepisc. illius Ecclesiæ, cœperat fabricare. Transacto d. decennio pendente iudicio super exequutione literarum coram Vicario Vlixbonen. idem Vicarius declarauit non posse procedi virtute dictarum literarum: causa autem appellationis à d. decreto coram me pendente; Dubitaui an literæ reseruationis pensionis essent exequendæ, vel potius obstaret sententia, de partibus,in quo articulo duplex cadebat inspectio, prima an literæ essent vulneratæ per sententiam, & in hac Domini resoluerunt non posse dici vulne atas cum constet de nullitate sententiæ.

1 Nullitas † deducitur quia talis declaratio fuit facta parte non citata *l. de vnoquoque de re iudic. &*
2 † consequenter non potest retardare executionẽ literarum Apostolicarum, cum sententia nulla, non sit sententia, nec aliquem producat effectum. *l.4.§. condemnatus de re iud.Dec.consil.449.n.14. Rol.cons.39.num.13.lib.1.Paris. cons.51.num.49. lib.4.*& quicquid sit de stylo illarum partium, respectu citationis cessat omnis difficultas, Nam postquam iudex admisit exceptiones & pars nolens sibi impediri processu executiuum appellauit;
3 quod † postea gestum est, valere non potest. *Bal. in l. certi conditio § quoniam num.12. Alex. nu.7. post Imol.& Butr.ab eo allegatos, si cert. pet. & post eos Gallesf.ad formul. oblig. Cam. ad quartam particulam q.4.num.7.*

Secunda inspectio versabatur an ex ventre ipsarum literarum oriatur aliqua exceptio, quæ illarũ impediat executionem, & dubium faciebant illa verba literarum (cuius ad id post obitum regis ex-
4 pressus accedit assensus) † quæ possunt intelligi, vel causatiuè, vel conditionaliter *iuxt.text.in cap. Abbate sane de verb. signif.* sed fuit resolutum in similibus gratijs semper intelligenda esse conditionaliter quia PP. requirit assensum habentis titulum in beneficio,& licet sint concepta in tempore præsenti consensus postea præstitus retrotrahitur ad illud tempus *Cassad.decis.2.de renunc. in fin.*

Cum ergo pro parte Illustriss. Archiepiscopi opponatur de defectu consensus præstiti propter vim, & metum prætensum per eundem Regem sibi il-
5 latum quæ † exceptio oritur ex ventre ipsarum literarum, Domini dixerunt supersedendum esse super illarum exequutione *ad tradit. per Cassad. dec.10.de rescript.Rot.diuers.decis.649 par.3.lib. 3. Cæsar.de Grass.qui alios allegat.decis.8.nu.13. de re iudic.*

Nec prætensus metus excluditur ex eo quod Papa in suis literis dixerit (cuius Archiepiscopi post d.Henrici obitum expressus accedat assensus) nam illa verba declarant intentionem Papæ volẽtis istum consensum habuisse non solum effectum ad originem post mortem Regis, quæ origo maxime est attendenda in actibus hominum *cap. si eo tempore cap.dudum de elect l sed an vltro §. fin. de negoc.gest. lati Aym.in cons.pro genero nu.33.* volebat enim Papa aufugere radicem illam infectam consensus Archiepiscopi ante obitum Regis non tamen tollit quia de dicto metu,casu quo fuerit illatus possit opponi.

Cæteræ exceptiones oppositæ non faciunt ad inspectionem præsentis dubij.



g 3 R.P.D.

R. P. D. CORDVBA.

Recanateñ. Prædij.

29. *Maij* 1600.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non tenetur ad solutionem pretij, nisi adimpletis per venditorem adimplendis.*
2 *Depositi consignationem petens, depositum acceptare dicitur.*
3 *Mandatum debet ex actis iustificari.*
4 *Emptor non debet frui re, & pretio.*

DECISIO CVII.

FVIT resolutum mandata A. C. esse reuocanda, † quia emptor non tenetur ad solutionem 1 precij nisi adimpletis promissis per venditorem iuxta vulgarê *tex. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt.* conuentum autê fuerat, inter alia facere ratificare d. venditionem fratres, & nepotes omnesque alios interesse prætendentes, cum ergo Alexander interpellatus ante relaxationem mandati, non lecerit illos consentire dictæ venditioni, & cum Doni litem mouissent super prædio vendito, poterat iustè Sebastianus precium retinere donec sibi idonea cautio præstaretur *l. si post perfectam C. de euict. Roman. cons. 8. nu. 3. Alex cons. 235. n. 9. lib. 6.* cum alijs allegatis, quæ omnia cum fuerint coram A. C. opposita non debuit mandatum ipsum relaxari, *ad Alex. cons. 157. nu. 2. lib. 6. Ruin. cons. 136. num. 10. lib. 5 Gallef. de Oblig. Camer. 2. par q. ad 4. partic. oblig. Cam. nu. 7.* & hæc magis videbatur Dominis procedere stante deposito facto per Sebastianum de residuo precij; enim non posset soluere Alexander propter molestias sibi illatas per Donos in lite *Bart. in l. si soluturus n. 5. ff. de solution. Paul. in l. acceptam n. 14. C. de vsur.* fuit resolutum *in causa Roman. depositi 27. Octob. 1597. coram R. P. D. Millino*, & quod ipse Alexander petijt 2 sibi consignari, ac † inde visus consentire deposito, quod debet prosequi *Bart. in l. eum qui certarum. §. 1. num. 4. ff. de verb. oblig. Castr. in l. si cum dotem §. eo autem num. 6. ff. solut. matrim.*

Nec obstabat, quod hodie offeratur d. ratificatio, & idonea cautio: nam hæc oblatio non fuit visa DD. releuans ad effectum executionis man- 3 dati, quod ex ipsis † actis debet iustificari *Neuiz. cons. 52. Bero. cons. 9. lib. 3.* Minus obstabat, quod Sebastianus retineat residuum precij scut. 500. & 4 prædium, & non † sit æquum quod emptor fruatur re empta, & precio *ad l. curabit C. de act. empt.* nam vltra quod exaduerso prætendebatur Sebastianum non habere precium, cum illud deposuerit, & per ipsum non steterit, quominus Alexander solueretur, hæc exceptio non est præsentis inspectionis, cum ex deductis appareat de non iustificatione mandati.



R. P. D. LVDOVISIO

postea fel rec Gregorio XV.

Romañ. censuum.

30. *Ianuarij* 1606.

SVMMARIVM.

1 *Altiorem indaginem dicitur requirere id quod est in controuersiam deductum.*
2 *Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat executionem oblig. Cam.*

DECISIO CVIII.

CVM D. Antonius Citarella esset creditor scut. quinque millium pro residuo dotis sc. 13. millium sibi promissæ à Marchione Montorio, D. Federicus qui onus soluendi hoc debitum assumpserat dedit illi in solutum domum quadam seu palatium extimatum scut. 10331. & D. Antonius pro illo pluri in quo precium, & extimatio excedebat creditum suum promisit accollare sibi quosdam census illosq, iuxta certam annuam ratam estinguere, & interim fructus soluere, cuius promissionis occasione fuit conuentus à Domino Federico coram A. C. qui decreuit mandatum pro censibus vsque tunc extinguendis, & pro fructibus decursis & non solutis, fuit pro parte Domini Antonij appellatum, & causa appellationis commissa in Rota, & quoniam contra mandatum A. C. inter alia opponebatur, quod Dominus Federicus non posset molestare D. Io. Antonium pro extinctione, & solutione, quam dicebatur D. Lauram cuius d. Federicus est hæres vnà cùm alijs fratribus ita ordinasse in suo testamento.

Propterea dubitatum an D. Federico obstet d. testamentum & in qua parte, & quo ad primam partem dubij fuit resolutum negatiue, quia testatrix mandat tantum, quod in casu restituendæ dotis, hæres deberet recipere palatium pro precio scu. 10070. & restituere D. Io. Ant. quicquid soluisset vsque in diem restitutionis. Sed D. Franciscus non agit, nec vti hæres D. Lauræ, nec pro restitutione dotis, sed ex promissione facta in instrumento dationis in solutum, immo restitutionem ipsam dotis prætendit sibi competere ex dispositione statuti non iure hæreditario D. Lauræ cuius se etiam asserit hæredem cum benef. l. & inuen. ex quibus dicebat D. Federicus, vel non intrare, vel si intrat seruare non teneri præceptum testatricis, vltra quod super hoc in specie fuit lis inter partes introducta, quæ adhuc indecisa pendet in Rota, & propterea visum fuit Dominis huiusmodi exceptionem non conuenire instrumen- 1 to de cuius executione agitur, † & cum sit in controuersiam deducta, & altiorem indaginem requi- 2 rat non † debere retardare executionem obligationis Camer. *Cassad. decis. vnic. num. 2. de mut. petit.* & fuit pluries dictum, & stante resolutione ista respectu primæ partis, non est agendum de secunda parte dubij.

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Vineæ.

12. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Emptione facta pro persona nominanda facta nominatione, & acceptatione, dominium rei emptæ in nominatum transit.*
2 *Actiones actiua, & passiua transeunt in eum, in quo translatum est dominium.*
3 *Executiuè agi potest contra emptorem nominatum sicut poterat contra nominantem.*
4 *Ratificatio respicit præterita, non futura.*
5 *Possessio, & quilibet actus præsumitur factus titulo præambulo.*
6 *Testis vnici dictum æquiparatur dicto nullius.*
7 *Possessio non probatur ex actu solutionis operariorum.*
8 *Soluens absque protestatione præsumitur soluisse pro implemento propriæ obligationis.*
9 *Agens vigore instrumenti dicitur illud approbare.*
10 *Exceptio deficientis mensuræ competit emptori conuento ad solutionem.*
11 *Promittens facere consentire interesse habentes, an & quando teneatur.*

DECISIO CIX.

RESOLVTVM fuit standum esse in decisis
diei 1. Iulij 1611. coram RR. Lugdunen. vbi
firmatum fuit mandatum R. P. D. Cellesij esse iustũ
non obstantibus exceptionibus de excessu defectus mensuræ, non adimplementi, & carentiæ actionis executiuè agendi, quas omnes, & hodie non obstare DD. dixerunt quicquid exaduerso fuerit
ponderatum. Nam certum est emptionem vineæ
factam fuisse ab Aloysio Bardella pro se, & perso-
1 na nominanda. † & nominatione facta, & per no-
minatum acceptata trãsire in nominatum rei emptæ dominium, *Anchar. cons. 127. Surd. decis. 226. nu. 1. & dec. 325. num. 4.* ideo cum instrumentum
venditionis vineæ celebratum fuerit die 27. Septemb. 1600. & nominatio de persona M. Angeli facta fuerit die 31. Augusti 1601. & hodie nominatus actum nominationis acceptauerit intrando vineæ possessionem, fructus percipiendo, canones, &
2 laudemia soluendo, sequitur † quod ex translatio-
ne dominij actiones pariter actiuæ, & passiuæ tran-
3 sierint, & † sicut contra principalem emptorem
executiuè poterat agi, ita & contra nominatum,
cum non differat à persona nominante, vt benè
fuit firmatum in decisione huius causæ auctoritate, *Mohed. decis. vlt. de procur.* & ex deductis per
Rotam Ianuen. decis. 127. num. 8.

Nec prædictis videbatur obstare, quod de ratificatione expressa pro parte nominati non constet,
& tacita non probetur; nam si expressa deducitur
ex apoca, dicebatur illam præcedere instrumetum
venditionis, quod esse videtur contra naturam ra-
4 tificationis, † quæ respicit præterita; non autem
futura, si autem tacita colligatur ex actibus positiuis supponderatis, illa pariter remanet æquiuoca, & per consequens irreleuans, cum potuerint
illi actus contingere etiam vigore prædictæ obligationis chirographariæ.

Fuit enim responsum sufficienter constare de
tacita ratificatione, quia possessio, fructuum perceptio, canonum solutio, & fructuum census præstatio benè conueniunt pactis, & conuentionibus
in instrumento inter Aloysium, & Hieronymum
5 registratis, itant quando † non constet, quo iure
actus prædicti sint facti, semper recurritur ad præcedentem titulum, & à quo lex præsumit actum
emanasse, prout de possessione est *text. in l. 2. C. de acq. possess. glos. fin. in l. quadam mulier. ff. de rei vend. Corset. in notab. 22. verb. possessio*, & alios
refert *Becc. cons. 6. num. 6. lib. 1. Menoch. cons. 314. num. 10.* & de solutione tradunt *Dec. cons. 618. numer. 2. Mand. cons. 9. num. 13. Cephal. cons. 351. num. 24.* etiam si summæ non conueniant, *Castr. cons. 405. par. 1. num. 1. Ruin. cons. 61. num. 9. lib. 1. Grauett. cons. 158. num. 13.*

Nec dicatur quod possessio vineæ probetur apprehensa ante diem celebrati instrumenti, itaut
præsumptio legis deseruire non videatur; cum deducat suam interpretationem ab actu præcedenti
non autem subsequenti.

Quia in facto non iustificatur, quod præcesserit
instrumentum, nam vnicus tantum testis hoc de-
6 ponit. † qui dicto nullius æquiparatur *cap. licet il primo de testib. Gabr. concl. 1. eod. tit.* & cum dicat
audiuisse à M. Angelo, quod ipse emerit vineam,
& dum ad eandem simul cum eo perueniret, vidit
operarios in vinea, qui fuerunt satisfacti de eorum
7 mercede ab eodem M. Angelo non † propterea
actus ille soluendi videtur cõcludere possessionem,
sed actus percipiendi fructus *Socc. sen. cons. 13. numer. 14. lib. 4. Ces. de Gras. de caus. possess. et propriet. decis. 10. num. 3.*

Similiter nõ obstat quod laudemium fuerit solutum à M. Ang tanquam à tertio, quia etsi quo ad
Canonicos S. Mariæ Transtiberim Dominos directos videatur tertius, tamen inter Aloysium, &
8 M. Angelũ aliter videtur dicẽdũ, † cum de propriis
pecuniis soluerit, absque protestatione se releuãdi contra Aloysium satis patet propriam obligationẽ adimpleuisse toto tit. plus valet. quod agitur.

Demum non obstat, quod in omnem casum
negari non possit, quin constet de conuentione
per apocam, & de iure quæsito per nominationem
ex instrumento, quæ inter se non concordant; itaut Hieronymus non possit ratificationem cõcludenter probare, cum actus possint referri ad vtramque scripturam.

Quia huiusmodi æquiuocatio benè tollitur, dum
in instrumento diei 27. Septembris partes ipsæ dixerunt se denuo vendere cum pactis infrascriptis,
vnde cum venditio per apocam diei 22. Septembris remaneat sine effectu, tollitur etiam apoca
relata ad eandem venditionem, & ex solo instrumento subsequentis venditionis agendum est; in
cuius executionem actus subsequentes sustinẽtur;
Præterea actus prædicti magis etiam ab æquiuocatione liberantur ex eo, quod M. Angelus egerit
præcisè vigore dicti instrumenti, ad rescissionem
huius contractus contra Hieronymum ob inobseruantiam pactorum, & non implementi, quod
9 † citra approbationem, seu recognitionem instru-
mentariæ

mentariæ obligationis ab eo fieri nõ poterat *Bald. conf. 34. num. 1. vol. 2. Alex. conf. 117. num. 2. verf. fed ita eft lib. 5. Menoch. conf. 23. num. 1. Surd. conf. 351 nu. 39. & 40. lib. 3.* inferentes etiam ad alias nobiles quæstiones quæ præsenti multum conueniunt, & cum M. Angelus non steterit super exceptione generali non adimplementi, sed deduxerit ad species, nempè pro canneto, & consensu vxoris habendo, satis etiam patet, quod ad instrumentum in quo hæc specificantur, non autem ad apocam sint referenda, in qua nulla habetur mentio. Ex quibus sufficienter etiam tollitur alia exceptio respectu excessus precij ad mensuram cum hodie instrumentum sustineatur.

Ad oppositionem veritatis, & validitatis mensuræ responsiones datæ in decisione placuerût Dominis, & in omnem casum videbatur ijsdem de facili posse iustificari, & †emptori cõuento ad solutionem precij competere semper exceptionem deficientis mensuræ quatenus illam probare voluerit, *Surd decif. 64. num. 35.* referens sic iudicasse Senatum Mantuanum.

10 Postremo respectu oppositionis non implementi, etiam cessare fuit dictum, nam quo ad accessum ad cannetum, neque molestiæ probantur ex testibus M. Angeli saltem per verum, & solitum accessum prout necessarium est ad effectum petendi liberationem, & impedimenti remotionem *l. qui commeatus, vbi Bart. ff. de milit. Crau conf. 151. num. 22. Surd. conf. 437. num. 36. lib. 3.* & quatenus probarentur illæ non sufficiunt de facto oppositæ, sed requiritur ius in opponente, quod tamen considerari non poterat stante sententia lata per Magistros Iustitiarios in possessorio fauore Hieronymi, quæ præcessit decretum executiuum, & postmodum per Capitaneum Appellationis fuit confirmata per viam manutentionis.

11 Quo vero † ad consensum interesse habentium, & in specie Fuluiæ Hieronymi vxoris, Domini intellexerunt obligationem procedere in euentum molestiarum prout etiam fuit dictum in prima decis. & probant *Crauet. conf. 682. num. 2. & 3. lib. 4. Surd. conf. 381. num. 18. lib. 3.* & de quibus in præsenti constare non videtur, & ex abundanti dati fuerunt iterati consensus d. Fuluiæ per instrumenta, die 27. Iulij 1605. & 23. Aprilis 1606.

R. P. D. ORANO.

Romana Censûs de Pronanis.

Mercurij 8. Aprilis 1598.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas causa non præsumitur, sed causa expressa tam diu standum donec contrarium probetur num. 2.*
3 *Falsitas causa vt impediat executionem obligat. Cam. debet esse euidens.*
4 *Læsio enormissima, an & quando impediat executionem obligat. Cam.*
5 *Falsitas causa non prodest obligatis vti principales, & insolidum, & num. 7.*
6 *Obligatio vti principalis, & insolidum æquipollet clausula omni meliori modo.*
8 *Promittens non allegare nullitatem contractus, impeditur dare de falsitate causa allegari.*
9 *Nullitas vigore pacti imp. ditur allegari.*
10 *Falsitas causa cessat, quoties pecunia sunt conuersa in vtilitatem obligati.*
11 *Obligatione principalis corruente, corruit obligatio fideiussoris.*
12 *Fideiussor tanquam principalis obligatus non est simplex fideiussor, & illius obligatio non dicitur accessoria, & num. 13.*
14 *Contractus à minore factus seruatis seruandis, & cum expressione causæ etiam quod causa sit falsa à principio non dicitur nullus, & num. 15. donec contrarium probetur num. 16.*
17 *Obligatio princ. palis à principio valida sit postea corruit, sustinetur obligatio fideiussoris.*
18 *Fideiussoris obligatio sustinetur quando obligatio principalis fauore minoris irritatur.*

DECISIO CX.

MARCVS ANTONIVS de Prouanis Minorennis cum interuẽtu D Quesardæ procuratoris Christophori de Prouanis, ac Georgij eius patrui tutoris, & pro tempore curatoris accedente decreto iudicis, & alijs solemnitatibus, tàm à iure communi, quàm statuto requisitis, imposuerat annuum censum scut. 160. super quadam eius domo in via acqueductus Vrbis ad commodũ q. Petri Rouilij pro precio duorum millium scut. ad effectum (vt in narratiua asseritur expressè) extinguendi societates officiorum per q genitorem suum cõtractas; pro cuius assecuratione cum DD. Ioannes Lippomanus, & Io Ant. Radius, & Aloysius Brunus vti principales principaliter, & insolidum medio iuramento accessissent: successu temporis denegata solutione fructuum census, hæredes Petri coram A. C. seu iudice ab eo deputato, conuenerunt obligatos, & obtinuerunt pro censibus decursis relaxari mandarum, quod introducta coram me causa appellationis ex quo in commissionis calce apposita fuerat clausula si quid exequen. dubitaui an locus esset executioni mandati relaxati per A. C. & DD. vnanimi voto concluserunt affirmatiuè, quia partes erant in confesso, contractum census fuisse celebratum, seruatis omnibus de iure seruandis; vnde cum Lippomanus, & socij promisissent in eo soluere censum, & quod minores de Prouanis effecti maiores præstarent consensum, & contractum ratificerent, prout fecerunt, merito contra tergiuersantes de censu annuo hæredi emptoris respondere potuit via executiua per relaxationem mandati procedi. Nec ad contrarium dicendum DD. mouit quod decretum in constitutione census allegaretur ex falsa causa fuisse appositum videlicet pro soluendo ære alieno, & societatibus officiorum contractis occasione ædificij domus ipsorum de Prouanis, cum autem prætenderetur pars precij census conuersa in extintinctionem debitorum eorum patrui; nam responsum fuit primo quod †falsitas causæ non erat præ-
1 sumenda, sed † causæ expressæ tam diu standum,
2 donec contrarium probaretur, vt in terminis contractus minoris fuit decisũ corã *Put. dec. 245. lib. 2. Ghislanen. decis. 183. per tot. l. 1. in fin. princ. ff. de rebus eorum,* ibi manenti pupillo actione si postea po-

poterit probari obreptum esse Prætori *l.magis pu-*
3 *to. §.ne passim.ff. eod.* vt enim † impediat execu-
tionem obligationis Camer. allegatio falsæ causæ,
debet esse euidẽs *Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres*
num.54.de verb.oblig Non secus, ac enormissima
4 læsio † quæ demũ impedit executionẽ obligat.Ca-
mer. si altiorem inspectionem non requirat *Galles.*
de oblig.Cam. par.4. q.1. num.17. Ant. August.in
epit.tit.de in r.aur.§. de obligatione Camer.num.4.
Secundo quia præsupposito, quod causa expressa,
fuisset falsa, cuius occasione nimirũ cessaret obli-
5 gatio, nihilominus isti expromissores ſtãte, † quod
sunt obligati principaliter, & insolidum cum iura-
mento per eos præstito, non ideo fuerunt liberati,
6 † quia illud habet vim clausulæ omni meliori mo-
do, *Bart.in l si quis pro eo num 15. ff.de fideiussor.*
Angel.in §. fideiussor in fine instit de fideiussor. Mo
7 *bed.decis.2.eod.tit.* & quia se † obligarunt vti prin-
cipales insolidum, *Mobed.decis.2. Bald.in l.si præ-*
dium num.5.C.de iur.dot. Alexan.cons.32. nu.10.
& 11 lib.4. vbi dicit se non inuenire contradicto-
rem, & *cons 26.nu.35.& seq.lib.7.Corn.cons.214.*
lib.2. Ias.cons 58.nu.4.lib.3. Natt.cons.262.nu.19.
& 345.num.2. vers.tertio dubitatur, Couar. in
cap.quamuis pactum par.2.§. sexto nu.3. de pact.
Quod eo magis dicendum videbatur quoniam
8 ipsi in d. instrumento promiserant non † allegare
nullitatem contractus, sed si ea quæ adesset non
obstante, soluere, & adimplere in eo contenta,
Alex.cons.32. num.4. & seq. col.2. Angel.cons.182.
incipien.A & B. vbi dicit, quod vigore pacti non
9 † potest allegari nullitas maximè quando inter-
uenit iuramentum,& omnem causam vlteriùs du-
bitandi tollebat, quòd pecuniæ census fuerant de
10 eorum mandato † conuersæ in extinctionem socie-
tatum, pro quibus ipsi erant obligati; nam in effe-
ctu pater negocium census ad ipsos re, & vtilitate
pertinuisse, qua propter parum ad propositum vi-
debantur deducta per scribentes pro expromisso-
11 ribus dum intendebant ex † causæ falsæ expressio-
ne, principalem obligationem ipso iure corruere,
& in consequentia etiam fideiussoriam ex traditis
per *Cephal.cons.437. num.22.cum sequen. Odd.de*
restit.in integ. par.4.q.8.art.7. num.4.& seq. quia
12 diuersi sunt termini præsentis casus, nam isti † non
sunt simplices fideiussores, sed quià principaliter,
& insolidum obligati cum iuramento, & hypote-
ca omnium bonorum reputantur tãquam duo cor-
rei debendi *Mobed. d.decis.2. Natt. cons 345. De-*
13 *cian respons.72.num.5. col.2.* & sic † eorum obli-
gatio non dicitur accessoria sed principalis, Ne-
14 que † verum est ab initio contractum respectu mi-
15 norum, fuisse nullum, nam † cum fuerit seruatis
seruandis celebratus, cum expressione causarum,
quod essent initæ multæ societates, & acceptæ pe-
cuniæ in vsum meliorationis domorum præsumi-
16 tur validus à principio: † & probato contrario
possit annullari *l.1. in fin. princ.* ibi manente pu-
pillo actione *ff.de reb.mino. Chissan.decis.83.* & ita
procedit *cons.Laur.de Pinu 71.nu.4.& 5.* & alio-
rum allegat. qui loquuntur in terminis casus, quo
obligatio minoris ab initio fuit ipso iure nulla,
quià natiuitati obligationis resistebat statutum;
17 ideoq. † cum cõtractus ab initio valuisset, & obli-
gatio fideiussoria habuerit effectum hoc casu, sub-
lata principali obligatione, non tollitur accesso-
ria, *Cephal.d.cons.437.num.29.* vt nec etiam quã-
18 do † fauore minoris annullatur obligatio principa-
lis, irritatur obligatio accessoria, quæ non est æquè
fauorabilis, *Paris.cons.16. num.111. lib.2.* & benè
hic per informantes pro hæredibus Rouilij.

R. P. D. O R A N O.

Romana de Consciaris.

Mercurij 13. Ianuarij 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula generalis refertur ad enunciata.*
2 *Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.*
3 *Verisimilitudo probationem concludit.*
4 *Scriptura continens verisimilia admittitur in reddenda ratione tutoris.*
5 *Iactare suum nemo præsumitur.*
6 *Libri mercatorum cum adminiculis probant contra tertium.*
7 *Ratificatio debiti inducitur ex solutione fructuũ.*
8 *Solemnitas à statuto requisita in contractibus minorum non habet locum in debito necessario.*
9 *Confessio tutoris ad hoc, vt noceat pupillo debet esse adminiculata.*
10 *Actus à tutore factus, censetur factus tutorio nomine licet expressum non sit, etiam si ad vtrumque spectaret, num.11.*
12 *Tutor potest auctorari sibi ipsi cessãte suspicione.*
13 *Obligatio Camer non exequitur nisi pro expressis in instrumento.*
14 *Clausula promittens refertur etiam ad enunciata.*
15 *Clausula pro obseruatione præmissorum comprehendit etiam enunciata.*
16 *Mutuo probato, restitutio censetur promissa.*
17 *Ex interpretatione quid venire, quomodo intelligatur.*
18 *Obligatio Cameralis datur etiam pro ijs quæ veniunt ex interpretatione iuris.*
19 *Obligat.Camer.non extensa processus est nullus.*
20 *Obligatio Camer.in Tribunali A.C.potest extendi absque citatione, & decreto iudicis, ampliatur num.21.limitatur num.22.*
23 *Notarij A.C. dicuntur habere obligationem Cameral.extensam in pulpitis.*

D E C I S I O C X I.

CIRCVMSCRIPTA pacti validitate de soluendo fructus pecuniæ dotalis D Olimpiæ mutuatæ D.Hieronymæ communi DD. de Consciarijs matri, vti earundem tutrici,& curatrici ad effectum extinguendi eorum debita necessaria, de quo particulariter agetur. Domini concorditer resoluerunt mandatum A. C. contra DD. Tiberium, & Martinum, ad instantiam Marci Antonij, eiusdem D. Olimpiæ viri relaxatum confirmandũ esse, nam de ipsius credito existimarunt sufficienter constare partem ex apoca diuisionis fructuum totius hæreditatis prætensæ, ibi, *compresi li scudi 262.baiocchi 10. che si pagano al Sign. Marc.Ant. per li frutti decorsi per scudi 318. quali ha prestati alla cassa delli danari dotali* iunctis sequentibus;

pro-

promettendo la detta diuisione de frutti, & tutte le altre cose sudette hauerle sempre rate, grate, & ferme, & quelle perpetuamente osseruare. Quia licet sint verba enunciatiua, quæ præsupponere tantùm videntur mutuum, ipsum probant, & complectuntur, tum quia † clausula generalis refertur ad enunciata *Alex. conf. 17. num. 2. lib. 3. Ruin. conf. 137. num. 6. lib. 1. & conf. 137. num. 6. lib. 1. & conf. 103. sub num. 11. lib. 4.* Tum etiam quoniam verba *promettendo la detta diuisione de' frutti*, quę principalis intentio apochæ conficiendæ, *& tutte le altre cose sudette*. non possunt ad aliud referri, quam ad solutionem fructuum, & mutuum enunciatum. Secundò ex confessione D. Hieronymæ, facta nedum in instrumento diuisionis, sed etiam in vltima sua dispositione pro exoneratione suæ conscientiæ, postquam decessit: non enim præsumendum est † eam immemorem fuisse salutis æternæ *ad gloss. magnā final. lib. 1. C. de fals. caus. adiect. legat. Afflict. decis. 168 post Felin. in cap. si cautio, nu. 24. & seq. de fid. instrum. Paris. conf. 10. in fin. lib. 2.* præsertim cum causam verisimilem reddat, quod fratres magno ære alieno grauati reperiebantur ita, quod in eorum facultate non esset extinguere aliunde debita, quæ ex dicta pecunia solu-
3 ta fuerant: verisimilitudo † enim probationē con-
4 cludit *Bald conf. 117. lib 2.* vbi docet quod in † redditione rationū tutoris debet admitti illa scriptura quæ continet verisimilia. Tertiò ex illius subscriptione facta per Tyberium vnum ex fratribus;
5 Nam præsumptio † exclusiua iactationis proprij patrimonij adeo potens est, & efficax, vti admittatur quælibet leuis coniectura in contrariū *Tiraq. in l. si vnquam in verb. donatione largitus nu. 205. cum seq. C. de donat.* Quartò ex partitis librorum.
6 D. Ioan Baptistæ Altouiti mercatoris, quæ † etiam si plenè non probent contra tertium stantibus tamen adminiculis probant, *l. quidam nummularius ff. e eden. & fuit dictum in vna Rom. census. 21. Februar. 1578. coram bo. me. de Rubeis.* Vltimo ex obseruantia, quia constat de continua solutione fructuum etiam postquam fratres facti sunt
7 maiores, ex qua † inducitur ratificatio antea gestorum, per quam probatur debitum sortis principalis *l. si quando C. de dot. promiss. Dec. in l. si creditores sub num. 3. C. de pact. Curt. Iun. conf. 168. sub num. 5. lib. 1.* Nihilominus autem ad rem pertinet, quod solennitas statuti Vrbis *cap. 151. lib. 1.* non interuenerit, quia (sicur ostensum est) pecunia versa fuit in commodum fratrum, confessio facta in instrumento de debito huiusmodi remanet ne-
8 cessaria in † qua statuti huiusmodi solemnitas temittit *l. 1. §. sed si pradicti stipulanti ff. de reb.* eorum cum alijs *per Put. decis. 105. nu. 3. lib. 1. & dec. 9. tit. de constit. Caput. decis. 199. par. 3.* & quamuis respectu D. Martij qui se in dicto instrumento, non subscripsit, res magis dubia videatur. Nihilominus cum mater quæ erat tutrix dictū instrumentum subscripserit, potuit illum etiam Minorem *l. si in rem C quan. & fact. tutor.* in quo non videbatur insistēn cum maior factus ratificauerit.
De versione vero in vtilitatem fratruum, satis ex præmissis hic, & alijs per informantes deductis liquet, & propterea ad hoc vt confessio † tutoris præiudicet pupillo, sufficit, quod sit adminiculata *Ruin. conf. 174. num. 4. lib. 1. Natt. conf. 543. nu. 20.* & fuit alias firmatū *in causa Rom. tutela 12. Ianu. 1582.*

Non obstat quod mater non expressit in eo, se
10 contrahere vti tutricem; etenim cum actus † spectaret ad pupillos, censetur se subscripsisse etiam nomine tutoris, non obstañ. quod in eo fuerit actū de interesse proprio ratione fructuū suæ dotis *Soc. post Bart. & Angel. conf. 154. nu. 11. versic. sextus casus lib. 2.* & idem fuit conclusum alias in vna
11 Alatrina capellaniæ in qua præsentatio † fuerat facta simpliciter à tutore, quod intelligebatur facta nomine suo, & pupilli, cum ad vtrumq. ius præsentandi spectaret. Et hoc eo magis est dicendum, quia d. Fabij de Maximis curatoris subscriptio accessit. Non obstat quod non potuit auctoritatem ad sui fauorem præstare, quia pro fructibus suæ dotis non egebat noua obligatione, & quando ces-
12 sat suspicio † tutoris non impeditur etiam ad sui commodum acceptantem præstare *Rimin. Sen. cōs. 400. num. 26.* Et ibi Apostilla, vltra quod, ex hoc resultaret tantùm nullitas obligationis respicientis fauorem matris, de qua hodie non tractatur. Neq. vrger quod prætenditur & nec ex verbis enunciatiuis instrumenti diuisionis elici obligationē Cam. respectu restitutionis sortis principalis, ideoq. non
13 fuisse locum relaxationi mandati nisi † pro ijs, quę liberaliter expensæ sunt in instrumento *Gallesf. de oblig. Cam.* quoniam cum (vt ostensum est) enun-
14 cietur in eo mutuum illa clausula † promettendo refertur ad omnia enunciata. Quo fit vt clausula subsequens, *Et per l'osseruatione delle sudette cose s'obligano nella più ampla forma della Cam. Apost.*
15 complectatur † etiam mutuum enunciatum, & approbatum *Paris. conf. 93. num. 91. lib. 1.* & fuit dictum coram *bo. me. Card. Lancellotto in vna Rom. Societatis de Philippensibus 3. Martij 1581.*

Probato enim mutuo, & promissa obseruantia
16 mutui, † de natura mutui ipsius rei mutuatæ in genere restitutio promissa *Instit. quib. mod. re cont. oblig. in princ. & ibi Aret. num. 14. cum quid, vbi Bart. ff. si cert. pet.* Ita quod verum non sit hoc ve-
17 nire ex interpretatione, † extrinseca; Nā quod dicitur venire ex interpretatione procedit quando quod deducitur per viā actionis, non antè per viam replicationis *Gallesf. de oblig. Cam. tit. de vi intrinf. oblig. Cam. num. 15.* sed in præsenti casu agitur pro restitutione in vim Apocæ in qua mutuum enunciatur, probatur, & eius promittitur obseruantia, dum enim excipitur, quod illa obseruantia non cōtinet restitutionem mutui subuenitur actori replicanti; contineri ex natura contractus, vel si ma-
18 gis placet ex interpatione iuris, & ita in † replicatione intrat obligatio Camer. & via executiua.

Non obstat nullitas processus ex eo capite resul-
19 tans, quod obligatio † Cam. non fuit extensa, & esset decreta, quia Rota aliàs non fuisse contentam attestatur *bon. mem. Oriolen. in vna Aquilan. a pensionis* 1576. quia adducendum est, quod ex stylo
20 † tribunalis A. C. nō requiritur citatio nec decretum iudicis pro obligationis extensione quando in curia d. tribunalis instrumentum fuit rogatum, quia Notarius potest libere extendere & adiungere cuicunque particulari instrumento clausulas sui
21 instrumenti. Quinimò etiamsi † in confectione registri hoc facere neglexerit, potest quandocunque supple-

supplere *Gallef.ad form.tam.tit.de process.nu.9.* se-
22 cus † quidem est in instrumentis per alios Notarios rogatis, vel in apochis priuatis: Nam istis casibus requiritur citatio, & decretum, nisi in instrumentis, vel d. apochis adesset facultas vt quilibet extendere posset, vt ibi *Gallef.* quæ facultas extendēdi à quocunq. notario fuit apochæ de qua agitur
23 apposita, neque † necesse est quod Notarij d. tribunalis rogiti de instrumentis articulariter sint solliciti, de extensione obligationis, quia semper dicuntur, habere in pulpito eādem vniformem extensionem. Itaque decisio *bo.mem.D.Oriolen.* potuit procedere illis temporibus quibus diuersitas aderat formalæ, vt quia in illis comprehendebatur confessio debiti, vel constitutio procuratoris, ad cōtrarium, quæ hodie est allegata cum tam iudex quā procurator rei sint certi & ita conclusum.

CAPVTAQVEN.

SVMMARIVM.

1 *Reductio ad arbitrium boni viri an peti possit sub prætextu enormissimæ læsionis, quandò huic petitioni fuit renunciatum.*
2 *Enormissima læsione stante non potest renunciari petitioni reductionis ad arbitrium boni viri.*
3 *Reductio ad arbitrium boni viri habet vim appellationis.*
4 *Obligatione Camer. existente in compromisso non potest peti reductio ad arbitrium boni viri.*

DECISIO CXII.

STANTE compromisso, in quo partes promiserunt non reclamare, neque reductionem ad arbitrium boni viri petere quouis prætextu, etiam enormis, & enormissimæ læsionis fuit dubitatum in vna *Imolen. bonorum coram Cantucio* 18. *Iunij* 1553. An laudo promulgato posset peti reductio ad arbitrium boni viri sub prætextu enormissimæ læsionis.

Et an postea petita impediat executionem laudi stante obligatione Camer.

1 Quoad primam partem dubij videbatur cōcludendum † non posse peti reductionem, quia sic actum, & in hoc partes consenserunt *cap. scienti de reg.iur.* & quia in re sua quilibet est moderator, & arbiter *l.in re mādata C.mādat.* & *huius opinionis fuit Angel in sua disputatione quā refert Imol. in cap.quia in vallis nu.71 de iur.iur.Beltran. cōs. 5.vol.2.Gald.cons.24.col.3.in fin.Castr. cons. 335. vol.1.Angel.cons.112.Vital.in tract.Claus.in Rub. an reductio ad arbitrium cap.361. nu.8.*

Contrarium tamen fuit per Dominos decisum,
2 quia † nulla reperiuntur verba quæ reductionem tollere possent stante enormissima læsione *Cassad. decis.1.de empt.& vendit.Socin.cons.165.* & hanc opinionem tenuerunt *Bald. in l. cum antea col. 3 C.de arbitr.Castren.cons.61.lib.1.Aret.& Abb.in d. c. quia in vallis col.18.Aret.cons.24. incip. quæstio nec Angel.cōs.282.laudum arbitrorū Castren. cons.54.Bald.cons.24.num.59. vol.2.vbi alios citat Lanfranch.in tract.de arbitr.in 4.par.q.4.Dec. cons.11.nu.6.*

Quo ad secundam partem dubij videbatur concludendum executionem impedire, quia si potest
3 peti reductio † illa habet vim appellationis & operatur effectum suspensiuum sicut appellatio. *Dec. d.cons.10.Paris.cons.24.num.148.vol.2.*
4 Sed contrarium fuit conclusum † stante obligatione in forma Cam. *Anan.cons.50.numer.7.& col.3.vers.hos præmisso sub nu.8.* Mars.*singul* 442. allegabatur etiam *Grat.cons.12.num.10 Card. in Clem.examinata q. 9.de arbitr. & Grat. cons. 34. Beltra.cons.5.num.11.par.1.Angel.127.cons.*

R. P D. COCCINO

Parmen. Datij.

Mercurij 27. Iunij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis causa cessante, cessat ipsa obligatio, & nu.4 & 7.*
2 *Fideiubens vti principalis & insolidum efficitur correus debendi.*
3 *Fideiussoris obligatio est correspectiua ad oblig. principalis.*
5 *Obligatio correspectiua ad aliquam causam illa cessante cessat obligatio.*
6 *Indemnitatis promissio corruit, stante remissione crediti facta debitori.*
8 *Delegatio debiti cessat cessante causa delegationis.*
9 *Delegatio, ad hoc vt dicatur facta, quæ requirantur, & n.10.& 11.*
12 *Obligatione principalis annullata, censetur etiam annullata obligatio fideiussoris.*
13 *In correspectiuis illud quod inest vni, inest alteri.*
14 *Correspectiua sunt indiuidua.*
15 *Exceptio non implementi impedit executionem obligat. Cam.*
16 *Clausula sine retardatione solutionis fructuum, quid importet.*

DECISIO CXIII.

ILLVSTRISS. D. Marchio Sancti Secundi, emit datium, de quo agitur ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Card. Sfortia, & ad computum pretij suscepit in se onus soluendi partem Montis Domicellorum Vrbis scu. 55. mil. ad prædictum Dñi Card. spectan. & in eodem instrumento occasione prædictæ venditionis se obligauit ad fauorem eiusdem D. Card. notario pro interesse habentibus stipulante, cuius stipulationis vigore Montistæ pro fructibus d. partis montis exequutiuè egerent cōtra dominum Marchionem. Cum vero fuerit resolutum d. venditionem non substineri, ex quo datium erat suppositum fideicommisso, & propterea interare obligationem Cardinalis de restituendo precium, & ad illud Marchionem posse agere exequutiue stante obligatione Camerali: Dubitaui an causa esset expedienda contra Montistos, & quomodo.

Et quantum attinet ad primam partem dubij non dubitabatur causam esse expedien. quia ex resolutionibus iam factis citatis etiam Montistis, constat venditionem esse resolutam ex quo datium est

est suppositum fideicomm. contra promissionem
Card. vnde cessat causa ex quo Marchio se obliga-
uit, & processit eius obligatio, & tanquam sine
causa remanet inefficax, & inualida, *l. si pupillus la*
seconda, vbi Bald & Imol. ff. de acquir. hered. An-
char. cons. 330. num. 11. Galles. ad form. obligat. ad
par. 4. 2. p. q. 1. num. 10. & 12. & dixit Rota in
causa Camerinen. dotis 28. *May* 1601. *coram me*,
& in puncto placuit Dominis decisio in causa Ca-
merinen. pecuniaria 3. Aprilis 1598. *coram Illu-*
striss. D. *Card. Millino.* vbi quod promissio soluendi
correspectiua ad appaltum Gabellæ intelligitur
quatenùs appaltus obseruetur, & duret.

Neque obstat, quod prædict. possint considerari
respectu Card. secus autem respectu Montistarum,
cum Marchio mediãte stipulatione Notarij ad eo-
rum fauorem se obligauerit, & fideiusserit, vti prin-
2 cipalis principaliter & in solidum, & ideo † fuit ef-
fectus Correns debendi vna cum Card. *Mobed. de-*
cis. 2. de fideiuss. Vnde nullus potest considerari ef-
fectus causæ respectu ipsorum Montistarum, quia
fuit responsum. quòd ista obligatio Marchionis est
3 † correspectiua ad promissionem Cardinalis, quod
datium erat liberum ab omni fideicommisso purifi-
cato, & purificando; incontinenti enim, & in eo-
dem instrumento hæc omnia fuerunt gesta, *Corn.*
cons. 350. num. 1. circa med. lib. 1. Gramm. decis. 103
num. 156. *in princ.* & propterea, etiam quod Mar-
chio sit principaliter obligatus ad fauorem Mon-
4 tistarum, & sic tertij, & nihilominus cessat † ista
obligatio ex defectu causæ, quià non se principali-
ter obligauit, & fuit effectus correns debendi in
gratiam Card. & Montistatum simpliciter: sed ex
causa venditionis datij. Quamobrem, cum hodie
cesset illa causa, cessat quoque obligatio Marchio-
5 nis, vt in priuato † de obligatione facta ad fauo-
rem tertij, *Aym. in cons.* 461. *num. 39. lib.* 3. dona-
tio facta tertio, quæ colligebatur correspectiua ad
matrimonium contrahendum, ex quo erat facta ina
continenti non substinebatur, quia matrimonium
6 fuerat sequutum, & num 63. dicit, † quod remissio
crediti, quæ censebatur correspectiua ad promissio-
nem indemnitatis facta à tertio nõ substinebatur,
quia dicta promissio corruebat, & benefacit etiam
decisio in causa *Romana censuum scut.* 18 *millium*
2. *Iunij* 1606. *coram Reuerendiss.* D. *Archiepiscopo*
Bononien.

Non obstat, quod hic vltra prædictam promis-
sionem fuit etiam inducta delegatio, quia quate-
nus hoc esset verum non releuaret cum generali-
7 ter omnis promissio † cesset ex defectu causæ ex
latè congestis per *Tiraq in tract. cessant. caus. par.*
1. *num.* 224. *vers. promissionis causa*, & in puncto
8 quod † cessante causa delegationis cesset ipsa dele-
gatio, dicit *Decin cons.* 421. *incip. plenè, & subti-*
liter num. 14. *in fin. vers. quia dato quod delegatio*,
vltrà quòd verè non adest aliqua delegatio, cum
Marchio non promiserit Montistis aliquid tanquã
9 debitum Cardinalis, quod est vnum † ex requisitis
ad inducendam delegationem, *Dec. in l. singula-*
ria num. 27. *ff si cert. pet.* neque promissio fuit fa-
10 cta Montistis præsentibus, & acceptantibus, † quæ
præsentia, & acceptatio ad hunc effectum est ne-
cessaria, *Vinc. de Paleott. inter cons. Alex.* 96. *nu.* 2.
lib. 3. *Rota Ianuen. decis.* 2. *num.* 20. & *decis.* 19.
11 *num.* 7. & *decis.* 99. *num.* 2. vbi quod † non dicitur
facta delegatio, nisi adsit interuentio trium perso-
narum, & quamuis adsit stipulatio notarij pro om-
nibus quorum interest &c. tamen non constat de
acceptatione Montistarum, ex post: immò appa-
ret de contrario, quia Montistæ quandò egerunt
contra Marchionem egerunt etiam contra Card.
ex quo patet quòd noluerit ipsum liberare, sed vt
tantùm obligatione accessoria Marchionis.

Neque applicantur ea, quæ deducuntur circa
derogationem fideicommissi, ad fauorem Monti-
statum, quia vltra responsiones datas in alia deci-
sione, cum fuerit derogatum respectu tantum di-
cto Monti suppositorum stant simul, quod empto-
res locorum Montium sint tuti, & quod nihilomi-
nùs Marchio, qui suscepit in se onus soluendi loca
Mõtium loco partis pretij datij non sit tutus pro
datio, cum sit suppositum fideicommisso, & in
hoc stat defectus causæ; ex qua corruit obligatio
Marchionis, cui nõ censetur prouisum ex eo, quod
fauore montis, sit derogatum fideicommissis super
bonis d monti suppositis, quia datium non est sup-
positum d monti.

Quantum attinet ad secũdam partem dubij cir-
ca modum expeditionis causæ, nulla adest difficul-
tas, quod Illustriss. D. Marchioni non potest dene-
gari absolutoria contra Montistas actores. Sed
quia fuit firmatum mandatũ executiuum pro pre-
cio d. D. Card. esse relaxandum ad effectum cum
illius parte extinguendi d. ratam montis accolla-
tam, Domini censuerunt esse inhiben. Montistis
ne amplius molestent D. Marchionem vigore
dd. obligationum in accollatione dictæ ratæ mon-
tis factarum; nam hic nulla adest obligatio Mon-
tistarum erga Marchionem in euentum, quod da-
tium non esset liberum à fideicommisso, vt viden-
dum quomodo, & ad quid se obligauerint, sed solum
adest obligatio ipsius Marchionis erga dd. Mon-
tistas, quæ cum sit correspectiua ad promissionem
factam per Card. Marchioni quod datiũ erat libe-
rum, ab omni fideicommisso purificato, & purifi-
cando vt dictum est, & cum iam sit resolutum hãc
12 promissionem Card. non substineri † corruit etiam
promissio Marchionis ad fauorem Montistarum
ex defectu non adimplementi Cardinalis; nam in
13 † correspectiuis illud, quod inest vni, inest & alte-
ri, itaut vnicus actus videatur etiam si essent plu-
res diuersæ naturæ, cum vnus dependeat ab alte-
ro, *Bald. cons.* 317. *incip. ad euidentiam præmitten-*
dum quod si mutuans per tot. & præsertim *in fin.*
lib. 3. vbi quod si per Titium mutuantur centum
Menio, & Meuius statim illa deponat penes Ti-
tium licet in deposito non admittatur compensa-
tio *§. in bonæ fidei. vers. excepta soli depositi actio-*
ne instit. de act. l. si quis vel pecunias. C. deposi l. fin.
C. de compensat. tamen secus est in isto casu, quia
depositum pendet à mutuo ratione correspectiui-
tatis, & connexitatis contractuum ita in proposi-
to licet non adimplementum Cardinalis regulari-
ter non posset nocere Montistis, tamen secus est
cum obligatio Marchionis erga Montistas depen-
deat, & sit correspectiua ad promissionem Cardi-
14 nalis † correspectiua enim sunt indiuidua, vt vnum
tantum censeatur *Signorol. cons.* 1. *nu.* 5. & *cons.* 2
num. 13. vnde sublato vno totum cadere necesse
est

est, & vno correcto censetur etiam correctum alterum etiam respectu tertij cui promissum fuit, vt per *Aym.d.cons.*461. *num.*39. *in fin.* & propterea cum ex prædictis appareat liquida exceptio non
15 implementi,† quę vt dictum obstat etiam Montistis retardat exequutionem obligationis Camer. ad fauorem Montistarum, *Corn.cons.*297. *& cons.* 291.*num.*7. *&* 8. *lib.*3. *Gallef. de obligat. Camer. q.*1.*num.*1.*vers.quantum,& nu.*7. & & ideo inhibendum est Montistis, ne vigore dd.obligationum molestent amplius Marchionem, vt per *Mandos. de inhib.q* 49.*num.*45.

Non obstat,quod sit causa commissa sine retardatione solutionis fructuum decurrendorum, quia
16† ista clausula operatur solùm, quod index non possit procedere in negocio principali, nisi prius solutis fructibus *Sarnen. in compendio Signatura num.*84.*Paris.cons.*64.*nu.*12.*lib.*4. *Cæsar de Graff. decis.*8. *num.*13. *de sent. & re iudic.* non autem quod finito negocio debeat continuari ad solutionem fructuum. Hic autem cum constet Rotæ cessare obligationem Marchionis ad fauorem Montistarum, vt supradictum est, sequitur quod clausula prædicta amplius non possit operari effectum suum.

R. P. D. O R A N O.

Romana executionis de Anguillaria.

*Ven.*6.*Martij* 1592.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio Camer. ex quibus exceptionibus retardetur.*
2 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in obligat.Camer.& num.*8.
3 *Execut.Cam. oblig. non suspenditur quando aliquid est proban.*
4 *Rota non exequitur sententias extra illam latas, nisi prius degustata illarum iustitia.*
5 *Exceptio quæ oritur ex ventre instrumenti admittitur contra obligat.Camer. declaratur numer.*6.*&* 7.
9 *Exceptio vsurarum an impediat executionem obligat. Camer.*

D E C I S I O C X I V.

ILLVSTRISS. D. Portia de Anguillaria instrumento publico obligat.Camer. vallato per viã concordiæ post suum ab hac vita recessum Illustriss. DD.de Anguillaria cõcesserat Castrum Bassani, & 20000. scut.intra sex menses à die præd.sui decessus per hæredem persoluen. Facto loco concessioni, cum & dies solutionis venisset; causa desuper mihi commissa proposui dubium, an locus esset executioni præd. instrumenti: maior pars DD. fuit in sententia affirmatina,quia stante obligat. Camer. nullus prætextus ad illius executio-
1 nem retardandã admittitur † præterquam falsitatis nouæ conuentionis,& solutionis, *Cassad.decis.* 10.*num.*5.*&* 9.*de restr. & decis.vnic. de mut. petit. Gallef.in tract.de oblig. Cam. in* 4.*par.q.*1. *numer.*2. quare quod eius validitas fuerit ex capite enormissimæ læsionis in dubium reuocata: tamen quia adhuc super illo lis pendet: eiusdem discussio
2 † requirit altiorem indaginem, non debet interea retardari executio, *Gallef.in d.tract. q.*1.*num* 17. *Ant.Canar.in tract.de execut. instr. q.*51. *& seq. Anton. August.in tit. de iur. iur. §.de oblig.in for. Cam.num.*4.*Io.Paul. decis.*61 quibus in contrarium allegat non obstan.nam *Bero.cons.*227.*lib.*1. loquitur in casu quo enormissima læsio probata fuit incontinenti,vt appareret *nu.*3. & idem con-
3 tinetur in casu,*decis.diuers.*82.*lib.*2. vbi †enim altius repetenda est illius probatio non secus, ac regulariter in omnibus iudicijs priuilegialibus accedit, executio non suspenditur,*Neuizan.cons.*54. nec applicatur *decis.Caputaq.*274.*lib* 2.*in impress.* qua complectitur casum exceptionis ex capite falsitatis, *decis.aut. eiusdem Caputaq.*182.*lib.*1.*in manuscrip.* facilè euitatur ex quo ibi tractabatur de executione laudi, & aderat commissio signata cum clausula si quid exequendum: nam cum veniret degustanda iustitia aliarum sententiarum latarum extra Rotam,non mirum si fuit suspensa exe-
4 cutio; †quoniam Rota non solet executioni mandare sententias extra suum tribunal latas, nisi prius illarum iustitia degustata.

Minus facit *Io. Paul.*65. siquidem fundatur super quondam stylo, qui tunc temporis vigebat, per quem attenta qualitate personarum non attenditur exceptio; præterea in illo casu habita fuit ratio quod Comitissa, quæ vrgebat pro executione prodigalius viuens omnia dissipabat; hoc enim stante iusto metu poterat non discusso negotio principali, & detecta causæ suæ iniustitia frustratoria esse rei in executionẽ deductæ repetitio, quo tamen non obstante est in confesso, quod veniebat relaxandum mandatum, nisi Episcopus incontinenti executionem probasset.
5 Postremo non aduersatur, †quod cum exceptio enormissimæ læsionis oriatur ex lectura ipsius instrumenti videatur admittenda, vt per *Gallef. ad form. Cam.obligat.q.*2.*ad* 4. *part.num.*5.*Cas.de Graff.decis.*62.*nu.*3.*eam alleg.* quia eorum dictum
6 procedit in casu, † quo simulatio est adeo clara, vt vlteriori probatione, & disputatione nõ egeat,
7 aut etiam quia † incontinenti probari potest, vt per *Canar.in d. tract. de execut. instrumen. q.*13.
8 aliàs †enim si altiorem inspectionem desideret nõ impedire executionem, vt per eundem *Gallef. & Ant. Aug in decis.*6 1.*lib.*3.*& in tit.de iur.iur. §.de*
9 *oblig.in form.Cam.num.*6. prout † idem videmus in exceptione vsurarum.

Et ita decisum.

R. P. D. O R A N O.

Romana seu Bracaren pecuniaria.

*Ven.*2. *Decemb.*1594.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium est à iure regulandum.*
2 *Excommunicatus non debet absolui, nisi præstita cautione de stando iuri. limitatur num.*3.
5 *Cautiones de iudicio sisti, & alia similes prætoria iudiciales sunt fideiussiones.*
5 *Cautio quæ debet præstari pro relaxatione pœnæ illata propter contumaciam iudicialem, vel pro crimine, debet esse cum fideiussoribus, & nu.*6.

h 7 Ex-

7 *Excommunicatus vigore oblig. Camer. non dicitur excommunicatus, nec propter contumaciam iudicialem, nec ob delictum.*

8 *Obligatio Camer. tribuit facultatem procedendi per audientiam contradictarum absque quod obligatus citetur prius domi, vel personaliter.*

9 *Iudicij assecuratio non est facienda, quando post obligationem nō superuenit aliqua suspicio mutationis status.*

10 *Excommunicatio ferri non potest, quando obligatio est illiquida.*

11 *Censura non possunt iustificari ex nouiter deductis.*

DECISIO CXV.

ANTONIVS Lopez Cantor Ecclesiæ Bracaren. cum Emanueli Fernandez commisisset multorum negotiorum Regni Lusitaniç in Romana Curia expeditionem, vt ipsum quoad impensam circa eam faciendam cautum redderet, obligauit se in forma Cam. de soluendo sibi quamcunque pecuniarum summam, quam in prædictum vsum erogatam per litteras cambij ad Lusitaniæ partes directas declarasset, & alias ibi cessante restitui voluit in Vrbe cum decursu interesse ad illius solut. teneri; verum quia Emanuel prætendebat Antonium sub diuersis prætextibus solutionem tergiuersari, recursum habuit ad A.C. à quo in vim obligat. prædictæ obtinuit mandatum executiuum, & declaratoriam pro scut. 3500. relaxari, à quibus interposita appellat. quoniam in commissione causæ Signatura rescripserat cum potestate iudicium assecurandi arbitrio Rotæ, fuit dubitatum an locus esset arbitrio, &c. Et Domini resoluerunt negatiuè, quia arbitrium est à iure regulandum iuxta notat. per *Bart. in extrauag. ad reprimen. vers. vi-*
1 *debatur num. 8.* Quamuis † autem de iure excom-
2 municatus non † absoluatur, nisi prius præstita
3 cautione de stando iuri. Tamen hoc † procedit, vel quando excommunicatus fuit pro contumacia iudiciali, quia iuri non paruerit in iudicio: nam vt inquit *Præpositus in cap. qua fronte, num. 15. de*
4 *appell.* sicut † cautione de iudicio sisti, & similes prætoriæ iudiciales sunt fideiussiones *l. prætoria. ff. de prætor. stipul.* ita illa quæ succedit loco cu-
5 iusdam cautionis † iudicialis pro relaxatione pœnæ illatæ propter contumaciam iudicialem, vel quando excōmunicatus fuit pro manifesta offensa,
6 idest † pro crimine *glos. cap. ex parte el secondo in verb. pro contumacia de verb. signif.* Quorum
7 casus neuter † præsenti quæstioni quadrat, quia cū fuerit excommunic. non propter contumaciam, vel delictum, sed propter prætensum debitum vi-
8 gore priuilegij obligat. Cam. quod † tribuit facultatem procedendi per audientiam contradictarum, absque eo, quod principalis semel personaliter, vel
9 domi ad iudicium vocetur; hoc † autem tanto magis DD. sustinebant, quia nulla subesse videbatur causa cur assecuratio iudicij fieri deberet; neque enim post obligat. superuenit aliqua suspicio mutationis status, neque etiam excommunic. fuit ta-
10 lis, à qua petenda sit absolutio. Nam † cum obligatio esset illiquida pro pecunijs, quæ per Emanuelem in expeditionibus impenderentur, & earum nulla facta fuerit liquidatio excommunic. ipso iure fuit nulla ad not. per *Galles. de oblig. Cam. in tit. de quæst. post process. inciden. num. 33. Paris. cons. 41 n. 23. vol. 4.* Non obstant iura pro parte Emanuelis pro iustificatione sui crediti postea exhibita, quia non reperiuntur in actis producta, & cen-
11 suræ † non possunt iustificari ex nouiter deductis *Innoc. in cap. prudentiam num 6 de off. deleg. Put. decis. 123. lib. 2. Caputaq. dec. 156. lib. 4. manuscript. & 129. par. 3.*

R. P. D. ORANO.

Romana de Gabriellis.

Luna 19. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non implementi impedit execut. obligat. Camer.*

2 *Exceptio pacti de non petendo impedit executionem obligationis Camer.*

3 *Exceptio simulationis probata impedit executionem.*

4 *Scriptura priuata concurrentibus adminiculis facit fidem.*

DECISIO CXVI.

INSTABAT apud me D. Alexander pro executione instrumentorum societatum. Verum cum pro parte D. Caroli aduersus eam quamplures exceptiones fuissent deductę. Placuit pro particulare dubium terminari præsuppositis decisionibus in hac causa factis, & instrumentis societatum, an aliqua dictarū exceptionum intraret, DD. reiectis alijs concluserunt exceptionem non adimplementi, & simulationis intrare.

1 Nam quo ad primam, † cum receptum sit per eam executionem obligationis Cam. impediri, vt per *Galles. ad form. Cam. 4. par. quæst. 1. num. 7.* D.
2 Carolus iure † potest opponere pactum de non petendo ortus ex testamento q. Hieronymi cuius est hæres, & quod Alexander acceptauit, vt fuit decisum die 28. Maij 1593. Quia si replicatur D. Alexandrum huic acceptationi renunciasse in confesso erit eam sibi non suffragari, nisi doceat se renunciationi satisfecisse, hoc est restituisse omnia, quæ vigore testamenti fuerat consequutus.

Rescriptum enim Principis per quod constito de paupertate remissa fuit solutio creditorum hæredis in finem litis non intelligitur concessum ad eū finem, vt non teneatur cum alio hærede dubium compensare; sed ad effectum, vt stante paupertate, & impotentia soluendi non obligetur ad petitam repetitionem crediti, cum hoc casu cesset causa indulti. Cum ergo resolutum fuerit D. Alexandrum releuatorem D. Caroli in scut. 1160. & de eo satis liquidè constet necesse est quod hoc debitum cum prætenso debito fundatū in dictis instrumētis societatis compenset, quo facto dicebant Domini grauius exurgere impedimentum contra hu-
3 iusmodi executionem fundatum † in exceptione simulationis instrumenti, & sufficienter iudicio ipsorum *iux. cons. Bart. 65.* per. D. Carolum probatæ, & apud eos maximè receptæ, quibus cum D. Hieronymo intercesserat necessitudo: etenim cum vltra conditionem in ipso in peragenda re domesti-

ca

ca admirabilis reluceret solertia; quoniam societatibus ab amicis contractis vti fideiussor accesserat compulsus de proprio extinguere ne ex huiusmodi earum luitione pecuniæ suæ lucrum cessaret, excitauit nouas societates sub nomine dicti Alexandri, declarando earum commodum, & incommodum ad illos, quorum intuitu in aliis societatibus bus extinctis fideiusserat pertinere, & de hoc cu-
4 riosus in diario scripturam reliquit, † quæ etiamsi
fit priuata; tamen concurrentibus adminiculis fidem facit *Dec.in l.1. num.3.C.de eden.cum allegatis, & fuit dictum in vna Romana extinctionis census coram Lauretano*, vt habetur *decis. vlt. par.1. diuers.* Adminicula autem concurrunt, nominatio periculi vitæ D. Isabellæ fil.q. Hieronymi, sub cuius vitę periculo pecunias solitus erat ad societares collocare, indigentia D. Alexandri, cum pecunias in magna quantitate ab eodem D. Hieronymo fuit mutuatus, negligentia eiusdem D. Alexandri in exactione fructuum, subductio rationum sæpius facta inter D. Hieronymum, & D. Alexandrum absque aliqua mentione dictarum societatum, cessionem esse suam factam ad fauorem D. Hieronymi, quam verisimiliter non fecisset, nisi prius recepta satisfactione societatum, & alia de quibus hic per informantes, qui benè respondent deductis pro D. Alexandro.

R. P. D. ORANO.

Mediolanen. affictus.

Ven. 8. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua non datur in obligatione*
2 *Appellari licet à notorio grauamine.*
3 *Licet à sententia lata in possessorio non possit appellari, potest tamen dici de nullitate.*
4 *Nullitatis causa pendente nihil est innouandum.*
5 *Executio facta post inhibitionem tanquam attentata reuocatur.*
6 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta est timẽda.*

DECISIO CXVII.

ADMINISTRATORES Collegij Heluetiorum Mediolanen. obtinuerunt à Vicario Illustriss. Domini Archiepiscopi Mediolanen. in vim obligationis camer. decerni, & relaxari mandatum executiuum contra D. Bernardum Quadrantinum assertum debitorem termini pensionis anni 1585. vt prætendebatur antea videlicet de anno 1381. decursi, & exactioni cuiusdam prædij Mirasole nuncupati, & socijs locati, Verum ab huiusmodi decreto interposita ad Sedem Apostolicã appellatione cum fuisset eidem Vicario intimata inhibitio Rotalis, & ille ea spreta ad relaxationem sequestrorum; & aliorum grauaminum deuenisset, fuit dubitatum, an ex ijs commissa essent attentata, quæ venirent recuocanda. Et DD. responderunt, quod etiam si versemur in obligatione Camer. † in qua non datur appellatio suspensiua: nihilominus cum omnia præmissa emanauerint in causa termini anni 1585. pro quo D. Bernardus non erat obligatus, potuit † ab eis tanquam notorium grauamen inferentibus appellare, & causa nullitatis, & iniustitiæ committere *Alex. cons. 77. nu. 15. lib. 1. Caputaq dec. 37. par. 1. Put. decis. 414.*
3 *num. 2. lib. 3.* Nam à sententia † lata in possessorio
licet denegetur appellatio, potest dari de nullita-
4 te, qua pendente † nihil innouandum est, & si in-
nouetur, reuocatur executio per viam attentatorum *Gras. cons. 163. num. 41. & seq. lib. 2. Modern. de attent. 2. par. c. 17. de attent. nullit pendent. n. 90. Contard. in suo tract. de moment. possess. limit. 7. ratione nullitatis nu. 53.* Maximè stante inhibitio-
5 ne. Quia tunc † indistinctè executio tanquam at-
tentata reuocatur etiam si alias à sententia nõ detur appellatio, nec nullitas illius executionem impediat *Acchil. dec. 29. de Appell. in impress.* Multo verò magis attento quod inhibitio fuit Rotalis,
6 † quæ siue fuerit iusta, siue iniusta sit timenda,
Rot. dec. 26. de appell. in antiq. Moder. Perus. de attent. par. 2 cap. 20. de attent. post inhibit. 11. num. 1. & seq.

R. P. D. ORANO.

Mediolanen. Affictus.

Veneris 29. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua non datur in obligatione Camer.*
2 *Mandatum suspicionis fugæ non tendit ad solutionem, sed ad assecurationem iudicij.*
3 *Mandatum suspicionis fugæ ex qua causa conceedatur, & nu. 4.*
5 *Obligatio Camer. habet executionem paratam.*
6 *Mandatum suspicionis fugæ solet relaxari pro facilitori execut.*
7 *Exceptio excussionis non admittitur contra obligat. Camer.*
8 *Fideiussores obligati in forma Cameræ respectu creditoris dicuntur correi debendi.*
9 *Sequestrum relaxatur pro executione rei iudicatæ.*
10 *Cautio est medicina sequestri. Limitatur n. 11.*
12 *Censuræ non possunt relaxari cõtra aliquem etiã si contra eum non potest fieri executio, quando adest alius obligatus contra quem exequi potest.*

DECISIO CXVIII.

IN causa Mediolanen. affictus fuit dictum mãdatum suspicionis fugæ relaxatum contra D. Bernardum Quadrantinum, & censuras contra eum fulminatas, neque attentatorum, neq; nullitatis vitio subiacere. Non equidem attentatorum
1 quia cum in vim obligationis Cameralis † à qua
non dabatur appellatio saltem suspensiua fuerit ad ea deuentum iure potuit ante ad earum executionem procedi; Quod maximè dicendum est respe-
2 ctu mandati suspicionis fugæ, ex quo † illud tendit
non ad solutionem, sed assicurationem iudicij Io. Paul. *decis. 171. in causa Catanien.* Neque etiam
3 vt dictum fuit nullitatis. Nam cum † iudici con-
staret de credito Collegij, & executor retulisset se non inuenisse bona æquiualentia credito, relaxa-

uit mandatum *Iaf. in l. si fideiussor §. satisdatum, nu. 12. ff qui satisd. cog. Curt. in l. vnica, quast. 12.*
4 *num. 47. C. de prohib sequestr.* licet autem † ad effectum, vt contra aliquem tanquam de fuga suspectum procedi ad capturam personalem possit, debeat constare de illius deteriorarione post contractum debitum *Bart. in l. si creditores sub num. 1. de priuil credit. Socin. reg 28. 2. Fall. Alex. cons. 19. num. 1. vol. 3.* cum congestis *per Rolan. cons. 65. num 5. lib. 3.* Hoc tamen procedit antequam veniat dies solutionis, quoniam si contra debitorem
5 sit relaxatum mandatum executiuum, † quod vigore Camer. obligat. habet executionem nun secus, ac contra ipsum potest exequi mandatum, & illius vigore capi. Ita etiam vigore mandati su-
6 spicionis fugæ, † quod pro faciliori executione solet relaxari. Nec ad rem pertinet, quod prius
7 excutiendi veniant fideiussores, quia † hæc exceptio non habet locum, vbi quis est obligatus in
8 forma Camer. Quia in ea † fideiussores interuenientes respectu creditoris dicuntur duo rei principaliter, & insolidum obligati, vnde, & insolidum, & principaliter conueniri possunt *Bart. in l. fin. & in l. 2. & l. eadem. ff. de duob. reis Paul. de Castr. in l. sed Iulianus in prin. ff ad Maced. Alex. cons. 29. num. 36. lib. 7. Natt. cons* 52. *Grat. in cons. 87. nu.*
9 25. quæ etiam militant quo ad sequestra, quæ † potuerunt relaxari pro executione rei iudicatæ, & mandati executiui cum versemur in materia, in qua non datur appellatio. Nam tunc non fuit requisitus aliquis timor dilapidationis cum venisset dies debiti, & fuisset liquidatum per relaxationem mādati. Neque locus fuit hoc casu cautioni, quæ
10 † aliâs solet esse medicina sequestri, etenim fuerunt relaxata sequestra pro executione sententiæ,
11 † vel mandati *Iaf in d. l. fideiussor. §. si satisdatum, num. 17. ff. qui satisd. cogan. Gallef. de oblig. Cam. in quæst. post process. num.* 39. cæterum Dominis visum fuit non posse præmissa ab iniustitia excusari quoniam mandatum suspicionis fugæ, & sequestra inde subsequuta fuerunt relaxata pro pensione præsentis anni 1583. cuius tamen exactio erat fundata pro termino decurso de anno 1582. pro quo D. Bernardus non erat obligatus cum de an. 1583 24. Martij. Francisco Mariæ Caluo conductori prædij Mirefolæ fideiussor principaliter, & in solidum accessisset tantum pro solutione pensionum in posterum decurrendarum non autem præteritarum.

Quod etiam respectu censurarum procedit attenta resolutione Congregationis Concilij, cuius copia data fuit, Quia quando duo sunt insolidum
12 obligati in forma Cameræ pro eodem debito etiam quod contra vnum tantum possit deueniri ad executionem realem, & personalem contra alterum, contra quem non potest fieri executio realis, vel personalis non possunt ad instantiam creditoris in subsidium relaxari censuræ. Ex quibus concluserunt præmissa omnia esse reuocanda, ita tamen, quod inde non præstetur impedimentum quo minus interim non possit negocium principale cognosci,



R. P. D. CAVALERIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Terracinen. Molendini.

2. *Maij* 1608.

SVMMARIVM.

1 *Clausula arbitrio intelligitur prout de iure.*
2 *Transactio oblig. Cam. vallata habet executionē paratam.*
3 *Consanguineorum præsentia à statuto requisita quomodo probetur non potuisse interuenire.*
4 *Transactionis causa est recessus à lite, vel litis timor.*
5 *Euictio debetur de natura diuisionis.*
6 *Transactio de sui natura habet executionem paratam.*

DECISIO CXIX.

NON censuerunt Domini intrare arbitrium ad effectum retardandi executionem tran-
1 sactionis, cum enim † clausula arbitrio intelligatur prout de iure. *Bart. in extrauag. ad reprimend. in ver b. videbitur Cas de Grass. decis. 8. num. 2. de re*
2 *iud.* & aliâs fuit in Rota resolutum, † de iure transactio solemnis, & valida, & obligatione Camerali vallata habet executionem paratam.

Nec dicebant obstare prætensas nullitates exaduerso deductas, & primo dum dicebatur non apparere instrum. fuisse celebratum post horam 14. sub qua fuerat citatus D. Pompeus de Maximis, quia placebat responsio, non esse verisimile quod iudex deueniret ad dationē curatoris, loco D. Pōpei, nisi verè transacta fuisset illa hora, & in instrumento fuit inserta dicta citatio, & expresse illum non curasse interuenire.

Minus dicebant obstare, quòd essent alij consan-
3 guinei † qui potuissent interuenire iuxta dispositionem Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. quia D. Prosper non probauit quòd adessent tales consanguinei, & quod possent interuenire eo tempore *Castr. cons. 124. nu. 2. vers. ad hoc lib. 1. Aebil. decis. 4. de presumpt.*

Neque visum fuit obstare defectum causæ alle-
4 gatum, quia recessus † à lite sufficit pro causa trāsactionis *Bero. cons. 109. num. 7. &* 8. & solus timor litis est causa sufficiens ad transigendum *l. cum proponas C. de transact. lib. 1. ff. de eodem Mohed. decis. 1. eodem tit.*

Ad allegatam verò læsionem ex capite quod D. Prosper promiserit soluere quolibet anno rubra 30. frumenti, & nihilominus non fuerat condemnatus in sententia Illustris. D. Seraphini, nisi ad rubra 20. tantùm, respondebatur quod in dicta sententia fuit facta reductio prædicta ad rubra 20. cum reseruatione Petro melius coadiuuandi suas probationes, & præcesserat liquidatio D. Orani in rubris 37. annuis cum dimidio.

Tandem ad aliud caput prætensæ læsionis dum dicebat D. Prosperum se obligare, quod homines Roccæ Gurghæ accederent ad Molendinum Magentiæ, aliàs ipse Prosper teneretur de suo, respondebatur, quod cum in diuisione Castrorum, alias facta inter Dominos Petrum, & Antonium autho-
res

res DD. Alexandri & Prosperi pro adæquatione
partium fuisset conuentum, quòd homines Rocchę
Gurghæ irent ad Molendinum ad dictũ Magentiæ,
vt dictum fuit *coram Gipsio.27. Maij* 1588. ijs non
contentus non est absurdum quod D Prosper se
obligauerit ad interesse tanquam si hoc assigna-
5 mentum esset euictum. De natura † enim diuisio-
nis est, vt debeatur euictio etiam non promissa
*l. si familia cum ibi not. ff famil. hercisc. l. si fratres
vbi Bart. C. comm. vtriusque iud. Alex. cons.* 30.
nu. 7. *lib. Rom. cons.* 457. *nu.* 2. *post. med. vers.* 2.
quia ex decisione. Socin. Iun. consil. 119. *num.* 14.
lib. 3.
6 Ex quibus cum transactio † de sui natura habeat
executionem paratam *l. non minorem C. de
transact.* maximè quando adest obligatio Camer.
& cum exceptio prætensæ læsionis sit turbida, &
requirat altiorem indaginem fuit conclusum, non
esse locum arbitrio.

R. P. D. PENIA.

Romana Attentatorum.

4. *Iulij* 1601.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua non datur stante guaranti-
gia.*
2 *Attentata cessant quoties appellans redijt ad iu-
dicem à quo.*
3 *Inhibitio non respicit præterita, sed futura.*
4 *Inhibitione Rotali executa omnia gesta sunt
attentata.*
5 *Inhibitionis Rotalis dubia declaratio ad Rotam
tantùm spectat.*
6 *A. C. est iudex priuatiue, quoad alios quoad
guarantigiam, & num.* 7.

DECISIO CXX.

AD dubium vtraque parte informante propo-
situm, an constaret de attentatis, quæ veni-
rent reuocanda, Rota non constare censuit.
Nam quantum ad primum mandatum cum
solutione subsecuta non aderat, cum ante appella-
tionem mandatum fuisset relaxatum, licet post
1 appellationem facta fuisset executio, & solutio † &
ex quo aderat oblig. in form. guarantigiæ non
debeatur appellatio ad effectum suspensiuum
c. non solum §. 1. *vers. ex istis casibus de appell.
lib.* 6. *Rolan. cons.* 77. *nu.* 20. *lib.* 2. *Afflict. decis.* 269.
incipiens iudices inferiores. Lancell. de attent. p. 2.
c. 12. *lim.* 25. *num.* 30 *vers. & ratio.*
Præterea hic post appellationem cum refutato-
rijs fuit facta citatio ad dicendum contra iura, &
pro D. Alex. fuit comparitum, & petitum iura-
2 mentum calumniæ, † per quem actum videbantur
cessare attentata *Lancell. de attent. p.* 2. *num.* 20.
de attent. post in lib. limit. 15. *nu.* 5. *vers. quibus
adde, Peregrin. decis.* 237. *incip. in causa Luneñ.
lib.* 2.
3 Neque obstat inhibitio rotalis, † quia fuit pos-
terior, & inhibitio non respicit præterita, sed futura,
Feder. cons. 300, factum tale est debitor *Lancell.
par.* 2. *cap.* 20. *de attent. post in lib. in præfat.
num.* 14.
Circa secundum mandatum obtentum post
inhibitionem rotalem non tamen executum Rota
4 non dubitat gesta † ab A. C. post inhibitionem
rotalem fuisse attentata, si de facultatibus A. C.
5 esset dubium, quia non † spectabat A. C. declaratio
inhibitionis dubiæ, sed ad Rotam. vt fuit dictum
coram me in causa Rauennateñ. fideicommissi.
6 Cæterum quia in hoc casu † in facultatibus A. C.
erat expressa guarantigia vt A. C. in instrumentis
guarantigiatis possit procedere cum expressa
inhibitione quo ad alios iudices, quibus causa
esset commissa, consequenter inhibitio rotalis non
poterat intelligi quo ad viam executiuam, vt fuit
dictum *coram D. meo Decano in vna Hispaleñ
pensionis, & attentatorum* 24. *Maij* 1568. *& decla-
rat Lancell. de attent. p.* 2. *num.* 2. *de attent. post
inhib limit.* 16. *num.* 2. *in princip.*
Non obstabat quod esset in commissione nar-
ratum, quò ad non fuerat actum vigore oblig.
camer. quia respondebatur in hoc casu non peti
viam executiuam ex oblig. Camer. quæ non
aderat, sed ex forma guarantigiæ, quæ non fuerat
7 in commissione expressa, & † facultates A. C.
non restringuntur ad form. camer. cum amplec-
tantur etiam oblig. in form. guarantigiæ, quæ hic
præiudicabat D. Comiti Alexandro.

R. P. D. LVDOVISIO.

postea fel. rec. Gregorio XV.

Bononien. pecuniaria.

Luna 9. *Iunij* 1603.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias potest fideiubere non solùm pro
extraneo, sed etiam pro Patre, & num.* 2.
3 *Minor pro Patre fideiubens restituitur. Limitatur
num.* 4. *&* 5.
6 *Statutum Bononiæ tollit remedium restitutionis
minoribus adhibitis solemnitatibus in contractu.*
7 *Statutum potest tollere beneficium restitutionis
minoribus.*
8 *Minor non restituitur si fideiussit pro excarcera-
tione Patris, ampliatur num.* 9. *&* 10.
11 *Minor non restituitur aduersus fideiussionem
quando agitur de defensione patris.*
12 *Filius fideiubens pro excarceratione patris exer-
cet officium pietatis.*
13 *Minor, qui fecit actum laudabilem, & pium non
restituitur.*
14 *Minor non restituitur quando fideiussit in casu,
in quo quilibet diligens homo fideiussisset.*
15 *Læsio non præsumitur.*
16 *Iudicis præsentia excludit præsumptionẽ læsionis
& metus num.* 25.
17 *Minor qui vsus fuit iure communi non potest
allegare læsionem.*
18 *Oblig. Camer. non admittit exceptionem requi-
rentem altiorem indaginem.*
19 *Executio si fuit prius petita non suspenditur per
petitionem restitutionis in integrum.*
20 *Minor dicitur læsus eo ipso quod fideiussit.*

21 *Metus reuerentialis probari debet, & non sufficit reuerentia, qua persona debetur num. 22.*
23 *Fideiussio facta pro patre non præsumitur ob nimiam reuerentiam.*
24 *Consanguineorum præsentia excludit suspicionem metus.*

DECISIO CXXI.

DVBITAVI an obligatio Domini Hieronymi sit talis, quæ veniat exequenda, & Domini vnanimi voto fuerũt pro affirmatiua, quia de ea constat publico instrumento oblig. Cam. vallato cui non potest obijci, quod Hieronym. sit
1 filius familias, cum † filius familias possit fideiubere non solum pro extraneo *l. si dubitet §. fin.*
2 *ff. de fideius. l. filius familias C. eod.* sed † etiam pro patre *l. 1. C. de fil. fam. min.* Non obstat quod
3 etiam in casu † in quo minor pro patre fideiubet
4 veniat restituendus *d. l. 1.* quia † restitutio in casu isto cessat propter iuramentum d. Hieronymi *Auth Sacramenta puberum C. si aduers. vendit. gloss. in §. extraneis in verb. omnib. instit. de hered. qualitat. & differen. Bart. & alij in l. si duo patroni §. idem Iulianus C. de iur. iur. in l. stipulandum ff de verb obligat. Soc. cons. 53. num. 19. lib. 4. Aym. cons. 7. num. 3. Gram. cons. ciuil. 31. num. 10 fuit dictum in vna Bononien. dotis 11. Decemb. 1602. coram R. P. D. Ortembergho,* & in terminis fideiussionis tradit *Bal. in d. Auth. sacramenta puberum num. 13. Tiraq. de legib. connub. glos. 5. sub nu. 104.*
5 præsertim † accedẽte etiam renunciatione beneficij restitutionis in integrum, & minor ætat. *Felin. in c. si diligenti n. 15. de for. compet. cum alijs allegat.* Accedit quod D. Hieronymus fideiussit cum solemnitatibus requisitis in contractibus minorum
6 ex forma Statuti Bonon. † quibus adhibitis Statutum tollit remedium restitutionis in integrum, &
7 non est † dubium Statutum posse auferre huiusmodi beneficium *Bart. in l. cum hi §. si eum lis in fin. ff de transact. Aret in l. more sub num. 4. in 1. & 2. conclus. ff. de acquir. hered.* latissime *Odd. de restit. in integ. q. 5. art. 1.* & fuit in terminis huius Statuti decisum in d. Bononien. dotis Domini etiam considerarunt causam fideiussionis, quæ fuit vt liberaret Patrem ab imminentibus executionibus, & periculo, ne carceribus traderetur; vnde
8 sicut † cessat restitutio, quando filius pro excarceratione Patris fideiubet *Alber. in d. l. 1. circ. med. Salic. num. 4. Paul. de Castr. num. 2. in fin. Corn. circ. princip. C. de fil. fam. min. Affict. super const.*
9 *Reg. lib. 2. rub. 38. sub num. 18.* quod † procedit etiam quando Pater est in carceribus pro debito *Paul de Cast. cons. 52. circ. fin. par. 2.* Ita est dicen-
10 dum non esse locum restitutioni quando filius † fideiubet ad effectum, ne pater carceretur, vt bene deducunt informantes, & sensit *Rota in vna Romana exhæredationis de Vitellis corã Cãtuccio 14.*
11 *Maij* 1578. facit, quia vbi † de defensione Patris agitur minor non restituitur aduersus fideiussionem per ipsum præstitam *glos. in l. exigendi in verbo condemnatione vers. vel melius dic. C. de procur.* quam sequitur ibi *Salic. sub num. 14. vers. & ad id,* quod de restitutione dicebat, facit etiam
12 ratio, quam assignat *Aret. in d. l. 1.* quia † filius fideiubens pro excarceratione patris dicitur exercere officium pietatis, viget in fideiubente ad im-
13 pediendum, ne pater carceretur: quando † autem minor fecit actum laudabilem, & pium excluditur à beneficio restitutionis *Bal. in l. 1. C. ad l. falcid.* latè *Odd. de restit. in integr. quæst. 23. art 12.* dicitur enim fideiubere in casu, in quo quilibet dili-
14 gens homo fideiussisset † quo casu non restituitur vt per *Corn. in d. l. 1.* probat *text. in dict. l. final. C. de restit. in integr.*

Non obstant, quæ de enormissima læsione alle-
15 gantur, † quia non præsumitur, & est probanda *Bar. & alij in l. nam & postea §. si minor ff. de iur. iur. Gozad. cons. 44. num. 8.* & quidem clarè, & manifestè *Abb. in c. 1. in 2. notab. de restit. in integr. Dec. cons. 474. num. 11.* præsertim in casu isto, in
16 quo D. Hieronymus fideiussit coram iudice † cuius præsentia excludit læsionem *Ang. cons. 114. nu. 2. Dec. in l. singularia sub num. 13. ff. si cert. petat.* & stante causa supradicta fideiussionis non potest
17 allegari læsio † quia vsus fuit iure communi, vt per *Paul. de Castr. d. consil. 52. in fin.* & in omnem
18 euentum hoc requirit altiorem indaginem, & † propterea prætensa restitutio non debet retardare executionem obligationis cameralis, vt fuit dictũ in *Romana executionis de Anguillaria 6. Martij 1572. coram bo. me. Orano, in Romana executionis oblig. camer. 2. April. 1593. coram R. P. D. meo Penia*
19 & eo minus † quia fuit præuentum in petitione executionis *Paul. de Castr. in auth. quæ supplicatio num. 3. vers. vel dic melius C. de precib. imper. offer. Pet. dec. 225. lib. 2. Cæsar. de Graff. decis. 1.*
20 *num. 14. de restit. in integr.* & licet minor † dicatur læsus eo ipso quod fideiussit *Socc. cons. 47. nu. 7. lib. 4.* & fuit dictum in *Anconitana Dotis coram R. P. D. meo Lancellotto:* tamen læsio, quæ ex hoc tantùm deducitur non est enormis, & minus enormissima. Minus faciunt quæ dicuntur de metu
21 reuerentiali, † quia probari debet *Bald. cons. 62. sub. nu. 1. Socc. cons. 263. sub. nu. 3. Aym. cons. 115.*
22 *num. 13.* sola † enim reuerentia, quæ personæ debetur non sufficit ad probandum metum secundum communem, de qua *Felin. in c. causam il 1. num. 3. vers. tum his non obstantibus de offic. deleg.*
23 *Caputaq. decis. 159. num. 34.* & † quod non præsumatur fideiussio facta fauore patris ob nimiam reuerentiam, nisi probetur tradit *Bald. in l. filius familias C. de fideiuss.* & multò minus in casu isto propter præsentiam consanguineorum
24 qui obligationi interuenerunt, † quæ excludit omnem suspicionem metus *l. transactionem vbi Ias. num. 1. C. de transact. Bart. in l. frater à fratre num. 151. ff. de cond. indebit. Dec. cons. 232. nu. 3. Marsil sing 407. Ruin. cons. 170. post nu. 17. lib. 1. Aym. cons. 114. num. 3.* & pariter propter
25 præsentiam, & decretum iudicis † propter quod cessat omnis præsumptio metus *Bart. in l. 1. sub. num. 4. C. de præd. decur. lib. 10. Ias. vbi supra Paris. cons. 10. num. 53. lib. 1. Ruin. cons. 122. num. 12. lib. 4. Aym. vbi sup num. 2.* Alia bene tolluntur per informantes, & propterea conclusum fuit pro executione.

R. P. D. LVDOVISIO.

Postea fel. rec. Greg. XV.

Bononien census, seu attentatorum.

Luna 10. Decemb. 1607.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non dicuntur, quoties causa sunt diuersa.*
2 *Causa dicitur diuersa, quando agitur de fructib. diuersi termini num. 3.*
4 *Obligationes, & debita tot sunt, quod termini.*
5 *Clausula vnà cum toto negocio principali quomodo intelligatur, & per eam non censetur auocatum iudicium executiuum num. 6.*
7 *Cameralis obligationis executio non comprehenditur sub clausulis generalibus, sed requiritur specialis expressio.*

DECISIO CXXII.

PENDENTE in Rota coram me causa appellationis à mandato Aud. Cam. ad fauorem Dominorum de Duratijs contra Albertum Balzanum relaxato pro solutione quorundam fructuũ census, & renouatione cedulę bancharię, egerunt Duratij coram A.C. pro alijs terminis fructuum dicti census, quorum dies cessit post relaxationem prædicti mandati, & pro quibus obtinuerunt aliud mandatum, quo Balzanus dicebat attentatum, vt obtentum post quam causa erat per appellationem in Rota introducta; sed Domini vtraque informante contrarium resoluerunt. Fun-
1 damentum fuit ex diuersitate † causarum; quo stante non est locus attentati *Aegyd. Bellam. cons. 18. sub n. 3. vers. sine contrarijs & nu. 4. Soc. cons. 45. sub nu. 5. vers. quibus suppositis lib. 1. cum alijs cumulatis per Lanell. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 2. num.* 13. & multis sequentibus casu autem diuersa est, non solum quatenus in primo iudicio actum est de renouatione cedulæ, in vltimo autem de solutione censuum; sed etiam quatenus in
2 primo iudicio † fuit actum ad solutionem fructuum post quam sunt diuersi termini fructuum ab ijs, qui in vltimo iudicio fuerunt deducti, vt post *Bald. in l. non potest. ff. de iudic. tradit. Gabr. cons.* 42. *num.* 18. *lib.* 1. *bene Ias. cons. 9. num. 4. & 5. lib.* 1. & propterea dicit Lancell. *vbi supra sub. num.* 17. fuisse in Rota resolutum in vna Bononien. pecu-
3 niaria non fuisse attentatam † sententiam super certa summa Bononiæ latam per Iudicem, à quo pendente appellatione in Rota super alia summa, licet ageretur inter easdem personas. Facit quia
4 tot † sunt obligationes, & debita, quot termini *l. scire debemus in princip. ff. de verb. oblig. Ias. d. cons. 9. num. 4. in fin. Put. decis. 159. lib. 1. Mohed. decis. 4. de præscript.*

Non obstat clausula vna cum toto negocio &c.
5 † & aliæ ponderatæ ab informantibus pro parte Balzani, quia omnes intelliguntur de, & circa causam, & actionem intentatam super qua fuit pronunciatum, & commissa causa appellationis,
6 aut saltem per eas † non potest dici auocatum iudicium executiuum, quo ad terminos deducen-
7 dos ab A. C. cum præsertim † facultas exequendi obligationes Camer. non veniat sub clausulis generalibus, sed requirat specialem expressionem.

Non obstat *decisio Caesaraugustana pecuniaria de Maella, 15 Iunij 1601. coram Illustriss. Card. Pamphilio*, quia cum in eadem causa fuisset allegata coram *R. P. D meo Coccino. 31. Ianuari 1603.* Rota de eadem dubitauit, & ordinauit, vt videretur de bono iure.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Romana fideiussionis Nauarræ.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio, & acceptatio* Notarij *nomine absentis ipsi absenti acquirit ius absque ratificatione. contrarium nu. 3. concordantur istæ opin. nu 22.*
2 *Stipulatio* Notarij *acquirit absenti ciuilem actionem absque cessione etiam ante ratificationem secundum aliquos hic enumeratos.*
4 *Debitor soluens negociorum gestori creditoris non liberatur, nec dominium rei soluta acquiritur, nisi secuta ratihabitione.*
5 *Notarius est persona publica, & quare nu. 6.*
7 *Notarius non potest conficere instrumentum de eo, quod ipse fecit.*
8 *Notarius non debet substinere personam rogati, & rogantis.*
9 *Notarius à partibus est rogandus.*
10 *Notarius stipulans, & acceptans nomine absentis non potest ei acquirere, nisi tamquàm negociorum gestor.*
11 *Consensus vtriusq; debet interuenir: in donationibus, & alijs contractibus, num. 12.*
13 *Donatio est contractus.*
14 *Notarij stipulatio nedũ acquirit irreuocabiliter, sed nec reuocabiliter nisi scienti, & consentienti.*
15 *Contractus non perficitur nisi ex interuentu consensus vtriusque partis.*
16 *Notarij acceptatio supplet absentis consensum. contrarium num. 18*
17 *Notarius tanquam persona publica potest parte absenti acquirere, si acceptat.*
19 *Census est quid intrinsecum, & ab animo dependens.*
20 *Ea quæ sunt voluntatis non separãtur à persona.*
21 *Serui stipulatio acquirit domino etiam inuito, & contradicenti.*
23 *Disposita de impuberibus non trahuntur ad alias personas.*
24 *Notarius persona publica, non seruus publicus dicitur.*
25 *Seruus numeratur inter personas, quæ nobis acquirunt.*

DECISIO XXIII.

MAGNA est inter DD. contentio, an per stipulationem, & acceptationem Notarij nomine absentis in donationibus, obligationibus,
1 & alijs dispositionibus factam † ius acquiratur absenti absque ipsius ratificatione. Et partem affirmatiuam tenuerunt *Glos. Guil. Cyn. Barto. Alber. Salic. Angel. Oldrad. Fulgos. Io. de Plat. Ang. Aret. Alex. Franc. Aret. Corn. Guidopap. Soc.*

Soc. Dec. Iacob. à S. Georgio Roman. Bertran. Afflict. Cozzad. Paris. Capic. Euerard. Grammat. Io. de Amic Crauett. & Soc. Iun relati à Tiraquel. in tract. de constit. possess. in 30. limit. num. 23. quibus addi possunt Ias. Rip. Rub. Alexan. Bald. Alex. Cassana. Syluan. Nenizan. & Roland. à Vall. quos recenset Cacher. decis. 32. ex processu nu. 4. cũ seq. possent & alij quamplurimi adiungi, quos breuitatis causa omissos facimus, & hanc esse cummunem, & magis communem, veram, receptissimam, & indubitatam conclusionem, quotidianum vsum, & vniuersalem consuetudinem, practicam, & obseruationem totius orbis eamq. in decisiuis seruari, & pro ea iudicatum fuisse, & ab ea in consulendo, & iudicando discedendum non esse testantur Alberic. Salic. Bald. Anchar. Bertr. Afflict. Paris. & Roc. relati à Tiraquell. in d. 30. limit num 23. & istam veram, & communiorem conclusionem. & opinionem in consulendo, & iudicando seruandam fatentur vltra citatos Rub. Alex. cons 117. num. 3. & seq. Tiraquell d. limit 30. num. 23. in fin. Syluan. cons. 22. num. 12. Rolan. cons. 19 num. 17. lib. 1. & Cacher d decis. 32. nu. 8. in fin. & hoc idem passim vbique DD. testatur: quinimmo adsunt plerique qui nominatim, &
2 expresse sentiunt † per stipulationem, & acceptationem Notarij acquiri absenti ciuilem actionem absque cessione etiam ante ratificationem; isti namq. fuerunt Corn. cons. 50. cum in hac consultatione sub. nu. 7. lib. 1. & cons. 21. viso sumpto nu. 3. lib. 4. Bertran. cons 156 ex themate num. 5. in fin. lib. 1. Rub. Alexan. cons. 117. præsupponitur in facto num. 2. Paris. cons. 69. D. Ambrosius num. 136. & 148. lib. 3. late Ruin. cons. 119 primo per ordinem num. 7. & 8. cons. 126 primo videndum est nu. 10. & cons. 172 non est dubium num. 15. & 16. lib. 1. latius cons 47. visis & intellectis nu. 2 & 3. lib. 5. vbi contrariam sententiam semper sibi visam fuisse somnium asseuerat Soc. Iun. cons. 118. visis instrumentis num. 14. lib 2. consil 67. pro habendis nu. 9. & cons. 127. viso instrumento donationis num 8. & seq lib. 3. Io: Caph d. cons. 33. ex donatione nu. 8. lib. 1. latissime Rolan. à Valle cons. 19. facta fuit donatio per totum lib. 1. Philip. Port. Imolen. cons. 179. ex facto ponitur num. 28. Iul. Clar. lib. 4. recept. senten. §. donatio q. 13. vers. tertius casus, & diffuse Cacheran. d. decis. 32. per tot. & hanc sententiã in his proprijs terminis in quibus communem esse apost. ad Dec. in l. contractus nu. 22 ff. de reg. iur. Cæterum argumenta multa, & quidem varia afferuntur à mox citatis authoribus, & præcipuè à Rub. Ruin. & Alex Io. Cæfal. & Rolan. à Val. in præd. cons. & ab Alciat. in c. cum contingat, num. 324. cum duobus seqq. nititur autem potissimum hæc opinio prima ex l. 3. & 4. ff. rem pupil. sal. for. l. non aliter, siue l nec. num. ff. de adopt. §. cum Instit. eo. l 2. C. eo. & l. 1 §. exigere ff de magist. conuenien. inducendo eas, prout per Doct. prædictos & præcipuè Ruin. in præstatis consilijs, vt per Rolan. d. cons. 19. num. 16. versic. & primo moueor.

Secundo ex l. absenti in fi ff. de donat. inducendo eam vt per Rub. Alex d. cons. 117. num. 3. & per Roland. d. cons. 19. vers. tertio probat parte.

Tertio, & vltimo ex doctrina Bart. & aliorum in l. stipulatio ista §. si stipuler. de action. & oblig. inducendo eam vt per Ruin. in prædictis consilijs, & per Roland. d. cons. 19. nu. 16. ver. 4. facit.

His tamen minime aduersantibus pro negatiua
3 contraria parte tam † de iure veriori, & re vera magis communi absq; dubio concludendum censeo, & hanc sententiam expresse tenuit Paul. de Castr. cons. 165. visis his quæ narrantur in 2 dubio num. 2. vers. ad quod breuiter lib. 2. & cons. 171. in casu præsenti visis omnibus de quibus supra n. 1. vers sed si non apparet eodem lib 2. & in l. illud n. 6. vers. vltimo allegat. C. de sacros. eccles. idem voluit Bar. in fortior. termin. in l. quarta § hoc autem iudicium num. 3. in fi. vers. credo tamen quod non habeat ff. de damno infect Bald. hoc idem sentit in l. nec ei §. satisdatio sub. num. 9. in 6. quæstione ff de adopt. quem ad id Dec. allegat, & adducit in l. contractus nu. 16 ff. de reg. iur. & sentit idem Bald cons. 200. verba viri col. 1. num. 2 ante fin. vers. vel melius dicendum est lib. 2. sed clarius hanc sententiam tenet idem Bald. in l. Pomponius §. 1. vers. tene menti hanc glosam ff. de procur. & in l. si absentis col. 2. num. 5. in fin. ver. & ideo si tabellio C. si cert. pet. Alber. in l. illud col. 1. sub n. 20. C. de Sacros. eccles. & in l nec enim col. 1 n. 3. vers. non obstat absentia, vbi refert hoc idem ibi tenuisse And. de Pisis, Guillel. de Cun & nonnullos alios Salic. in l. Caius num. 2. propè fin. vers. Alij concordant opiniones ff. de vsur. Andr. Barbat. in addit. ad Bal. in l. si absentibus col. 2. num. 5. verb. Tabellio C. si cert petat. Corn. cons. 50. videtur in hac consultatione col. 1. num. 4. vers. item illud quod hic dicitur lib. 2. huius quoque sententiæ fuit Ioan. And. in addit. incip. Petr. de Cemoslis in fin. Angel. cons. 73 differo vers. non obstat Soc. in l. 1. § si iusserim num. 11. ff. de acquir. possess. & cons. 53. viso instrumento col. pen. num. 22. lib. 4. Aret. cons. 95 Respond. in fin. Dec. in l. certi conditio § si nummos num. 2 ff. si cert. petat. in l. 1. num. 22. C. de pact in d. l contractus num. 16. vers. & ampliatur, & num. 22 & 23. & in l. quæ tutela §. nec paciscendo num. 3. de reg iur. cons. 126. Magister Ioannes nu. 7 vers. 2. specialiter, & nu. 8. cons. 247. in causa magistri Baronis num. 5. vers. 5. idem suadetur cons 432. cum sit quod Almericus in fin. cons. 586 in causa quæ Mantuæ num. 12. vers. non obstat si dicatur, & num. 13. & 14. cons. 398. visis his, quæ accuratè in fin. & cons. 661. in casu de quo dubitare contingit nu. 11. & 12. Cass. cons. 7. visis themate num 42. & 43. Curt. Iun. cons. 52. circa controuersiam num. 13. & cons. 55. pro habenda num. 9. & 10. & cons. 120 præsupponitur in facto sub num. 4. Rub. Alex. cons. 132. præsupponitur in testamento num. 2. & in l. non solum § morte nu. 7. & 49. ff. de nou. op. nunc. Affl. post And de Isern. in Constitut. Regn. lib. 1. tit. de fer. & sal. iudic. & not. num. 43. vers. sed. Andr de Isern. Cagnol. in l. quod tutela §. nec paciscendo num. 2. & in l. librarius num. 63. & in l. siue rem num. 18. ff de reg. iur. & in l. fin. num. 273. C. de pact. Soc. Iun. cons. 126 in causa banni num. 12. 13. & 14 lib 2. Galiau. in rub. ff de verb. obl. num. 84. Gozad. cons. 14. prima facie videtur nu. 8. Ruin. cons. 121. prima donatio nu. 3. & 8. cons. 174. consideratis, & ponderatis nu. 1. & 5. cons. 180. ad hunc de viribus num. 16.

num.16 lib.1. Paris. cons. 77. subscripsi per totum lib.1.& cons.12.trāsactio num.100.lib.2.Bertran. cons.178.quia difficultas num.13.lib.1.cons 29.visis testamentis num. 7.lib.2. in 2. parte cons. 304. donatio n.3.lib3.in 1.par.& cōs.105.ex actis causa num.5.lib 5.Grat.cons. 12. contra quamplures nu. 4.lib.1.cons.67.& si prima fronte num.14.cum seq. cons.94 in causa excellentissimi domini num.10 & cons.127. & si hic casus decidatur num. 19. 20.& 21.eod.in lib.1.Alciat.in lib. 2.§. ex his ff.de verb. oblig.& in cap.cum contingat num.327. vsque ad nu.332.extra de iureiur.lib.3. Parerg.cap.13.circa medium vers. caeterum ex Ciceronis verbis: cons. 3. tam diligenter num. 12.& 13.cons. 27. renunciatio hareditatis num. 6.cons. 29. aduersus istam donationem nu. 7. vsque ad 12. vbi multipliciter hanc conclus.ampliat cons.98.difficultas praesentis controuersia num. 2. vsque ad 6. vers.probo sententiam nu. 3.4.5.& 6.lib.8.tom.3. & cons.119. circa fideicommissum nu.23.24.& 25.lib.9.tom.3. Sylua.cons. 12. iustissime iudex in fin.a post.ad cons.Alex.in cons.31.viso themate col.pen.num.16. lib.6.magis cōmunē dicit Andr. ab Exea in tract. de pact.num. 118.& num. 210 Tiraq.in tract.de const.possess. in 8.par.limit 30. num. 8.& num.64. & 65.Didac. Couar.in rub.de testam.in 3 par.nu, 13. vers. est tamen necessaria eo. lib. 1. var. resol. cap.14.num 12. vers.in alys tamen casibus Plot.in repetit. l. si quando nu. 12.C.vnde vi, ponderans pro hac sententia *Gomes.Rip. Roc. de Curt. in locis per eum citatis Rimin.iun in rub. num. 14.instit. de donat.Bal.in §. 1.cart. 237.vers. & si tabellio nostro nomine Instit. eod. tit.de donat. Natt. cons. 253.quedam D. Anna num. 5.& latius cons. 315. in causa vertente num. 1. lib. 2. Iacob. Mandell. cons.36.articulus praesentis casus nu.1. & cons.97. in casu proposito num. 8. Augustin. Bero. cons. 4. n. 34.46.& 57.lib.1.& cons.108.in causa duarum num.8 lib.3.Francisc Viu. in tract. commun.opin. lib.1.opin. 211.donationem stipulans, & opin.541. cart 97. Notarius passim vers. & huic nota.eod. lib.1.Emanuel.Suar.in Thesaur.recept. sentent.in verbo Notarius aliter & Io.Ancaran. in suis qq. familiar.quest.23.nu.13.cum sequen. lib. 2.* & hæc est communis opinio de qua testatur *Cagnol.in d. l. qua tutela §. nec paciscendo vers. dicas istam esse, & idem Cagnol.* hanc communem fatetur in *d. l. fin. num.273.vers. aduertendum est C.de pact.* & istam quoque communem asseruerat *Alciat.in c. cum contingat num. 331. vers. ex quibus apparet extra de iure iur.* & etiam magis communem esse affirmat idem *Alciat. d.cons.98.num.3.lib.8.tom.3.* & veram, & communem eam esse affirmat idem *Alciat. cons.112.vers. sententiam num. 5.eod.lib 8.* hanc etiam communem dicunt *Franc Viu. Riminal. Emanuel. Suarez, & Ioan. Anchar.in loc. citatis*; Immo hanc opinionem hodie crebriorem & magis communem inquiunt *Apostill. ad cons. Alex. in d.cons. 31. num.16.in fin. lib.6. Mandell. d. cons. 36. num. 8.* & etiam veram esse, & frequentiori calculo probari asserit *Couar. in d.rub. de testam. in 3. par.n.13. circa medium vers.quia Bal.* illamq. veriorem esse concludit *Gallian. in d. rub. ff. de verb.oblig.in 12.conclus. num.197.vers. ideo opus est procedere*, & eam verissimam esse semper sibi visam fuisse asserit *Tiraquell. in tract. de constit. possess.in 3.limit.num.68. in fin.* & ab ea recedendo fatuum esse inquit *Viu. d. opin. 211. post medium*: & eam communem; & totum mundum illam obseruare asserit *Cagnol. in d. l.si librarius num. 63.ff. de reg. iur.*

Addendi sunt nonnulli alij eandem sententiam expresse tenentes. Isti autem sunt *Vinc. Hercul. consil.899. quædam D. Virgilia post princ. consil. 927.* visa, & diligenter considerata quę *consil. sunt apud me manuscripta: Ant. Galles.in tract ad for.Cam.oblig. in 5.par.q. 3.in prin. num.1.* dicens hanc esse communem & veram conclusionem. *Nicolaus Moronus in tract. de caut. de non offenden. c. 51. num. 13.* asserens hanc esse communem traditionem *Imol.in c.potuit col.pen.num.68 post. med. vers. interdum autem*, quæ est sui iuris, ibi sed venit quætendum secuta demum ratificatione *ex. de locat. & conduct. Marcambr. cons. 94. pro resolutione dubij num.3.& seqq.* asserens hanc esse communem sententiam *Bart. Bertaz. consil.95. difficultas huius quaestionis num. 4. Syluan cons. 96. conuerso in sententia nu. 8. inter cons. crimin. diuers. lib. 2. nuper impress.* & omnium latissime in vtramque partem examinat, & tandem ratificationem requiri concludit, & affirmat *Andr. ab Exea in tract. de pact. nu. 107. vsque ad nu. 110. Boss in sua pract. crimin.tit de pact. num.27.in fin.* asserens ita se in practica seruatum vidisse.

Probatur autem hæc sententia ex multis præcipuè ex infrascriptis, quæ potiora videntur.

Primò ex *l. si ego*, quæ aliàs incipit si hac autem
4 *ff.de negoc.gest.* vbi † debitor soluens negociorum gestori creditoris non liberatur, nec dominium rei solutæ creditori acquiritur, nisi ratihabitione sequuta, ita in casu præsenti notarius acceptans donationem nomine Donatarij absentis eius negocium gerit, ideoq. rei donatæ dominium non acquiritur, nisi ratihabitione sequuta.

Non obstat si dixeris illam legem loqui de persona priuata, & propterea non posse intelligi de
5 Notario, † quæ est persona publica, vt post alios multa tradit *Tiraquell. de constit. possess. limit 30.*
6 *num. 27.* Quia respondetur † quod Notarius est persona publica, quia gerit officium publicum, quod versatur in scribendo, & redigendo in scriptis quod inter alios fit vt post *Innocentium in c. quoniam contra de probat. tradit Bal. in l. 1. colum. 4. vers. hoc. num. patet in tabellione C. per quas person. nob. acquir. sequitur* Tiraqu. *d. limt. 30. num. 40.* & hinc est notarius non potest
7 conficere instrum.de eo, quod ipse fecit *l. exemplo C. de probat. l.in inter cartulas C. de connen. fisc. debit. lib. 10.* alioquin sequeretur illud absurdum
8 vt † notarius substineret personam rogantis, & rogati, & rogantis partis & rogati notarij. Cum
9 certi iuris sit † notarium à partibus rogandum esse, vt fidem faciat, vt probatur in *§. nos autem, & ibi glos.verb.iungatur.authen.de tabell. Tiraquell. d.limit. 30 num. 39. cum concord.* & propterea nulla est voluntas notarij cum contrahente, nec contrahentis cum notario quoad acquisitionem, vt post *Bart. Bal. Alber. & alios tradit Tiraquell. d.limit. 30. num. 78.* & in proprijs terminis, vt
10 notarius † stipulans, & acceptans nomine absen-

t.s

tis non possit ei acquirere, nisi tamquam negocio-
rum gestor, & sic tamquam persona priuata tradit
exprcsaè *Bero.cons.4.num.35.in fin.lib.1.*

Secundò pro hac opinione secundum *Alciat. in
d.cap.cum contingat num.337.* est casus in *l.in om-*
11 *nibus rebus ff.de action & oblig.* vbi † in contra-
ctibus, per duos dominium transfertur, & donario
vtriusque contrahentis consensua interuenire de-
bet, alioquin non valent, nec vllum sortiuntur ef-
fectum.

Tertiò faciunt pulcra exempla relata ab *Alcia-
to in d.c.cum contingat nu.328.cum seq.*

Quarto, & vltimo adducitur hæc ratio; nam ad
12 veram perfectionem contractus † necessario inter-
uenire debet consensus vtriusque contrahentis, &
si non eodem tempore, saltim diuerso, vt habetur
*in l.1. & ibi omnes notant ff. de pact. probatur in l.
consensus ff.de action.& oblig.& in l.si stipuler §.
fin.ff de verbor.oblig.in princ.instit.de oblig.qua ex
consens. nasc.& tradunt omnes in l.1.ff. de verb.
oblig.*

13 At † donatio est contractus *l.si quis donationis
C.quod met.caus.l.si quis emptionis in princ. C.de
præscript.30.annor in l.fin.§.1 C.de bon. qua lib.l.
fin.C.de pact.vbi glos. Bart.Bald. Fulgos. Castrens.
Salic. Alexand.Rimin.Iun.in rub.Instit.de donat.
num.17.*

Non obstat in primis ex mente *Rol. à Vall.cons.
19.num.18. vers.& dum partibus*, si dicatur hanc
rationem procedere quoad acquisitionē irreuoca-
bilem, num per ratihabitionem absentis reuoca-
bilis efficiatur irreuocabilis, vt voluit *Riminal.
cons.119.nu.8.vers non est volum.1.Bald cons.126.
primo videndum nu.10.vers non est etiam verum
lib.1.* Quia dupliciter respondetur.

14 Primo negando absenti per † stipulationem No-
tarij acquiri reuocabiliter, cum non solum irreuo-
cabiliter, sed nec reuocabiliter acquiratur absenti,
vt tradit *Paul.de Castr.d.cons 171.*& sequitur *Dec.
d.cons.226.Bero.d.cons.4. vers. & ad propositum
optime facit lib.1.*

Secundo respondetur ratihabitionem absentis
operari effectum irreuocabilitatis acquisitionis,
sed tamen negari non potest, quin etiam operetur
alium effectum, scilicet perfectionis contractus,
15 † qui non perficitur, nisi ex interuentu consensus
vtriusque contrahentis, vt supra diximus, & ita
absentis ratihabitio duos simul operatur effectus,
alter est, quia acquisitionem, quæ reuocabilis erat
irreuocabilem efficit, alter vero, quia contractum
perficit qui prius erat imperfectus ob defectum
consensus absentis.

Secundò non obstat, si pro responsione huius ra-
tionis ex mente *Rolan.à Vall.d.cons.19.numer.28.*
16 dixeris † per acceptationem Notarij suppleri cō-
sensum absentis per ea, quæ tradit *Bal. in l. per di-
uersas in 14.q nu.18. C. de mandat.* vbi inquit ces-
sionem non posse fieri absenti, quia in ea requiritur
consensus cedentis, & cessionarii, sicut in qualibet
alia acquisitione, vbi est necessaria præsentia; ta-
mē per acceptationem Notarij tamquam publicæ
personæ acquiritur cessio cessionario absenti ipso
iure. Nam respondetur Bald.ibi non dicere per ac-
ceptationem Notarij suppleri consensum partis
absentis; sed cessionario absenti per acceptationē
Notarij tamquam publicæ personæ acquiri cessio-
nem ipso iure, & sic *Bald.* loquitur de acquisitione,
non autem de consensu, vel eius suppletione;
17 inter quæ duo maxima est differentia: Nam † No-
tarius cum sit persona publica potest parti absenti
acquirere si eius nomine acceptet, & ita acquisi-
tio est in suspensa, donec pars absens per ratifica-
tionem præstet consensum, & contractum perfi-
18 ciat, non † tamen Notarius per eius acceptationē
potest supplere consensum absentis; ita vt contra-
ctus dicatur perfectus, & loco consensus partis ab-
sentis sufficiat acceptatio Notarij, quia id est im-
possibile, si enim contractus necessario pro sua sub-
stantia requirit vtriusque contrahentis consensū,
vt supra dictum fuit: impossibile est illum suppleri
19 per acceptationem Notarij: quippe † consensus
est quid intrinsecum, & occultum, & ab animo no-
stro dependens, ideoque non potest ab alio præsta-
20 ri vel suppleri: quæ † enim voluntatis sunt à per-
sona non separantur *l.4.ff. locat. cap.si gratiosè de
rescript.in 6.Angel in l.illa institutio ff. de hered.
instituen.*

Tertio, & vltimo non obstat si diceretur, quod
21 quemadmodum per stipulationem † serui statim
acquiritur Domino etiam eo contradicente, &
sic non solum si absit eius ratihabitio, sed contra
eius voluntatem *l.seruus ff.de verb. oblig.* ita quo-
que in casu nostro dicendum videtur, cum nulla
diuersitatis ratio reddi possit, velut enim ad per-
fectionem contractus à tertio celebrati non requi-
ritur ratihabitio, siue consensus Domini, immo
quod magis est eo dissentiente valet stipulatio ser-
ui, & per eum Domino obligatio acquiritur, vt
ibi expresse cauetur, ergo eodem modo ad perfe-
ctionem contractus à Notario nomine absentis
celebrati eiusdem absentis consensus, siue ratiha-
bitio exigi non deberi: si quidem respondetur ma-
ximam esse diuersitatis rationem inter vnum, &
alterum casum.

Nam ideo ad perfectionem stipulationis à seruo
contractæ non requiritur consensus Domini in
d.l.seruus vetante; quia contractus stipulationis
celebratus fuit inter seruum, & promissorem, &
sic vtriusque contrahentis consensus aderat, licet
obligatio, actio, & etiam ius ex ea stipulatione
proueniens ipsi Domino acquiratur.

Non obstant modo in contrarium adducta: &
in primis non obstant tot authores relati à *Tira-
quell.in d.limit.30.num.23. & Cacher. d.decis.32.
num.4. cum seq.* qui omnes volunt per stipulatio-
nem notarij acquiri absenti vtilem actionem sine
22 cessione, si quidem † respondetur eorum opinio-
nem deberi intelligi, & declarari dummodo se-
quuta sit ratificatio, & ita intelligit & declarat
*Castren.d.cons.195. num. 2. vers. nec obstat. Dec.
in d.l.contractus num. 22.ff.de reg.iur. Tiraquell.
d.limit.30.nu.67.vers. quandoq. Bertrand. consil.
105.ex actis causa num. 8. lib.5. Alciat. d. c.cum
contingat num.331. vers. ex quibus apparet. Ri-
min.iun.in rub.instit.de donat.num.18.Couar.vi-
den.in rub.extra de testam. 3.part. nu.13. & lib.1.
var.resolut.cap.14.num.22.*

Nec obstat si replicando dicatur huiusmodi in-
tellectum, & declarationem non videri admitten-
quia prædicti Doctores dicunt simpliciter per sti-
pula-

pulationem Notarij acquiri absenti vtilem actionē sine cessione, nec vllam requirunt ratificationem, & prædictam opinionem ita simpliciter intelligit *Rub Alex.d.cons.117.num.4. in fin. Ruin. d.consil. 119.num 8.lib.1.Roland a Val.cons.19.numer.17.* inquiens Doct. prædictos non dicere ex stipulatione Notarij acquiri absenti vtilem actionem sine cessione, subsecuta prius ratificatione; quod vtiq; sciuisset dicere si necessaria fuisset ratificatio *arg.l. vnica § sin autem C.de caduc.tollen.*

Non obstat inquam hæc replicatio; nam duplican. potest bifariam euitari; Primo quia omnes DD. supra relati à Tiraquell. & Cacheran. vt videri possunt principaliter quærunt, & disputant, an in extraiudicialibus, vel conuentionalibus stipulationibus sicut in prætorijs & iudicialibus possit Notarius alteri stipulari, vtilemq; actionem etiam sine cessione quærere; & licet plerique Doct. in diuersas iuerint sententias, vt patet ex ijs quæ scribit *Tiraq.d.limit.30.num.17. & pluribus seqq.* nihilominus multo plures fuerunt, qui simpliciter, ac indistincte nulla habita differentia inter stipolationes cōuentionales, siue extraiudiciales, & prætorias, & iudiciales; nullaque mentione auctoritatis, siue mandati iudicis facta tenent Notarios pro absentibus stipulari posse, & vtilem eis actionem sine cessione acquirere; vt declarat Tiraq. in his terminis allegans, & intelligens prædictos *Doct. dicta limit.30 nu.23.* igitur prædicti DD. ideo non fecerunt mentionem de ratificatione; quia non quærebant, an esset necessaria absentis ratificatio; sed solùm, an Notarius posset alteri stipulari, eiq; actionem sine cessione quærere in conuentionalibus, seu extraiudicialibus stipulationibus; quemadmodum in iudicialibus prætorijs: duæ enim sunt quæstiones longe inter se diuersæ, altera nunquid Notarius pro absente stipulari possit, eique vtilem actionem sine cessione quærere, non solum in iudiciarijs, & prætorijs stipulationibus, sed etiam in conuentionalibus, & extraiudicialibus: altera (esto eum posse) an tamen requiratur absentis ratificatio, & hæc illam successiue subsequitur, & si prædicti Doctores tractantes solum primam quæstionem fuissent interrogati de secunda vtique verisimiliter respondissent, necessariam esse absentis ratificationem: Præterea & secundo modo euitatur prædicta replicatio; quia illa declaratio, quæ est, vt opinio DD. prædictorum intelligi, & declarari debeat sequuta prius ratificatione, est cōmunis, vt patet tam ex numero, quàm auctoritate supra relatorum auctorum ita declarantium.

Secundo principaliter non obstant illi auctores nominatim, & expressè tenentes, non requiri absentis ratificationem; nam respondetur.

Contra eos extare communem, & magis communem opinionem, de qua non est vllatenus dubitandum; cum appareat clarissimè tam ex numero, quàm auctoritate auctorum contrarium expresse tenentium, accedentibus præsertim tot attestationibus de communi, magis communi, vera, veriori, & verissima opinione.

Tertio, & vltimo principaliter non obstant iura pro contraria parte adducta: & in primis *l.2.3. & 4. ff rem pupill.sal.for.l.nec etiam ff.de adopt.l.2. C.de adopt.§.cum autem instit. eodem.* Quia referēdo prima iura illa loqui in infantibus, siue in puberibus, quibus lex alias semper vberibus, & ple-
23 nius subuenit, & † merito ad alias personas transire non debent, vt latè *Tiraquell.d. limitat.30. nu.30.& 31.*

Secundo iura illa loqui de seruo pupilli, qui nō est notarius talis, qualem nos tractamus, vt iuribus & auctoritatibus optimè deducit *Tiraquell.d. limit.30.nu.32.& seq Rimin.Iun. d.rub. instit.de donat.nu.17.*

Nec obstat *d. §. cum autem instit. de adopt*, qui vrgere plurimum videtur, cum ibi appelletur persona publica, & postea Tabellio illa eadem persona, quæ seruus publicus nuncupatur *in d §. nec ei ff.de adopt.& in d.l.2.C.eod.* in quibus iuribus tractatur eadem materia, de qua in d *§.cum autem* quia vltra responsionem traditam à *Tiraquel.dicta limit.30. num.4 vers.sed magis vrget & num.43.* potest etiam responderi, in d. *§. cum autem* non
24 † seruum publicum, sed personam publicam appellari, quia ex Constitutione Arcadij Imperatoris de qua *in l.generali C.de tabul.lib.10.* qui à Ciuitate tabulis publicis præficebatur, & qui seruus publicus dicebatur, non seruus, sed liber esse dicebatur: ideo vero in *d.§. cum autem* appellari tabellionem, quia ille seruus publicus dicebatur tabularius, & in d.l.generali, & tabularius idem significat quod tabellio, vt per se constat.

Cæterum licet ille seruus publicus, qui postea debebat esse liber esset Tabularius, siue Tabellio, non tam erat Notarius ordinarius, siue regularis de quo nos loquimur, qui debent scribere, & in scriptis redigere, quæ inter priuatos fiunt, vt supra diximus, sed erat Notarius extraordinarius, & irregularis, qui specialiter, vel à prouincijs vel à ciuitatibus præficiebatur tabulis publicis, siue scripturis publicis, hoc est continentibus negocia publica, vel spectantibus ad ipsas ciuitates, & prouincias.

Item non obstat textus *in l.absenti in fin.ff.de donat.* quia loquitur in seruo propriò donatarij, per quem non mirum si acquiratur dominium rei do-
25 natæ domino absenti, quia † serui nostri numerantur inter personas per quas nobis rerum dominia acquirantur, *vt in §.item per inst.per quas person.nob.acquir.* inter quas personas non reperitur Notarius, merito de seruo ad Notarium non est inferendum.

Item non obstat *doct.Bart. & aliorum in l. stipulatio ista §.si stipuler ff.de verb.obl.* quia ex prædictis patet plenis.responsio.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Romana fideiussionis Nauarræ.

28. Ianuarij 1577.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio inducitur ex sola scientia & patientia.*
2 *Contumax in eius odium habetur pro consentiente, & acceptante.*
3 *Contumacia operatur tātum in actu & tempore in quo contumax fuit.*
4 *Qualitas iuncta verbo, intelligitur secundum tēpus verbi.*

5 *Con-*

5 *Contumax in vno actu non sibi praeiudicat in sequenti.*
6 *Scientia oblig.* Cam. *requiritur ad hoc vt praesumatur ratificatio.*
7 *Scientia rei ratificandae debet esse plena, & certa cum omnibus qualitatibus.*
8 *Scientia ex quibus praesumatur.*
9 *Praesumptio ex praesumptione non elicitur.*
10 *Acceptatio fieri non potest re non integra.*
11 *Moram quis non incurrit in faciendo id quod nescit, nec scire tenetur.*
12 *Ignorantia facti alieni est probabilis.*
13 *Procurator debet docere de suo mandato per instrum. autenticum.*
14 *Is à cuius facto pendet obligatio alterius, debet illum de suo facto certum facere ad hoc vt constituatur in mora & poena.*
15 *Promittens absenti non incurrit moram donec certificetur quod ille acceptauerit promissa.*
16 *Caducitas proueniens ex delicto cum persona extinguitur.*

DECISIO CXXIV.

PLVRES excitatae fuerunt difficultates, Prima an constet de stipulatione Notarij in fauorem eorum quorum interest, & ista fuit sublata ex facto propter extensionem obligationis Cam. & attestationem Collegij Notariorum vt in copia data.

Secunda fuit, an per huiusmodi stipulationem & acceptationem Notarij fuerit acquisita actio Iulio Bosco absenti ante ratificationem. Et in hac controuersa quaestione plures ex DD. tenebāt esse necessariam acceptationem absentis, cuius interest, nec ante acquiri aliquam illi actionem, & ferè omnes in hac sententia inclinabant ex pluribus auctoritatibus & rationibus, quas in alio folio cumulaui, & si non erit ex illo partibus satisfactum poterit haec quaestio particulariter discuti: quae nam sit communis, & magis communis opinio, quae nam verior erit in iudicando tenenda: nam propter breuitatem temporis; & tantam molem quaestionum & scripturarum in ista, & alijs causis propositarum & datarum plures ex DD. non potuerunt sibi ipsis satisfacere, vt solet.

Tertia fuit, an sit in hac re necessaria Iulij Boschi ratificatio verbis, aut signis, vel actibus positiuis expressa, vel sufficiat sola scientia cum taciturnitate; & plures ex DD. tenuerunt, quòd sufficiat
1 sola scientia, & patientia ipsius † Iulij ex *l. qui patitur ff. mandat. & l. paulus, rem rat. haber. & notat per Dec. in rub. C. de pact. & in rub. de verb. oblig. cum alijs per Couar. in rub. de testam. par. 3. num. 15. post med. vers. verum si donatarius, cum his, quae cumulata fuerunt in Rom. donationis 50. millium coram R. P. D. Aldobrandino 1574. & in Roman. fideiussionis de Magdalenis coram R.P. D. Blanchetto*, vbi de acceptatione fideicommissi latè actum fuit.

Nec placebat istis DD. quod dicitur de Iulio contumace, vt in ipsius odium habeatur pro contradicente: quia odium illius est in actu, in quo fuit contumax, vt in illo habeatur pro consentiente, &
2 ita acceptante: † nam qualitas contumaciae intel-
3 ligitur in illo actu, & illo tempore, † tum quia qualitas iuncta verbo, intelligitur secundum
4 tempus verbi † *l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. actio.* tum quia contumax in vno actu non
5 sibi praeiudicat in sequenti † *c. 2. de dol & contum. in 6. cum alijs per Feder. de Sen. cons. 147. nu. 2.*

Aliqui tamen dubitabant, quia si sufficeret scientia, & patientia, procederet, vbi daretur plena scientia ipsius obligationis, & omnium obligatorum qualitatum & styli Notariorum in extendeñ.
6 obligat. in forma Cam. † cum in stipulationem in fauorem Iulij, vt dicitur nulla fit mentio in instrumento, & scientia debet esse plena, & certa rei, & qualitatum, & omnium substantiarum ipsius
7 rei † *glos. verb sciuerit & ibi etiam not. Gemin. in c. concertatione de appellat. in 6. cum alijs per Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. transiss glos. 2. num. 30. pag. 238.* quae forte non sunt in facto verificata.

Et licet replicarēt alij ex lapsu temporis trium mensium, & loco in quo facta est obligatio in actis Notarij, ex habitatione in Vrbe de facili est praesu-
8 menda notitia plena † *Rom. cons. 31. & de acceptat. resign. Put. vt per Ant. August. in epit. de praesumpt. num. 22.* tamen respondebant primi quod si probaretur ista scientia per veras probationes possunt forte admitti isti ad probandum scientiam, & ratificationem: tamen cū non probetur vera scientia, neq; vera ratificatio, nisi per istas praesumptiones, & ex praesumpta scientia
9 non potest † colligi praesumptio praesumptionis. Ex quibus dicebant DD. quartam difficultatem, quando sufficeret, sola scientia, an constat de tali scientia, quae sufficeret, & has duas non tangunt informantes.

Quinta fuit: posito quod ante ratificationem sit quaesita actio Iulio, an illa poterit fieri post obitum Gabrielis, in qua tenebant aliqui quod non; quia non est ius quaesitum istis fideiussoribus: nam per obitum illius fuerunt liberati, cum non
10 fuerint in mora, ideo † non potest fieri acceptatio in eorum praeiudicium *l. fin. de pact. l. si ergo. §. si res de iur. dot. l. 2. §. si quis de donat. l. bonorum rem rat. haber.* licet aliqui dubitarēt leuiter tamen ex notatis post alios per *Couar. in rub. de testam. par. 3. num 13. per tot.* quae tamen magis confirmat hanc partem.

Sexta fuit difficultas posito fine veri praeiudicio quod daretur in casu isto sufficiens ipsius Iulii ratificatio; an debuerit talis ratificatio intimari fideiussoribus, ita vt non curreret ipsis tempus aliquod ad repraesentandum Gabrielem ante d. intimationem, aut saltem ante scientiam ipsorum fideiussorum d. ratificationis, si verum esset, quod de illa ratificatione ipsi fideiussores notitiam habuissent: itaq. isto respectu dici posset conditionalis promissio absenti facta, & pluribus ex DD. placebat opinio affirmatiua pro D. Doctore Nauarrio ex his, quae latè fuerunt adducta in *Roman. Societatis coram R. p. d. Seraphino 1573. vel 1574.*
11 quia † nemo incidit in moram nō soluendo id quod non scit, nec tenetur scire debere iuxta l. quod re
12 de reb credit. Et † ignorantia facti alieni, est probabilis *l. fin pro soc.* sicut nec depositarius incidit in poenam, si negauit depositum procuratori vero

depo-

13 deponentis, si † non facit prius certiorem de suo mandato, & non qualitercumque, sed per instrumentum authenticum *l. si inficiatus ff. deposit.* Is
14 enim †: à cuius facto dependet obligatio alterius debet illum de suo facto certum facere ad constituendum eum in mora, & pœna secundum *Bart. in l. non solum §. morte de nou. oper. nunciat. n. 48.* ponens exemplum de emptore, cui est mota lis super re empta, quia debet facere certum venditorem qui promisit de suscipienda lite, quæ ei moueretur per quemlibet, vbi subdit idem esse dicendum de fideiussore, qui tantum tenetur obligatione,
15 pendente ex facto alterius, cum ergo † promittens absenti ignoret an ipse acceptauerit promissionem; immo an sciuerit illam; donec certus fiat, sequitur eum non esse in mora, neque à iure pœnam eo, quod non soluerit, vel fecerit promissum antequam ea de re certior fiat vt in specie consuluit *Roman. cons. 136. num. 7.* & alia quamplurima adducta fuerunt in *Roman. Societatis*.

Septimo, an in obligatione huiusmodi adsit aliqua alia conditio, cuius occasione non currerit tẽpus. & DD non placuerunt istæ conditiones considerata per informantes dempta illa, de qua supra in 6. difficultate, quam informantes non considerarunt: Nam si Iulius non renuerat, licet sit vera in iure, tamen non verificatur in facto, & alia si non adsit iusta causa dicebant plures esse distinguẽ, an procederet à Iulio, vel à tertio, præsertim contra obligat. Cameralem, quæ tamen non verificatur in facto. Item illa si Gabriel vixerit, & si Gabriel non soluerit, non faciunt quia vixit, & non soluit. Illa vero si Iulius declarauerit velle vti pœna, non placebat in casu isto: quia non fu-
16 mus † in caducitate proueniente ex delicto, quæ cum persona extingueretur, vt bene per *Ruin. cons. 15. num. 5. & seqq.* in primo sed sumus in obligatione alternatiua, & in qua electio erat fideiussorum, vel repræsentare Gabrielem infra illum terminum irrequisitum, aut soluere pœnam, vt hic bene per informantes, præsertim per D. Petrum Aldobrandinum.

R. P. D. CAVALERIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Nepesin. vsufructus.

Luna 3. Decembris 1607.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus reseruatus sibi, & alteri, post mortem stipulantis debetur illi cui fuit reseruatus.*
2 *Vsusfructus est quodam ius incorporale per nos ipsos nobis acquisibile.*
3 *Vsusfructus quasi possidetur.*
4 *Ea, quæ possidentur, vel quasi possunt nobis acquiri per liberam personam nostro iuri non subiectam intellige, vt num. 5.*
6 *Stipulatio Notarij sola sine acceptatione sufficit ad acquisitionem.*
7 *Ratificatio, & acceptatio inducitur ex scientia.*
8 *Actio vtilis oritur absque ratificatione.*
9 *Donatio inter virum & uxorem an, & quando à iure sit prohibita.*
10 *Depositum factum nomine vxoris non inducit donationem.*
11 *Vsusfructus potest constitui, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos.*

DECISIO CXXV.

Resolutum fuit fructus bonorum donatorum spectare ad D. Cariphylam, non autem ad hæredes D. Flaminij; cum Flaminius in donat one facta D. Siluiæ eius filiæ reseruauerit sibi, & D. Cariphylæ eius vxori integrum vsumfructum horum bonorum vita ipsorum coniugum durante; ita quod vsusfructus huiusmodi non potest consolidari, nec consolidatus intelligitur eum sua proprietate, nisi post mortem vtriusque ipsorum coniugum, ex quibus verbis in contractu expressis visus fuit D. Flaminius proprietatem horum bonorum simpliciter & integrè D. Siluiæ donare, reseruato sibi d. vsufructu; quem cum etiam integrè vxori reseruauerit, illum vxori donasse videtur vxoris vita duran-
1 te: nam cum quis expressè † vsum fructum stipulatus est sibi, & alteri, vel heredi suo, cui de iure potest acquirere, tunc talis vsusfructus post mortẽ stipulantis debetur hæredi, vel illi, cui fuit reseruatus, præsipuè facta reseruatione super re ipsius reseruãtis. pront in nostro casu est *tex. in l. Quoties*
2 *C. de donat. quæ sub mod.* Præterea † vsusfructus est quoddam ius incorporale per nos ipsos nobis acquisibile *§. fine testamento Instit. de vsufruct. l. vsusfructus ff. eodem* & quamuis non possit possi-
3 deri, † tamen quasi possidetur *l seruus §. incorpo-*
4 *rales ff. de acquir. rer. domin.* sed ea quæ † possidentur, vel quasi possunt nobis acquiri per liberam personam nostro iuri non subiectam; sicuti ea, quæ nobis ipsis acquirere possumus, vt tradunt DD. communiter in *l. 1. C. per quas pers. nob. acquir. per text. in l. possessio §. & si possessio ff. de acqu. possess.* ideo potuit D. Cariphila vsumfructum istum codẽ modo per maritum sibi acquirere tanquam per
5 personam suo iuri non subiectam, † quod licet intelligatur præcedente mandato, vt in *d. l. 1. § per procuratorem ff. de acquir. possess. & idem erit sequuta ratificatione l. communis §. prætor. ff. de acquir. possess. & ibi glos. & Imol. Bart. in l. 1. § sed & si ff. de vi, & vi armat.*

Præterea in hoc casu adest stipulatio Notarij cũ
6 obligatione Cam. & quòd † sola stipulatio Notarij sufficiat sine alia acceptatione *Surd. decis. 111. per tot. vbi testatur de communi num. 5. & 6.*
7 Et hæc † ratificatio potest induci ex scientia, quam habuit vxor de huiusmodi reseruatione ad sui fauorem facta ex qua inducitur acceptatio *Soc. Iun. cons. 67 num. 11. lib. 3.*
8 Et quamuis † talis ratificatio deficeret, nihilominus esset orta actio vtilis ex d. l. quoties, & per hoc respondetur ad *consil. Bero. 61. nu. 15. lib. 2.* per quod dicebatur nullum ius ex hac donatione esse quæsitum D. Cariphilæ absenti, non secuta ratificatione.

Nec obstat statutum Vrbis *c. 135. lib. 1.* quia non damnat donationes inter virum & vxorem à iure permissas, qualis est ista ex supradictis.
9 Præterea † hanc donationem esse permissam à iure constat, quia quando donans non fit pauperior,

valet donatio inter virum & vxorem *l.3. in princ. ff. de donat.inter vir.& vxor. Hostien. in sum. de donat. simplic. inter coniung. vet. num.4. Corn. cons.65. num.4. lib.3. Azo. in sum.C.eod.tit.nu.8.* prout in casu nostro in quo cum donans abdicasset à se dominium in fauorem D. Siluiæ, & reseruasset sibi vsumfructum; reseruando post mortem vsumfructum vxori nón sit pauperior.

Non obstat *text.in l.etiã C.de donat.cũ glos.*ibi,
10 vbi ex deposito † facto nomine vxoris, non inducitur donatio, quia id procedit ea ratione, quia significatio verborum non importat, vt meum dominium velim transferre, quod non est in constitutione vsusfructus, in qua intrat abdicatio iuris
11 proprij in alium *§.1.instit.de vsufruct.* & † potest fieri talis constitutio tam in testamento, quam inter viuos *§.vsus fructus instit.eod.tit.* & hoc modo tolluntur etiam deducta ex *Ancar.cons.32. n.4.* His accedit quod hæc donatio fuit insinuata per procuratorem in ea constitutum ad insinuandum; & ex his conclusum fuit fructus bonorum donatorum spectare ad D. Cariphylam.

R. P. D. PEREGRINO.

Romaꝰ. vsurariæ prauitatis.

Veneris 4. Iulij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Contractus talis præsumitur, qualis à partibus denominatur.*
2 *Animalia bruta locari possunt.*
3 *Obligationis Camer.executio retardari non debet sub prætextu vsurarum, nisi sit euidens & indubitabilis, num.13.*
4 *Contractus duo possunt fieri de eadem re alternatiuè ad vnius partis electionem dummodo ambo liciti sint.*
5 *Venditio cum pacto redimendi est permissa.*
6 *Conuentio censetur facta secundum naturam contractus, cui est apposita.*
7 *Obligatus in forma Cameræ debet soluere, & postea si prætendit indebitum illud repetere.*
8 *Vsurarium est pactum quod quis pensionem percipiat, & saluum sit capitale.*
9 *Dominium non censetur translatum ex æstimatione quando ad alium finem fuit facta.*
10 *Locatio vnica dicitur quando pars respectu partis non esset adeo vtilis, sicut totum respectu totius.*
11 *Conductor gregis ad instar vsufructuarij tenetur loco demortuarum vel inutilium subrogare.*
12 *Læsio an adsit in contractu, totus considerari debet, non autem pars, etiam in foro conscientiæ.*

DECISIO CXXVI.

FVit extra Rotam per me propositum dubium stante instrumento dationis cessionis, & affictus Casalis Faliognani, & Prœcodij Camerali obligatione vallato, terminoq. in actis suscepto de soluendo, & Constitutione fœl.rec.Sixti V. super fructibus societatem animalium ad caput saluum, quorum copia datur, & alijs hinc inde deductis: An conuentiones in d.contractu contentæ præsertim in cap.7.8. 10. 11. essent licitæ vel illicitæ, ita vt essent, vel ne retardanda executio Cameralis obligationis, & termini suscepti in casu de quo agitur.

Conuentiones autẽ de quibus in dubio sunt infrascriptæ. *Et perche in d. tenuta di S. Merlo vi è vn precoio di vacche rosse, il detto Monsignore à nome come di sopra l'allocà al detto Signor Domenico per detto tempo d'anni noue, da incominciarsi come di sopra per prezzo di scudi doi l'vna ogn'anno di tutte quelle che gli si consignaranno da pagarsi nelle dette paghe. Et caso che tornasse bene al d.Sign. Domenico pagare le dette vacche, lo possa fare à ragione di scudi 19. l'vna, & nell'vno, & nell'altro modo che piacerà al detto Sig. Domenico volerle, l'habbia à restituere l'vltim'anno di detto affitto.*

Di più gli si consignarãno caualle cinque con suoi basti, & finimenti, cioè tre con basti, & doi con bardelle, le quali habbino da seruire per d. precoio, & in euento che il d.Sign.Domenico tenghi il d.affitto, non s'intendi, ne s'habbia da pagare cosa alcuna, ma volendole comprare l'habbia da pagare scudi 20. & mezzo.

Che à S.Agnolo di Settẽbre prossimo alla consegna di detto precoio s'habbi da pigliare vn'huomo per parte, & s'habbi da stimare l'età di dette Vacche, & Caualle; & in caso di restitutione il detto Signor Domenico sia obligato restituire nell'istesso modo, stato & età & nel medesimo caso s'habbi parimente da eleggere doi periti, vno per parte, & estimare nel modo sudetto, & caso che fossero di maggior età, & di manco bontà, il d. Signor Domenico habbi da pagare quello che saranno di peggio, & caso che fossero di miglior essere, di manco età, & di miglior bontà, il detto Monsignor Reuerendiss. l'habbi da pagare al d. Sign. Domenico quello che saranno stimate, & in euento che vi siano le Vitelle piccole li medesimi periti debbiano quelle stimare, & il prezzo di esse si habbia da pagare al detto Signor Domenico.

Quod dubiũ fuit negatiue resolutũ: dixere namque DD. non esse dubitandum, quin contractus ille esset locationis, tum quia sic à partibus denominatur, vt in 7. conuentione de qua in dubio: ta-
1 lis † enim præsumitur contractus, qualis à partibus denominatur *Bald. in tit. qui success. dar. teneat. in vsib.feud. Soc. consil.165. num.5. Cacher. decis.139. num.24.* tum quia subiecta materia hoc
2 patitur, † cum etiam brutorum detur licita locatio; nam salua eorum substantia ex illis proueniunt multæ commoditates, & fructus vtiles humanæ necessitati, quos quis mercede potest alteri concedere retenta sibi dd. brutorum proprietate vt late ostendit *Conrad.de contract. tract.5. q.89. num.1.* & passim hoc admittunt omnes.

Vnde cum postea dd. conuentiones, de quibus in dubio non repugnarent ad effectum de quo age-
3 batur, † vtique propter illas non veniebat retardaꝰ. obligationis Cameralis executio, & termini illius vigore suscepti. Non enim repugnabat 7. conuentio, quia (vt supra fuit consideratum) etiam in brutis cadit licita locatio, siue dicamus locatas fuisse singulas Vaccas, siue in armentum, siue in præcodium in genere, vt verius est. Non erat quoque illicita 8 conuentio, vbi dabatur facultas conductori conuertendi locationem in venditionem

eum

cum pacto de redimendo cum non reperiatur de iure prohibitum, quòd † partes de eadem re non
4 possint duos cōtractus alternatiuè facere de vnius partis electione, dummodo ambo liciti sint, prout sunt in casu de quo agitur. Nam & locatio bru-
5 torum est licita ex supra deductis, & † venditio cum pacto redimendi à iure non reprobatur *l.2.C. de pact. inter empt. & vendit. cap. ad nostram de empt. & vendit.*

Decima autem conuentio tantùm abest, vt dici possit illicita, quòd immo absolutè tenderet ad fauorem, & commodum ipsius conductoris, ita vt tota difficultas, & si quid aderat scrupuli, id omne esset reductum ad 11. conuentionem, quamtamen, neque ipsam repugnare locationis contractui, neque aliquod illicitum ad effectum de quo agebatur in se continere visum fuit DD. Nam cum in ipsa expresse non legeretur, nec ea necessario obligarentur, neque fuit deducta aliqua obseruantia subsecuta, ex qua contrahentes sensisse, minusq; esset verisimile eos voluisse, quod tempore quo præcodium erat restituendum idem numerus Vaccarum, vel præcodium in genere eiusdem bonitatis, & valoris restitueretur, quamuis in d. conuentione haberetur quod tempore restitutionis vaccæ deberent æstimari, & eodem modo, & statu restitui, ita vt deterioratæ, vel melioratæ fuerint, id commodo, & incommodo conductoris cederet, non potest ex hoc dici, quod locator voluerit sal-
6 uum esse capitale, sed immo interpretandam † conuentionem iuxta dispositionem iuris communis, & naturam ipsius contractus, cui fuit apposita ipsa conuentio, cum quo se confirmare & secundum quam contrahere voluisse partes regulariter censentur ad tradit. per *Doct. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell*, & fuit decisum coram Oradino in vna Camerineñ. domus 18. Aprilis 1572. & coram bo. me. Cantuccio in vna Romañ. locationis domus 10. Decembris 1678. dicendum erat locatorem voluisse, quòd illæ tantum restituerentur, quæ tunc reperiebantur, ac illarum tantum æstimatio solueretur, quas ex dolo, vel culpa conductoris deficere repertum fuerit; non autem earum, quæ casu fortuito, & absque dolo, & culpa conductoris perijssent, & ad quarum æstimationem iuxta naturam gesti contractus non tenebatur cōductor; de quibus omnibus probabiliter creditur habitam fuisse rationem in relatione executionis cum fuerit (debitum confitendo) terminus ad illud soluendum à conductore susceptus, ad cuius postea retardationem non est admittenda eiusdem
7 conductoris contraria probatio, † iuxta naturam Cameralis obligat. soluere, & postea repetere debeat, si indebitum soluisse prætendat.

Nec obstare DD. visum fuit, dum dicebatur quod immo ex d. 11. conuentione necessario colligebatur d. locatorem noluisse vaccas locare, sed potius mutare illarum dominium, in Dominicum transferendo, tum quia de illis æstimatis assignando conuenit, tum quia videtur dedisse facultatem D. Dominico non easdem, vt est de natura locationis, sed alias etiam minoris ætatis restituendi, dummodo si meliores, vel deteriores essent, quæ restituerentur, hinc inde deteriorationis, vel meliorationis æstimatio refunderetur, & propterea
8 verè dici posse D. Cynthium intendisse, † quod capitale esset saluum, & vltra illud voluisse quotannis pensionem ex singula vacca percipere, quod quidem sapit vsuram, vt in indiuiduo considerat *Nauarr. conf. 37. de vsur. vol. 2.*

Nam responsione fuit dictum retorquendo argumentum: imò non censeri hoc casu per æstimationem fuisse actum de transferendo dominio, quia sic contractus efficeretur vsurarius *arg. l. merito ff. pro soc.* & in terminis tradit *Corn. in l. si pascenda n. 46. C. de pact.* & quia etiam apparet, quod æstimatio ad alium finem erat facienda, nempe, vt certus esset vaccarum valor ad effectum de quo supra,
9 quo † casu per æstimationem non dicitur transferri dominium *glos. in l. si inter virum C. de iur. dot. & fuit dictum coram bo. me. Cantuccio in vna Pientiñ. affictus 13. Iunij 1580.* Neque etiam ex eo, quod D. Dominicus facultatem haberet alias restituendi elici poterat vaccarum dominium in eum fuisse translatum, quia cum illi præcodium in genere, non autem singulæ vaccæ locatum fuerit, vt expresse legitur in 7. conuentione, & hac 11. & colligitur etiam, quia certus numerus vaccarum non fuit expressus, & apertus, quia non verisimile est D. Cynthium fuisse locaturum, nisi totum præcodium, quoniam locatio partis nonnullarum vaccarum attulisset ei maximum dispendium, tum propter massaritias ad vsum precodij paratas, quæ diuisæ non sufficiissent ipsi ac conductori, tum propter pascui commoditatem, quæ caruisset, cum iam locasset totum Casale, vbi vaccæ ipsæ morabantur, & pars illius non potuisset ita vtiliter locari, & propter alia, quæ considerant informantes, ex quibus apparet quòd pars respectu partis ei non attulisset tantam vtilitatem, quantam to-
10 tum attulit respectu totius, † quo casu vnica locatio facta præsumitur, & indiuiduus dicitur contractus vt tradunt omnes in *l. stipulationes non*
11 *diuiduntur ff. de verb. oblig.* & † conductor gregis, seu armenti ad instar vsufructuarij tenetur loco demortuarum, vel etiam inutilium subrogare iuxta normam traditam à *iureconf. in l. vetus ff. de vsufruct. & quemad. quis vtat. & fru.* & ob id fuit consideratum à partibus esse posse, vt vaccæ minoris ætatis restituerentur finita locatione, quæ erat facta ad nouennium, quo casu cum intentio partium fuerit postea, vt commodum, & incommodum deteriorationis, & meliorationis non quidem totius precodij in genere (id enim argueret immo necessario inferret D. Cynthium voluisse saluum esse capitale, & intrarent motiua informantium pro D. Dominico) sed singularum illarum vaccarum, quæ iuxta naturam huiusmodi locationis venirent restituendæ, ad conductorem spectarent ob id etiam de illis æstimandis fuit conuentum.

Nec minus dici poterat fuisse locatum precodium in genere, quia ad singula capita fuit pretium constitutum, stantibus prædictis coniecturis per *tex. in l. cum eiusdem §. interdum de edilit. edict. Deci. in conf. 432. nu. 4.* & maxime quia id factum fuisse credi debet, in casu de quo agitur pro maiore æstimatione locationis, nam cum precodium prædictum posset recipere diminutionem, vt quia vaccæ aliquo casu fortuito absq; culpa, & dolo condu-

conductoris, vel etiam morte naturali perijssent nec tam cito fœtus nascerentur, nec de ante natis tunc essent in armento, quatenus de illis subrogatio fieri debeat quod negauit *Florian. in d. l. ventus num. 1. ibi in tex. ad* fructuarium ex quibus possit fieri subrogatio loco demortuarum iux. terminos *d. l. vetus, & l. quid ergo ff. de vsufruct.* quo casu æquum non erat, vt eadem pensio ei solueretur, quæ soluilur quando plenum est armentum, propterea, vt certum esset quæ nam pensio d. casu foret soluenda, & quæ defalcatio facienda; fuit conuentum, vt duo scuta pro singula vacca persoluerentur earum videlicet, vt supra dictum fuit quæ reperirentur tempore faciendæ solutionis, non autem earum, quæ absque culpa, & dolo conductoris perijssent, dummodo conductor fecerit debitam subrogationem, & vti diligens pater familias se gesserit in custodiendo armento. Neque esse præsentis speculationis DD. dixerunt, an postea pensio prædicta esset nimis excessiua, quando ex fœtibus teneatur conductor loco demortuarum, & inutilium subrogare vt in voce deducebant pro D. Dominico informantes, neque quod pactum illud, quod commodum, & incommodum proueniens ex melioramentis, & deterioratione spectet ad conductorem, sit ipsi conductori damnosum; cum enim ad effectum de quo agitur satis sit, quod ex ipso non inferatur, quod saluum sit capitale, neq; per illud excludatur, quod casu fortuiti, & mors naturalis animalium (facta tamen debita subrogatione vt supra) non cedant damno ipsius locatoris iuxta naturam locationis armenti: sed quando dabitur de læsione, tunc videndum erit an læsio sit considerabilis, ac sufficiens ad rescinden-
12 dum contractum, † non quidem singula pacta de se consideranda, sed omnibus simul iunctis, quia licet vnum pactum lædat partem, esse potest, quo in alio releuetur, quod quidem sufficit ad iustificañ. contractum etiam in foro animæ, vt bene explicat *Corrad. d. mente omnium Summistarum in d. q. 89. num. 1. corol. 3. d. conclus. & per totam illam q. & in q. 90. & 91.* & sufficit pro resolutione propositi dubij, quod talis iniustitia in præsenti non deducetur quæ reddat ipsum contractum vsurarium, saltem ad effectum de quo agitur, nempe ad retardationem obligationis Camer. iuramento vallatæ, & termini illius vigore suscepti executionem
13 quæ † d. causa non retardatur etiam sub prætextu vsuræ, nisi saltem ita apparens sit, vt tergiuersari non possit, vt tradunt *Abb. Felin. & alij in c. debitores de iur. iur.*

Quo casu multi scribentes, & ij quidem magnæ auctoritatis voluerunt soluendas esse vsuras, & postea repedendas.

R. P. D. LVDOVISIO.

postea fel. rec. Gregorio XV.

Romañ. censuum.

17. *Februarij* 1607.

SVMMARIVM.

1 *Emptori dicitur succursum per fideiussionem euictionis respectu generalis hypothecæ à venditore facta super omnibus bonis.*
2 *Interesse cessat quoties non adest damnum.*
3 *Exceptio rei non liberæ traditæ opponi non potest cessante interesse.*
4 *Ratificatio operatur idem quod mandatum.*

DECISIO CXXVII.

FVIT resolutum pro relaxatione mandati tam respectu fructuũ censuum, quam extinctionis, quia de vtraq; promissione Domini Citarellæ constat publico instrumento obligat. Cam. vallato, & exceptiones, quæ ex aduerso obijciuntur non obstant, Nam quo ad censum ad fauorem Christophori Scotti qui dicitur intulisse molestias, cum non sit impositus super domo, & cessauerint molestiæ, & solùm remaneat domus sub obligat. generali omnium bonorum, & succursum D. Ci-
1 tarellæ † non solum per fideiussione euictionis iux. *l. si post professorem C. de euict.* sed etiam per extinctionem sortis principalis, & fructuum d. census
2 ex pretio domus, & propterea. † Cum nullum posset damnum pati, cessat interesse, ita vt non
3 obstet exceptio † rei non liberæ traditæ vt fuit dictum in *Romana non adimplementi 27. Nouembris* 1597. *coram Illustriss. Card. Seraphino*, prout etiam cessat interesse respectu aliorum duorum censuum, ad fauorem Marchionis Montorij quia cum hodie spectet ad Episcopum Neocastren. ipse consensit liberationi domus, facto deposito prius in Monte Pietatis ex pecunijs, quas debet D. Citarella D. Federico molestiæ illatæ à D. Anna super domo in vim sequestr. per eiusdem reuocationem sunt sublatæ.

Non obstat quod dicitur fideiussorem promissum non fuisse saltem sufficienter datum, cum procurator qui fideiussit nomine Equitis Crescentij, non haberet ad hoc mandatum quia adest ratifi-
4 catio eiusdem Equitis, † quæ idem operatur quod mandatum præcedens *l. cum mandato in fin. C. mand. l. ratihabitio ff. de reg. iur.*

Possessio domus vsque ab initio fuit pacifice tradita, & licet multæ super ea inculcentur ex aduerso molestiæ, tamen non iustificantur in facto nisi supradictæ quæ vt dictum est hodie cessant.

Quæ dicuntur de testamento D. Lauræ, & de vulneratione Instrumenti per sententiam sunt sublata in alia decisione, quæ in desputatione præsentis dubij præsupponitur.

Alia bene tolluntur per informantes pro D. Federico.

R. P. D. LVDOVISIO.

Postea fel. rec. Greg. XV.

Roman. nullitatis executionis.

25. *Iunij* 1607.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla non producto mandato, stante partis protestatione.*
2 *Executiuè agi nõ potest contra tertios possessores*
3 *Sententia quæ ex actis non iustificatur dicitur notoriè iniusta.*
4 *Iniustitia notoria æquiparatur nullitati.*
5 *Sententia lata non producto instrumento crediti dicitur nulla si fuit protestatum.*

DE-

DECISIO CXXVIII.

PRO informante; sententia enim A.C. est nulla,
quia coram eo, nunquam fuit exhibitum
mandatum procuræ comparentis pro Cabellarijs;
& tamen fuerat pro parte illorum de Ghettis
protestatum non audiri, nisi docto de legitimo
1 mandato, quo † casu non releuat quod verè esset
procurator *Bald. cons. 122. circ. med. lib. 3. Aym.
cons. 108. sub num. 1. latè Gabr cons. 25. à num. 23.
vsque ad fin. lib. 1. Guidop. decis. 129.* & sæpe fuit
resolutum.

2 Est etiam nulla, quià fuit actum executiuè †
contra tertios possessores. *Ruin. cons. 87. nu 1. &
seq. lib 4. Bero. cons 47. num. 6. lib. 1.* fuit dictum in
vna *Romana computorum 18. Martij 1594. coram
Illustriss. Card. Millino*, in qua fuit additum, hoc
procedere etiam quando agitur in vim obligat.
Camer.

Rursùs non apparet de exhibitione instrumenti
venditionis cum pacto redimendi licèt fuerit
protestatum nihil fieri, nisi eo exhibito, ex quo
3 sequitur non solùm sententiam † non iustificari
ex actis, & per consequens esse notoriè iniustam
*Paris. cons. 54. num. 2. lib. 4. Cas. de Grass. decis. 2. de
solut.* fuit dictum in vna *Romana Vinea de
Scappuccijs 11. Martij 1572. coram Binarino, &
in vna Vlixbonen. beneficij 9. Iunij 1600. coram me*
& passim tenet Rota † quæ notoria iniustitia
æquipollet nullitati vt sæpissimè fuit decisum,
& signanter in vna *Gaduen. Statutorum 19.
Nouembris 1580. coram Illustriss Card. Seraphino*
sed † etiam stante protestatione sententiam posse
dici verè nulla, vt sensit *Rota in Romana census 4.
Decembris 1595. coram Illustriss Card. Pamphilio*.

R. P. D. MANZANEDO.

. Terracinen. Domus.

Lun. 28. *Nouembris* 1605.

SVMMARIVM.

*Simulatio de iure non præsumitur, sed est proban.
concludenter num. 2.*
Retentio competit pro melioramentis.
Ablatiui absoluti important conditionem.
Conditio debet impleri in forma specifica.
Fideiussio an sufficiat de soluendis melioramentis stante promissione facta per verba solutis melioramentis.
Conditio, quæ sonat in facto differt ab ea, quæ sonat in dando.
Melioramenta de stylo Rotæ sunt priùs liquidanda.

DECISIO CXXIX.

CVM mandatum A. C. fuerit relaxatum
vigore obligationis Cam. & pacti expressi de
retrouendendo, transactis duobus annis, instrumento venditionis appositi Domini dixerunt d.
mandatum validum, & iustum fuisse: nec obstare
simulationem contrà dictam venditionem oppositam, cum non probetur †, & de iure non præsumatur, per *tex in l. quamuis vbi Bal. C. si quis alte.
vel sib. Cuman. cons. 41. Dec. cons. 491. nu. 4. Paris.
2 cons. 54. num. 7. lib. 1.* præcipuè † cum ad hunc
effectum debeat probari clarè, & concludentèr, vt
fuit dictum in vna *Roman. census de Columna
coram bo. me. Lancellotto*.

Sed quia in eodem instrumento conditioni
prædictæ de redimendo, fuit alia adiecta de soluendis prius D. Martio omnibus expressis, & melioramentis, de quibus ex depositione testium
constare videtur in genere, hinc est quod d.
3 melioramenta priùs veniat reficienda, † cum
pro illis competat retentio rei, per *tex. in l. arca
ff. de cond. indeb. l. Paulus ff. de dol. except. l. qua
ratione §. habet ff. de acquir. rei. dom. notant Doctor. in l. si non sortem §. si certum ff. de cond. indeb.
& ibi Glos. Put. decis. 471. num. 4. lib. 2. Gozad.
cons. 100. nu. 20. Capic. decis. Neapolitan. 17. nu. 7.
Benintend. decis. 77. num. 10.*

Quod magis procedit in hoc casu cum in
instrumento venditionis sint illa verba (solutis
tamen prius D. Martio omnibus expensis, &
4 melioramentis) quæ, ex natura † ablatiui absoluti,
important conditionem, iuxta *l. ab emptore ff. de
5 pact.* & debet † impleri in specifica forma, *l. qui
heredi, in princ & l. Meuij ff. de cond & demonstr.*
vnde ad prædicta huius instrumenti verba, benè
faciunt adducta à *Paul. Castr. cons. 270. num. 3.
lib. 2. & à Neguf. de pign. 4. memb. 5. par. num. 10.
& à Capic. vbi supra.* qui loquuntur de executione sententiæ continentis eadem verba, quod priùs
melioramenta soluerentur.

Et licet ibidem apud ipsos, & apud *Put. &
Gozad. & Benintend. vbi sup. & Menoch. de
recuper. remed. 15. à num. 568. cum seqq. & Tiraq.
de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 13.* discu-
6 tiatur, † An tali casu sit prius facienda realis
satisfactio, an vero sufficiat fideiussio, & disputent
de intellectu *text. in l. statu liberationem ff. de statu
lib. & l. cum seruus ff. de cond. & demonstr. & text.
7 in l. 4. §. ait Prætor ff. de re iudic.* & † distinguant
inter conditionem sonantem in facto, & sonantem
in dando prout est conditio, de qua in præsenti,
sæpè quod solutio prius de melioramentis facienda esset. Nihilominùs pro nunc hæc omittuntur,
8 cum modo de his non dubitetur; & † quia melioramenta non sunt liquida, & *Rota ex d. decis. Put.
nu. 7. & aliàs sæpè*, seruauerit præfigere terminum
ac illa liquidanda, ideo Domini huiusmodi terminum assignandum censuerunt, quo transacto ad
reliqua videnda deuenient.

R. P. D. MANZANEDO.

Maceraten. Salniani, seu spolij, seu interusuriorum.

Lunæ 12. *Maij* 1608.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nullitèr, & iniustè procedens dicitur spoliare.*
2 *Saluianum non intrat sine hypotheca.*
3 *Hypotheca solutione debiti extinguitur.*
4 *Bona fideicommisso, & prohibitioni alienationis subiecta non veniunt sub generali hipotheca.*
5 *Limitata dispositio limitatum producit effectum.*

6 *Debitoris bona ad manus creditoris deuenta possunt retineri etiam si obligata non sint. limitatur num. 7.*
8 *Retentio non datur pro credito non liquido.*
9 *Cessante causa promissionis, cessat ipsa promissio.*

DECISIO CXXX.

DOMINI dixerunt venite reintegrandum ad possessionem, de qua agitur D. Iulium de Nobilibus, quià Iudex, qui ex Saluiano
1 immisit in illius possessionem D. Syluagiam † cum nullitèr, & iniustè processerit, Iulium spoliauit, ad *text. in c. conquerente, de restit. spoliat. Bal. cons. 357. in fin. lib. 2. & cons. 147. lib. 3. Socin. cons. 12. num. 11. & seq. lib. 1. trad. Crau. cons. 18. num. 8. & cons. 302. num. 4.*

Iniustitia autem potissimè deducebatur ex eo, quòd Syluagia nullam haberet hypothecam
2 super ista tenura, † sine qua non intrat Saluianum *l. 1. C. de salu. interd l. 1. & 2. ff. eod. l. 2. §. Saluianum ff. de interdict. Aret. in §. item Seruiana instit. de action. Castr. in l. rem alienam nu. 11. ff. de pign. act. Corn. cons. 190. post princ. lib. 1. Neguf. de pign par. 8. memb. 1. num. 6. Gabr. cons. 46. nu. 20. lib. 1. Rolan. cons. 14. num. 1. & 2. lib. 1. Rot. diuers. decis. 34. num. 27 par. 2.* hypotheca namq. expressa nulla legitur, quod si tacita velint elicere ex promissione Syluagiæ facta de dote Floren. 6. mill.
3 ab Equ. Ioanne Tarquinio, † illa fuit solutione extincta, cum ante prædictam sententiam Saluiani fuerit Syluagia integralitèr satisfacta de prædicta dote, *vt coram me fuit resolutum die 28. Maij* 1607. & sic fuit sublatum creditum, ad *text. in §. 1. instit. quib. mod. toll. oblig.*

Et si hypotheca desumatur ex obligatione restitutionis dotis Io Baptistæ Syluagiæ primi viri, ista obligatio non potest extendi ad huiusmodi
4 tenuta †, per prædictum Equ Ioannem Tarquinium fideicommisso subiectam, & alienati prohibitam. *Bart. in l. codicillis §. ab instituto num. 5. de leg. 2. Bal. in l. 2. C. quæ res pign oblig. poss. & in l. voluntas nu. 14 C. de fideicom. Alex. cons. 41. nu. 1. lib. 6. Gabr. de reg. iur. conclus. 12. num. 12.* præcipuè cum dispositio *Authen. res quæ* non intret in huiusmodi dote, cum non simus in fideicommisso ascendentium, sed transuersalium, *ad trad. per Bart. in d. Auth. res quæ,* & per *Socin. ibidem num. 12. & 33.* *Curt. Inn. ibidem nu. 18. vers. retenta tamen,* qui testatur de communi, *Rolan. cons. 27. num. 6. lib. 4. Couar.* qui etiam illam dicit communem, & plures refert *variar. lib. 3. c. 6. num. 10. vers. primum illud.* Nec obstat huiusmodi tenutam fuisse à præd. fideicommisso liberatam ex derogatione huius fideicommissi ex licentia alienandi à Pontifice concessa, cum talis derogatio fuerit facta limitata, & ex causa in Breui expressa, & pro saluanda vita Io. Baptistæ,
5 & pro satisfactione Fisci: vnde † limitata dispositio limitatum producit effectum *l. in agris ff. de acqu. rer. domin. Tiraquell. de retrac. lign. §. 32. glos. 1. num. 49.*

Minus obstare videbatur exceptio retentionis huius tenutæ pro interusurijs istius dotis, cum
6 res debitoris deueniens ad † manus creditoris retineri possit etiam si non sit obligata *Bursat. cons. 73. num. 28. lib. 1. Surd. qui alios congerit*
7 *decis. 46. num. 9.* Quia responderur † præd. conclusionem procedere in rebus ipsius debitoris, sed ista tenura non est Io Baptistæ, nec de illius hæreditate cum sit prædicto fideicomisso subiecta, vndè in illa non cadit hypotheca pro sorte principali, nec retentio pro fructibus seu interusurijs.

Tum etiam pro parte Iulij fuit replicatum
8 interusuria non † esse liquida, & ex eo cessare retentionem prædictam, quæ replicatio placuit Dominis, stante quod interusuria non sint liquida, ad trad. per *Surd. d. decis. 46. num. fin.* & fuit dictum in vna *Perusin. Bonorum. 5. Maij* 1606. *coram* R. P. D. *meo Ludouisio.*

Vltimo nō obstat quod ex aduerso prætendebatur, Nempè huiusmodi tenutam tanquā donatam Io. Baptistæ, & Syluagiæ ab ipso fideicommittente Eq. Ioanne Tarquinio non comprehendi sub d. fideicommisso, quià fuit responsum, prædictam donationem fuisse factam pro substinendis oneribus Matrimonij, vndè dissoluto matrimonio per mortē Io. Baptistæ nullis superstitibus filiis, donatio fuerat resoluta de tempore intentati Saluiani; cum
9 cessante † causa promissionis cesset, & ipsa promissio, *Roman. cons. 417. num. 4. Tiraq. in tract. cessan. caus. num. 224. Socin. cons. 31. num. 19. lib. 1. Gallef. de obligat. Camer. 4. par. quæst. 1. num. 12. Rot. diuers. decis. 23. num. 15. par. 2.* præcipuè cum non fuerit actum in Saluiano vigore prædictæ donationis ad trad. *per* Crau. *cons. 171. num. 17.*

R. P D. MANZANEDO.

Marsicen. Affictus.

7. Maij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum.*
2 *Obligatio* Camer. *habet executionem paratam.*
3 *Iurium recognitio potest quandocunque fieri etiam post sententiam, & sufficit, quòd fiat quando pars opponit num. 4.*
5 *Iuramentum calumniæ nō tenetur actor præstare nisi petatur.*
6 *Nullitas, quæ preuenit ex defectu calumniæ, non attenditur quandò constat de bono iure.*
7 *Possessio probatur ex locatione.*
8 *Locator præstans patientiam dicitur impleuisse ex parte sua.*

DECISIO CXXXI.

DVBITAVI an mandatum A. C. esset confirmandum vel non, & Domini affirmatiuè responderunt cum de eius validitate constet
1 in actis, † ex quorum reuolutione regularitèr probatur validitas sententiæ vt fuit dictum in vna *Anconitana separationis thori 9. Ianuarij* 1600. *coram Illustriss. Lancellotto;* & de iustitia apparet, ex eo, quòd fuit relaxatum in vim obligationis
2 Camer. † habentis executionem paratam *Gabr. cons. 67. num. 8. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 17. num. 5.*

num. 5. Gallef. ad formam oblig. Cam. *par. 1. q. 2. num. 11. & 12.*

Non obstant nullitates oppositæ, nam quoad
defectum recognitionis iurium respondebatur ex
3 illo non vitiari mandatum; cum † recognitio fieri
possit quandocunque etiam post sententiã secuu-
dum stylũ Rotæ *Aegyd. decis. 539. Put. decis. 415.
lib. 1. & fuit dictum in vna* Romana *census de
Vellis 3. Maij 1597. coram bo. me.* Corduba;
4 sufficit † enim, quòd fiat quandò pars opponit *Aym.
cons. 150. num. 2.*

Quo vero ad iuramentum calumniæ non præsti-
tum, dicebatur, illud fuisse petitũ post relaxationẽ,
& executionem mandati, & ideò non potuisse
5 causare nullitatem. Cum † actor non teneatur illud
præstare nisi petatur *Vestr. in prax. c. 2. num. 3.*
6 vltra quod † ex quo constat de bono iure, talis
nullitas nõ videtur admittenda *Ias. in l. admonẽdi
in 2. lect. num. 84. ff. de iur. iur. Addẽt. ad Vestr. vbi
supra num. 14. & dixit Rota in vna Lucan.* Paro-
chialis 12. Maij 1603. coram bo. me. Pena. Alia
autem nullitas ex defectu citationis ad videndum
relaxari mandatum tollitur ex facto, prout etiam
ipsemet pars circa illam acquieuit in responsioni-
bus datis.

Minus obstare visum fuit exceptionem non ad-
implendi in traditione rei locatæ, & in specie res-
pectu molendinorum, quià de contrario constat;
dum cõductores illam aliis sublocauerint, ob quo-
rum discessum tractarunt aliis sublocare, vt patet
ex literis Ioannis Sexti vnius ex conductoribus, ex
7 qua † sublocatione probatur possessio, & sic adim-
plementum contra ipsos conductores *Rot. decis. 1.
de fid. instrum. in antiq. Gozzad. cons. 94. num. 57.
Paris. cons. 191. nu. 44. lib. 1. Gabr. de locat. & con-
duct. conclus. 4. num. 14.* præsertim stante illorum
taciturnitate, quià, si Molendina solita locari pro
rub. 160. grani singulis annis, eis consignata non
fuissent, verisimilitèr per tantum tempus non ta-
cuissent ad trad. in vna *Britonorieñ. pecuniaria. 28.
Iulij 1608. coram Reuerendiss. Attrebateñ.*

8 Vltra quod pro parte † locatorũ probatur adim-
plementum ex sola præstatione patientiæ, quæ eo
ipso, quòd contrarium non probatur præsumitur
præstita. *Card. cons. 141. sub. num. 14. Menoch. de
præsumpt. lib. 3. præsumpt. 86. num. 2.* & fuit resolu-
tum in vna Romañ. *Affictus 18. Decembris 1606.
coram eodem Reuerendiss. Attrebateñ.*

R. P. D. MANZANEDO.

Perusiñ. pecuniaria.

28. *Nouembris* 1612.

SVMMARIVM.

1 *Copia apocæ non probat non recognito origi-
nale.*
2 *Recognitio apocæ non probatur ex enunciatiua
notarij.*
3 *Apoca non præsentata in Archiuio intra 15. dies
est nulla, & inualida.*
4 *Executiuè agi non potest, quandò cœptum est agi
via ordinaria.*
5 *Falsitatis suspicio sufficit ad retardandum man-
datum executiuum.*
6 *Falsitatis suspicio in ciuilibus habetur pro falsi-
tate.*
7 *Falsitas probatur coniecturis.*
8 *Multiplicitas scripturarum arguit falsitatem.*
9 *Recusans velle declarare, quòd velit vti scriptura
pro bona, & vera est suspectus de falso.*
10 *Actus gestus per interpositam arguit suspicio-
nem.*
11 *Pacta insolita arguunt suspicionem.*
12 *Falsitas præsumitur ex eo, quòd reperiuntur ad-
hibiti testes mortui.*
13 *Amissio scripturarum arguit suspicionem, nisi
probetur ammissa casu, & sine aliqua culpa.*
14 *Sententia notoriè iniusta non transit in iudica-
tum.*
15 *Confessio facta ad vnum effectum, non potest
alium operari.*

DECISIO CXXXII.

Domini dixerunt mandatum A.C. non esse exe-
quend. moti tàm ratione nullitatis illius, quàm
iniustitiæ: nullitatis quidem, quià de obligat. Ca-
mer. cuius vigore fuit actum non constabat, nisi ex
1 quadam copia apocæ, † quæ nullã merebatur exe-
cutionem, non probato, nec recognito originali,
stante præsertim oppositione partis, quod reco-
gnosceretur, *Oldr. cons. 1. n. 3. Paris. cons. 115. n. 5.
lib. 4. Rot. decis. 1156. num. 1. in fin. lib. 3. diuers.*
2 quæ recognitio non probatur ex enunciatiua No-
tarij facta in fide productionis, quià in hoc ei non
creditur cum de dicta recognitione non fuerit ro-
gatus. *Gozzad. cons. 11. num. 5. Surd. decis. 231.
num. 1. & seq.*

3 Præterea † apoca cum non fuerit præsentata in
Archiuio villæ Mansionis intra 15. dies remane-
bat nulla, & inualida iuxta constit. fœ. rec. Sixti V.
& licet post dictos 15. dies fuerit præsentata, & con-
cordatum cum Archiuista, tamen non propterea
dicta nullitas fuit sanata, quià eadem constitutio
declarat huiusmodi cõcordiam suffragari in instru-
mentis publicis, non autem in scripturis priuatis,
vltra quod Archiuista expressè præseruauit præiu-
dicium partis: vnde decretum dans executionem
tali scripturæ annullatæ ob dictum defectum vide-
tur etiam nullum.

4 Vlteriùs † ex quo fuerat cœptũ agi via ordinaria,
obseruati termini substantiales, non poterat am-
plius procedi executiuè *Rot. decis. 551. num. 5. lib. 3.
par. 3. diuers. Borgnin. decis. 1. num. 16. par. 1. Ma-
ran. in Spec. 6. part. art. 8. num. 14.*

Quo verò ad iniustitiam cõsiderabant DD. contrà
d. apocam vrgere vehementem suspicionem falsita-
5 tis, † quæ sola suscipio sufficit in ciuilibus ad ef-
fectum, vt scriptura non mereatur fidem, & con-
sequentèr non debeat mandari executioni *Aym.
cons. 827. n. 5. Alb. cons. 99. nu. 8. Menoc. cons. 199.*
6 *n. 5.* Nanq; in † ciuilibus sola suspicio falsitatis ha-
betur pro falsitate *Dec. cons. 199. post princ. vers. nã
in contrarium, Curt. Iun. cons. 64. n. 5. & cons. 132.
num. 10. Surd. testand. de commun. cons. 6. num. 4.* &
7 ad † illam probandam admittuntur coniecturę *Ca-
putaq. decis. 207. in fin. par. 1. & decis. 4. par. 2. Aym.
cons. 156. num. 7. in fin. & cons. 143. num. 12.* quæ
coniecturæ plures, & vrgentes in hoc casu adesse

vide-

8 videbantur. Quarum prima oritur † ex multiplicitate apocarum, & ex illarum confirmatione non necessaria si aliæ priores fuissent veræ. *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 22. nu. 24. Cephal. cons.*
9 *98. n. 21.* Maximè quià Ludouicus † requisitus ad declarandum, an illis vellet vti pro bonis, semper recusauit respondere *Menoch. dicta præsumpt. 22. num. 33. Lap. allg. 119. num. 1.*

Accedat inuerisimilitudo, quod Florentius voluerit scut. 850. donare Ludouico tunc infanti, & illa committere fidei sororis pauperis, & egenæ pro prios filios habentis, vt ea conseruaret pro nepote fine alicuius scripturæ confectione, cum potiùs ea dedisset. Persiano patri Ludouici tunc viuentis,
10 qui † actus sic per interpositam personam gestus arguit suspicionem *l. pupillus §. item ipse ff. de auct. tut. l. 1. & ibi Bart. num. 1. C. de natur. lib. Aym. cons. 156. num. 11.*

Preterea in libris Persiani patris Ludouici, in quibus designātur omnes summæ, etiā minimæ ad Ludouicum spectantes, quæ erant positæ in communi cum Fabritio, non reperitur adnotata ista summa adeo notabilis scut. 850. quæ tamen in apocis dicebatur, quod in communi posita erat cum dicto Fabritio, vnde oritur suspicio, quod talis summa non deberetur, nec esset vera. *Bart. in l. fin. C. de reb. cret. Bald. in l. iustum est num. 2. C. de eden. Herculan. de negat. num. 171.*

11 Vlteriùs † pacta insolita apposita in tertia apoca augebant suspicionem *Bald. cons. 75. num. 2. lib. 2. Parif. cons. 54. num. 39. lib. 1. Curt. Iun. cons. 178. num. 12.* Item modus insolitus, isquè reiteratus, quo Ludouicus confessus fuit huiusmodi apocas habuisse, nempè in duabus vicibus humi iacentes in aperiendo hostium domus.

Facit etiam ad summam suspicionem eliciendā, quòd testes, qui in hac vltima apoca dicuntur adhibiti nesciebant scribere, & sunt mortui antè il-
12 lius exibitionem † hæc enim facta præsumuntur, nè falsitas commissa detegeretur *Aym. cons. 28. n. 7 Parif. cons. 27. num. 24. Cephal. cons. 409. n. 33. Decis. Pedem. 117. num. 10. Menoch d. cons. 119. n. 13.*

Tandem vrgens oriebatur suspicio ex iterata, & affectata allegatione amissionis tàm priorum Apocarum, quàm tertiæ confirmatoriæ priorum, præsertim quià cum dictæ Apocæ per illarum productionem factam in partibus essent effectæ commu-
13 nes. Ludouicus † qui recuperauit originalia teneretur probare illa casu, & fine sua culpa fuisse ammissa *Alex. cons. 58. n. 5. lib. 1. Castr. cons. 301. num. 5. lib. 1. late Hond. cons. 19. num. 17. & 18. lib. 1.* quod tamen in casu nostro nullatenus fuit factum.

14 Non obstat res iudicata, quià cum mādatum ex prædictis fuerit nullirèr, & iniustè relaxatum, † non potuit in iudicatum transire *Caputaq. decis. 114. num. 2. par. 3. Afflict. decis. 28. num. 6.*

Minus obstat cōfessio procuratoris Fabritij facta in iudicio criminali de existētia apocæ, quià illa deberet acceptari cum sua qualitate falsitatis *Boer. decis. 243. num. 5. Menoch. cons. 703. num. 3. lib. 8.*
15 *Verall. decis. 191. num. 2. par. 1.* vltra † quòd fuit ad effectum detegendi falsitatem, & ideo non operatur ad alium effectum *Surd. cons. 371. num. 62. lib. 3.* Ex quibus ita resolutum.

R. P. D. COCCINO.

Roman. consignationis depositi.

Lunæ 3. Iulij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Camer. non admittit nisi exceptionem solutionis, falsitatis, & quietationis, vel nullitatis probata, vel qua in continenti probari possit num. 2.*
3 *Nouatio non inducitur, nisi expressè de hoc agatur.*
4 *Nouatio ex quibus verbis excludatur.*
5 *Hæres cum beneficio l. & inuentarij non tenetur vltra vires hæreditarias.*

DECISIO CXXXIII.

Carceribus mancipatus ad instantiam DD. de Varesijs Horatius Vanninus, vt ab illis liberaretur eius bona mobilia fuerunt descripta, eaque fidei Antonij Iani commissi præuia eius obligatione in forma Cam. & depositi de restituendo ad omne mandatum Domini, pro quo Horatius, & alij accesserunt. Vita functo Vannino, Antonius Ianus præfatus pro sui cautela iterum bona describi curauit. Hæredes postmodùm d. Vannini omnib. litib. & actionib. renunciantes per viam concordiæ omnia sua bona DD. Varesijs cesserunt, qui præuia protestatione de aliquid non innouando, & citra præiudicium omnium suorum iurium, nec animo liberandi fideiussores, dictam concordiam acceptarunt, remittendo hæredibus prædictis expensas funeris, victus, & aliorum similium.

Tandem egerunt DD. de Varesijs corā A. C contrà Ianum, vt consignaret bona prima vice descrita, obtinueruntque mandatum relaxari cum obligatione, & depositione scu. 60. finè præiudicio iurium ambarum partium pro expensis d. hæredibus remissis, à quo Ianus appellauit, causaque mihi commissa in Rota quoad bona secundo loco descrita, cum clausula fine præiudicio legitimæ exequutionis, quo vero ad bona primo loco annotata, cum clausula si quid exequendum, ex quo dubitaui an mandatum A. C. esset exequendum.

Et DD. Varesijs solis informantib. respōsum fuit mandatum A. C. esse exequendum stante obligatione Iani in forma Cam. & depositi de restituendo depositum ad omne mandatum Domini, quæ obligatio non admittit aliam exceptionem nisi
1 falsitatis quietationis, vel solutionis. † *Cassad. dec. vnica n. 2. de mut. petit. Gallef. ad form. oblig. Cam. par. 4. quæst. 1.* vel nullitatis, quæ tamen sit talis, vt nihil sit probandum vel incontinenti probari pos-
2 sit † *Ant. de Canar. de execut. instr. quæst. 11.* & fuit dictum coram *Illustriss. Blanchetto in causa Auximana grani 20. April. 1592.*

Non obstat prætensa nouatio ex nona conuentione siue concordia inita cum hæredib. Horarij principalis debitoris, quià cum hodie noua-
3 tio non inducatur nisi expressè hoc agatur † de ea constare debet *l fi. C. de nouat. §. præterea. Inst. quib. mod. toll. oblig. Mandell. cons. 367. nu. 6. lib. 2.* & fuit dictum *coram Cantuccio in vna Romana Curia de Sabellis 13. Iunij 1576.* tum etiam quia in d.

in d. concordia Domini Varesij, expresse protestati fuerunt citra aliquam nouationem fideiussorum,
4 quæ verba excludunt nouationem † *Ias. in l. non solum §. morte num. 48. ff. de oper. nou. nunc. Grat. cons. 126. nu. 7. & 8. lib.* 1. & fuit dictum in *d. Rom. Curia de Sabellis, & in alijs causis.*

Non obstat quod istæ protestationes videantur facto contrariæ, ex quo liberantur hæredes Horatij principalis debitoris, contra quos erant cedendæ actiones Iano fideiussori, ac depositario, quia D. Varesij non agunt contra d. Ianum pro rebus iã habitis ab hæredibus Horatij vigore concordiæ, sed tantùm pro residuo, quòd penes ipsum Ianum depositarium remansit, cuius ratione nulla obligatione erãt astricti hæredes Horatij, ex quo propter confectum inuentarium vltra vires hæreditarias
5 non tenebantur † *l. fin §. & si præfatam cum gloss. in verb. periculo, & in §. licentia C. de iur. delib. Paris. cons. 33. num. 89. & seq. lib. 3. Rol. de inuent. par. 1. in 5. q. num. 2. & par. 2. q. 1.*

R. P. D. LVDOVISIO.

postea fel. rec. Greg. XV.

Romana censuum.

23. *Februarij* 1609.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum tollit beneficium restitutionis in integrum num. 7.*
2 *Minor, qui fideiussit cum iuramento non restituitur in integrum.*
3 *Exceptio lapsus quadriennij impedit restitutionem in integrum.*
4 *Restitutionis in integrum petitio non impedit execut. oblig. camer.*
5 *Minor habens curatorem non potest sine illo contrahere.*
6 *Statuta de minoribus non tollunt alia requisita de iure communi.*
7 *Propinquorum præsentia, an, & quando suppleri possit per minus propinquos.*
9 *Falsitas causæ non præsumitur.*
10 *Decretum Iudicis præsumitur factum ex causa vera, & quòd Iudex adhibuerit causæ cognitionem. num. 11.*
12 *Obligat. Camer. executio non retardatur ex falsitate causæ, nisi illa sit concludenter probata.*
13 *Status præsens alicuius non arguit ad statum præteritum, sed præsumptio est sumenda à statu ante contractum non ab eo qui post superuenit num. 14.*
15 *Causa falsa non potest dici quando à principio est vera, & postea deficiat*
16 *Læsio non præsumitur, sed est probanda.*
17 *Decretum Iudicis excludit præsumptionem læsionis.*
18 *Læsio est probanda de tempore contractus.*
19 *Læsio in fideiussione quomodo probetur.*

DECISIO CXXXIV.

FABIVS, & Virginius de Vrsinis ann. 1591. locauerunt Philippo Rauennæ Castrum Nomenti cum suis tenutis ad annos 13. annuo affictu scutorum 900. pacto adiecto quod conductor reperiret scuta 42. mill. ad censum pro locatoribus, & census teneretur ipse conductor infra 16. annos extinguere, interimq. soluere fructus, pro qua extinctione, & solutione retineret pecunias dicti affictus, & insuper scut. 1000. turris lupariæ ad locatores pertinentis, fuit impositus census super d. Castro, & tenutis locatis, & vendendis eidem Rauennæ conductori pro personis nominandis, qui successiue nominauit Hieronymum ab Ecclesia pro scutis 10 mill. & Marerium per 8000 in reliquis non habuit effectum obligatio dicti census soluen. & de euictione inter alios accessit Dominus Ioannes Antonius Vrsinus Dux S. Gemini, contra quem cum actum fuisset ad solutionem censuum decursorum coram A. C. obtentum, ac etiam executum mandatum: fuit oppositum ipsum tempore obligationis fuisse minorem, & ob id fideiussionem per ipsum præstitam esse nullam, vel saltem ei competere restitutionem in integrum. Dubitaui extra Rotam de ordine Signaturæ, an esset procedendum ad vlteriorem executionem, vel potius reuocandum mandatum A.C. cum inde sequutis.

Fuit resolutum esse procedendum vlterius in executione, quia obligatio Ducis est liquida ex instrumento publico obligatione Cam. vallato, & fuit adhibitum decretum iudicis cum alijs solemnitatibus requisitis ex forma Statutorum Vrbis in contractibus minorum.

1 Et quo ad restitutionem in integrum † fuit dictum eam non posse competere propter iuramentum: *auth. sacram. puber. C. si aduers. vend.*
2 *vbi Bald. num.* 13. in specie dicit † non restitui aduersus fideiussionem, & post eum *Tiraq. de legib. connub. glos. 5. sub num.* 104. *& dixit Rota coram me in Bononien. Pecuniaria 9. Iunij* 1603.
3 Et quia † obstat lapsus quadriennij *l. fin. C. de*
4 *temp. in integ. rest.* Primum vt non impediatur † cursus vlterioris executionis. Tum quia sumus in obligatione Camer. Tum quia fuit præuentum in exequutione, ex latè deductis *in d. decis. Bononien.*

Nullitates etiam non obstant, nam quo ad primam quod Dux tempore obligationis haberet
5 matrem curatricem † sine cuius interuentu nulliter egerit. *l. si curatorem. C. de restit. in integrum*
6 fuit dictum † statutum non requirere præsentiam curatoris, & licet statutum non videatur tollere alia requisita de iure communi, *Castr.* qui de Curatore loquitur *cons. 506. in 1. dub lib 3. & post eum Dec. cons. 160. sub num. 1. vers. sed tamen hoc non obstan. Tiraq. de leg. connub. glos.* 8. *num.* 49. Attamen in terminis iuris communis data est re-
7 sponsio ex iuramento † quod tollit remedium restitutionis in integrum minori *Aym. cons. 7. n. 16.* qui de communi opinione, quæ vbique seruatur cum alijs per *Gabr. de minor. concl. 5. num. 40. vers. contrarium Menoch. cons. 203. num.* 11.

Non obstat alia nullitas ex eo, quod interue-
8 nerint minus propinqui omissis propinquioribus, † quia esset probandum pro parte Ducis, quod tunc habuisset propinquiores, qui potuerunt obligationi interuenire, *Paul. de Castr. cons. 124. in 2 dub. lib. 1. Corn. cons. 305. num. 8. lib. 1. & 131. num. 2.*

lib.

lib.4. Curt.Iun.in *l.1. num. 22. circa fin. C. unde*
vir, & uxor. Aym. conf. 80. *num.* 19. *Tiraq. de*
legib.connub.glof 8. *sub num.*51. *Aebill. decif.* 9.
de præsump. Guidob. *decis.* 98. & fuit sæpius deci-
sum. Fides autem quæ exaduerso datur ad proban-
dum præsentiã bo. me. Card. Gaetani non percutit
tempus contractus, quia est de alio mense, & de
alijs diebus, & recipit aliàs responsiones de qui-
bus per informantes.

Dum etiam impugnabatur obligatio ex defe-
ctu, immo falsitate causæ cum fuerit narratum Du-
cem posse se obligare, secure sine detrimento, pe-
riculo, & iactura, eo quod haberet Vrsinos rele-
uatores, qui tamen propter nimium æs alienum quo
præmebantur eum releuare non poterant. Item
fuit expressum quod Rauenna intra certum tem-
pus extingueret census, & tamen non extinxit,
9 fuit responsum † falsitatem causæ non præsumi *l.1.*
in fin. & in principio, & l.magis puto ff. de reb. eor.
*Put.decis.*245.*lib.*2.*Chis. decis.* 183. *fuit dictum in*
Romañ. census de Prouanis 8. *Aprilis* 1598. *coram*
10 *Orano*; præsumitur † enim iudicem qui decretum
fecit esse informatum de varietate causæ expressæ
*Paul.de Castr.cons.*432.*nu.*1.*par.*1. *Alex.cons.*80.
*sub num.*11.*lib.*5. & quod adhibuerit causæ cogni-
tionem vt fuit dictum in vna *Camerinen. fideicom-*
missi 7. *Septembris* 1589. *coram Robust. & in*
Sabineñ. seu Romañ. compromissi 14. *Maij* 1576.
coram Cardinale *Lancellotto*.

Falsitas autem causæ pro parte Ducis non pro-
12 batur, & tamen deberet † euidenter, & manifestè
probari ad retardandam executionem obligat.
Cameralis, vt voluit Rota in illa Romañ. census
de Pronanis.

Nam quod Vrsini non possint illum releuare
non probatur per prætensam excussionem, quia
non concludit de tempore contractus, cum non
13 valeat † consequentia non reperiuntur hodie bona
Vrsinorum, ergo nec de dicto tempore, cum par-
tim constet per prius eos habuisse plura bona, &
14 potius præsumptio † sumi debeat à statu, in quo
reperebantur ante contractum, quàm ab eo, qui
post contractum interuenit, ex traditis per *Menoch.*
*de præsumpt.lib.*1.*q.*24.

Accedit quod excussio facta fuit in Vrbe tan-
tum, & tamen notorium est Vrsinos habere multa
bona in territorio Mantuæ. Rursus iudex declara-
uit decretum deputationis cursorũ super excussio-
ne facienda citra præiudicium obligat. Camer.
processus executiui, & executionis factæ, relatio
etiam Cursorum patitur plures exceptiones rela-
tas ab informantibus.

Alia etiam causa quod Rauenna fecisset extin-
ctiones census non potest dici falsa ex eo quod non
15 extinxerit: † cum falsa causa non possit dici, quæ
à principio est vera, & postea deficiat. *Bald.in l.1.*
*nu.*11.*C.de cond.indebi.& facit reg.trad.per Bart.*
in l firem meam circa med. quem sequuntur plures
relati ab informantibus; quod in concernentibus
validitatem contractus semper inspicitur tempus
contractus.

Et ex his resultat responsio ab obiectum enor-
16 missimæ læsionis, ea † est enim probanda cum non
præsumatur Bart. *in l. nam & postea §. si minus*
ff. de iur. iur. Abb. *in c.1. in 2. not. de restit. in*
17 *integr. Dec.cons.*474. *num.* 11. maxime † propter
decretum iudicis quod facit præsumi eam non
adesse. *Dec. in l.singularia sub num.*3.*ff.si cert.pet.*
*Aym.cons.*2 4.*num.*2.*Rim Sen. cons.*74. *num.* 6.
*Hondcd.cons.*31.*num.*61.*lib.* 2. & fuit dictum in
illa *Bononien pecuniaria*, hic autem non proba-
18 tur talis † læsio saltem de tempore contractus, vt
requiritur *l.si voluntate in fin.C.de rescind. vend.*
Glos. & Doct.in l.2.eod.tit. & in l.precia rerum ff.
19 *ad l. falcid.* † & læsio non potest considerari, si
non probetur impossibilitas obtinendæ releuatio-
nis, nam ea, quæ deducitur ex eo, quod minor fide-
iusserit non est enormis, & minus enormissima, vt
fuit dictum in dicta Bonoñ. pecuniaria; impossibi-
litas autem non solum non probatur, sed potius
videtur excludi: nam cum fuerint quatuor fideius-
sores ex tribus partibus consequi poterat indem-
nitatem à confideiussoribus cum beneficio diui-
sionis, quatenus solidum soluisset, in 4. part. re-
manebat releuatio in bonis Vrsinorum, & Rauen-
næ. Alia autem quæ deducuntur non subsistunt, vt
bene deducunt informantes, vel requirunt altio-
rem indaginem, quę non admittuntur stante oblig.
Camer. vt in nostris terminis conclusit *Rota in*
Romana census de Prouanis, & in Bonoñ. pecu-
niaria.

R. P D. PAMPHILIO.

Postea S.R.E. Cardinali.

Romana anterioritatis.

Luna 23. *Iunij* 1603.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior auocat à posteriore creditore.*
2 *Obligatio repetita in secunda societate intelligitur repetita cum priuilegio anterioritatis, maximè quando est facta reseruatio prioris obligationis.*
3 *Protestatio, quod non intendit liberare obligatos à prima obligatione fieri potest, & num.* 4.
5 *Protestatio contraria facto dicitur, quod totum factum destruit, secus vbi tendit ad limitationem.*
6 *Acceptatio noua oblig. est necessaria ad hoc, vt liberetur à prima.*
7 *Protestatio, quòd non intendit recedere à priori obligatione sufficit, quòd fiat in actu extraiudiciali.*
8 *Præseruatio non tribuit ius de nouo sed solum conseruat antiquum.*
9 *Cessionarius succedit in locum cedentis etiam in executione oblig. Camer.*

DECISIO CXXXV.

DOMINI dixerunt mandatum A.C, ad fa-
uorem Damiani, esse exequendum: quia con-
stat de illius iustitia, stante oblig. Cam. Dominici
de restituendo ad omne mandatum Domini pe-
cunias habitas prioribus, & potioribus creditori-
bus DD. de Rubeis qualis est Damianus cessio-
1 narius Amodei, qui ratione societatis initæ † de
an. 1585. est illorum creditor prior Dominico *l.*
potior, & l. creditor ff.de his qui pot.in pign. Bald.l.
si fundum eod. tit.

Neque

Neque obstat, quod præfata societas, fuit reno-
uata per aliam factam de anno 1586. in extinctio-
nem primæ obligationis, quia obligationes, & hy-
pothecæ repetitæ in secunda societate intelligun-
2 tur cum priuilegio † anterioritatis, *l. 3. & ibi Bart.*
ff. qui pot. in pign. hab Neguſ. de pign. memb. 3. part.
8. *num.* 7. maxime quia in hoc casu Amodeus in
actu quietationis, hoc sibi expresse reseruauit, &
protestatus fuit nolle liberare obligatos in prima,
3 donec de † secunda sibi fuisset satisfactum, quod
facere potuit *l. si debitor, §. in venditione, ff. quibus*
modis pign. vel hypot. solu. gloſ. in l. eleganter in
verſ. pro soluto, & ibi Bart. num. 4. Bal. in verſ. in
eadem gloſ. & Castr. num. 8. ff. de pignor. act. idem
Bart. in l. si quis aliam, num. 2 in fin. ff. de solut.
Salicet. in l. libera in tertia oppositione, & ibi gloſ.
in verſ. prohiberi. C. de sent. Alexand conſ. 90. n. 22.
lib. 2. Gozad. conſ. 38. num. 2. Veronen. Caut. 123.
& fuit resolutum *coram bon. mem. Bubalo in*
causa Senogallien. predij 19. Nouembris 1583. &
sæpius in pluribus alijs causis.

Nec obstat, quod ista protestatio videatur con-
traria facto, quia nulla contrarietas oritur ex præ-
seruatione prioris hypothecæ in acceptatione se-
cundæ societatis, quam Amodeus accepit insolu-
4 tum sub ipsa † conditione. vt non dicatur recessum
ab antiqua hypotheca, nisi quatenus sequatur sa-
tisfactio ex secunda societate. *Alexan. conſ. 130.*
sub num 13. verſ. nec obstat si diceretur, lib. 4. &
5 *tenuit Rot. in dicta Senogallien.* vbi, quod tunc †
protestatio dicitur contraria, quando totum fa-
ctum destruit; secus vero vbi tendit ad limitatio-
nem actus, prout hic, quod saluæ maneant prio-
res hypothecæ, donec secunda societas sit soluta.

Non obstat, quod ista protestatio sit facta post-
quam per creationem secundæ, iam fuerat extin-
6 cta prima, quia † necessaria erat acceptatio Amo-
dei; *Alex. conſ. 105 num.* 5. & fuit dictum in vna
Roman. societatis. 17. Febr. 1581. coram Illustriß.
Card. Blanchet & sic secunda non potuit causare
extinctionem primæ nisi post acceptationem, quæ
in quietantia fuit facta cum expressa potestatione
prioris hypothecę, donec sibi fuisset satisfactum
de secunda; & quamuis in ratificatione secundæ
societatis, ista protestatio non fuerit repetita, non
obstat, quia non erat necessaria, & sufficit, quod in
7 actu extraiudiciali † semel facta fuerit, *Bart. in l.*
de pupillo § si quis ipso prætori num. 6. ff. de nou.
oper. nunc. Put. deciſ. 218. num. 1. lib. 2. Mohed.
deciſ. 2. de iud. cum vulg.

Non obstat, quod secunda societas fuerit facta
super diuerso officio, & ista protestatio fuit facta
absentibus obligatis in prima, quia ijdem DD. de
Rubeis, qui erant principales, & ad quos pecunia
peruenerat, erant etiam obligati in prima, & suffi-
cit, quod ista protestatio fuerit facta in quetatione
ipsis facta, & in actu acceptationis secundæ socie-
tatis, etiam, quod obligati in prima non essent præ-
sentes, cum hoc pendeat à sola voluntate reseruan-
tis, qui noluit acceptare secundam, nisi cum præ-
seruatione iuris sibi competentis, tantum ex pri-
ma, donec fuerit sibi satisfactum de secunda, &
alias cogi non poterat, præsertim quia in aliquo
non lædebantur obligati in prima cum præseruatio
8 non tribuat ius † de nouo, sed solum conseruet an-
tiquum *l. si quis ita legauerit, cum ibi notatis ff. de*
leg. 1. Dec. conſ. 516. nu. 19 Aym. conſ. 29. nu. 8.

Et ex his conclusum pro executione mandati
9 ad fauorem Damiani † cessionarij, qui succedit in
locum cedentis, *l. emptore cum ibi not. C. de her.*
vel act. vend. etiam quo ad executionem oblig.
Cameralis *Pariſ. conſ. 107. n. 89. & seq. lib. 3. Galleſ.*
de obligat. Camer. par. 2. q. 2. in princ. & in tit. de
person. pet. execut. num. 1. & tenuit Rot. coram bo.
mem. Giptio. 4. Iunij 1581. in vna Romana Fer-
racci.

R. P. D. PAMPHILIO.

Postea S.R.E. Cardinali.

Romana census.

Luna 4. Decembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si quid exequendum, verificatur ex*
actis prioris instantia.
2 *Instrumentum crediti producendum est ad hoc, vt*
constare dicatur de credito, nec sufficit adesse ad
effectum, vt possit condemnari, & nu. 6.
3 *Mandatum procura est producendum, alias non*
dicitur constare de mandato.
4 *Non dicitur esse instrumentum de actis, nisi pro-*
ducatur parte citata, licet instrumentum esset
in actis alterius Notarij.
5 *Productio scriptura est necessaria, nec sufficit*
coram Notario, & testibus exhibere.
7 *Existentiam crediti necesse est iustificare, nec suf-*
ficit esse creditorem.
8 *Productio nouiter facta, non operatur, vt senten-*
tia ante illius prosecutionem sustineri possit.
9 *Clausula si quid exequendum, intelligitur, prout*
de iure.

DECISIO CXXXVI.

FVIT resolutum mandatũ ad fauorem Illustriss.
D. Card. Comen. contra Illustriss. D. Iulianum
Cæsarinum relaxatum per acta Fabri Notarij A.C.
nõ esse exequendũ, & Domini alijs omissis, quę non
placuerunt, moti sunt, quia non iustificatur ex actis
1 prioris instantiæ, quæ sola sunt attendenda, ad ef-
fectum, vt sit locus clausulæ, si quid exequendum.

In actis enim huius causæ, & in actis Fabri non
2 fuit productum instrumentum emptionis census,
nec alias cõstabat de aliqua obligatione Illustriss.
D. Iuliani Cæsarini, ex qua potuerit condemnari,
vt requiritur, ex notatis per *Galleſ. de oblig. Came-*
rali. in tit. de processu. in princ. præsertim, quia pro
parte D. Iuliani coram A.C. fuerat protestatum
quod non constabat de instrumento census, nec de
eius obligatione, & ideo nihil fieri, nisi constito
de illis.

Quo fit, vt omnino esset necessaria illius productio,
3 nec sufficeret re vera adesse instrumentum census,
nisi actis producatur: sicut in simili non sufficit ali-
quem esse procuratorem, nisi de mandato doceat
in actis, vbi pars opponit, *Bald. in l. 1. in 2. lectura.*
nu. 3. ff. de procurat. & in conſ. 122. n. 1. lib. 3. Alex.
conſ. 146. circa finem, lib. 5. Crauet. conſ. 108. Gui-
dobo. deciſ. 129. & sæpius fuit resolutum.

Non

Non obstat, quod instrumentum census sit ro-
gatum apud acta Boccarini, alterius Notarij eius-
dem Tribunalis, quia isti Notarij A.C. habent ro-
gitus instrumentorum, & acta separata, & vnus
non se intromittit in negotijs, & causis alterius
vt notissimum est.

Et ideo non sufficit, quod instrumentum fuerit
4 penes alterum Notarium A. C. nisi producatur in
officio Fabri, qui erat Notarius actuarius huius
causæ, parte etiam ad dicendum contra legitime
citata; cum alias non dicatur esse de actis *Bart. in
extrauag. ad reprimen. in verb. de plano, Rom.
cons.* 119. *num.* 3. *Cassad. decis. 7. in fin. de appell.
Sarnien. de anna. q. 4. circa med. Couar. lib. 5. var.
resolut. c. 1. num.* 5. vbi quod non sufficit exhibitio
5 instrumenti † coram Notario, & testibus, nisi
formiter coram iudice producatur, *Felin. in c.
quoniam contra. num. 39 de prob.*

6 Non obstat, quod in officio Fabri actuarij huius
causæ fuerit rogata cessio huius census, ad fauorem
Illustriss. D. Card. Comen. quia ea sola non sustinet
processum, cum Cardinalis, vt possit agere in
vim oblig. Cameralis, non solum tenetur osten-
dere se esse cessionarium, *Alex. cons. 155. circa fin.
lib. 2. Paris. cons. 107. num. 88. lib. 3. Galles. in 2. q.
ad primam part form. num.* 3. sed etiam iustificare
7 existentiam crediti; *l. si nomen, vbi notatur. C. de
hared. vel act. vend.* sit obligatus fuit ipsemet ce-
dens, in cuius locum succedit.

Non obstat, quod hodie in Rota sit productum
8 instrumentum census; quia (vt supra dictum est)
non sufficit ad effectum executionis mandati rela-
xati, ante illius productionem, quod non est exe-
quendum, cum ex eisdem actis non iustificatur.
l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. Abb. *in c.
inter cæteras, num.* 8. *& Felin. col. fin. de re iud.
Franc. in cap. debita, q. 55. de appell.*

9 Et clausula Commissionis, quod in primis, &
ante omnia, si quid exequendum exequatur, intel-
ligitur, prout de iure, *Ias in l. causas, num. 7. C. de
transact. Crescen. decis. 42.*

R. P. D. SERAPHINO.

postea S. R. E. Cardinali.

Roman. releuationis indemnitatis.

27. Octobris 1603.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Camer. habet executionem paratam,
& prodest omnibus interesse habentibus.*
2 *Sententia non nocet non citato.*
3 *Sententia lata contra principalem quando noceat
fideiussori non citato, & quando exequi non
possit, & nu seq.*
Et quid in obligatione Came. vid. num. 5.
6 *Scientia fideiussoris de sententia lata contra
principalem, an ei noceat.*
7 *Non implementum opponi potest tertio agenti.*
8 *Cedens non tenetur tradere instrumentum ces-
sionario, quando originalia sunt apud notarium,
apud quem haberi possunt; cum sufficiat indica-
tio, & num.* 10.
9 *Decis. Capitaquen. 104 par. 1. quo casu procedat.*
10 *Hæres tenetur dare legatario instrumentum
fundi legati, quando originale est apud hæredem;
& non potest aliunde haberi, & quando alias
teneretur dare, teneretur sumptibus legatarij,
vt num seq.*

DECISIO CXXXVII.

FVIT conclusum nemine discrepante man-
datum A. C. esse exequendum; nam D. Ca-
millus, & litis consortes habent intentionem fun-
1 datam in instrumento census, & † adest obligat.
Cam. quæ habet exequutionem paratam, & pro-
dest omnibus interesse habentibus, & præsertim
ijs, qui eo semel vsi fuerunt in Curia Capitolina
contra Tiberium, & hodie docto de nouis mole-
stijs petunt se releuari, *l. si plus. de euiction. cum
vulgar.* Neque obstat, quod dicitur instrumentum
fuisse vulneratum per sententiam latam contra
Dominam Pantasileam, & obstare exceptionem
non adimplementi, ex quo interpellata non tradi-
dit instrumentum solutionum factarum creditori-
2 bus Virgilij; † nam sentẽtia allegata non nocet istis
Dominis actoribus, qui non fuerunt citati. Neque
3 facit, quòd sententia † lata contra principalem
noceat fideiussori non citato, quia isti nituntur obli-
gatione Tiberij contracta ad eorum fauorem de
ipsos releuando indemnes, non autem tanquam
fideiussorem Pantasileæ. Et ideo erat necessaria
4 eorum citatio, Vltra quòd † sententia lata contra
principalem non potest exequi contra fideiusso-
rem contractus non citatum, *Bart. in l. 1. iudic.
soluit.* Et quamuis aliqui teneant nocere quo ad
probationem, *Bald. in l. authore laudato. C. de
euiction. Alex. cons. 156. num. 5. lib.* 2. Hoc tamen
est intelligendum respectu qualis qualis præiudicij,
non autem ad plenam probationem *Gabr. cons. 43.
nu. 34. lib. 1. vbi de communi.* Et cessat difficultas,
quia impediendo exequutionem oblig. Cam. sen-
tentia sortiretur effectum suum, & haberet exe-
5 quutionem, † quæ contra fideiussorem contractus
fieri non potest, sed opus est noua sententia, vt ad-
mittunt omnes, qui contrariam opinionem sequũ-
6 tur, vt per *Gabr. d. cons.* 43. † Neque obstat scien-
tia litis, & quòd potuerint appellare, quia nolue-
runt facere sententiam suam appellando, & sufficit
quòd possunt allegare eam, ipsos non afficere, vt
fuit deductum *in causa Catanien. & Montis rega-
7 lis coram* R. *P. D. meo Millino.* † Quantum verò
ad non implementum oppositum, quamuis opponi
possit tertio agente, ex *decis. coram Illustriss.
Arigonio allegata*, tamen in hoc casu D. Pantasi-
lea nihil tenebatur implere. In contractu enim
transactionis solũ dicitur, quod ipsa cedat iura sibi
competentia ratione dotis super bonis fideicom-
missi, & hoc fuit impletum. Quòd autem tenea-
tur cedere iura cessionum sibi factarum à credito-
ribus Virgilij, nihil dicitur in copia transactio-
8 nis: Et † quamuis Pantasilea cesserit etiam ista
iura talia, qualia habet; nõ ideo tenetur tradere in-
strumentũ, quia originalia sunt apud Notarios ro-
gatos, & ab ipsis haberi possunt, & sufficit eorũ in-
dicatio cũ die, & Notario: neque enim venditor vel
cedens tenetur tradere instrumentũ cessionum, sed

suffi-

sufficit eorum ostensio, cum cautione de exhibendo quoties opus erit; sufficit enim, vt cessionarius possit ostendere ius suum *l. Titius hæres. vbi glos. fin. Odoffr. Bar. & Castr. de act. empt. & l. creditor. in princ. eod. tit.* Bart. *in l. quæsitum. §. Papin. de fund. instr. Ant. de Padil. in l. instrumenta.* C. *de fideicomm. Aneh. in cap. fin. num. 10. Imol. nu. 17. de empt. & vend.* Bald. *cons. 52 in fin. lib. 2.* Roman. *cons. 163. num. 5. & Bald. in l. si nomen. de hæred. vel action. vend.* dicit solùm, quòd cedens debet exhibere instrumenta cessionario, & idem dicit, *Alex. in l. sciendum num. 10. de verb. oblig.* Non obstat allegata decisio R. P. D. mei Peniæ, quia ibi agebatur de scripturis, quarum originalia erãt apud Heluetios, nec de facili poterant haberi: Vltra quod prædicta causa fuit iterum propõsita, & fuit mandatum, vt scripturæ darentur Domino Ponenti; Idque non absque ratione, quia decisio fundatur super decisione Caputaq. 102. *par. 1.* quæ
9 loquitur † in cessione facta à negotiorum gestore, qui in redditione rarionnm tenetur tradere scripturas, iuxta *text. in l. cum seruus de cond. & demon.* Non obstat *doctr. Bal in l. instrumenta num.* 4. C.
10 *de fideicomm.* † quòd hæres teneatur dare legatario instrumentum fundi legati, quia *Bald.* & alij loquuntur, quandò originalia sunt apud hęredem, & non possunt aliunde haberi, quòd non applicatur in casu nostro: Vltra quòd *Bart. in allegato. §. Papinianus tenet,* quòd sufficit ostensio cum cautione de ostendendo, quandò opus fuerit, & etiàm tenet *Padil supra allegat. & Surd. decis. 54. num. 17.* Et in omnem euentum data opinione
11 contraria pro vera, † quòd hæres teneatur dare instrumenta legatario, hoc intelligitur sumptibus & expensis ipsius legatarij *Alex. in l seruum. §. cũ eui chirographum. num. 6. & ibi Ias. num. 11. de legat. 1. notant Doctores in l. apud Iulianum. eod. tit. Bart. in l. si sic. § si quis. eod. tit.* Roman. *in cõs. 229. nu. 3.* quæ eo maximè procedunt in casu ilto, in quo non constar Panthasileam habere ista instrumenta, & cessio facta de iuribus talibus, qualia sunt, & Tiberius potest illa facilè habere. Quare conclusum pro exequutione mandati.

R. P. D. ORANO.

Lucana pensionis.

Luna 17. Februarij 1592.

SVMMARIVM.

1 *Translatarius potest ad recuperationem pensionis agere per viam obligationis cameralis, sicuti poterant transferentes.*
2 *Papa liberam in beneficialibus habet facultatem.*
3 *Papa absque alicuius consensu, potest pensionem imponere, transferre, & prorogare.*
4 *De potestate, vbi non dubitatur, sufficit de voluntate constare.*
5 *Verba generalia, cum loquantur de quibuscunque beneficijs, comprehendunt etiam qualificata.*
6 *Vtile per inutile non vitiatur in speciebus, vel in summis.*
7 *Facultas data transferendi pensionem, medietatis fructuum beneficiorum non excedentem, dicitur data potestas transferendi pensionem medietatem prædictam non exceden.*
8 *Dictio, etiam, implicat casum magis dubitabilem, & explicat casum magis dubium.*
9 *Fauore alicuius quod inductum est, non debet in odium retorqueri.*
10 *Copia impressa sufficit ad effectum, vt ex ea quis dicatur certus de sua facultate.*

DECISIO CXXXVIII.

IN vna Lucana pensionis cum fœl. rec. Sixtus Papa V. erexisset Officium militiæ Lauretanę, & eorum vnum obtinenti quascunque pensiones ad summam 200. ducatorum in alios transferendi facultatem concessisset. R. Dñus Vincentius Porticus officium prædictæ militiæ assecutus, in vim dictarum facultatum, pensionem 200. ducatorum ex alia pensione 500. scut. auri, super fructibus Decanatus S. Michaelis Lucan. aliàs sibi reseruata, ad fauorem Domini Ioanni Andreæ coram notario, & testibus transtulit.

Demum conuento coram A. C. dicto Decano ad solutionem præstandam pensionis translatæ, tandem sententia ad fauorem Io. Andreæ lata fuit. Cuius validitate per viam appellationis coram me in dubium reuocata, dubitaui. An sententia A. C. esset exequenda, vel potius reuocanda. Domini gustatis illius meritis censuerunt, pensionis translationem fuisse validam, & in consequentiam sententiam A. C. confirmandam, quia clara est dispositio priuilegiorum, facultatem militibus tribuentium, pensionem ad certam quantitatem transferendi, mandatumque pensionis translatarijs sub excommunicationis, & alijs pœnis, & decretis in litteris priorum pensionum contentis,
1 persolui, † ac contra titulares morosos executiuè, & per viam obligat. cameralis, ad solutionem, non secus ac transferentes, poterat procedi, iuxta tradita per *Galles. de oblig. Camer. par. 2. q. 2.* Hoc autem stante non refragantur in contrarium adducta: nam quantum ad pactum, quod dicitur inter q. Titulatem, & pensionarium, super non trãsferenda pensione fuisse initum, quodq. operatur, ita quemadmodum, si circumscripta essent priuilegia, non posset pensio transferri, ita nec potuerit vigore priuilegiorum, cum priuilegia non censeantur tollere obstantia pactorum, ex quo nunquam derogant iuri quæsito, nisi specialiter facta illius mentione: fuit responsum minus verificari in facto, quia pensio fuit reseruata simpliciter, & proinde si postea aliundè pensionario superuenit ius transferendi. non est vlterius circa potestatem
2 dubitandum, cum † Papa in beneficialibus, & eorum fructibus omnimodam, & liberam facultatem habeat, *Clem. 1. in fin. vbi* Card. *in 10. notab. vt lit. pend. cap 2. de præb. in 6 cap. proposuit. extra de cõ-*
3 *cess. præben.* † adeo quòd ex mera sua liberalitate absque alicuius consensu, potest imponere, transferre, & prorogare pensiones; *Caccialup. de pens. q. 5.* quare postquam de potestate non dubitatur, sufficit de voluntate constare. *Alex. cons. 92. n. 35. lib. 6. Dec. cons. 76. num. 6. & 10. lib 5. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 60. & seq. de constit.*

Neq. ad rem pertinent, quod priuilegia loquan-

tur de pensionibus reseruatis super beneficijs iuris patronatus, prout est Decanatus Sancti Michaelis; quia verba eorum sunt amplissima, vnde cum loquantur de quibuscumque beneficijs, vtiq; comprehendunt etiam qualificata, *Crescen. decis.* 32. Maximè quia in reseruatione pensionis non requiritur consensus Patroni, *Gig. de pens. quaest.* 3. licet verum sit, quod eo casu Papa debeat habere noticiam iurispatronatus, vt fuit consideratum in vna *Lucana pensionis coram bon. mem. Domino de Rubeis* 4. *Nouembris* 1579. Pariter non obstat, quod dicitur, priuilegia loqui de pensionibus non excedentibus medietatem fructuum: quia de cõtrario ex eorum lectura apparet, siquidem ista qualitas apposita fuit respectu translationis, ex qua facultas datur militibus transferendi pensionem, non tamen summam 200. ducatorum, nec medietatem fructuum excedentium: & quando daretur de illius excessu, ideò redderetur nulla, nisi inquantum dictam quãtitatem excederet: quia in summis, vel speciebus vtile per inutile non vitiatur *l. 1. §. sed si mihi, & ibi Ias. num. 7. & Alciat. num. 30. de verb. oblig.* Bart. *in l. Graec. §. illud. nu. 3. de fideius.* Cassad. *decis. 4. nu. 4. de pens.* Crescent. *decis. 22. Boer. decis. 162. num. 4.* itaque Papa dando facultatem transferendi pensionem medietatem fructuum beneficiorum non exceden. intelligitur concedere pro ea parte, qua pensio dictam medietatem non excedit, *ad l. Sticum qui mente erit, cum ibi not. de leg.* 1. & fuit dictum *coram R. P. D. meo Mantica in vna Vicentin. pensionis.*

Minus obstat quod prætenditur, translationem fuisse nullam tanquam factam coram notario, & testibus, quoniam si respicimus primam bullam, nulla cadit difficultas, cum apertè loquatur de translatione facienda coram notario, & testibus; si vero secundam, idem concludendum est, quando enim dicit, etiam in manibus nostris, vel Romani Pontificis pro tempore existentis, seù alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ & etiam coram notario laico, & duobus testibus, etiã laicis, & in Romana Curia, & alias vbique locorum; illa dictio, etiam in manibus nostris, stat ampliatiuè, quia dictio, etiam, habet hanc naturam, vt implicet casum, magis dubitabilem, & ex-
8 plicet casum magis dubium, vt notatur in *Rubr.*
& in l. etiam. ff. sol matr. & l. etiam ff. de verb. signif. Bald cons. 209. n. 2. & 9. lib. 3. Alex. cons. 116. num. 14. lib. 2. Gemin. cons. 125. num. 10. Dec. cons. 456. num. 16. & 543. num. 17. in fin. Cum igitur paulo ante dixisset, in manibus nostris, vel Rom. Pontificis, seù alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, subiecit, etiàm coram notario, quia iste casus fuit magis dubitabilis, & propterea per illam dictionem, etiàm explicatur, *Bald. in l. anterioribus. num. 2. C. de iur. deliber. Dec. in l. cognitio. num. 2. ff. de off. eius.* Aliter enim si reciperetur illius intellectus, diceretur restringere, & corrigere id quod fuit dictum in prima
9 Bulla, contra *l. quod fauore, cum concordan. de reg. iur.* Nec facit, quòd in translatione non fuerint exhibita priuilegia originalia, quia sufficit copia impressa ad hoc, vt quis dicatur certus de sua
10 facultate. *Put decis. 246. lib. 3.* † prætcrea quando translatio fuit facta coram notario, non est necessaria exhibitio: neque enim interuentus notarij desideratur ad alium effectum, quàm probationes, non autem ad effectum, vt tanquam executor antiquam pensionem casset, & nouam reseruet. *Put. decis. 344. lib. 4.*

R. P. D. ORANO.

Maceraten, grani.

9. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Camer. habet executionem paratam.*
2 *Exceptio non implementi impedit executionem oblig. Cam.*
3 *Ordo est seruandus.*
4 *Secundò contrauenient potest contra primum agere, & ad adimplendum cogere etiàm, quod ipse non impleuerit num. 5.*
6 *Executiue non potest agi contra non nominatum in instrumento.*
7 *Curator hæredit. repræsentat personam defuncti quoad omnia.*
8 *Curator hæreditatis dari non potest, quando non speratur quod aliquis velit adire hæreditatem, vel super ea deliberare nu. 9.*
10 *Curator hæreditati iacenti potest dari cum facultate intentandi quascunque actiones.*
11 *Locatio finitur per obitum conductoris.*
12 *Locatio est de illis contractibus, qui transeunt ad hæredes actiuè, & passiuè.*
13 *Locatio dicitur nulla quando facta est domino & proprietario bonorum locatorum.*
14 *Exceptio læsionis non impedit executionem oblig. Camer.*

DECISIO CXXXIX.

DVBITAVI in vna Maceraten. grani Mercentij 9. Iunij 1593. præsuppositis instrumentis locationis, & sublocationis possessionum de quibus in actis, & alijs hinc inde deductis, An ad instantiam curatoris hæreditatis iacentis quon. Antonii Leutij sit contra bona DD. de Mozzis pro affictibus decursis relaxan. mandatum executiuum. Domini circumscripta validitate instrumenti sublocationis fuerunt in voto affirmatiuo,
1 quia instrumenta sunt cum oblig. Cam. † quæ paratam habent executionem *Cassad. decis. 7. de mut. petit. Anton. Canar. in tract. de execut. instrum. q. 51. & seq. Galles. de oblig. Cam. par. 4. q. 1. num. 17.*
2 licèt autem † exceptio de qua datur non adimplemẽti soleat impedire illorum executionem *Alex. cons. 119. lib. 1. Corn. cons. 291. num. 8. & cons. 297. post num. 1. lib. 3. cum simil.* tamen considerare oportet cui nam partium onus fuerit iniunctum
3 primo pro parte sua adimplendi, † nam ordo seruandus est *Bald. in l. 1. nu. 22. C. de vsur. & fruct.*
4 *leg. Soc. cons. vlt. nu. 3. vers. non dotata lib. 2.* & † licitum est secundo contrauenienti contra primum agere *Mattesil. sing. 50.* quo fit, vt cum Mozzij obligati prius sublocatori soluere annatim durãte sublocatione salmas 550. grani in solutione defecerint, licuit Antonio, seù Curatori eius hære-
5 ditatis pro parte sua † promissum non adimplere, & nihilominus Mozzium ad implendum cogere

deducta

deducta in obligationem conuenire *Alberic.in l.4.*
non fuerit de iur.iur. Barbat.consf. 115 *sub nu.* 1.
vol.1.Claud.in l.si quis maior nu.46 C.de transac.
& fuit dictum *coram Oradino, & postea coram*
R.P.D. meo Decano in vna Messanen.pecuniarum
& nouis. coram me in vna Mediolanen. frumenti.
Nec ad rem pertinet, quòd prætendatur iudi-
6 cio executiuo non esse locum sub prętextu † quod
Curator non fuerit nominatus in instrumento, quia
stante obligat. Camer. in rata ad fauorem Antonij
principalis acceptantis pro se, suisq. hæredibus,
& successoribus, vel cui ab ipso declarabitur po-
test procedi executiuè ad instantiam curatoris hæ-
7 reditatis † vniuersum ius & personam d. Antonij
ad fauorem creditorum repræsentantis, cum in eũ
non secus, ac in hæredem vniuersalem transiuerint
omnes actiones actiuæ, & passiuæ *Angel.in l. 2. ff.*
de cur.bon.dan.Alex.consil.4.sub num. 4. vers. &
tutius, lib.2.

Maximè, quod in commissione, cuius vigore
proceditur fuit adiecta clausula, si quid exequen-
dum, &c.

8 Nec dicatur † donationi curatoris non fuisse
locum si non adsunt, nec sperantur hæredes Anto-
nij, neque qui velint deliberare super sua successio-
ne *ad Angel.consf.193.sub num.2.vers.restat. Fel.*
in cap.relatum sub num.2.vers.limita istam falle-
tiam, & ibi Dec.num.2.vers.sed tamen de offic.de-
leg.idem Dec.consf.509.num.1. Nam non desunt
sorores germanæ superstites, & alij etiam vlterio-
9 ris gradus, † qui hæreditatem prætendunt; & ad-
huc deliberant *Angel.d.consf.193.col.3.vers.quan-*
10 *doque hæreditas non aditur:* vltra quod potuit † ad
instantiam creditorum dari curator hæreditatis ia-
centi cum facultate intentandi quascunque actio-
nes *Alber.in rub de Curat bon.dan.sub numer.2.*
Bald consf.229.num.1.lib.1. Fulgos.consf. 314.sub
num.3. prout etiam huiusmodi successit datio de-
creta per iudicem ad instantiam creditorum cita-
tis speciatim sororibus q. Antonij, & alijs paren-
tibus etiam iuxta formam Statuti Florentini, & ex
11 his cessat, quòd dicebatur † per obitum condu-
ctoris locationem fuisse finitam. *iux. l. si vero §.*
fin.iuncta l.seq.ff.de locat. quoniam etiam, quòd
non fuerit adita Antonij hæreditas, non per hoc
12 locatio fuit extincta, † nam locatio est de illis con-
tractibus qui transeunt ad hæredes actiuè & passi-
uè *l.viam veritatis C.locat.l.cum si plures §. hære-*
dum ff.eodem Ias.in l.1.num.36. C.de iur. emphit.

Neque peremptio locationis intrat in hoc casu
propter correspectiuitatem rationis, obligationis,
solutionis, debitorum cum effectuatione.

13 Non obstat, quòd dicitur † sublocationem fuis-
se nullam ex quo facta fuit Domino & proprieta-
rio possessionum iuxta *l.neque pignus de reg. iur.*
quia animaduerten. est, quod hic conductor non
consideratur vt dominus, sed vt sub conductor *ad*
l.si aliquam rem ff. de acquir.possess. ita quod po-
tius iudicandus est redemptor fructuum locatorum
pro certa salmarum quantitate, quod etiam fieri
non prohibetur.

14 Quod adducitur de læsione † non releuat ad im-
pediendam executionem obligat. Cam. *Io. Paul.*
decis.44. & fuit decisum coram me in causa *Roma-*
na transactionis DD.de Sfortia.

R. P. D. SERAPHINO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana damnorum, & interesse.

Lunæ 11. Februarij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum datur pro omnibus in instrumento contentis.*
2 *Damna, & interesse propter moram debitoris, ueniunt ex natura obligationis.*
3 *Amplia, vt veniant etiam absque interpellatione.*
4 *Saluianum assumit naturam iudicij, & causæ super qua agitur.*
5 *Saluianum datur contra tertios possessores.*
6 *Damna, & interesse probantur per instrumenta locationum.*

DECISIO CXL.

FVIT resolutum in casu de quo agitur, habe-
re locum vtile Saluianum interdictum pro
recuperatione damnorum, & interesse, quorum
promissio expresse continetur in instrumentis cẽ-
suum sub oblig. Cam. vnde fit; vt pro omnibus in
1 dictis instrumentis † contentis intret actio ex vtili
Saluiano, cum hypotheca in ijs contineatur pro
omnium promissorum obseruatione, maximè cum
circumscripta etiam obligatione, ex natura rei ve-
2 niant damna, & interesse propter moram debitoris
vt per *Auebar.consf.150 nu.3.* etiam sine interpel-
latione, quod cogeretur quis capere pecunias ad
cambia, *Mohed. decis. 102. in fin.* licet tunc aliæ
actione peti debeant, quoties non procedit hypo-
theca; sed vbi procedit hoc remedium, assumit na-
turam iudicij, & causæ super qua agitur, *glos. pe-*
nult.in l.1.de interd.siue extraor.act.

Nec refert, quod Domini de Porta non sint illi,
qui obligarunt se in constitutione censuum, quia
5 hoc remedium est personale in rem scriptæ, † & da-
tur contra tertios possessores, vt per *Doct.in l.1.C.*
de Salu.Interdict.l.1.ff.eod.Rolan.consf.14 in prin.
lib. 1. Modern.de adipisc.possess.remed.3. num. 57.
Cuiac.obser.lib.5.cap.24.

Et hinc colligitur responsio ad allegatam deci-
sionem in causa *Roman.50.mil.* quia ibi nulla prę-
cedebat hypotheca pro damnis, & interesse.

Quantum vero ad probationem damnorum, &
6 interesse, ea probantur † concludentissimè per in-
strumenta societatum exhibita, & hanc proba-
tionem Rota perpetuo admisit, vt videre est in
progressu causæ *Rom.Vineæ de Brunis coram RR.*
DD.meis Blanchet.& bon.me.Bubalo.

Quare conclusum competere vtile Saluianum
interdictum in casu de quo agitur.

R. P. D. LANCELLOTTO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Domorum in Burgo.

24. *Maij* 1602.

SVMMARIVM.

1 *Extrema in Saluiano sunt præcipua incumbentia in eo iudicio.*

2 *Creditum probatur ex instrumento emphyteusis, seu locationis situs.*
3 *Instrumentum adminiculatum probat contra tertium ad effectum solutionis canonis.*
4 *Amplia contra eum, qui habet causam a principali conductore.*
5 *Obligatio Cameralis inducit hypothecam, tam cōtra bona praesentia, & futura, quam contra melioramenta, & n. 6.*
7 *Melioramenta facta à tertio, non censentur duo obligata.*
8 *Contrarium est verius.*
9 *Tertius possessor potest offerre extimationem melioramentorum actori.*
10 *Extremum primum probatur ex instrumento locationis, etiam contra habentes causam a conductore, & nu. 11.*
12 *Possessio probatur per instrumentum locationis concurrentibus adminiculis.*
13 *Confessio probat contra confitentem.*
14 *Confessio expressa, & explicita probat in quocūque iudicio.*
15 *Possessio probatur etiam per testes.*
16 *Extremum secundum probatur ex litis sustentatione iunctis adminiculis.*
17 *Identitas probatur verificatis confinibus in instrumento positis.*
18 *Identitas probatur per duas demonstrationes.*
19 *Mala fidei possessor non praescribit, nec illius successor, & n. 20.*
21 *Malae fidei possessor dicitur, qui habuit titulum, & possessionem lite pendente.*
22 *Possessor malae fidei nullo vnquam tempore potest praescribere.*
23 *Praescriptio decennalis suffragatur tertio possessori tantum aduersus hypothecam, secus si habet causam ab ipso debitore.*

DECISIO CXLI.

DOMINI resoluerunt intrare Saluianum, quia constat de credito, & hypotheca &
1 de vtroque extremo, quae sunt praecipua † incumbentia in hoc iudicio, iuxta notata per *Bart. in l. 1. ff. de Salu. interd. Rolan. cons. 14. num. 13. lib. 1. Neg. de pig. 3. memb. 8. par. num. 19. vers. septima conclusio, Modern. de adip. poss. remed. 3. num. 162. & seq. Put. decis. 207. lib. 1.* & fuit dictum in causa *Romana Saluiani interdict. 23. Iunij 1590. coram R. P. D. meo Penia.*

Creditum namq. probatur ex instrumento emphyteusis, seu locationis situs, in quo sunt aedifi-
2 cata domus de quibus agitur ad longum tempus factae de anno 1523. 31. Octobris, à Stephano Bonesio, pro annua responsione Iuliorum duodecim cum dimidio pro qualibet canna, & duorum Ca-
3 ponorum: quod instrumentum cum sit adminiculatum, vt fuit resolutum 19. *Ianuarij praeteriti coram me*, probat contra tertium ad effectum solutionis canonis, *Bart. in l. ad probationem C. loc. Ang. in l. officium. num. 2. ff. de rei vend. Felin. cap. inter dilectos num. 8. de fide. Instr. Socci. cons. 636. num. 85. Paris. cons. 26. nu. 25. lib. 1.* & fuit dictum *in Romana domus, 11. Maij 1592. coram R. P. D. Millino. Imol. bonorum 22. Iunij 1592. coram R. P. D. Pamph lio. Lauden. deuolutionis 3. Martij 1595 coram R. P. D. Corduba*, & in quam pluribus alijs causis; & maxime contra D. Ioannem, qui habet causam à dicto Ludouico conductore, ex cessione Faustinae illius filiae, ac successoris, *Aneh. cons. 44. num. 6. Aym. in tract. de ant. temp. par. 1.*
4 *in cap. Ampliatur nunc memorata, conclus. 12. & 23. Surd. decis. 10. num. 9.*

Ex quo instrumento cum obligat. Camer. omnium bonorum praesentium, & futurorum in for-
5 ma Camerae, oritur hypotheca pro canone, tàm in ipsis domibus, *Surd. decis. 32. num. 10* quàm etiam in melioramentis, quae in domibus facta re-
6 periuntur, & fuit resolutum in hac causa coram *bon. mem. Oriolen. 20. Decembris 1574.*

Non obstat *Neg. de pig. 4. memb. 5. par. num. 18.*
7 dum vult aedificium, & melioramenta facta à ter-
8 tio possessore non censeri duo obligata, sed satis esse offerre actori veram rei extimationem demptis melioramentis; quia vltra, quod non versamur in terminis melioramentorum simplicium factorum à tertio, sed sumus in casu, in quo aedificium erat faciendum vigore prioris locationis, & agitur cum habente causam à primo conductore, & sic in diuersis terminis; Contraria; tamen opinio est secundùm *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 8. n. 3.* cum pluribus sequētibus quam amplexa fuit Rota in dicta decisione alias facta coram *bon. mem. Oriolen.*

Quod autem Canon non fuerat solutus, satis probatur ex negatione Dominorum de Neteis agentium, qui se fundant in dicto instrumento, &
9 sic in iure ipsorummet opponentium. *l. 2. vbi glos. & Ias. num. 132. & seq. C. de iur. emph. Rip. in l. in illa. num. 13. ff. de verb. oblig.* & fuit tentum in *Mediolanen. frumenti, 26. Octobris 1587. coram bon. mem. Orano.*

Primum extremum possessionis primi condu-
10 ctoris, probatur ex eodem instrumento locationis, quod sicut probat possessionem inter contrahentes, *Felin. in cap. inter dilectos sub num. 19. de fid. instr. Gozad. cons. 94 in fine cum alijs per Gabr. de locato, conclus. 4. num. 14.* ita etiàm probat contra
11 habentes causam ab ipsis, † secundum tradita per *Anchar. d. cons. 44. num. 6.* & alia superius allegata *Tiraq. de consti par. 3. limit. 1. num. 22.* & maxime stante clausula, dans, & ponens, in instrumento apposita.

Quae probatio redditur indubitata, quia cum
12 eodem instrumento locationis † concurrunt quāplura adminicula, cum quibus possessio plene probatur, *Gabr. de locat. dicta conclusione 4. num. 16. Caesar. de Grass. decis. 38. num. 7. etiam contra tertium. Gozad. d. cons. 94. num. 57. Abb. cons. 9. nu. 12. volum. 1.*

Adminicula autem praecipuè desumuntur ex positione per Dominam Faustinam, à qua (vt dictum est) Ioannes causam habet in alio iudicio facta, & in hac eadem causa producta: in quibus ponit qualiter dictus primus conductor possedit istas
13 domos, quae cōfessio probat contra illam, *Franc. in cap. fin. num. 2. de iureiur. & in cap. 1. num. 11. de confess.* atque vti explicita, & expressa probat
14 etiam in quocunque alio iudicio. *Rot. decis. 8. de testam. in antiq. Aegyd. decis. 3. Caputaq. decis. 190*

par.

par.1.Cæsar. de Graß. decis. 90. numero 17.
Item ex duobus testibus ab eadem Faustina ex-
15 hibitis de eadem positione deponentibus, qui pa-
riter contra illam probant, & consequenter etiam
contra Ioannem, ab ea causam habentem; & ad-
sunt etiam alia adminicula, quæ fuerunt conside-
rata in decisione in hac causa facta, dicta die 16.
Ianuarij præteriti.
Secundum extremum probatur ex litis subste-
16 tatione iunctis adminiculis, tum ex titulo Ioan-
nis habito à Faustina filia, & successore Ludouici
primi conductoris; tum ex eius responsione ad
positiones, *Caputaq.decis.369.par.2.* & pluries de-
cisum fuit.
Identitas autem sufficienter probata est, con-
17 ferendo confinia in instrumento locationis † de-
monstrata, cum confinibus, de quibus deponunt
testes vltimo loco examinati, in Summario nu. 1.
iuncta confessione Ioannis num.2. siquidem elici-
tur concordia quatuor confinium, primo videli-
cet in nomine loci, qui est de Burgo sancti Petri;
secundo in via publica, tertio in via vicinali; quar-
tò in domo contigua, quæ prius fuit Benigni, &
Sebastiani, & postea Magdalenæ de Bobus, & po-
stea Domini Claudij Nerei.
Nam in probanda identitate duæ demonstra-
18 tiones sufficiunt *l.forma, & ibi Glos.in vers. vici-*
nus de censib. Cart.in l.demonstratio falsa.num.14.
& 15.ff.de cond & demon.Aym.in respons.proge-
nero.num.321.Castr.in l.si in nomine. C. de testa.
Alex.cons.123.nu.3.lib.1.Dec.cons.13. lib.1.nu.9.
& fuit pluries resolutum.
Descendentia DD. de Nereis aperte ostendi-
tur ex testibus desuper examinatis.
Non obstat allegata præscriptio, quia respectu
Ludouici Guadagni, & Faustinæ filiæ, non vide-
tur considerari posse, cum sicut emphyteota, seu
conductor per præstationem Canonis, siue pensio-
nis, spacio longissimi temporis non factam, con-
19 tra Dominum ratione malæ fidei, non præscribit.
l.male agitur.& ibi Gloss.in vers.debent, & alij C.
de præscript.30.vel 40.annorũ.Franc.Marc.decis.
*353 sub num.2.par.1.*ita nec illius successor. *l.neq.*
20 *de suffrag.Balb.de præscr. 4. p.4.par.princ.q.8.* &
sic multo minus respectu Ioannis, qui habuit titu-
21 lum, & possessionem lite pendente, propter quòd
22 censetur esse in mala fide † *l.& si lege §. etiam si*
ante litem.ff. de petit.hæred. quia nullo tempore
potest se præscriptione iuuare, *cap.fin.cum ibi no-*
tatis. de præscript.
Et ex hoc nec quicquam facit decennalis ad-
23 uersus hypothecam, quia illa solum suffragatur
tertio possessori bonæ fidei, & habenti causam ab
alio, quam à debitore, non autem, quando habet
causam, vt hic, ab ipso debitore. *l.1.& 2. C. si ad-*
uersus creditorem Neguš.de pign.2.memb. 5. par.
princ.num.1. maxime lite pendente.
Præterea instrumentum locationis factæ dicto
Ludouico Guadagno, & Ludouico Marchesio so-
cijs fuit de anno 1524. 31. Octobris, & ex quo
Franciscus Marchetius absente Faustina filia, &
herede dicti Guadagni de anno 1532. 19. Nouem-
bris vendiderant, vna cum sua domo partem, de
qua agitur attinentem ad Dominum Guadagnum,
saluo, & reseruato iure directi dominij cuidam
Gabrieli della Latta, vt apparet, ex publico instr
mento, in registro coram bon. mem. Lancellotto
fol. 310. & sic Faustina fuerat istis domibus spo-
liata de anno 1536. ipsa reuersa mouit iudicium
spolij contra dictum Gabrielem, & quandam Ma-
gdalenam de Bobus, coram Auditore Cameræ, vt
apparet ex positionibus exhibitis in registro co-
ram Sarmiento, fol 688.

Et quia dictus Gabriel in possessione domorum intrusus negligebat obtinere consensum, & canones soluere Lauræ, & Constantiæ filiabus, & hæredibus Stephani, cœperunt contra illum prætendere pariter fuisse spoliatas, & hac de causa litem, & differentiam tam spolij, quàm non solutionis canonum compromiserunt, vsque de anno 1539. 19. Martij, vt ostenditur ex publico instrumento: & causæ per viam compromissi non terminata de anno 1545. 26 Ianuarij iudicialiter commissa fuit contra eundem Gabrielem, & omnes alios bon. memor. Puteo, vt in registro coram eo fol.2. quæ causa cum eadem Faustina ad possessionem istarũ domorum reintegrata, secuta fuit, vt inter alia colligitur ex commissione depẽdente ab ipsa Faustina obtenta, in registro coram bonæ mem. Lancellotto fol.16. donec postremo lite hac indecisa pendente, de anno 1571. 30 Augusti, domus Ioanni tunc eius procuratori cessit, seu donauit, vt in registro coram me fol.418. ex qua quidem serie cessat omnino quælibet præscriptio, & præcipue respectu Domini Ioannis propter litem à tanto tempore agitatam.

Quare, &c.

R. P. D. MANTICA.

posteà S. R. E. Cardinali.

Cæsenaten. Spolij.

Lunæ 22. Iunij. 1592.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus debet restitui consito de primo, & secundo extremo.*
2 *Emphiteuta non petente renouationem intra tempus præstitutum, an possit Dominus directus propria auctoritate ingredi possessionem.*
3 *Possessio de facto nemini debet auferri etiam si iniustè videatur possidere.*
4 *Citari debet emphyteuta antequam declaretur res incidisse in commissum ex quauis causa.*
5 *Liquidatio debet fieri etiam si adsit obligatio Cameralis.*
6 *Pactum de capienda possessione propria auctoritate, an & quando locum habeat.*
7 *Monasterium ob negligentiam administratoris, non incidit in commissum.*
8 *Monasterium restituitur in integrum sicut minor.*
9 *Qui facto proprio, vel ob negligentiam cadit a possessione non debet restitui.*
10 *Debitor prius est conueniendus, quam ad executionem vrgendus.*
11 *Emphyteuta qui intra tempus præstitutũ non petijt renouationem non potest a domino directo expelli propria auctoritate etiam vigore pacti.*

DECISIO CXLII.

FVIT decisum Monasterium S. Mariæ in Monte restituen. esse ad pensionem predij siti in fundo S. Peregrini & cuiusdam portionis terræ sitæ in fundo Rossani qua fuit spoliatum à Dño Annibale de Paulis olim Episcopo Ceruien quæ vsque nunc detenta est ab eius successore.

Constat enim de primo, & secundo extremo vt
1 fuit resolutum 25. Maij proximè præteriti † cui cōsequens est dicere secundum communem doctorum sententiam, vt monasterium sit restituendum *can. redint: granda* 3. q. 1. *Abb. in c. cum ad sedem num.* 18. *de restit. spoliat Alex. cons.* 6. *num.* 5. *lib.* 3. *Dec. cons.* 252. *num.* 2. *Afflict. decis.* 361. *in princ.*

Non obstat quod Monasterium hæc prædia receperit ab Episcopo Cernien. & inter eos anno 1561. die 9. Maij conuenerit, vt renouatio fiat de 29. annis, & quod si Monaci singula pacta non seruauerint cadant ab omni eorum iure, & liceat Episcopo, & eius successoribus auctoritate propria absque alia partis citatione, & alicuius iudicis sententia, vel mandato dictorum bonorum corpo-
2 ralem capere possessionem, & ideo † cum intra tempus præstiturum non petierint renouationem Episcopus propria auctoritate vigore pacti potuit ingredi possessionem *Bart. in repetit. l. creditores, num.* 18. *vers. aut dies, & num.* 19. *ff. de pignor. & Alberic. ibidem num.* 5. *vers. item contra Imol in cap. potuit num.* 32. *post princ.* ibi potuerit creditor ex vi pacti ingredi possessionem ne alioquin fit in arbitrio Episcopi priuate Monacos eorum possessione etiam si non constiterit pacta apposita in concessione emphyteusis non fuisse obseruata,
3 quod quidem fuisset iniquum, & absurdum, † cum nemini possessio debeat auferri, etiam si iniustè videatur possidere, nisi fuerit citatus *cap. licet episcopus de præben. lib.* 6. *cap. in literis de restit. spol.* neque enim in casu proposito erat omnino certū, quod tempus præstitutum ad petendam renouationem esset trāsactum, & quod nulla defensio cōpeteret monasterio, nam si Monaci fuissent citati potuissent docere de prorogatione temporis, vel alia iusta causa, cum non debeant priuati sua pos-
4 sessione, sicut etiam citatio debet præcedere † si res emphyteotica dicatur incidisse in commissum propter alienationem factam sine consensu domini, vel deuolnta propter generationem finitam *Afflict. decis.* 97. *num.* 2. & 3. *Gabr. cons.* 88. *num.* 23. *lib.* 1. nam in qualibet obligatione, etiam Came-
5 rali † quæ paratam habet executionem si quid est liquidandum necessaria est liquidatio, nec ante eam vigore pacti potest capi possessio propria auctoritate vt fuit resolutum coram *R. P. D. Pamphilio in Montis Falisci bonorum die* 27. *Maij* 1589.
6 Proindè † pactum debet intelligi, vt locum habeat, quando constat possessori nullam omnino competere defensionem, secus si competat, vel etiam si dubitari potest an aliqua defensio possit competere, quia tunc debent possessores prius citari, vt doceant de iure suo.

Quod cum in casu proposito factum non fuerit, & probabiliter posset dubitari, an aliqua defensio, competeret & an pactum deberet effectum sortiri
7 præsertim † quia Monasterium ob negligentiam administratoris non incidit in pœnam caducitatis
8 vel † exemplo minoris potest in integrum restitui *Bal in l. pupillorum num.* 4. *vers. ad hoc non est omnino expeditum de repudian. hared. Ruin. cons.* 156. *num.* 22. *lib.* 1. Episcopus propria auctoritate non potuit capere possessionem nulla præcedente citatione.

Ex hoc etiam tollitur, quòd obijcitur Monasterium per pactum præstitisse consensum appre-
9 hensionis possessionis, & † emphyteutam qui facto proprio, vel ob negligentiam suam cecidit à possessione non esse restituendum *Alex. cons.* 9. *num.* 14. *cum seq. lib.* 3. *Soc. sen.* dicens communem opinionem *in l rem qua nobis num.* 8. *ff. de acquir. possess. Paris. cons.* 1 *num.* 16. *lib.* 1. quia hoc est intelligendum in casu quo pactum locum habebat, sed discutiendum est prius, an sit locus pacto quam illud executioni mandari possit, sicut dicitur, op-
10 portet † debitorem prius conueniri, quam ad solutionem vrgeri *l. vnic. de probib. sequestr. l. negantes ff. de action. & oblig.*

Neque ad rem pertinet, quod emphyteuta qui per biennium, vel triennium cessault à solutione canonis propria auctoritate possit à domino directo expelli præsertim si tale pactum fuerit expressum, quia in hoc puncto magna est doctorum controuersia, nec DD. placuit insistere propterea, quod monasterium ex hoc capite in pœnam ca-
11 ducitatis non incidisset, sed ex eo † tantum dicitur à iure suo cecidisse, quod lapso tempore 29. annorum ad renouandum præstituto non petierit renouationem quo in casu sine difficultate conclusum fuit Episcopum tamq. dominum directum nō potuisse, etiam vigore pacti absque citatione ipsius Monasterij propria auctoritate ingredi possessionem, & consequenter Monasterium in primis esse restituendum.

R. P. D. BLANCHETTO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Trium Millium.

18. *Aprilis* 1588.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non liberatur propter moram interpellandi principalem debitorem.*
2 *Fideiussor, qui vt principalis se obligauit, potest conueniri ante interpellatum principalem.*
3 *Amplia stante renunciatione omni legū auxilio.*
4 *Obligatio Cameralis continet renunciationem prædictam.*

DECISIO CXLIII.

1 DOMINI dixerunt propter prætensam morā interpellandi principalem debitorem, non fuisse liberatos fideiussores Domini Iulij per tex. clarissimum in *l. fideiussor creditori. ff. de fideius. vbi bene Paul. de Castr.*

Non obstat *l. si fideiussores, eod. tit.* quia procedit in casu suo, non autem, quando fideiussor fuit
2 non simpliciter acceptatus sed se principaliter, & tanquam principalis obligauit, vt distinguit. *Ruin. cōs.* 45. *n.* 4. *lib.* 5. quæ multo magis procedunt, stante

3 te renunciatione omni † legum auxilio, tunc enim cessat beneficiũ *auth. præsenti*, C. *de fideiuss.*
4 *Alex. cons. 34. numer. 4. lib. 4.* quæ renunciatio † in oblig. Camerali continetur, *Put. decis. 466. lib. 2.*

Istis fuit additum statutum Vrbis lib. 1. c. 152. vbi etiam incepto Iudicio contra debitorem, potest creditor prosequi vno, & eodem tempore ius suum contra fideiussorem.

R. P. D. MARQVEMONTIO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Pacen. pensionis.

Veneris 20. Nouembris 1609.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per instrumentum acceptionis illius, alio in possessione non existente.*
2 *Possessio capta non citato possessore dicitur clandestina, & non releuat.*
3 *Plures (diuersis tamen respectibus) possunt insolidum possidere.*
3 *Possidere duo insolidum eamdem rem non possunt.*
5 *Possessio capta sine præiudicio possidentis non est manutenibilis.*
6 *Vnio, quæ effectum non fuit sortita, reuocatur vigore regularum Cancellariæ.*

DECISIO CXLIV.

ROTA censuit mandatum de manutenendo esse dan. D. Bernardino Eusebio de cuius possessione de tempore motæ litis constat per instru-
1 mentum, quod † probat adeptionem veræ possessionis, alio in illa possessione non existente *Veral. decis. 336. & 337. par. 2. Soccin. cons. 205. lib. 2. & cons. 54. num. 15. lib. 4. Rolan. cons. 46. numer. 18. & 40. lib. 2.* Non obstat anterior possessio, quam Capitulum Aquen. prætendit accepisse ex causa
2 vnionis, † quia cum de illo tempore D. Barzettus prædecessor Bernardini existeret in possessione istorum beneficiorum, illa capitularis possessio, vti merè instrumentalis, & capta non citato, & ignorante Barzetto possessore est omnino clandestina, & inefficax, nec debet haberi in aliqua consideratione *l. 1. ff. vti possid. c. licet Episcopus de praben. in 6. Bero. cons. 53. numer. 25. lib. 3. Ruin. cons. 17. num. 3. lib. 3. Bald. cons. 136. seu 4. de dilat. Card. cons. 74. num. 2.* fuit dictum in causa *Cæsaraugustana dismembrationis 25. Iunij 1607. & 16. Iunij 1608. coram R. P. D. meo Sacrato.*

Nec obstat, quod Capitulum acceperit possessionem tanquam de vnito, Barzettus autem possi-
3 deret vti titularis, quodque plures † eodem tempore, diuersis tamen respectibus possidere possint *Bart. in l. si duo nu. 4. ff. vti possid. Rip. in l. ait prætor § si index num 15. de re iudic. Alex. cons. 99. num. 23. lib. 5. Oldrad. cons. 247. nu. 41.* si quidem cum titulus beneficiorum, perceptio fructuum, & omnimoda possessio ciuilis, & naturalis quoad omnes effectus esset penes Barzettum, non potuit huic casui adaptari, ista diuersitas respectuum,
4 † quia eamdem in specie possessionem duo insolidum possidere non possunt, *Ang. Aret. cons. 19. num 20.* & capitulum prætendit accepisse possessionem separatam ab illa Barzetti *ad decis. Cas. de Grass. 5. de caus. poss. & proprietat.* & illam non controuertit Bernardinus, vel prætendit accepisse illam possessionem in quo Barzettus existebat, & in illa petit hodie manuteneri, & ista prætensio non potest procedere, quia neque suo, neque iudicia facto Barzettus vnquam desijt naturaliter, & ciuiliter possidere vsquequo permutauit cum Bernardino, qui in vim illius permutationis confestim possessionem accepit.

5 Et si forte capitulum † prætendit accepisse possessionem sine præiudicio Barzetti, talis possessio non est manutenibilis *Put. decis. 32. lib. 2.* stante præsertim clausula in vnione apposita, quam primum illa beneficia per cessum, vel decessum ad præsena obtinentium vacare contigerit, quæ non videtur admittere quod possessio capta in vita obtinentis eoq; ignorante & non citato possit dici legitima.

Non obstat quod prætenditur stãte vnione Bar-
6 zettum non potuisse permutare illa beneficia, † nã fuit responsum quod prædicta vnio vti effectum nõ sortita fuit reuocata per regulas Sãctiss. D. N. ex latè deductis in *Toletan. Cappellaniæ 23. Ianuarij 1608. coram R. P. D. meo Pamphilio*, vel certe de hoc erit viden. in negocio principali, & interim non est retardan. manutentio, *vt fuit dictũ de mense Iunij proxime præteriti coram R. P. D. meo Iusto in causa Suessan. Rectorica.*

Et ex his fuit cõclusum pro D. Bernardino Eusebio vtraq; parte informante.

R. P. D. MANZANEDO.

Romana precij fundaci.

Veneris 1 Iunij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio implementi impedit executionem.*
2 *Exceptio implementi habet locum, etiam si in minimo verificetur.*
3 *Exceptio implementi obstat non solum cedenti sed etiam cessionario.*
4 *Exceptio implementi operatur, quatenus a parte opponatur.*
5 *Exceptio implementi potest per iudicem suppleri.*
6 *Exceptio implementi opponi potest, etiam post sententiam.*
7 *Implementum offerri potest pendente iudicio.*
8 *Exceptio implementi, non impedit ortum obligationis, sed tantum illius exercitium, & executionem.*
9 *Cessante impedimento adimplementi, actio exequi potest.*
10 *Clausula si quid exequendum, est iustificanda ex deductis in prima instantia.*
11 *Iura noua deduci possunt ad exclusionẽ emptoris.*

DECISIO CXLV.

CVM Angelus Fiorenzola in fundaco Christophori del Pace, & sociorum, haberet participationem per accomandam scut. 10. mil. & temporis discursu reperiretur debitor fundaci in scut. 5. mil. & Domini de Portigianis in scut. 3500. Et cum præfati creditores vellent à D. Angelo

iam decocto satisfieri, fuerunt electi deputati creditorum D. Philippus Guicciardinus, Vincentius Lauaianus, & Camillus Cauerranus, & confirmati à fœl. rec. Clemente VIII. per illius Motum proprium, qui dictam participationem Angeli 29. Decembris 1604. vendiderunt D. Christophoro del Pace, & Io. Baptistæ Cisalpino socio rationis fundacalis nouiter erectæ, seu erigêdæ, cum interesse per accomandiram Domini de Portigianis, quibus itidem, & eadem venditio fuit facta pro precio in totum scut. 9300. monetæ, in quorum computum compensarunt, & excompensarunt Christophoro, & sociis præfata sc. 5. mil. Portigiani autem d. sc. 3500. & residuum vsque ad implementum d. sc. 3900. emptores promiserunt soluere infra duos annos.

Postea vero 23. Ian. 1604. præfati Christophorus del Pace & Io. Baptista Cisalpinus instrumêto publico, obligat. Cam. vallato, vendiderunt D. Raynaldo, pro se, & suis hæredibus, & successoribus præfatum fundacum cum omnibus, & singulis pannis, tam laneis, quàm sericis in illo existentibus, & cum omnibus, & singulis creditis, affictibus, rationibus, & actionibus, & pertinentijs d. fundaci pro precio extimando, & declarãdo per peritos, à partibus infra triduum nominãdos, quibus partes dederunt plenam auctoritatem *de inuentariare, vedere, cognoscere, & estimare quello che è compreso in questa compra, & à fare quello sopra ciò cognosceranno necessario per la effettuatione di questa compra*, & in discordiam possint ipsimet periti tertium nominare, cum eadem facultate tali pacto, quod de precio sic extimando debeant deduci, & defalcari decem pro centenario *per la tarra*, ad commodum Domini Raynaldi. Qua detractione, & defalcatione sic facta, residuum precij promisit D. Raynaldus soluere in hunc modum 1. Martij eiusdẽ anni soluere sc. 21645. baioc. 92. in circa D. Philippo Guicciardino, tanquam creditori d. fundaci, per instrumentum publicum ibi notatum, sc. vero 4300. in circa, Fortunato Bauello, similiter fundaci creditori, residuum vero promisit soluere creditoribus d. fundaci tempore à peritis declarando, vt præfata omnia in instrumento vẽditionis continentur, in quorum executionem &c.

Hoc facto, à partibus fuerunt electi duo periti, qui inuentarium fecerunt omnium intra fundacum consistentium, & quia quoad illorum extimationem fuerunt discordes, fuit electus tertius, & extimata fuerunt ab ipsis omnia in d. fundaco reperta in mercantijs ad sc. 17420. & deuenerũt ad liquidationem nominum quaderni debitorum d. fundaci, quæ dixerunt ascendere ad summam sc. 13840. Ex quibus fuerunt reperta exigibilia sc. 9076. b. 32. Periti considerarunt circa extionem exigibilium, aliquid esse elaborandum per D. Raynaldum, & aliquando exigibilia fieri inexigibilia.

Qua propter declararunt de exigibilibus esse detrahendum ad rationem quinque pro centenario, ad commodum Raynaldi, & sic partitam exigibilium (nempè partitam scu. 9076. baioc. 33. reduxerunt ad summam scu. 8522. b. 52.

Præfatam vero partitam inexigibilium (nempe scu. 4593. b. 32.) reduxerunt ad scu. 1000. tantummodo, quæ duæ summæ nominum debitorum reductæ prout à peritis, constituunt summam sc. 9522. b. 52. & ista partita iuncta cum precio contentorum in fundaco, quod ascendebat ad summam sc. 17420. constituunt summã sc. 29082 b. 52. De qua integra summa detractis iuxta instrumentum venditionis decem pro centenario ad commodum D. Raynaldi, ascendit ista detractio ad scuta 26942. b. 52. & restat liquida summa sc. 24248 b. 27.

Quibus sic peractis, & precijs rerum à peritis sic taxatis, & D. Portigiano consignatis, ipse soluit D. Philippo Guicciardino nomine D. Fortunati Bauelli sc. 4440. b. 1. & iterum soluit eidem D. Philippo Guicciardino suo proprio nomine sc. 13434 quæ d. duæ partitæ sit solutæ, ascendunt ad summam sc. 17874. b. 80. qua partita excomputata ab illa sc. 24248. b. 27. remanet residuum penes D. Raynaldum in summam sc. 6343. b. 47.

Postea vero D. Raynaldo recusante residuum soluere D. Philippo, ipse obtinuit relaxari mandatum exequutiuum virtute d. instrumenti venditionis, & oblig. Cam. in eo contentæ, contra D. Raynaldum pro sc. 5000. à quo idem Raynaldus appellauit, & in Signatura Iustitię causam mihi committi obtiuuit, cum clausula, si quid exequendum, &c. Et dato dubio: An mandatum datum per A. C. relaxatum, esset exequendum, illoque proposito in Rota 24. Aprilis 1606. fuit dilata. Iterum verè proposito 31. Maij eiusdem anni, fuit dictum, quod videretur de bono iure, & restringeretur.

Vnde cum D. Raynaldus postea prætenderet mandatum A. C. non esse exequendum, quia fuisset nulliter relaxatum, ex eo, quod in d. venditione, vltra omnia supradicta, comprehenderentur etiam nomina debitorum libri magni, quæ ante omnia debuerunt illi consignari; Vnde ex d. consignatione sibi non facta resultabat exceptio non implementi contra debitores, qua stante, & ante dictum implementum, non potuerat Auditor Cameræ, ad relaxationem dicti mandati deuenire. Sed quia pro parte Domini Philippi negabatur prædicta nomina debitorum libri magni fuisse comprehensa in dicta venditione, sed tantummodo quædam à peritis specificata, quæ ascẽdebant ad summam scutorum 300. Ideo dedi dubium, An nomina debitorum contenta in libro magno, & quaderno Capsæ essent comprehensa in dicta venditione: quo dubio proposito 18. Decembris 1608. pro parte Domini Philippi fuit illi concessum. Vnde postea dubitaui, An stante præfati dubij concessione, constaret de tali implemento, quod impediret executionem mandati Aud. Cameræ. Istudq. dubium proposui die 31. Ianuarij 1609. Domino Raynaldo tantum informante, & fuit ad illius fauorem decisum: vnde D. Philippo, qui non informauerat, instante, & de ordine Dominorum, iterum proposui idem dubium, vtraque parte informante, 16. Februarij eiusdem anni, & quia Domini varie senserunt, fuit dictum, non liquet.

Et iterum eodem dubio reproposito 4. Maij eiusdem

eiusdem anni fuit dictum, dilata. Tandem vero illud proposui prima Iulij huiusmet anni; & Domini dixerunt, consignatis libris, nempe magno, & Capsæ, & nominibus illorum non exactis à die venditionis compensatis, mandatum A. C. esse exequendum. Ad quam resolutionem capiendam Domini considerarunt, nomina debitorum libri magni, & Capsæ esse comprehensa in præfata istius fundaci venditione, vt ex instrumento illius constat, & ex confessione Domini Philippi qui 12. Ianuarij huius presentis annis cessit dubio quærenti: An præfata nomina debitorum libri magni, & Capsæ essent comprehensa in venditione, ex qua comprehensione oriebatur obligatio consignãdi præfata nomina debitorum Domino Raynaldo; & ex prædicta consignatione non sequuta
1 competebat Raynaldo, exceptio non implementi, quæ impedit executionem, *Corn. cons. 79 nu. 17. lib. 1. Cranet. cons. 151. num. 10. Put. decis. 357. lib. 4. Verall. decis. 117. par. 3. Galles. de oblig. Cam 4. par q. 1. num* 7. & præfata exceptio impediebatur ex eo, quod Raynaldo consignata fuissent quaderna debitorum, quin & merces fundaci, cum talis non implementi exceptio intret, etsi in minori parte verificetur, *Dec. in l. cum proponas la 2. num. 5. vers. 4. ampliatur.* C. *de pactis, Rol. cons. 53. num. 23. lib. 1. Surd. cons. 101. num. 1. & seq. lib. 1. & cons. 400. num. 28. lib. 4. Put. decis. 340. nu. 2. lib. 1. & decis. 357. circa fin. lib. 3. & Verall. decis. 316. nu. 2. par. 3.*

Et quamuis ista obligatio consignandi præfata nomina debitorum libri magni, spectasset ad venditores, non tamen ad D. Philippum, non ex eo minus contra ipsum intra huius non implementi exceptio, tanquam contra venditores creditorum, & eorum iure agentium, ad *text. in l. cum res*, C. *de donat. Bald. in l. etiam num. 1. ff. de execut. rei iudic. Socin. Sen. cons. 236 nu. 1. lib. 3. Salicet. in l. quoties, ant. num. 2. vers. oppono ab extra*, C. *de donat. qua sub. mod. trad. latè Surd. cõs. 4. num. 6. & seq. lib. 1. facit text. in l. apud Celsum. §. de auctoris, & de dol. mal. met. except. & quæ tradit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 130.*
3 *& seq.* Exceptio namque quæ cedenti obstat, repellit quoque cessionarium, *Bero. cons. 32. n. 46. lib. 2. Surd. d. cons. 4. num. 9. & seq.* Ex quibus videbatur mandatum A. C. non esse exequendum. Sed quamuis præfata omnia de iure sint in se vera & exceptio non implementi impediat executionem, hoc tamen procedit si à parte opponatur,
4 aliàs tenet iudicium, † præcipuè in contractibus nominatis, vt tradit *Rom. in l. filia licet n. 8. & ibi Alex. num. 3. vers. sed ista* C. *de appell. Felyn. in cap. tamen. num. 4. vers. prima est. de simonia, plura refert Tiraq. de retract. lign. §. 1 glos. 17. num. 4. & tenuit Rot. diuers. decis. 810. num. 6 p. 1.* & fuit dictum *coram Illustris. Blanchetto in vna Romana Vena ferri 24. Februarij* 1592. & non videtur istam exceptionem oppositam fuisse à D. Raynaldo coram A. C. ante relaxationem man-
5 dati, † & à Iudice suppletam fuisse, prout suppleri poterat, iuxta *Doct. supra relatos*. Et quamuis 13. Iulij 1604. D. Raynaldus contra D. Christophorum del Pace, & Io. Baptistam Cisalpinum coram A. C. dixerit ad se spectare alia nomina debitorum contenta in libro magno, ista tamen petitio huius adimplementi, fuit facta contra venditores; vnde non intrant in iudicio executiuo D. Philippi, qui ignorauit petitionem præfatam contra venditores factam, & idcirco intrat regula vulgaris, quod res inter alios acta &c.

Et quamuis 27 Augusti anni 1604. coram eod A. C. D. Raynaldus contra D. Philippum dixerit ipsum D. Philippum teneri prius facere cõsentire in præfatã venditionem fratres ipsius Raynaldi, & antequam faciat illos consentire, agere non posse, & obstare sibi exceptionem ibi oppositam, non respicere consignationem nominum debitorum libri magni, sed tantummodo consensum fratrum, non præstitum venditioni præfatæ. Nec minus D. Philippus tenebatur facere consentire Dominos Fratres de Raynaldis in prædictam venditionem, nam quamuis in ipsa venditione præfati venditores promittant facere consentire omnem personam habentem, seu prætendentem interesse, opus esset nihilominus, quòd prius D. Raynaldus docuisset ipsos fratres habere interesse in isto fundaco sic vendito, quòd non docuit & non adest nisi supradicta accomandita sc. 3500 contentorum in d. venditione portionis Angeli Fiorenzolæ, celebrata à deputatis creditorum 19. Decembr. 1604. facta ab ipso Raynaldo pro se, suisq. fratribus, cum promissione de rato pro illis; & non constat, nec ipse vnquam docuit de ratificatione, & approbatione fratrum, qua cessante, cessat illorum intereresse, & obligatio faciendi dictos fratres consentire in istam venditionem. Vnde ex supradictis duabus petitionibus, seù protestantionibus, nullatenus induci valet exceptio non consignationis dictorum nominum debitorũ libri magni, & sic non implementi, opposita n fuisse coram A. C. ante relaxationem mandati, & per consequens ex supradictis videtur mandati executionem non impediri; & hinc est, quod informantes pro D. Raynaldo confugiunt ad dicendum, quod ista exceptio opponi potest etiam post
6 sententiam, & in illius executione, *ex Aym. consil. 151. num. 10. Menoch cons. 1. num. 367. & cons. 65 nu. 4. lib. 1.* quasi velint inferre, per dictam exceptionem posse à D. Raynaldo opponi, nunc in isto iudicio, in quo agitur de executione d. mandati A. C. quæ allegatio facile potest admitti, sed ex eo excluditur, quòd si nunc in executione d. manda-
7 ti, † possit præfata exceptio opponi, non possit etiam offerri implementum præfatæ consignationis, prout à D. Philippo in isto iudicio fuit oblatum; quin & cum effectu consignatio libri magni, & capsæ, & nomina debitorum, contentorum in d. libris, penes me fuit facta sciente D. Raynaldo, qui apud me vsus fuit dictis libris, prout sibi expedite visum fuit, quæ cõsignatio sufficit fieri pẽdente iudicio, vt *not. Dec. in d. l. filia licet. num. 5.* C. *de collat. & Alex. cons. 78. in fin. lib. 1.* & tenuit. *Rota decis. 476. num. 11. par. 1. diuers.* reddens rationem nempe, quia exceptio implementi non impedit ortum actionis, & obligationis, sed tantum exercitium actionis, & illius executionem, vt tradit *Grau. cons. 151. num. 10. circa med. not. Ias. in l. item quia num. 21. vers. limita conclusionem ff. de pact. & Bald. in l. si executione, num. 25.* C. *de*

non

non nume. pecuniæ in l. arbitrorum, num. 3. C. de arbitr. vnde impedito tantummodo per exceptionem non implementi, executio actionis impe-
9 dita dicitur, qua exceptione † cessante per superueniens implementum, cessabit etiam impedimentum d. actionis & executionis.

Quibus non obstat, nunc non posse in isto iudicio D. Philippum adimplere taliter, quod ipsius adimplemento stante possit deueniri ad executionem mandati A.C. cũ stante clausula, si quid exe-
10 quendum &c. debeat ex † deductis coram A.C. tantummodo obtinere. Quia respondetur, quod cum Raynaldus in isto iet iudicio opposuerit de præfato non adimplemento, neque noua exceptione vsus fuerit, non prohibetur D. Philippus itidem, & nouis iuribus vti præcipuè concernentibus exclusionẽ exceptionis, de nouo à D. Raynaldo in isto iudicio oppositæ: aliàs esset in pote-
11 state rei, † quicquid vellet, denuo deducere sub spe, quod actor non posset noua iura ad exclusionem exaduerso productorum, producere, quod esset absurdum admittere.

Ex quibus Domini censuere cum prædicta cõsignatione in isto iudicio facta, D. Philippum adimpleuisse, sed quia de nominibus debitorum libri magni, & capsæ sic consignatis apparebãt aliqua iam exacta à venditoribus, etiam post venditionem huius fundaci celebratam, tanquam compræhensa in d. venditione, spectabant ad D. Raynaldum; ideo Domini dixerunt, quod nomina sic exacta à venditoribus à die venditionis, deberẽt compensari, prædictaq. compensatione facta, mãdatum A.C. esse exequendum; istamque compensationem in hunc modum faciendam nempe, quia si nulla nomina dictorum debitorum post venditionem fuissent exacta, illaq. exempli gratia ascẽderent ad summam scut. 10. mil. totam hanc summam recuperaturus esset à debitoribus; D. Raynaldus, qui eandem summam scut. 10. mil. soluturus esset venditoribus fundaci; quòd si ex istis 10. mil. scut. reperirentur (verbi gratia) 5. mil. scut. exacta post venditionem, non tenebitur D. Raynaldus soluere venditoribus, nisi residuum 5. mil. scut. quia alia 5. mil. compensabuntur cum simili summa exacta post venditionem.

Vnum tamen est, quod iuxta formam instrumenti venditionis de præfatis 10. mil. sc. sicut de cæteris bonis, & nominibus debitorum fundaci, iam extimatis, cõpetit D. Raynaldo 10. pro quolibet centenario, quæ detractio semper erit facienda ad sui commodum, & fauorem.

Prædictis non obstantibus D. Raynaldus contendit constare de libro magno pag. 125. D. Philippum 24. Ianuarij 1604. & sic post d. venditionem soluisse Christophoro del Pace. sc. 3100. de quibus erat debitor in d. libro magno fundaci, & quod ista solutio tunc temporis non debebat fieri Christophoro del Pace, sed D. Raynaldo emptori, ad tradita per *Paris. cons. 88. num. 14. & 15. lib. 1. per text. in l. 2. §. illud tenendum, & l. venditor, l. vltima. ff. de hered. vel action. vendit.* & vtrobique *Salic.* vnde tanquam non rectè facta, debeat excomputari à D. Philippo in summa sc. 5. mil. pro quibus mandatum A. C. fuit relaxatum: Et quod non obstat, quod hæc eadem summa scut. 3100. fuerit soluta eidem Raynaldo, quia ipse (vt asserit) istam summam habuit, non tanquam emptor, & ratione d. venditionis, sed tanquam alter creditor eiusdem Christophori del Pace in eodem lib. pag. 140. in scut. 2752. lib. 6. vnde D. Philippus soluendo d. quantitatem D. Raynaldo tãquam creditori D. Christophori, visus est illam soluere eidem Christophoro, & per consequens luctare prætensionem, alias D. Raynaldi, quod d. solutio non fuit rectè facta. Quia respondetur concedendo d. solutionem, tunc temporis post celebratã venditionem, debuisse fieri D. Raynaldo, tãquã emptori fundaci, & nominũ debitorum illius: quod autem non tanquam emptori, sed tanquam aliàs creditori Christophori del Pace, fuerit soluta d. summa, hoc non ita clarè constat, quod non egeat maiori discussione, & vtcumque sit; cum quamuis ipsi Raynaldo fuisset facta dicta solutio, ipsemet teneretur eandem quantitatem soluere venditoribus iuxta superiùs notata, ideo ista summa sc. 3100. contenta in libro magno, tanquam exacta post venditionem, venit compensanda iuxta formam superiùs traditam, detrahendo de d. summa sc. 10. pro centenario ad commodum D. Raynaldi.

Et quamuis ipse asserat omnia nomina debitorum libri magni esse iam exacta, sicq. ipsum non habere, vnde recuperare possit illa decem pro cẽtenario, sibique competentia in prædictis nominibus debitorum exactis, & quod debet sibi prouideri in istis scut. millibus, pro quibus mandatũ Aud. Cam. fuit relaxatum, nihilominus, quia ex inspectione eiusdem libri magni resultat, plurima nomina debitorum, & in maxima quantitate non esse exacta, & vltra illa, etiam de nominibus quaderni debitorum, & mercantijs repertis in fundaco extimatis, de quibus supra in principio fuit facta particularis mentio, computatis omnibus cõputandis, restabat D. Raynaldus debitor in scutis 6373. b. 47. de quibus, etsi detrahantur 5. millia in mandato A.C. comprehensa remanet penes D. Raynaldum scut. 1373. b. 47. de quibus simul cũ prædictis nominibus debitorum libri magni, nedum exactis, restat plusquam sufficiens quantitas ad sibi prouiden. de illis decem centenarijs, quæ iuxta instrumentum venditionis deberet habere.

Minus obstat alia prætensio D. Raynaldi, quod ipse, ipsiusque hæredes haberent portionem scut. 3500. in d. fundaco, iuxta venditionem portionis Angeli Fiorenzolæ, factam à deputatis creditorum, de qua in principio dictum relinquimus, & quod illa debeat deduci ad ipsius, & fratrum commodum, de dicto fundaco precio liquidato: quia respondetur, quod D. Philippus, & Fortunatus Bauellus sunt creditores d. fundaci de tempore, quo in eo participationem habebat scutorum 10. millium Angelus Fiorenzola, cuius portio per supradictam venditionem à deputatis creditorum 19. Decembris 1604. factam, transiuit cum onere debitorum anteà contractorum in DD. Christophorum del Pace, & Io. Baptistam Cisalpinum, & in D. Raynaldum, & fratres, ratione accomanditæ, tanquam emptores: quod quantum ad fratres D. Raynaldi, intelligitur casu, quo dicti fratres ratam habuerint istam deputatorum venditionem;

tionem; vnde D. Raynaldus, & fratres ratione prædictæ suæ participationis, & accomandite pro scutis 3500. non possunt impedire DD. Philippū, & Fortunatum in recuperatione horum creditorum, nec dictam portionem scutorum 3500. possunt deducere, & rehabere, nisi soluto prius ære alieno à socijs, & participantibus per accomanditam contractus, vel ab illis, à quibus ipsius habent, & quibus successerunt.

Quibus sic stātibus iuxta resolutionem Dominorum mandatum A.C. venit exequendum pro dictis scutis.

Sed quia in banco D. Philippi adsunt depositata (prout etiam ipse fatetur) scuta 2420. per Alexand. Serigatum, spectantia tamen ad D. Raynaldum, erunt compensanda à D. Philippo in parte dict. 5. millium, vt tantò minùs habeatur in executione d. mandati.

R. P. D. MANTICA.
postea S.R.E. Card.

Romana affictus, seu damnorum.

Veneris 2. Aprilis 1593.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio implementi opponi potest, etiam aduersus oblig. Camer.*
2 *Exceptio periurij, repellit agentem à limine iudicij.*
3 *Probatio liquidissima requiritur, ad hoc, vt probetur commissa pœna.*
4 *Reus exceptionem suam plenè probare debet.*
5 *Dolus vbi non est, nec perfidia, nec periurium dici potest.*
6 *Causa qualibet etiam leuis excusat à dolo.*
7 *Instrumentum, sicut non obligat ignorantem, ita nec dubitantem.*
8 *Executio oblig. Camer. non impeditur per exceptionem implementi, donec per tres sententias, vel per rem iudicatam fuerit probata.*
9 *Compensatio non admittitur de liquido, ad non liquidum.*
10 *Liquidum perfectè non dicitur, quod per sententiam non fuerit liquidatum.*
11 *Exceptio compromissi impedit iurisdictionem iudicis ordinarij.*
12 *Arbitri electio voluntariè facta, non impedit, quominùs vna pars ad Iudicem ordinarium redire possit, tamen committitur pœna in compromisso adiecta.*

DECISIO CXLVI.

DVBITAVI, an in casu, de quo agitur, obligatio Cameralis sit exequenda, vel potius obstet exceptio periurij.

Et fuit conclusum, obligationem esse exequendam, quia paratam habet executionem, vt inter omnes constat.

Non obstat exceptio non implementi, quæ
1 etiam aduersus obligat. † Camer. potest opponi, *l. Iulianus §. offerri. ff. de act. empt. Corn. cons. 29. num. 17. lib. 1 Crauett. cons. 151. num. 10. Galles. de oblig. Cam par. 4. q. 1. num. 7.* quæ quidem exceptio deducitur ex eo, quod Canonici non seruauerunt pacta conuenta in locatione; cum A.C.D. Vincentio Casalis conductori inhibuerit, ne posset metere, & recolligere triticum satum in ea parte, de qua fuit controuersia: ex qua inhibitione ipsi D. Vincentio non modicam (vt asserit probari ex depositionibus testium) iacturam fecit; & de hac eorum contrauentione, dicitur constare ex decisiōne coram me facta die 17. Martij 1589. &
2 ob hanc causam † obstat etiam exceptio periurij, quæ repellit agentem à limine iudicij, quando agit ex eodem contractu, cuius vigore incidit in periurium, *l. si quis maior. C. de transact. Rom. sing. 493. & fuit dictum coram bo. mem. Lauretano in Romana deuolutionis molendini die 23. Februarij 1579.*

Quibus omnibus breuiter fuit responsum, coram me solum fuisse decisum, D. Vincentium pactis conuentis non contrauenisse, ita vt posset videri in pœnam ipsius conuentionis, de qua tunc agebatur, incidisse. Propterea dictum etiam fuit mandatum executiuum aduersus eum decretum, non esse relaxandum, quia ad istum effectum Canonici clarè suam non probauerant intentionem, quod terrena culta à Domino Vincentio, de quibus agebatur, essent comprehensa in pacto ei consignato, nam ad istum effectum pœnæ committendæ requiritur liquidissima probatio, vt di-
3 ctum est in dicta † decisione, *per l. in testamēto secunda de cond. & demonstr. & Bald. in cap. 1. numer. 10. qual. dom. feud. propr.* priùs cum alijs auctoritatibus adductis, sed quamuis clarè Canonici non probauerint D. Vincentium contrauenisse, & in pœnam incidisse, non tamen decisum fuit, à D. Vincentio clarè fuisse probatum, terrena non fuisse comprehensa in dicto pacto, ita vt ipse possit dici non impleuisse contractum, & in periuriū incidisse, sicuti nunc D. Vincentius excipit.

Vnde hanc exceptionem, ipse etiam ad effectum, de quo agitur dilucidè probare debet, etiam
4 quod † sit reus, *l. exceptionibus. ff. de prob.* & cū huiusmodi exceptione sit ambigua, executio obligationis Cameralis ad fauorem Canonicorum deducta non potest retardari.

Proinde multò minus refragatur exceptio periurij. Primo, quia hæc etiam præsupponit Canonicos contrauenisse, & tamen de eorum con-
5 trauentione † clarè non constat. Secundò, quia præsupponit etiam dolum, nam vbi non est perfidia, neque dolus, aut periurium potest intelligi, *cap. querelam, de iureiur. Alex. & Ias. in l. qui iurasse, num. 3. ff. eod. tit. idem Alex. in l. vlt. num. 6. ff. qui satisd. cogan. Felin. in cap. 1. num. 28 de iureiur. Rip. in cap. ex parte num. 23. cum seq. de rescript.* vnde quælibet causa, etiam leuis, excusat à
6 periurio, sicut excusat à † dolo, *Grat. cons. 50. nu-*
7 *mer. 75. cum seq. lib. 1.* † & sicut instrumentum non obligat ignorantem, ita nec dubitantem, *Decian. cons. 39. num. 21. & seq. lib. 2.* In proposito autem negari non potest, quin cesset dolus, quia apud ipsos Canonicos fuit saltim probabilis dubitatio, an terrena culta, de quibus est controuersia, essent comprehensa in dicto pacto, vt colligitur ex ipsa decisione, igitur à periurio ipsi debent excusari, cui consequens est dicere, vt exceptio

ceptio periurij non impediat executionem oblig. Cameralis: præsertim, quia aliæ etiam postea ab ipsis Canonicis factę sunt probationes, ex quibus saltim magis dubia redditur huiusmodi exceptio,
8 ita vt requirat altiorem indaginem: &† donec per tres sententias conformes, seu rem iudicatam de contrauentione, seu non implemento non liquet,
9 executio † obligat. Cameralis, quæ est certa, nō debet retardari, quia de liquido ad illiquidum, non
10 † admittitur compensatio, *l. vlt. C. de compens.* nec potest dici perfectè liquidum, quod per sententiā non fuerit liquidatum, *Bald. in l. stem quia, in 2. lect. nu. 1. ad fin. vers. non potest dici ff. de pact.*

Postremo non obstat exceptio cōpromissi, quæ
11 (vt dicitur) suspendit † iurisdictionem Iudicis ordinarij, *Blanc. de compromiss q. 6. de effect. compromiss. num. 17. in princ.* quia ipse euidenter loquitur de compromisso necessario, facto vigore statuti. Et aliud dicitur de compromisso voluntario, de quo
12 agitur, quia† arbitri (inquit) electi secūdum ius cōmune, non suspendunt iurisdictionem, sed altera partium potest redire ad Iudicem ordinarium; tamen & si aduersus eum pœna adiecta in cōpromisso committatur, *l. si quis rem ff. de arbitr. & glos. & Doctor. in Clem. quamdiu, de appell.*

Præterea in casu proposito, arbitri electi fuerūt inter se discordes, & postea alter eorum ab Vrbe discessit, & quòd magis est, ipse D. Vincentius cōmissionem impetrauit, atque ita renunciauit compromisso, & Signatura causam cum facultatibus Auditoris Cameræ mihi commisit, igitur præcitatis cōtrarijs rationibus, obligatio Cameralis suum debet sortiri effectum.

R. P. D. COTTA.

Tiburtin. Castri S. Poli.

27. *Martij 1564.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor obligatus in se suscipere litem, est cogendus hoc facere donec constet de enormissima læsione intentata.*
2 *Oblig. Cam. de sui natura habet executionem paratam.*
3 *Oblig. Cam. non admittit exceptiones extrinsecas à contractu, & requirens altiorem indaginem etiam si adsit absolut. à iur. nu. 4.*
5 *Exceptio læsionis non impedit execut. oblig. Cam. & quare.*
6 *Obligatio de non mouendo litem an & quatenus se extendat.*
7 *Remedium l. 2. C. de resc. vend. an veniat ex natura contractus.*
8 *Precium in dubio præsumitur iustum.*
9 *Exceptio enormissimæ læsionis non resultat ex ipso contractu, sed ex facto extrinseco.*
10 *Fideiussor non tenetur defendere contra remediū à iure prouenients.*
11 *Oblig. Cam. executio non retardatur per exceptionem dubiam & requirentem discussionem.*
12 *Litium euentus semper est dubius.*
13 *Fideiussor, qui promisit in se suscipere litem an & quando teneatur, & nu. 14.*

DECISIO CXLVII.

IN Tiburtinā Castri in qua Illustriss. D. Paulus Iordanus Vrsinus vēdiderat Castrum Illustriss. & Reuerendiss. Card. de Cæsis & vltra renunciationem læsionis, & clausulam donationis pluris precij, & promissionis de non contrauenieñ. ex quauis causa & occasione aderat etiam promissio expressa quod ipse non inferret litem eidem Illustr. ss. D. Card. immò ab alijs motam in se suscipere suis sumptibus & expensis à principio, medio, & fine, pro quo tanquam principalis, & insolidum & de suo proprio se obligauerunt nonnulli fideiussores cum iuram. in forma Cam. & mota lite per eundem Illust. D. Paulum in Rota ex capite enormiss. læsionis, & remedij *l. 2. Cod. de rescind. vend.* Illustriss. D. Card. agebat contra fideiussores corā A. C. ad hoc vt ipsi susciperent litem in se, & subministrarent expensas litis virtute eorum obligat. in forma Cam. Vnde fuit dubitatum ab A. C. an d. fideiussores possent excipere de iuribus Illustriss. D. Pauli principalis sui ex remedio *d. l. 2.* vel aliter competente antequam esset in Rota declaratum huiusmodi remedium competere principali, & me proponēte in Rota dubiū sub die 17. Martij 1564.
1 conclusum fuit pro maiori parte Dominorum † fideiussores teneri in se suscipere litē & subministrare expensas, donec constet de enormissima læsione intentata, & hoc quia fideiussores sunt obligati
2 in forma Cam. † quæ obligatio ex sui natura habet
3 executionem paratam † & non admittit exceptiones extrinsecas à cōtractu, & requirentes altiorem indaginem, sed omninò debet exequi. *Cassad. decis. vnica de mut. pet. Mobed. decis. 31. & seq. 10.*
4 *Paul. decis. 285.* & hoc etiam procedit† dato quod haberent absolutionem à iuramento propter priuilegium A. C. *Mobed. decis. 80. in fin. Ant. August.*
5 *decis. 72. lib. 3.* Cum igitur ista exceptio † læsionis proueniat non ex corpore ipsius contractus, sed extrinsecus ex ipsa medietate precij quæ probanda est, igitur non est admittenda, vt in terminis enormissimæ læsionis *est decis. Ptholom. 46.* indebiti,
6 & dictum fuit non obstare † quod obligatio de non mouendo litem non intelligatur de lite, quæ prouenit ab actione oriente ex eodem contractu, & sic ex natura ipsius contractus, *vt per Alex. cons. 20.*
7 *num 2. lib. 1.* quia † negatum fuit quod istud remedium perueniat ex natura contractus, quinimò est generale quod ab extra cōtu competit omnibus, & ex quocunque contractu *Corn. cons. 60. nu. 3. vol. 1.*
8 Immo † cum precium in dubio præsumatur iustum *Corn. d. cons. 6. num. 3. vol. 1. Afflict. decis. 220.* ista
9 exceptio non dicitur resultare ex ipso contractu, sed ex facto extrinseco, scilicet modicitate precij, in casu autem *Alexan.* exceptio ipsa ex natura contractus fideiussionis, quia eo ipso, quod quis fideiussores recipit, statim tenetur eis cedere ius, quod hàbet aduersus principalem, si contrà eos agat, & hoc est de natura fideiussionis, & ita loquitur Alex. Fuit etiam dictum non obstare quod cum istud remedium competat de iure ipsi Illustriss. D.
10 Paulo, † fideiussores quoque non teneri defendere Card. sicut nec ipse principalis per *l. 2. Cod. de fideiuss. minor.* quia non est clarum quod hoc remedium competat ipsi Illustriss. D. Paulo, stante quod in

in venditione adest renunciatio læsionis, promissio de non contraueniendo ex quauis causa, & donatio eius, quod pluris ipsa bona valerent; & cum
11 † hoc sit dubium, & requirat discussionem interim fideiussores non debent retardare executionem obligationis in so, ma Cameræ. Item in ea l.2. dicitur, quod tunc demum fideiussores non tenebantur cum apparuit, ergo a contrario quod non apparet tenentur, & hoc tanto magis dictum fuit, quia ex verbis instrumenti apparet, partes cogitasse ad omnes lites, siue iustè, siue iniustè mouēdas & ex quacunque actione, quia non simpliciter promiserunt soluere expensas, sed promiserunt etiam suscipere
12 lites † quarum euentus semper dubius est, & sic
13 non eo ipso, † quòd est mota lis Cardinali siue iusta, siue iniusta sufficit, vt fideiussores teneantur nō habita ratione, an iure permittente, vel non, lis mota sit *ad l. antepen. ff. rem rat. hab. Bart. & alij in l. amplius non peti. ff. eod.* dictum etiam fuit non obstare, quia fideiussores se obligauerāt insolidum tanquam principales, persona Illustris. D. Pauli censetur extranea, quoad ipsos, & vltra promissionem de suscipiendo litem, ex quibus firmata fuit
14 resolutio per maiorem partem Dominorū † quod fideiussores teneantur ad suscipiendā litem, & subministrandas expensas, quamuis constiterit de enormissima læsione, & declaratum fuerit dictum remedium competere Illustris. D. Paulo, quia tūc amplius non tenebuntur, & habebit locum dispositio *d. l. 2. C. de fideiuss. minor.* & dabitur repetitio ad pecunias, quas indebitè soluisse reperientur.

R. P. D. ORANO.

Roman. executionis Cam. oblig.

Veneris 21. Aprilis 1593.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Camer. non admittit nisi exceptiones solutionis, falsitatis, & nouæ conuentionis.*
2 *Oblig. Camer. executio non retardatur ex causa erroris, nisi sit euidens, etiam quod versetur circa causam finalem obligationis nu. 3.*
4 *Falsitas causæ, an, & quando retardet executionem oblig. Cam.*
5 *Læsio enormissima, an, & quando retardet execut. oblig. Cam.*
6 *Filius potest detrahere suam legitimam in omnibus bonis patris.*
7 *Error circa causam finalem quomodo adesse cognoscatur.*
8 *Error, falsitas causæ, & læsio non debent considerari respectu partis bonorum, sed respectu omnium.*
9 *Compensatio fit vnius rei ad aliam quando plures res simul coaceruatæ sunt.*
10 *Precium suppletur respectu aliarum rerum si respectu vnius adsit deceptio.*
11 *Exceptio non implementi impedit executionem oblig. Cam.*
12 *Reseruans consensum directi dominij non dicitur se astringere ad illum impetrandum.*
13 *Reseruare aliud est, aliud factum promittere.*

DECISIO CXLVIII.

PRODVCTO pro parte Illustris. D. Card. instrumento oblig. Cam. vallaro, & in vim facultatum A. C. delegatus eius executione petita, cum illud exaduerso sub prætextu erroris, ac enormissimæ læsionis in dubium reuocaretur dedi dubium an esset exequendum, & Domini die 29. Martij primum in contumaciam agentium pro Excellentiss. D. Duce, & deindè Veneris 12 Aprilis vtraque parte informante vnanimitèr affirma-
1 tiuè responderunt, quia, cum sit † clarum, & liquidum, ac solemnitèr cum interuentu proximiorum Excellentiss. D. Ducis Sfortiæ minoris, & decreto Iudicis celebratum, non admittit exceptionem nisi solutionis, falsitatis, & nouæ conuentionis *Bar. in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam. Cassad. decis. vnica de mut. petit. Galles. de oblig. Cam. p. 4. q. 1. in princ.*
2 Defectus autem, vel error causæ † propter quā prætenditur obligationem fuisse instrumēto adiectam, vt impediat illius executionem, necessarium est, quod sit euidens *Alex. in l. qui Romæ §. duo*
3 *fratres num. 54. de verb. oblig.* etiam, † quod versetur circa causam finalem obligat. *Bart. in l. demonstratio falsa §. quod autem numer. 13. & ibi Imol. sol. 3. vers. item adde circa id. Socin. num. 4. & seq. de cond. & demonstrat. Corn. cons. 309. n. 4.*
4 *lib. 1.* & talis sit, quæ † si fuisset vera induxisset ad ita disponendum, vel si perspecta fuisset eius falsitas, aut error obligantem non disposuisset ad eum modum, vel sub illa forma se obligandum *Fulgos. in l. si eum te num. 4. & ibi Castr numer. 3 de pact. Socin. cons. 159. num. 22. lib. 2.* Non secus ac enor-
5 missima læsio, quæ † ita demum obligat. Camer. retardet si altiorem indaginem non requirat *Galles. de oblig. Cam. par. 4. q. 2. num. 17. Ant. Canar. in tract. de execut. instrum. q. 51. & seqq. Ant. August. de iur. tur. §. de oblig. in form. Cam. nu. 4.* Vnde cum Excellentiss. D. Dux propter donationem irreuocabiliter inter viuos sibi Illustris. D. Card. in dicto instrumento factam de omnibus Castris, bonis, iuribus, & actionibus, quas in statu Lombardiæ habet, reseruatis tantummodo iurisdictione Castrorum, in prædictis bonis vsufructu sua vita durante, bonis mobilibus, ac facultate quomodolibet disponendi de bonis donatis vsque ad summam scut. 50000. vicissim eidem D. Card. promiserit soluere libere 50000. scut. necnon 50000. alia pro pretio datij Ongepadi Turricellorum quoad proprietatem & vsumfructum sibi cessi, ac alia 50000. approbando alienationes per eundem ad summam 50000. similium factas, prout in instrumento desuper confecto habetur, non potest talē errorem, & in consequentiam defectum consensus prætēdere, per quem reuocare valeat oblig. Cam. executionem, Nam quamuis admittatur D. Ducem post obitum D. Card. ad bona per q. Card. de S. Flora suis fratribus de quorum numero fuit Comes Sanctæ Floræ Parens D. Cardinalis, & eorū descendentibus masculis donata per fideicommissum esse vacatum: ideoque probabilitèr prima facie errore videri inductum ad promittendum 100000. scuta stante assertione, & causa præmissis, nempe quando Illustris. D. Cardinalis post suum

suum ab hac vita decessum sibi donabat bona huiusmodi, credendo ea ad eiusdem liberam dispositionem pertinere, cum tamen mortuo ad se vigore donationis à Cardinale S. Floræ emanatæ prouentura essent; nihilominùs, quia in hac donatione,& cessione per Illustriss. D. Cardinalem D. Duci facta,ne dum comprehensa fuerunt bona in donatione Card. senioris q. Comiti S. Floræ assignata, & aliunde per eumdem D.Comitem
6 postmodum acquisita, † in quibus omnibus sibi vti filio,non obstante quauis prohibitione,etiam in præmissa donatione expressa, quæ in effectu reciprocum pactum inter fratres obtinet legitimæ detractionis beneficium competebat, vt fuit alias decisum *corã R. P.D. meo Decano in illa Portuen. bonorum de Columna*, verum etiam dos materna, & altera excellentiss. D. Ducissæ Soræ sorori suæ germanæ testamento per communem parentem relicta, & præter æs alienum ab eodem quondam Comite contractum solnta, quæ omnia (vt notum est) fideicommissum minuebant, pariterq; renunciatio spei fideicommissi in bonis Illustriss. D.Pauli Sfortiæ sui patrui iam ætatis prouectæ, & remissio alterius fideicommissi in bonis paternis pro se, & suis hæredibus ex cessione iurium suæ sororis, & eius descendentium in testamento paterno substitutis,& ad ea vocatæ in euentum,quod post d.Cardinalem Dux sine filijs descendentibus legitimis masculis eidem, vel eius descendentibus prædecederet, ac denique ius,quod super statu S. Floræ ratione primogenituræ prætendere poterat, fateri oportet horum æstimationem altiorem indaginem requirere,per quam agnosci possit,an error prætensus versetur circa causam finalem dictæ
7 promissionis, † adeo, quod aliter eam non fuisset facturus. *Bart.in l.1.num.6.ff. de donat. Alex. in*
8 *l.dedi la seconda num.6.ff.de cond.ca.dat.* †etenim error siue falsitas causæ, vt etiam læsio inspicienda est, non tantum habita ratione ad bona per Cardinalem S.Floræ donata, sed etiam aliunde ad Illustriss.D.Card. peruẽta, & postmodum D.Duci cessa, atq; ita,non vno ex præmissis rebus donatis, sed vniuersum corpus,quod est indiuiduũ, attendendum est;præsertim cum non sit inconue-
9 niens, † quod quando plurium rerum in donatione coaceruatio concurrit fiat compensatio vnius ad aliam *l.si duorum.§.sed rectius.ff. de act. empt.*
10 et si † deceptio appareat in vna earum, per precium aliarum suppleatur. *Bald.in l vlt.§.præterea num.4. C.de iur.dot.& conf.91.in fine lib.2.* quem sequitur *Aret. in l.scire debemus nu.5. ff.de verb. oblig. Tiraq.de retract.lignag. §.23.glos.1.nu.17.* Idque eo magis, quia in donatione, & cessione prædictorum bonorum fuit facta mẽtio fideicommissorum super ijs impositorum, vt patet, tum quando D.Cardinalis exposuit, se huiusmodi cessionem facere pro augmento fideicommissorum, & primogenituræ ad fauorem D. Ducis existentium, tum etiam,quando pro parte D.Ducis promissio interuenit,per quam declaratum fuit,quod in euentum deficientis suæ lineæ masculinæ legitimæ, & naturalis, fideicommissis, dinitioni, inuestituris, & primogenituræ Illustrissimæ domus Sfortiæ non censeatur præiudicatum, nam, cum appareat introducta fuisse in domo Sfortia alia fideicommissa, quam illa, de quibus in donatione Card. senioris, & Domini Comitis S. Floræ de illis intelligi debet fuisse actum *arg. l. fundus qui locatus, & ibi glos.ff.de fund.instruct.*

Non obstat quod prætenditur Illustriss.D.Cardinalem dixisse se donare legitimam,& trebellianicam D.Duci,& in eius recompensam accepisse promissionem summarum, de quibus in instrumento; cum tamen Trebellianicæ detractio tam in bonis ex donatione Card. senioris sibi quæsitis, quam etiam paternis esset prohibita, quia fuit responsum D.Cardin.in cessione facta D.Duci non asseruisse sibi debitã in dictis bonis aliquam Trebellianicam, sed tantummodo ad impugnandam cessionem dixisse, quod cedebat omnia iura sibi competentia,etiam occasione legitimæ,& trebellianicæ; adeo quod ampliatiuè, non limitatiuè locutus est *l.etiam de verb.signif.cum vulg.*

11 Nec refragatur,quod exceptio non † implemẽti obstet oblig. Cam. ita quod ex instrumento executiuo non possit agere qui pro parte sua instrumentum non seruauit iuxta *l. Iulianus §. offerri, de act.empt.Bald.in l.traductio 3.q.in fine. C. de act.empt.* quia non constat Illustris. Dominum Cardin.præmisisse, aut se obligasse ad aliquod factum,quod per eum non fuerit adimpletum, licet enim in cessione Castrorũ. & iurium feudalium reseruauerit consensum directi dominij,tamen per
12 hoc † ad illius impetrationem non se astrinxit, sed tantummodo præseruauit contractum à caducitate,quatenus directus Dominus noluisset assẽsum dare, *Ias.in l.fin.numer.44. C.de iur. emph.*
13 & aliud est reseruare, † & aliud factum promittere, vt bene hic per informantes.

R. P.D. SERAPHINO,

postea S.R. E. Cardinali.

Romana pecuniaria.

Lunæ 28. Apr. 1586.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum dicitur continere probationem probatam.*
2 *Obligationem erroneam esse, est altioris indaginis.*
3 *Noua conuentio inducitur ex compromisso facto, & laudo subsecuto.*

DECISIO CXLIX.

FVIT resolutum constare de credito claro, & liquido Dominorum de Antinoris,& Alemannis per instrumentum publicum oblig. Cam.
1 † dicitur cõtinere probationem probatam. *Aym. cons.317.nu.1.* & ideo locum esse exequtioni dicti instrumenti, non obstantibus ex aduerso deductis. Nam quod deducitur, obligationem cõ-
2 tractam fuisse per † errorem, non bene probatur, & res requirit altiorem indaginem, quia multa deducuntur, ex quibus iste error redditur inuerisimilis, & dubius,maximè,quia causa in tot locis fuit agitata.

Non obstat, quod rigor oblig. Camer. non est attendendus, ex quo fuit vulnerata per compromissum,

missum, & laudum inde sequutum, quæ inducunt
3 nouam conuentionem. *Alex.cons.22.nu.3.lib.1.*
cum alijs, quia, licèt non constet, quod Domini
de Sangallettis illud acceptauerint, tamen Domi-
ni intelligunt, quòd procedatur ad executionem
oblig. Cameralis, iuxta terminos, & moderatio-
nem in laudo contentam, & ideò ordinarunt Do-
mini, vt laudum producatur, & iuxta contenta
in eo ad executionem procedatur.

R. P. D. LVDOVISIO

Postea fel. rec. Greg. XV.

Romañ. census.

Ven. 26. Nouembris 1604.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum est probatio probata, & non indiget coadiuuatione, & adminiculis.*
2 *Simulatio probatur coniecturis, & præsumptionibus. limit. nu. 5.*
3 *Simulatio excluditur coniecturis, & præsumptionibus.*
4 *Simulationis præsumptio excluditur ex numeratione pecuniæ.*
6 *Identitas est probau. quandò est fundamentum intentionis.*
7 *Emptio rei propriæ dari non potest.*
8 *Census non potest imponi super re propria ad fauorem Domini.*
9 *Hypotheca non cadit in re propria.*
10 *Hypotheca continetur in constitutione census.*
11 *Fraus non consideratur in eo actu, qui fieri potest fraude cessante.*
12 *Simulatio excluditur, quandò causa actus verificatur.*
13 *Fideiussor non potest esse testis in causa, in qua est fideiussor.*
14 *Exceptio simulationis, si non sit cōcludentèr probata, non impedit executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO CL.

POST multas positiones huius causæ, tandem
DD. vnanimiter in eam venerunt sententiam
hæredes Darij teneri ad solutionem census scut.
600. die 9. Februarij 1587 ad fauorem q. D. Fabij
Aronnis senioris impositi: adest enim instrumen-
tum habens omnes solemnitates publicę scriptu-
ræ, & interuenerunt omnia requisita in constitu-
tione census ex dispositione bullæ Pij V. & licet
1 † instrumentum istud sit ex se, probatio probata,
& nulla propterea indigeat coadiuuatione, aut
adminiculis *Bald. in l. interest in vlt. not. C de so-
lut. Dec. cons. 35. num. 2.* nihilominùs pro eo addu-
cuntur ab informantibus pro D. Fabio multæ vr-
gentes coniecturæ, & verisimilitudines ad magis
excludendum allegatam exaduerso simulationē,
2 † quæ sicut coniecturis, & præsumptionibus pro-
3 bari potest, † longe magis etiam excludi, vt bene
per *Cephal cons. 325. & seq.* inter quas coniectu-
ras visa est potissima, & multum considerabilis
illa, quæ desumitur ex partita Banchi D. Bernar-
di Olgiati, in qua apparet, pretium census, quod
legitur in instrumento solutum à D. Fabio fuisse
positum ad creditum Darij venditoris eodem met
die constituti census, cum expressione, quod sint
eædem met pecuniæ, quam coniecturam alias ma-
gni fecit Rota ad istū effectum *in vna Bononień.
census, 19. Octobris 1598. coram R. P. D. meo De-
cano Penia.* Hinc etiam iustificatur narrata nu-
4 meratio, quod maxime † excludit præsumptio-
nem simulationis *Aym. cons. 145 nu. 7. circa me-
dium. fuit dictū in Roman. simulationis 14. Maij
1601. coram R. P. D. meo Iusto.* Ponderarunt etiā
DD. promissionem dandi plures fideiussores, &
interim non deberent recedere, sed firmam ma-
nere obligationem D. Olgiati, & plures alias cau-
telas, tàm pro assecuratione solutionis fructuum,
quàm pro firmitate, & validitate census, ad quid
enim perditio hæc in censu fictitio, & simulato:
vigebant etiam multæ aliæ coniecturæ enumeratæ
ab informantibus pro D Fabio.

Quæ autem è conuerso pro simulatione addu-
cuntur visæ fuerunt DD. multum leues, & exiguę
5 † cum tamen requirantur efficaces, & dilucidæ
Caputaq. decis. 163. par. 3. illa enim præcipua, &
in qua Darij faciunt magnum fundamentum de-
ducta ex apoca seu declaratione D. Fabij senioris
confecta die 12. Martij 1587. nō placuerunt DD.
Declaratio enim non refertur ad retroscripta fo-
lia, sed ad censum in retroscriptis folijs descriptū
& non apparet, quòd sit ille, de cuius executione
hodie agitur, in ea enim non fit aliqua mentio tē-
poris, Notarij, aut aliquarum qualitatū, ex qui-
bus colligi possit, quòd de isto censu scut. 600. vt
suprà per Darium impositum loquatur, sed sim-
pliciter se refert ad retroscripta folia, quæ si non
exhibeantur declaratio remanet in incerto, & ni-
hil concludit *auth. si quis in aliquo C. de eden.* &
folia, quæ dantur incisa, & lacerata non sine scru-
pulo, & suspicione non releuant, nisi duobus co-
pulatiuè probatis, videlicèt, quòd loquantur de
hoc censu, & quod sint illamet retroscripta, quæ
vocantur in dicta apoca, & propterea non sufficé-
ret probatio, quòd folia concordentur cum instru
mento, de quo agitur. Nec facit, quòd dicitur nō
constare de pluralitate censuum, quia nec etiam
6 constat de identitate, & † tamen est probanda ab
aduersarijs, vti fundamentum suæ intentionis
*Corn. cons. 144. post num. 11. lib. 4. Aym. cons. 198.
num. 4.* sed identitas non probatur, nec probari
potest, cum impossibile sit declarationem, de
qua in apoca applicari censui isti, illa enim præ-
supponit, vt loquitur de censu imposito à tertio
cantante ad fauorem Fabij senioris, qui re vera
spectat ad Dariū, & de eius pecunijs fuit emptus,
quæ accommodari non possunt huic censui ven-
dito à Dario Domino Fabio seniori, alias enim
7 daretur emptio rei propriæ, † quæ est impossibi-
lis *l. cum res C de contrahen. empt. l. sua rei ff. eod.
8 tit. l. neque pignus ff. de regul. iur.* & quòd † supèr
re propria non possit quis ad suam vtilitatem cē-
sum imponere fuit dictum in *Rom. nullitatis cen-
sus 9. Decembris 1602. coram R. P. D. meo Lancel-
9 lotto,* † in rem enim propriam non potest cadere
hypotheca *l. si rem alienam la seconda ff. de pign.*
10 & tamen in constitutione census, vltra quod † de
sui natura continet hypothecam, vt per *Couarr.*

lib 3.variar.resol.c.7.post num.6. adest etiam expressa ipsius Darij.

Non obstat quod in instrumento appareat, Darium accepisse hanc summam ad censum ad effectum reualendi de fructibus societatis officij per eum vti fideiussorem solutis, quia, cum re vera potuerit sic contrahi, & ad istum effectum cessat suspicio simulationis *Aym.cons 319.nu.19. in fin.*
11 & non potest dici † in fraudem factam, quod licuit facere fraude cessante *l. qui autem in princ. ff.de his qua in fraud.cred. Zucceart.in/l.1.nu.51. in fin. C.qui admitt. Ign post Bald. quem citat in authen.ex causa num.72.C.de lib. prater.* Immò
12 illa † petexistens causa, quæ vera fuit, excludit suspicionem simulationis, vt fuit resolutum in vna *Fauentin.bonorum 2.Aprilis 1571. coram bo.me. Card.Lancellotto.*

Ned releuat, quod dicatur Fabium seniorem nunquam exegisse fructus istius census; ista enim negatiua non probatur, & quietantiæ si extant erunt in manibus aduersariorum.

Minus etiam facit, D.Fabium nō curasse, quod fideiussores accederent, vt fuerat promissum, quia non debuit esse de hoc solicitus, cum sua magis interfit D.Olgiatum remanere obligatum, cuius obligatio expirabat cum primum alij accessissent. Nec dixerunt DD. esse attendendam aliquam attestationem D.Bernardi factam, vel faciendam, quia durat adhuc obligatio, & fideiussio ipsius,
13 † & propterea debitor est, & non est conueniens quod dicat testimonium in causa propria, ad sui fauorem, vt fuit resolutum *in Forliuien. census, 9. Februarij 1590.coram bo. me.Orano.*

Alia, quæ adducuntur visa fuerunt satis leuia, & minus digna, quod allegentur contra instrumētum clarum, & in omnem euentum tolluntur per præsumptiones, quæ pro instrumento sunt vrgentes *Paul.de Castr.cons.162.num.1.lib.1. Felin.in cap fin.num.7.de prajumpt.* tanto magis, quia agitur de executione obligationis Cameralis,
14 † quam non impedit exceptio simulationis, nisi sit concludenter probata, vt fuit resolutum *in causa Romana census de Columna coram R.P.D. Lancellotto.*

R. P. D. GYPTIO.

Romana affictus.

Luna 8. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Remissio affictus non debetur, nisi probatis omnibus requisitis.*
2 *Remissio affictus ad hoc vt concedatur, quæ sint probanda. nu.3.& seqq.*
4 *Damnum pro remissione affictus, de quo tempore sit probandum.*
5 *Locatio vnica dicitur, quando est eadem res, & sunt eadem personæ, licet solutio sit diuisa. & numer.6.*
7 *Sterilitas vnius anni debet compensari cum fertilitate alterius.& nu.8.*
9 *Sterilitas vnius anni tantum non est attendenda in remissione mercedis.*
10 *Vbertas, & fertilitas aliorum annorum an sit probanda per locat.*
11 *Remissio affictus an, & quando sit facienda.*
12 *Renunciari potest casibus fortuitis, & inopinatis.*
13 *Verba contractus debent interpretari ne sint superflua.*
14 *Conductor renuncians iuri petendi remissionem affictus, non dicitur renunciare in casu, in quo fere nihil percepit.*
15 *Remissio affictus, an, & quando sit facienda est in arbitrio iudic.*
16 *Damnum est diminutio patrimonij.*
17 *Conductor non debet locupletari cum iactura locatoris.*

DECISIO CLI.

ILLVSTRISS. D. Mutius Matthæus de anno 1583 conduxerat à RR. PP. Canonicis, & Capitulo S.Mariæ in Via lata quoddam eorum casale ad nouennium sub annua responsione scut. 690. ac certis pactis & conditionibus præsertim, quod ipse non posset, nec deberet vllo vnquam tempore petere aliquod defalcum, restaurum, recompensam, remissionem, compensationem, satisfactionem, aut deductionem aliquam dicti annui affictus, occasione inundationis aquarum, aut fluminis Tiberis, etiam quantumuis insolitæ, grandinis, siccitatis, absentiæ Romani Pontificis, vel curiæ ab Vrbe, vel mortis eiusdem, & sic occasione Sedis Apostolicæ vacantis, sterilitatis, & generaliter occasione cuiuscunque alterius casus fortuiti opinati, vel inopinati, extraordinarij, & inexcogitabilis, quibus omnibus, vna cum quibuscunq; decretis cameralibus, rescriptis Apostolicis, & motu proprio, vel alias quomodolibet, etiam manu Papæ signatis, vel signandis, editis, vel edendis, aut alijs quibuscunque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis circa præmissa desuper factis, seu faciendis, ac emanatis, seu emanandis d.Illustris. D. Affictuarius medio iuramento, & certa eius scientia expresse renunciauit, & refutauit, quo vero ad bellum, & pestem remiserunt ad iuris dispositionē, & alitèr prout latius in instrumento locationis continetur.

Verum quia d.conductor propter nimiam sterilitatem, seu aquarum Tiberis inundationem existimabat cogi non posse ad solutionem affictus anni 1590. sed esse locum remissioni mercedis, idcircò coram me de partium consensu deputato dubitari contingit aliquibus in facto præsuppositis, An debeatur remissio affictus prædicto condu-
1 ctori. † Et non deberi DD. concluserunt moti tum præcipue ex eo, quia non probauit omnia ea, quæ probanda erant ad effectum obtinendi remissionem, vt mox dicitur, & tradunt *Corn.cons.128. num.28.in fin. lib 2.Bero.cons.141.num.7. lib.1.* tum etiam, quia eidem obstat amplissima renunciatio, de qua supra.

Nam quod attinet ad caput probationis, Pri-
2 mo non obstat Casale † fuisse bene cultum, & iuxta communem vsum, & attem agriculturæ cultiuatum, prout iudici constare debet *Salic. in l.si vno n.1.vers.& multa ff.locat. Neuizan.cons.90. nu.16.*

num. 16.ſolum enim fuit articnlatum,quòd de an-
no 1590.pro quolibet rubro terræ d Caſalis ſemi-
nan. conductor erog uit ſcut.40.& quod recolle-
git ſolum rubr.93.grani, & ſcut.350. pro herbis,
ex quibus detracta impenſa non recepit medie-
tatem d.penſionis ſcut. 690. quia hoc non ſufficit,
3 debebat enim probare † ſterilitatem; & ipſius
damnum intollerabile, vt per Corn.& Bero. ſupe-
riùs citatos præter id, quod teſtes examinandi pa-
tiuntur aliquas exceptiones, nec ſufficienter con-
cludunt dictam impenſam,maximè quia exaduer-
ſo datur fides quatuor mercatorum, cum qua etiã
concordat quartus ex prædictis teſtibus ad oſten-
dendum,quod pro quolibet rubro ſeminan. ſuffi-
ciunt ſcuta 25.aut 26.
4 Ex alio etiam huiuſmodi probatio non releuat,
quoniam,non damnum vnius anni, ſed totius no-
5 uennij oportebat probare,ſiquidem † vnica eſt lo-
catio, quia eſt vna res, vnus contractus, vna obli-
gatio, tam reſpectu locatoris, quam conductoris,
& licet ſolutio affictus ſit diuiſa per annos, non ta-
men aliquid eſt implendum ex parte locatoris.
Bart.in l ſi ſeruus communis Mauij §.fin.num.7. de ſtipulat.ſeru.Bald.conſ.316.par.3. Socin.conſ. 125. in princ.lib.1. cum concord. Et quòd locatio
6 † ſit vnica patet, quia ſi plures ſeparatæ eſſent
vnus annus alium non ſuppleret, vt dicunt *Bald. & Salic.in d.l.licet Imol in d.cap. propter ſterili-tatem.*
7 Non obſtat, † quod Moderni Mediolanenſes in
tractatu de remiſſione mercedis num. 23. ſentiant
8 contrarium,† quia eorum opinio non eſt vera,nec
tenenda, quia nimis fauet conductoribus cum iſ-
ctura locatorum,qui poſſunt obijcere fertilitatem
annorum præteritorum, & illam recompenſare
cum damno ſterilitatis alterius, *Bald. in d. l licet q.*10.*C.loc.& eſt tex.in cap.propter ſterilitatem.ex. eod.* ibi, *niſi cum vbertate præcedentis, vel ſubſe-quentis anni, & in l.ſi vno in princ.verſ. quid ta-men,* vbi locator ſciens vbertatem aliorum anno-
rum ſi remittat ſpontè ſterilitatem vltimi anni ſibi
præiudicat, alias non, quoniã, vt ibi animaduer-
tit *gloſ. in verbo ſit* videtur donare, idem tenet
Io.Bertaz.in tract.de Gabell.part.2.num.52. poſt princ. & ſequitur inſignis Doctor. D. *Laurentius de Pinu* conciuis meus qui me à ſacro fonte leua-
uit *conſ. 126. numer.* 80. & de communi teſtatur
Capra in reg.85.num.52.Rol conſ.86. nu.3. vol.3.
hanc etiam opinionem tenuit *Rota apud Epiſcop. Oriolen.* licet has rationes non adduxerit *in vna Mediolanen.affictus 29.Martij 1583.*
9 Præterea, quod † ſterilitas vnius anni tantum
non ſit attendenda ad hunc effectum ſatis demon-
ſtratur ex eo, quod ſecundum communem vſum,
& artem culturæ iſtorum caſalium 9 anni requi-
runtur pro 3. integris recollectis, vt bene deduci-
tur *in vna Romana reſiſſionis contractus coram S.D.N.28.April.*1580. cui adſtipulatur deducta
per bo.me.Hieron.Gabr.conſ 68.lib.1. Couar.*var. reſol.lib.2.c.16. num.6.* nec ad rem facit quod de-
ciſ.loquatur de extrauaganti *Pauli II.*quoniam ra-
tiones, quæ ibi afferuntur circa culturam caſalis
Vrbis,nihil commune habent cum prædicta extra-
10 uaganti Pauli II. Nec dicatur † vbertatem alio-
rum annorum eſſe probandam per Canonicos,quia
ipſi non ſe fundant in iſta exceptione, ſed dicunt,
quod probatio conductoris non concludit quem-
admodum concludere debet ſecũdum *Corn.Bero.*
& alios ſupra citatos.
Circa ſecundum caput reſpiciens renunciatio-
tionem d.Mutij nõ videtur multum inſiſtendum,
quoniam, eſto quod conductori fiat de iure remiſ-
ſio propter ſterilitatem; non tamen fit de facili,
ſed ita demum,ſi probetur magna fructuum ſteri-
litas *l.conductor §.vis maior ff locat.* & vtrobique
ſcribens *l.licet C.locati*, quæ ſterilitas a DD vario
modo declaratur, vt per *Abb. & alios in d. c. pro-pter ſterilitatem. Salic.in d.l.licet latè Neuiz.dicto conſ.*90. & opiniones DD. conatur ad concordiã
reducere *Corn.conſ.128.nu.22.lib.2.*
12 Sed quicquid ſit de iure communi† propter pa-
ctum fuit renunciatum generalitèr, & ſpecialitèr
ne dum caſibus fortuitis, ſed etiam inopinatis, &
inexcogitabilibus cum oblig.Cam.& iuramento,&
omnes dicunt renunciationem valere, & etiam
ſeruandam maximè quando excipiuntur aliqui ca-
ſus, vt in facti ſpecie *l.ſi quis fundum in principio, & ibi gloſ.ff.locat. Bart. in d. l.merces, §.vis maior num.6.eod.tit.Corn.vbi proxime numer.16. Grat. conſ.161.num.15.cum pluribus ſeqq.vol 2.Calcan. conſ.24.num.7. de communi dd.Modern Mediolan. vbi proxime num.57. in fin.* contractus a conuen-
tione partium legem accipiunt *l. contractus §. ſed hæc ita ff.de reg iur.l.1.§ legem.ff.depoſit.* cum ſi-
13 milibus, & † verba contractus ita interpretari de-
bent,ne ſint ſuperflua *Bald.in Rub.C.de contrah.ed. empt.q.9.notat in l.ſi quando de legat.1. & in cap.ſi Papa de priuil. in 6.* & in terminis ſterilitatis ad
hoc vt verba aliquid operentur tenet *Salicet.in l. licet in vlt.quæſt.C.locat.Grat.conſ.161.numer.2. lib.2.*
14 Non obſtat, † quod in renunciatione non com-
prehendatur caſus,quando ex re locata conductor
nil percipit quaſi quod deficiat eius intentio *Imol. in c.propter ſterilitatem nu.6.Ber.q.125. Mobed. deciſ.236.* quod ſi bene ponderentur verba huius
renunciationis non poteſt tergiuerſari comprehẽ-
dere omnem caſum, & prædicti Doct. loquuntur
in ſimplici renunciatione generali, & *Mobed.* in-
telligit de caſu fortuito ſolito, & non de inſolito,
& nos verſamur in claris, quia etiam caſus inſoliti
in d. renunciatione ſunt comprehenſi,& ſic intelli-
git & limitat *Bero d.q.* t23.*in fin.*
15 Et in omnem euentum† cum materia remiſſio-
nis ob magnam ſterilitatem, & damnum intolle-
rabile arbitrio iudicis relinquatur *Barboſ. conſ.81. col.pen.num.18.lib.2.Modern.de arbit.iud.caſ.26. & ſeq.* non videtur eſſe faciendam aliquam remiſ-
ſionem conductori, quia de tempore recollectio-
nis grani, & ſic de menſe Auguſti,vt exemplificat
Neuizan.d.conſ.90.nu.23 & alij citati, adeo pre-
cium grani creuit, vt d.Mutius nullum paſſus fue-
16 rit damnum † prout eſt diminutio patrimonij *l.2. & 3.ff.de damn.infect.* quinimo ex magno, & in-
tollerabili precio grani eiuſdem anni potuit ſolue-
re penſionem Canonicis, & etiam multum ſuper-
lucrari, vnde fit,vt illa æquitas, in qua leges fauore
conductoris ſe fundant ceſſet prorſus hoc caſu, vt
dicit *Raphael in d.§.vis maior.* qui non ſe reſtrin-
git ad menſem Auguſti *d.conſ.86. nu.8.* quia non

17 decet † conductori cum tam graui iactura canonicorum, & capituli lucrari, & si partium iura dubia essent, & obscura (prout te vera non sunt) nihilominùs pro Canonicis & Capitulo iudicandũ esset *l. lege Iulia. ff. de manum. cum alijs congestis per Tiraq. de Priuileg. Pia caus. Priuileg. 146.*

R. P. D. PAMPHILIO,

postea S. R. E. Cardinali.

Romana executionis laudi.

25. Octobris 1584.

SVMMARIVM.

1 *Laudum præsumitur iustè, & ritè latum.*
2 *Laudum habet executionem paratam, quandò obligat. Camer. est apposita in compromisso.*
3 *Laudum est nullum, quandò non terminat omnes controuersias hinc inde deductas.*
4 *Solutio in dubio præsumitur facta ex causa duriori, & antiquiori.*
5 *Solutio præsumitur facta in ea causa, in qua magis correspondet.*
6 *Legitima debetur deducto ære alieno, & funeris impensa.*

DECISIO CLII.

1 DOMINI dixerunt laudum esse validum, habet enim præsumptionem † pro se, quòd sit instè, & ritè latum *Dyn cons. 13. Dec. late cons. 375. num. 1.* & ideo exequen presertim cum ha-
2 beat † executionem paratam ex obligat. Camer. & iuramento apposito in compromisso *Ioan. de Anan. cons. 50 num. 8.*

3 Neque obstat quod opponebatur † esse nullum ex eo, quòd non sint terminatæ omnes controuersiæ hinc inde deductæ *l. dicere, & l. quid tamen ff. de recept. arb.* quià tollitur hæc obiectio ex lectura compromissi, in quo datur facultas terminandi controuersias coniunctim, vel diuisim per vnicum arbitramentum, vel per plura prout citiùs vnam controuersiam, quam aliam dicere poterant, quæ operatur, vt tot dicantur compromissa, quot lauda, vt dicit *tex. in d. l. quid tamen*, & sic cessat, quòd dicebatur saltèm omnes controuersias esse infra tempus compromissi terminandas.

Alia vero, quæ opponuntur respiciunt potiùs liquidationem legitimæ & deductiones faciendas, quam iniustitiam laudi eum Illustriss. D. Iulius non condemnetur ad soluen. duodecimam partem bonorum specificatorum in laudo, sed legitimam, quià dixerunt esse duodecimam partem omnium bonorum Helenæ, & licèt postea specificet bona, hoc tamen respicit liquidationem ipsius legitimæ.

In qua liquidatione Domini dixerunt esse habendam rationem solutionum factarum D. Helenæ, de quibus in quietantijs ipsius, quæ licet di-
4 cant pro prouisionibus, † cedunt tamen in causam fructuũ census, quià est durior, grauior, & etiã antiquior *l. 1. & 3. & l. cum ex pluribus vbi Bart. & Imol. ff. de solut.* & probatur ex testibus, qui deponunt ita fuisse actum iuncta verisimilitudine,
5 † quæ deducitur ex conformitate summæ, & causæ census, cui magis correspondet ista solutio, quàm causæ prætensorum fructuum hæreditatum filiorum, ex quibus proueniebant prouisiones *Rimin. Sen. cons. 348. num. 5. lib. 2.* & alijs coniecturis deductis hic per informantes D. Iulij, ex quibus omnibus, licèt fortè dici posset plene constare huiusmodi solutiones cessisse in causam census, placet DD. quod huiusmodi probatio aliquantulum coadiuuetur.

Quo vero ad censum impositum a q. D. Francisco in fauorem Helenæ an D. Iulius teneatur ex quo possidet bona, super quibus fuit impositum hoc pondus, ex eo sit, nec ne consumpta legitima q. D. Francisci in extinctionem debitorum anteriorum huius census; prout prætenditur pro parte D. Iulij deducendo solutionem factam Illustris. D. Marchionissæ pro restitutione suæ dotis, quià dicit absorbere d. legitimam, quo stante non esset in liquidatione habenda ratio huius census, cum D. Iulius non sit hæres Francisci, & alia ipsius bona vltrà legitimam possideat vigore pacti.

Detrahen. etiam esse æs alienum, & impensam funeris, quod sensisse videntur RR. PP. DD. Ar-
6 bitratores condemnando ad legitimam, † quæ ex iuris dispositione intelligitur detracto ære alieno, & funeris impensa *l. Papinianus § 4. ff. de inoff. testamen.*

Sed quià pro parte Illustriss. D. Vincentij replicatur valorem legitimæ Francisci longè excedere summam solutam Marchionissæ, & adesse alia bona Francisci, cum ei debeatur portio in hæreditate Iacobi fratris præmortui, adeo quòd legitima non potest dici consumpta, viden. erit an constet de huiusmodi consumptione, & si non constat, cui incumbat onus probandi.

R. P. D. PAMPHILIO.

Postea S. R. E. Cardinali,

Arimineñ laudi.

4. Iunij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Attentata in primis veniunt reuocanda.*
2 *Clausula, prout de iure, quid importet.*
3 *Laudum per sententiam vulneratum non est exequendum.*
4 *Confessio facta in commissione probat.*
5 *Cõmissio, in qua non est facta mentio oblig. Cam. non impedit quin ad illius executionem procedi possit.*

DECISIO CLIII.

FVIT dictum non esse proceden. ad executionem laudi stantibus attentatis per Com. Vgolinum, qui pendente causa in Rota, & post inhibitionem obtinuit mandatum ab A. C. & pro-
1 cessit ad illius executionem, † quæ in primis vt attentata sunt reuocanda *cap. non solum de appell. in 6.*

Neq; obstare, quòd in Commissione adsit clausula cum facultate exequendi laudum, quia est li-
2 mitata per aliam clausulam, pro vt de iure, † vt intelligatur quatenùs de iure sit locus executioni, & clarum est in hoc casu laudum exequi non posse

quia

3 † quia fuit vulneratum per sententiam D. Iustiniani, qui illud vti nullum, & iniustum reuocauit, vt fuit sæpius resolutum, etiam stante obligatione Camer.

Minus obstat defectus iurisdictionis D. Iustinia-
4 ni, † quia eius deputationem fassus est D. Vgolinus in sua Commissione appellationis *l. cumprecium C. de lib. caus.* & hodie datur fides Notarij super illius deputatione facta ab A. C. ad hanc causam, quæ per errorem fuit omissa in registro,

Neque obstat alia præcedens Commissio causæ in Rota, quia in ea non fuit facta mentio obliga-
5 tionis Cam. de qua in compromisso, † & potuit Dominus Iustinianus deputatus ab A. C. in vim facultatum procedere super executione laudi, & ita fuit conclusum.

R. P. D. GIPTIO.

Tiburtina domus.

Mercurij 17. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Spolium probatur ex duobus extremis.*
2 *Factum Iudicis dicitur factum partis.*
3 *Iudex nullitèr, & de facto procedens dicitur spoliare, & procedere vti priuatus, nu. 4.*
5 *Iudex nullitèr procedit, si absque citatione procedit.*
6 *Debitor prius debet condemnari, quam exequi super illius bonis.*
7 *Obligatio Cameralis non concedit procedi ex abrupto absque partis citatione.*
8 *Restitutio concessa ad bona, comprehendit etiam bona per Fiscum alienata.*
9 *Fideiussio de non offendendo an comprehendat casum, in quo quis ex noua causa offendit consanguineum.*

DECISIO CLIV.

RESOLVTVM fuit constare de spolio domus, de quo agitur, & consequentèr D. Iacobum posse agere actione spolij contra Contium modernum possessorem, cum vtrumque extremum ex testibus examinatis satis probetur, quòd
1 † sufficit ad probandum spolium *Abb. in cap. cum ad sedem de restit. spoliat. cum concordantibus.*

Non obstat, quòd domus mediante sententia Iudicis, & per suam subhastationum fuerit alie-
2 nata, quo fit vt non intret spolium, quià † factum iudicis dicitur factum partis, & perinde est, ac si ab ipsamet parte vendita fuisset *Abb.* qui de communi testatur *in cap. querente numer. 7. de restit. spoliat. Ias. in l. iuste possidet num. 3.* quoniam
3 † hoc non habet locum, quando nullitèr, & de fa-
4 cto procedit, *cap. ex insinuatione † de procurat.* quia tunc censetur procedere vti priuatus *scriben. in d. l. iuste possidet Dec. consi. 449. num. 3. Aymon. consi. 140. num. 2.* & pluries fuit resolutum præsertim *in vna Marsicana coram D. Decano. 15. Decembris 1593.*

5 Nullitas ex eo clare deprehenditur † quòd iudex non præcedente citatione Iacobi possessoris ac fideiussoris de soluendo, nec seruatis his, quæ de iure ad vnguem seruare debebant iuxta *not. in l. à diuo Pio §. super rebus de re iud.* deuentum fuit ad venditionem d. domus, ad simplicem requisitionē, & instrumentum procuratoris fiscalis domini il-
6 lius Castri. In primis iacobus † vt fideiussor condemnandus erat ad soluen. sc. 500. & ipso soluere recusante, procedendum erat pro executione contra eius bona.

Nec releuat, quòd ipse erat obligatus in forma
7 Cameræ, † quoniam talis obligatio non concedit procedi ex abrupto absquè partis citatione.

Placuit insuper dominis alia nullitas deducta per informantes; si quidem cautio de non offendendo data per dd. Petrum, & Paulum de Iannutis non fuit commissa per homicidium in personā Statij, & hoc satis patet, quià ipsi fuerunt per
8 viam iustitiæ absoluti, & restituti ad bona, † quæ restitutio capit etiam bona per fiscum alienata. *Cuman. in l Gallus §. & quid si tantum num. 11. & ibi Ias. nu. 73. de lib. & posthum.*

Minusq. poterat condemnari fideiussor propter
9 homicidium commissum à Virgilio, † quia dicta fideiussio pro dd. Petro, & Paulo non capiebat casum quādo consanguineus offenditur noua, & particulari causa existente. *Bart. in l. illicitus §. ne potentiores sub num. 5. de offic. præsid. Bald. in l si pradium nu. 17. circa finem C. de edil. action. Dec. cons. 531. nu. 9. Clar. in prax. crimin. q. 47. num. 22. vers. quaro pone, cum alijs allegatis*, sed ad effectum spolij, ego aliqualiter dubito de isto secundo fundamento, propterea insistendum est super primo fundamento, cum non habeat aliquam dubitationem.

R. P. D. LANCELLOTTO.

posteaS. R. E. Cardinali.

Romana de Incoronatis.

17. Iunij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Camer. habet executionem paratam.*
2 *Obligatio Camer. non admittit nisi exceptiones solutionis, falsitatis, & noua conuentionis.*
3 *Exceptio illiquida non retardat execution em oblig. Camer. & nu. 5.*
4 *Reus tenetur liquidare suas exceptiones.*
6 *Aestimato electus potest deputare mēsuratorem.*

DECISIO CLV.

ANNO 1592. die 13. Maij Marcus Antonius de Incoronatis publico instrumento asserens possidere nonnulla bona communitèr, & pro indiuiso cum DD. Coronato Io. Baptista, & alijs fratribus de Incoronatis, eaq. diuidere intēdens elegit in peritum, seu arbitrum, arbitratorem, & amicabilem compositorem D. Marium Fanum cui dedit amplissimam facultatem omnia bona communitèr, & pro indiuiso possessa eius arbitrio mensurandi estimandi, & diuidendi, & portiones faciendi, cui diuisioni, stare, acquiescere, parere, credere, ac contenta in ea executioni demandare, non appellare, non reclamare, minusque

que de nullitate dicere, aut arbitrium boni viri postulare, etiam occasione enormissimæ læsionis, se obligauit cum iuramento, & alijs amplissimis clausulis, eadem die bo. me Coronatus Io. Baptista, & alij fratres habita notitia de supradicta electione Periti eundem elegerunt cum pactis, & conditionibus prout in prædicto instrumento.

De mense postmodum Octobris eiusdem anni per aliud publicum instrumentum, & eædem partes narrato, quòd hoc negocium diuisionis in Marium Fanum dimiserant & habita relatione ad prędictum instrumentum die 13. Maij, & asserendo, quòd discusso inter ipsos negocio diuisionis quantum ad Domos & Casale, concordes remanserant, conuenerunt vt Io. Baptist. & fratres, & eorum personę haberent 14. domunculas, & Casale aquæ trauersæ, & M. Antonius Domum magnam appellatam *il Palazzetto*, nec non quasdam alias domunculas; cum pacto quod Casale, & d. Domus extimari deberent à D. Mario Fano, & si vnum plus valoris, teneretur refieere alteri parti illud plus, vel in pecunia, vel in rot bonis stabilibus ad æstimationem eiusdem Marij Fani, & donec refecerit teneretur soluere ratam pensionis, vel assictus cum iuramento obligatione Camerali, & alijs clausulis & cautelis.

Anno 1605. D. Marius Fanus tàm in vim d. instrumenti diuisionis, quàm vigore alterius consensus die 4. Septembris 1604. præstiti per Io. Baptistam pro se, & fratribus, & per M. Antonium, quàm etiàm in vim mandati Aud. Cam. fecit suam relationem in qua domum æstimauit in sc. 2289. pro vt fuerat æstimata à Bernardino Valperga ab ipso electo, & deputato habita ratione ad tempus anni 1562. de quo fuerat facta diuisio: Casale vero aquæ trauersæ diuisit in duas partes, quarum partem minorem, ex quo in eo adsunt prata bona, & quià venduntur herbæ æstiuæ æstimauit in scu. 212, pro quolib rubr. tabernam vero, hortum, seu praticellum in sc. 550. partem autem maiorē æstimauit in sc. 116, pro quolibet rubro.

Electis mox peritis pro mensuratione prædicti Casalis vno videlicet pro qualibet parte, eum non essent concordes, de earundem partium consensu fuit electus, & deputatus Ludouicus Appianus, qui facta mensuratione retulit partem maiorem esse rubrorum 67.5.7. l. licèt etiàm addiderit quãdam prætensionem M. Antonij, quòd pars minor esset rubr. 62.5.15. pars autem maior rubrorum 22.9.1.

His peractis cum pro parte M. Antonij prætenderetur se remanere creditorem Io. Baptist. & fratrum, ac inde factum esse locum pacto, & obligationi Camer. de quibus in instrumento diuisionis, quòd si vnum plus valeret, quàm alterum, altera pars, quæ haberet rem pluris valoris teneretur alteri parti dare illud plus. Dubitaui an esset relaxandum mandatum ad fauorem M. Antonij, & pro qua summa. Et DD, pro summa liquidata relaxandum esse censuerunt stante prædicta obli-
1 gatione Camerali, quæ † habet executionem paratam *Cin. & alii in l. si certũ C. famil. ercisc. Ang. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Boer. decis. 295. num. 6. vers. secus autem* Gabr. *cons. 67. num. 7. & lib. 1. Gallesf. ad formam oblig. Camer. p. 1. quæst. 2.*
2 *num. 11.* neq. † admittit exceptionem nisi solutionis falsitatis, aut nouæ conuentionis *Bart. in l. 1. §. & patuit ff. quod vi aut clam. Cassad. decis. 1. de mut. pet. Gallesf. p. 4. q. 1. in princip.* & sæpè decisum fuit in Rota.

Quibus stantibus non obstant ea, quæ in contrarium opponuntur, & primò; quòd nisi priùs fuerit liquidatus valor rubrorum 24. cum dimidio olim per Luciam euictorum, & ab ipsa Lucia venditorum Troiano Angeletto non potest sciri quanta sit medietas, vel creditum M. Antonij, nam duobus modis cessat obiectum, & primo, quià hæc præten-
3 sio non est liquida: interim † autem donèc fiat liquidatio nõ est retardanda executio crediti liquidi *Bald. cons. 162. ad euidentiam lib. 3. & fuit resolutum in causa Romana nullitatis obligationis, 26. Iunij 1605. coram R.P.D. Ludouisio*, præser-
4 tim quià † onus liquidandi valorem dd. rubrorum euictorum spectat ad D. Io. Baptistam, & fratres, qui in hac exceptione dicuntur actores *l. quingenta ff. de prob. l. 1. ff. de except. Bald. in l. frustra in 1. oppositione C. de probat.* a quibus tamen huiusmodi liquidatio spatio 15. annorum facta non fuit. secũdo quià pro parte M. Antonio probatur valorem rubrorum 24. cum dimidio fuisse sc. 1800. de tempore euictionis, quod debet attendi cum obtenta decisione & mandato Rotæ fiunt refacienda rub. 24. cum dimidio eiusdem qualitatis, bonitatis, & reddirus, constat enim, quod anno 1573. quando à Lucia de Francipanibus credetrice fuerunt euicta, æstimata fuerunt à duobus peritis concorditèr in sc. 75. pro rubro, & sic in totum sc. 1800. in qua æstimatione fuerunt semper citati omnes isti de Incoronatis, tàm auctores M. Antonij, quàm Ioan. Baptist. & fratrum. Rursùs apparet, quòd citatis eisdem de Incoronatis fuerunt eidem Luciæ adiudicata pro dd. sc. 1800. tertio Constat, quòd eadem Lucia obtulit dd rubra eisdem de Incoronatis restituere pro eodem pretio. Quartò concurrit, quià volentibus DD. de Incoronatis recuperare, d. Lucia cum fideiussione Hortentij de Francipanibus de euictione illa vendidit Troiano de Angelettis pro eodem pretio, ex quibus omnibus satis constare visum fuit DD. saltem ad effectum, de quo agitur de valore dd. rub. 24. de tempore euictionis. Nec dicatur, quòd prædicta rubr. 24. sint meliora, & vtiliora totius casalis, vt probant testes Io. Baptistæ, ac inde cum fuerint per D. Marium Fanum æstimata in sc. 212. siue 116. non videatur æquum, quod illa estimentur solum in sc. 76. pro quolibet rubro, quia pro responsione est aduertendum, quòd aliqua ex dd. rubris 24. de tempore euictionis, & de tempore, quo fuerunt per Luciam vendita Troiano Angeletto erant verè infructuosa, & impraticabilia, nam alij testes Marcus Antonius deponente de tempore quo d. Troianus emit, dicunt, *che era impantanita, & infruttuosa, & che non ve si poteua praticare, ne à piede, ne à Cauallo per la grand'acqua di Carticetti, & canneti*, & aliqui dicunt Troianum pœnituisse emptionis, ex quo non reperiebat, qui illa conducere vellet; addentes prætereà Troianum ibi fecisse magnam impensam, & vineam plantasse, & domum ædificasse, ita vt non sit mirum si postmodum hæc pars Casalis fuerit effecta melior, & vti-
lior

lier al'js partibus, vt dicunt testes Io. Baptistæ, qui non probant de tempore euictionis, nec ante meliorameñta & magnas expensas à Troiano factas prout necesse esset, quo fit, vt incrementum, & augmentum pretij, pro ratione temporis vsque ad annum 1592. aucta sunt dicta rubra 24. cum dimidio computandum sit ad commodum Io. Baptistæ, tamen augmentum, quod prouenit ratione expensarum, & melioramentorum à Traiano factorum, ei non debetur, cum de tempore euictionis, nec impensæ, nec melioramenta facta fuerint. Et ideò pro cautela Io. Baptistæ poterit ex credito M. Ant. detrahi dicta summa scut. 1800. & aliquid plus ratione prædicti augmenti ex tempore prouenientis, vel relinqui in suspenso pensiones, & affictus illius ratæ, in qua M. Antonius remanet creditor à Mario Fano etiam liquidatæ, donec Io. Baptista suam exceptionem illiquidam liquidauerit.

Secundo non obstant, quæ opponuntur contrà
5 relationem D. Marij Fani quia † cum istæ exceptiones similitèr sint illiquidæ, non debet ex eis retardari executio relationis, quæ est liquida, tum quia, cum iste Peritus fuerit de partium consensu electus cum iuramento, & obligatione de resaciendo id, quod iuxta eius æstimationem repertum fuerit alteram partem plus recepisse, non debet hæc relatio impugnari, maximè ad effectum impediendi executionem oblig. Cameralis, sed nihilominùs omnia contrà hanc relationem deducta facilè tolluntur; nam quod ipse æstimauerit domum iuxtà valorem anni 1592. Casales vero iuxta valorem anni 1605. Cessat, quia cum ipse æstimauerit vigore instrumenti diuisionis, dicendum est ad illud tempus relationem habuisse, & licèt postmodum in quadam apoca contrarium dixisse videatur, tamèn deindè in alia apoca se declarauit, & fassus fuit habuisse relationem ad fructus 10. aut 18. annorum, & quatenùs Io Baptista, & fratres prætendãt se grauatos, M. Antonius offert emere, & recipere casale pro pretio à Mario Fano æstimato, & cum augmento sc. 300.

Computum autem manu Marci Antonij; in quo dicit, quòd de anno 1583. locabatur pro sc. 400. annuis nihil officit; nam vltra quod caret die, anno, & subscriptione, & continet quandam memoriam M. Antonij pro affictu decursu attendamenta non probant valorem, nec concurrit ad annum 1592. nec præiudicat æstimationi Marij Fani factæ habita consideratione, & respectu ad ea, quæ ei visa fuerunt necessaria, & cui partes vti ab ipsis electo stare promiserunt.

Quod etiam dicitur ad æstimandum domum, Marium Fanum deputasse Valpergam nihil facit,
6 cum † non esset prohibitus deputare mensuratorem ad secundum illius mensurationem æstimandum, & ipsemet Marius æstimauit, dum retulit se æstimare domum in eadem summa, qua æstimauerat Valperga; maximè duobus concurrentibus, primò, quòd Valperga non æstimauit domum in confuso, sed mensurauit parietes, & alia particularitèr, & ea valutauit, Secundò, quia vt Marius Fanus fidem facit Valperga fuit à bo. mem. Coronato electus, nec probatur in æstimatione, quòd vna fuerit etiàm habita ratio pensionum, sed cum domus esset satis antiqua, vt docuit euentus, quia ruinam minauit, nil mirum si fuit facta æstimatio etiam per mensurationem parietum, & aliorum.

Quod autem hodie domus multo pluris valeat quàm scut. 2289. in quibus illam æstimauit Marius Fanus, etiam si esset verum, non reddit iniustam dictam æstimationem, tùm proptèr lapsum 15. annorum, tùm proptèr melioramenta: à M. Ant. fuit refundata, & renouata non sine magna impensa, & sic etiam cessat argumentum, quod sicut casale fuit æstimatum ad rationem quatuor cum dimidio pro centenario; Ità debuisse æstimari domus, quia diuersa est ratio inter casale, in quo nulla est opus impensa, & intèr domum antiquam, & ruinosam, nec de vno ad aliud potest benè inferri.

Tertio non obstat quoddam creditum à Io. Baptista prætensum Montis Aluminum, quia circa illud adest publicum instrumentum celebratum die 12. Aprilis 1578. per quod hæc prætensio est terminanda, cuius vigore, quandò in actis exhibitur, non potest Io. Baptista respectu sortis principalis aliud prætendere, quam summam scu. 820.

His ita constitutis resultat creditum M. Antonij, quòd stantibus supradictis relationibus Marij Fani, & Ludouici Appiani est satis liquidum; nam si rubra 67. $\frac{1}{2}$ partis maioris casalis iuxtà relationem Appiani sinè præiudicio alterius relationis D. Ludouici valutentur ad rationem scutorum 115. pro rubro iuxtà æstimationem Marij Fani, & si rubra 16. 10 $\frac{1}{2}$ partis valutantur ad rationem scut. 212. pro quolibet rubro, & si addatur sc. 55. pro taberna, horto, aut praticello apparebit totam summam conficere scut. 11916. 21. ex quibus si detrahantur scu. 2289. ratione pretij domorum remanebunt sc. 9658. rursus si ex hac summa sine præiudicio iurium ambarũ partium detrahatur valor dd. rubrorum 24. nempe, sc. 1800. vt supradictum est, remanebunt sc. 7857. quorum medietas est sc. 3938. 50. & in hac summa vna cum fructibus ad ratam pensionis, & affictus casalis, donec fuerit resecta, remanet liquidum creditum M. Antonij, & si detrahatur summa sc 810. ratione crediti Montis Aluminum, adhuc remanet creditor M. Antonius in scut. 3108. 50. pro quibus, vel in pecunia, vel bonis stabilibus ad electionem Io. Baptistæ, & fratrum de Incoronatis relaxan. esse mandatum vnà cum fructibus pro dicta rata ad rationem scut. 4. cum dimidio pro quolibet centenario, iuxtà liquidationem D. Marij Fani.

R. P. D. SERAPHINO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Anconitana Pecuniaria.

Luna 10. Decembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia depositata in banco cum expressa protestatione non amoueri, nisi ipso citato, si fuerint exacta de facto, eo non citato, malè exacta dicuntur, & de facto reponi debent.*

2 *Clausula, si quid exequendum, dat facultatem procedendi executiuè ad fauorem eius, qui decretum pro se obtinuit.*

DE

DECISIO CLVI.

DOMINI dixerunt decretum A.C. vltimo factum ad fauorem Triumphi esse exequē-
1 dum, & pecunias malè exactas reponendas † iuxta decretum. Nam omissa negocij principalis discussione, in qua etiam DD. inclinabant pro Triumpho; tum ratione nullitatis sententiæ ex defectu citationis, & mandati; tum ratione iniustitiæ, cum in nullo esset debitor Triumphus Scagni, & videatur collusum fuisse inter Scagnum, & Mascellam, sed solum respondendo strictè dubio proposito, cum istæ pecuniæ, de quibus agitur fuerint depositatæ cum expressa protestatione per ipsum Triumphum penès bancum, & inde fuerint exactæ de facto non citato ipso Triumpho, neq. eius procuratore, ista exactio fuit nulla; ideo prout de facto processit, ita etiam de facto potuit reuocari, & decretum A.C. fuit iustum & exequendum; nam quamuis in iudicio repetitionis sit ordinariè procedendum: tamen hoc casu adest in commissione clausula, si quid exequendum, quæ dat facultatem procedendi exequutiuè ad fauorem illius, qui obtinuit decretum ad sui fauorem. & meritò, cum non deberent propria auctoritate moueri è banco pecuniæ, sed expectanda esset auctoritas Iudicis. Et ita conclusum pro decreti exequutione.

R. P. D. SERAPHINO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romaň Subhastationis.

Die Veneris 20. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars creditorum, quando minori praiudicet.*
2 *Factum iudicis reputatur factum partis.*
3 *Non debet decipi, qui aliquid facit auctoritate iudicis.*
4 *Creditor largo modo dici potest ille, de cuius interesse constat.*

DECISIO CLVII.

CVM D. Marius Fanus emisset præcedente subhastatione, & deliberatione facta ad instantiam creditorum, Vineam quandam, quæ erat in bonis Torzellini, & Pignanelli, & prætium fuisset depositatum iussu Iudicis ad effectum illud cōsignandi creditoribus, data per eos cautione de restituendo prioribus & potioribus: insurrexerunt quidam creditores, qui cœperunt agere Saluiano interdicto contra D. Marium possessorem Vineę, qui prætendebat se amplius molestari non posse, cum auctoritate Iudicis fuerit facta subhastatio, & deliberatio, & precium per eum solutum, ac depositatum: Vndè emanauit dubium An D. Marius emptor fuerit liberatus ab omnibus creditoribus hypothecarijs, & an ei competat actio aduersus fideiussores de restituendo prioribus, & potioribus, vt soluant anterioribus, & eum à molestijs indemnem præstent. Et quantum ad priorem partem fuit resolutum D. Marium non fuisse liberatum, quominus creditores hypothecarij, qui non interfuerunt, nec consenserunt subhastationi, possint experiri Saluiano interdicto contra Vineā, cum eorum ius non fuerit extinctum, neq; eis præiudicatum, cum non appareat eos fuisse legitimè citatos. Neq; obstat *text. in l suum §. hodie. eum*
1 *l. seq. de pact.* vbi habetur, † maiorem partem creditorum posse præiudicare minori, quia textus ille procedit, vbi negocium geritur inter omnes creditores ad hoc congregatos, & iuxta declarationes de quibus *in decis. Afflict. 288.* Vnde cum hypotheca creditorum agentium duret, *l. cum notissimi. §. 1. C. de præscript. 30. annorum.* possunt eligere, contra quem agere malint scilicet, vel contra possessorem vineæ, vel contra posteriores creditores, & eorum fideiussores, qui precium receperunt, *l. 1. §. quod ergo. de ventr. inspic.* Quantum ad posteriorē partem, conclusum fuit posse D. Marium compellere Iudicis auctoritate posteriores, creditores, & eorum fideiussores, vt soluant anterioribus, cum enim ipse mandato Iudicis deposuerit precium, non quidem simpliciter, sed cum illa adiectione, vt solueretur prioribus & potiori-
2 bus, & † factum Iudicis reputetur factum partis, *l si ob causam. C. de euict.* vtique potest ex tali decreto agere aduersus eos, qui precium receperūt, cum decretum illud, non solum contineat fauorem creditorum, sed etiam emptoris vineæ, cuius intererat precium cōuerti in satisfactionem creditorum: Vnde dato, quod in eo principaliter non fuerit nominatus D. Marius, & verba ad eum expressè non dirigantur, nihilominùs ei competit actio, *l seruo legato. § si testator. de leg. 1. cum alijs per Rom. cons. 32. n. 7* & ibi congestis *per Addent sub litera l, Bal. in l. si cui legetur. § fin. & ibi Ias. nu. 8. de legat. 1 Idem Ias in l. stipulatio. § alteri num. 7. de verb. oblig.* & hanc opinionem dixe-
3 runt Domini esse æquissimam, ne † decipiatur D. Marius, qui Iudicis auctoritate emit, & precium deposuit, ad ea quæ tradit *Ruin. cons. 171. n. 3 lib. 4.* Vndè conclusum fuit, eum posse auctoritate Iudicis compellere posteriores creditores, vt soluant anterioribus, idque via exequutiua, stante obligatione facta per eos de soluendo prioribus & potioribus, quæ tollit omnem difficultatem, cum vt dictum est, facta sit etiam eius contemplatione ratione sui interesse: Vnde neque eget cessione, neque necesse est eum esse creditorem; nam satis
4 est ad hunc effectum, † quod de suo interesse constet; nam & largo modo dici potest creditor, adnotat, *in l. creditores de verb. signif.*

R. P. D. SERAPHINO.

postea S.R.E. Cardinali.

Roman. Pecuniaria seu Vineæ.

2. Aprilis & 15. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio de restituendo prioribus, & potioribus semper exequi potest contra obligatos, quando constat de prioritate, & potioritate, licet acta non*

non sint transportata; cum sufficiat fuisse reproducta instrumenta obligationum coram A. C. & licèt non se obligauerint ad omne mandatum Domini.

2 *Clausula ad omne mandatum Domini, apponitur in obligatione de restituendo prioribus ad faciliorem solam exequutionem.*

3 *Mens Pontificis regulatur à iuris dispositione.*

4 *Natura copulæ, &, est ampliare, non restringere.*

DECISIO CLVIII.

FVIT hæc causa bis proposita, & creditoribus Torsellini, & Pignanelli opponentibus obligationes de restituendo prioribus, & potioribus non posse mandari exequutioni; Primo, quia acta non erant transportata, Secundo, quia non se obligauerant ad omne mandatum Domini, sed simpliciter de restituendo creditoribus Torsellini, & Pignanelli: ideo requiri, quòd concurreret in eo, qui petit exequutionem, vt esset creditor co-
1 niunctim vtriusque. † Quibus non obstantibus, fuit per Dominos cōclusum dandam esse exequutionem contra obligatos, docto tamen de prioritate, & potioritate. Neque obstare, quòd acta non sint transportata, quia sufficit, quòd appareat fuisse pro prioribus relaxatum mandatum, reproductis instrumentis obligationum coram A.C. Neque obstat, quòd in obligatione de restituendo nō adsit clausula, ad omne mandatum Domini; quia hoc non facit, quominùs possit procedi exequuti-
2 uè, † cum illa clausula apponatur ad faciliorem exequutionem, vt etiam sine citatione possit iudex mandare, vt soluatur, sed non ideò cessat processus exequutiuus docto de veritate, & potioritate crediti, & obligatione Camer. de restituendo, maximè stante formula commissionis, quæ cantat cum clausula, si quid exequendum, respectu eorum, qui sunt simpliciter obligati sine clausula illa, ad omne mandatum Domini. Vltimò non obstat obiectū, quòd requiratur concursus vtriusque obligationis simul, quia par est ratio, siue concurrant simul, siue separatim, cum vtroque casu obligatio Cam. suū parere debeat effectum, & illa copula, &, debet exponi secundum mentem
3 Pontificis, † quæ regulatur à iuris dispositione, vt per *Imol. in Clem. in plerisque num. 12. de elect.*
4 natura † enim copulæ, &, est ampliare non restringere, *l. ea tamen adiectio. de leg. 3. latè Euerard. in loco à natura copulæ*. aliàs sequeretur absurdum, quòd posteriores habentes vtrunque simul obligatum, essent præferendi prioribus habētibus singulos tantùm obligatos, quod est contra iuris dispositionem. Et ita conclusum pro exequutione mandati, docto de prioritate, & potioritate.



R. P. D. BVRATTO.

Veneta Donationis.

Veneris 30. Ianuarij 1615.

SVMMARIVM.

1 *Sententia sine actis, & processu non probat.*

2 *Sententia sine actis excipiendo probat. Fallit. num. 3.*

4 *Præsumitur pro sententia etiam sine processu.*

5 *Copia processus non datur in crimine hæresis.*

6 *Acta in vno iudicio non probant in alio.*

7 *Obligatio Cameralis non remanet vulnerata sublata sententia vulnerante.*

8 *Appellare quando licuit actori, tunc etiam debet licere alteri parti.*

DECISIO CLIX.

INFORMANTES pro hærede D. Rodulphi Pij insistebant in hac propositione super duobus. Primo videlicet exceptione falsitatis opposita contra instrumentum donationis factæ per d. D. Rodulphum Dominico fratri, & authori Antonij de Domo.

Ex quo etiam & sic secundo per eos inferebatur, quod per sententiam criminalem Aud. C. contra d. Dominicum latam, esset vulnerata oblig. Cam. in d. donatione adiecta

Neutrum tamen subsistere Dominis visum fuit.

Nam primum, quia (vt in resolutione 7. Nouembris præteriti, & alijs in hac causa factis fir-
1 matum fuit) sententia † Criminalis A.C. contra Dominicum 1608. lata sine Processu, & actis non facit fidem, neque attenditur præsertim ex obseruantia Rotæ in hoc iudicio ciuili ex speciali Rescripto Sanctissimi ad instantiam dicti Antonij vti cessionarii Dominici in Rota commisso cum facultatibus A.C. ex allegatis in dictis resolutionibus, & dicit *Rota decis. 196. num. 5. par. 2. in nouis. Verall. decis. 24. par. 3.*

Nec obstant limitationes. Prima, videlicet,
2 quod sentētia sine actis excipiendo probat. † Nam quicquid sit de hac conclusione, de qua per *Rot. decis. 143. num. 6. & 7. par. 2. diuers. ex decis. Ac-*
3 *corab. 32. circa med.* dictum fuit, † quod istud esset quodammodo executioni demandare dictam sententiam Criminalem, & hoc casu non probat, neque attenditur etiam excipiendo, vt in terminis est *decis. Mohed. alias allegata 3. alias 147. n. 1. & 2. de testib. quam refert Rota dicta decis. 169. num. 5. par. 2. facit Put. decis. 198. num. 1. lib. 1. in nouis.*

4 Nec similiter alia † limitatio, quòd præsumatur pro sententia sine Processu, quandò non datur copia Processu, pro vt contumacibus, vt in simili
5 *Verall. decis. 134. p. 3.* Quià † decisio *Verall.* loquitur in sententia lata in crimine hæresis, in quo non datur copia Processus. Hic autem non sumus in crimine, in quo processus non publicetur saltèm Fisco, & parti quærelanti citatis ad causam, & ad expeditionem dictæ Commissionis Rotæ directæ, & in quorum potestate ad processum producere, prout quotidiè similes processus criminales producuntur in Rota iuxtà casuum contingentiam. Et

regula-

6 regulariter † de iure acta in vno iudicio non probant in alio, etiam inter easdem personas, nisi producantur, & eis quis vtatur *Bart. in l. naturaliter §. nihil commune num. 32. ff. de acq. poss. & ibi Sec. Iun. cons. 365.* vbi quod cum conclusione *Bartol. transeunt omnes DD. Alex. in l. 2. nu. 30. vers. vlt. nota C. de eden.*

Ex quibus resultat responsio ad secundum ob-
7 iectum, † sublata enim sententia, & illius fide non potest dici vulnerata obligatio Cameralis.

8 Neque applicatur † ratio decisionis in causa Anconitana assecurationis coram Reuerendiss. D. meo Decano, quod quando licuit vni parti appellare, debet etiam licere alteri, Ita vt executiuè amplius procedi non possit. Tum quia dicta sententia, vt dictum est, non attenditur, vti ex actis non iustificata. Tum quia non sumus in eodem iudicio, licet mutata instantia, vt in dicta Anconitana assecurationis; sed in diuerso, & in quo cessat ratio illius æqualitatis seruandæ, quæ hic applicari non potest. Et demum d. decisio loquitur in sententia lata in meritis non autem ex mera contumacia, & in ea, quæ est nulla, non autē sine actis, quæ fidem non facit, quæ valdè diuersæ sunt.

Ex quibus, & alijs alias deductis DD. non recesserunt à decisis.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Pratorum.

29. Nouembris 1607.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiui absoluti important conditionem.*

2 *Conditione purificata locus est promissioni conditionali.*

3 *Clausula in fine posita refertur, & qualificat totam obligat..*

4 *Contractus nominatus etiam resoluitur quando promissa non obseruantur. ampliatur nu. 5.*

6 *Clausula non alias, &c. dat formam præcisam, & importat conditionem.*

7 *Clausula dummodo importat conditionem.*

DECISIO CLX.

OBTVLERAT D. Vincentius Panizza in subhastatione bonorum DD. Francisci, & Stephani de Maximis se d. bona empturum pro sc. 1225. cum illa conditione inter alias, dummodo d. terrenum pratiuum sit liberum à quocunque canone censu, &c & data idonea cautione per creditores de restituendo pretio in euentum molestiarum a quauis persona ad omne mandatum A. C. cum clausula, & non alias &c.

Debito autem contracto super, eis census scut. mille fortis principalis ad fauorē D. Octauij Casalis, qui etiam inhibuerat conductoribus dd. bonorū, ne alteri soluerent, Panizza obtinuit ab A. C. vigore obligationis Cameralis factæ per dictos creditores iuxta formam d. obligat. relaxari mandatum executiuum contra dd. creditores pro restitutione pecuniarum habitarum, ad quorum instātiam, cum per signaturam mihi commissa fuisset appellatio cum clausula si quid exequendum.

Dubitaui an dictum mandatum esset exequendum, & Domini affirmatiuam amplexi fuut opinionem, quia, cum pecuniæ fuissent solutæ, & receptæ sub illa conditione, vt restituerentur in casu molestiatum, dum scilicet d. obligatio esset facta cum d. clausula data idonea cautione, quæ vti
1 concepta per † ablatiuum absolutum importabat conditionem *l. si seruus §. qui Margaritam ff. de leg. 3. l. à testatore ff. de cond. & demonstr.* & de mo
2 lestijs † constitisset, intrabat sine difficultate obligatio *ad tex in l. certum ff. si cert. pet.*

Præsertim vero cum d. molestijs detegantur etiā bona ipsa non esse libera, prout sibi pacto expressò cauerat Panizza, & cum clausula non alias, &c.
3 quam † Domini vti in fine positam censuerunt deberi referri, & quali ficare totam obligationem *l. hoc iure ff. de vulg. & pupil.*

4 Quo casu etiam † in contractu nominato est locus resolutioni *Azo. in sum. Cod. de rescind. vend. num. 5* etiam per viam actionis, vbi deficit causa finalis *Crau. cons. 192. nu. 22. Surd decis. 220. num.*
5 *18. vers. quinimo* † etiam si pacta respiceret quid accidentale vbi dedit causam finalem contractui emptionis, illa deficiente sit locus resolutioni *Gotofr. in l. cum te C. de pact. inter empt. & vend. Burs. cons. 101. num. 10. & cons. 194 num. 25.* & satis hic constat e videbatur de causa finali, & forma
6 d. obligationis cum d. clausula & non alias, † quæ cum formam præcisam, & conditionem importet *Surd. cons. 268. nu. 9 lib. 2.* dicitur etiam inducere causam finalem *Surd. cons. 381. numer. 10. lib. 2.*
7 præsertim vero iuncta † d. clausula dummodo, quæ etiam secundum subiectam materiam cōditionem importat *Tiraq. de retract. lign. §. 8. glos. 8.*

Quia tamen pro parte creditorum deducebatur dictas molestias esse sublatas, & censum esse posteriorem si id in facto verum ostenditur poterit super eo aliter prouideri, &c.

R. P. D. SERAPHINO.

postea S. R. E. Cardinali.

Romana census.

Veneris 15. Martij 1577.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei prohibitæ alienari non dicitur pleno iure spectare ad eum, cui facta est prohibitio.*

2 *Fideicommissum conditionale differt ab expressa alienandi prohibitione; cum in hoc casu dominium rei prohibitæ alienari pleno iure non spectet ad prohibitum, vbi agitur de vtilitate, & æstimatione.*

3 *Fideicommissarius adiens hereditatem dicitur quasi contrahere cum creditoribus hereditarijs.*

4 *De euictione regulariter agi non potest antequā sequatur euictio: secus est, quādo venditor sciēs vendidit rem alteri obligatam; quia tunc potest agi ad interesse, antequam euincatur.*

5 *Venditor, vel contrahens specialiter promittens aliquid, hoc vel illo pacto sese habere potest, ex actione empti cogi ad illud præstandum, quod promisit.*

6 Con-

6 *Conuentio expressa auget obligationem.*

7 *Actio quanto minoris datur, quãdo venditur res probibita alienari, euictione etiam non sequuta.*

8 *Revendita, siue tradita, siue non, si reperiatur à venditione obligata, actione ex empto potest agi ab emptore, vt liberetur: & si agatur ad preciũ, potest emptor exceptione se tueri.*

9 *Obligatio rem tradi in venditione habet admixtã obligationem rem dari: & quoties est in obligatione rem dari, potest agi, vt libera tradatur.*

10 *Venditor dando fideiussores de euictione dicitur liberatus à primaua obligatione: limitatur tamen non procedere, quando non appareret, quod res esset obligata; secus si appareret, quia tunc non liberatur venditor ab obligatione de tradendo.*

11 *Dominium rei prohibita alienari non transfertur in emptorem.*

12 *Fideiussores de euictione tenentur eadem actione ad praestandum rem liberam, qua tenetur principalis, cum accesserint vti principales.*

13 *Probibitio alienationis rei impedit dominij trãslationem, fideicommissum verò non impedit, bene illam reuocat.*

14 *Cõsensus praestitus alienationi rei probibitae alienari propter fideicommissum perpetuum, ab ijs, qui sunt in rerum natura non sufficit ad alienationis validitatem.*

15 *Consentiens alienationi rei probibitae alienari cadit à iure suo.*

16 *Bona alienata contra expressam testatoris probibitionem, possunt per alienantem in legitimam sibi imputari ad effectum sustinendi alienationem, dummodo tamen huiusmodi exceptio legitima sit liquida.*

17 *Legitimatus potest petere legitimam, sicut legitimus.*

18 *Onus probandi, quod quis non fuerit consequutus plus legitima incumbit alleganti detractionem legitimae sibi deberi.*

19 *Contra obligatum tradere rem liberam, & fideicommisso non subiectam potest exequutiuè procedi, existente obligatione Cam. si res detegatur obligata, & fideicommisso subiecta.*

20 *Obligatio apposita super contractu emptionis sortitur eius naturam.*

DECISIO CLXI.

IN causa Romana census inter Illustriss. & Reuerend ss. Cardinalem Cornelium actorem ex vna & Illustriss. D. Hieronymum de Cuppis reum ex altera, status causae ita se habebat. De anno 1556. Illustriss. D. Hieronymus vendiderat Illustriss. D. Card. Cornelio censum quendã scut. 405. monetae super quodã Casale pro pretio scut. 4500. monetae, cum narratiua quod huiusmodi Casale erat ipsius Domini venditoris, & ad ipsum pleno iure dominij, vel quasi spectabat, & nulli alij censum pignoratum, seu quomodolibet alienatum, alienationis latissimè sumpto vocabulo, nec de eo factum esse, nec apparere quomodolibet aliquem alium contractum distractum, vel quasi contractũ in praeiudicium dicti Illustrissimi Domini emptoris, & promittebat facere consentire omnem personam, necnon suscipere in se omnem litem, alias volebat teneri de euictione in forma iuris valida, & ad duplum precij, & ad omnia damna, & alias, prout latius in instrumento. Procedente tempore, cum peruenisset ad notitiam Illustriss Domini Card huiusmodi Casale esse subiectum fideicommisso olim facto pro bo. me. Cardinalem Tranensem in suo vltimo testamento, cum expressa prohibitione alienationis, & fideicommisso poenali in dictum euentum, coepit agere aduersus D. Hieronymum via exequutiua coram A. C. pro obseruatione contentorum in instrumento, & cum essem deputatus Iudex ab eodem A. Camerae, decreueram mandatum contra d. D. Hieronymum, in quo mandabam alternatiuè adimpleri contenta in instrumento, vel precium restitui: a quo decreto, cũ reclamatum fuisset pro parte Domini Hieronymi & audita signatura, mihi iterum commissum fuit; vt procederem in causa sine praeiudicio legitimae exequutionis: vt parti petenti satisfacerem, licèt causa non esset Rotalis; volui tamen proponere dubium, An esset procedendum ad vlteriorem exequutionem dicti mandati, & causam bis proposui, nempe die Lunae 11. Martij 1577. & die 15. eiusdem mensis. Et in hoc quidem negocio plures excitabantur difficultates; Prima an Illustr. Dominus Hieronymus narrasset in praedicto instrumento quicquam, quòd in rei veritate aliter se haberet, quàm narratum fuerat. An euictione nondum sequuta teneretur ad aliquid praestãdum. Tertia, an satisfactum esset obligationi per praestationem fideiussorum, qui fuerant ab initio adhibiti: Quarta, an sufficeret. quod omnes vocati, qui pro tempore sunt in rerum natura alienationi consentirent: Quinta, an ratione debitorum per ipsum solutorum, & portionis legitimae posset D. Hieronymus sibi imputare dictum Casale ad effectum substinendi dictam census constitutionem; Sexta, an isto casu posset procedi executiuè vigore obligationis in forma Camerae. Quantum ad primam difficultatem fuit dictũ, quod rei veritas aliter se habebat, quàm fuisset narratum; nam
1 quicquid sit in illa quaestione, † An dominium rei
prohibitae alienari dicatur pleno iure spectare ad
eum, cui facta est prohibitio, de qua per *Bald. in l.*
foemina. §. illud & § fin. C. de secund. nupt. Aretin.
in l. si quis vt. § sed quia in fin. C. com de legat. in
2 qua quidem quaestione † differentiam constituere
oportet inter fideicommissum conditionale, & expressam alienandi prohibitionem, quia posteriore casu opinio Baldi videtur procedere sine difficultate, vbi agitur de vtilitate, & aestimatione rei, vt bene animaduertit *Aretin. cons. 19. numer. 3.* quod bene applicatur in hoc casu, in quo talis enunciatio, & assertio tendit ad hunc effectum, vt facilius emptor induceretur ad emendum super dicto Casale censum, quicquid sit ad alium effectum, quo casu possent procedere dicta per *Bart. in l. Iulianus §. fin. de rei vendit. per l. generaliter qui & à quib. Ruin. cons. 138. nu. 7. lib. 2. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. gloss. vnic. num. 52. & in l. si vnquam in fin. num. 11.* allegat corruptè *Alex. cons. 219.* cum sit 208. *lib. 2. cum alijs*; tamen in proposito

facti specie cessat omnis difficultas, ex quo dictum
fuit de isto Casale nullum alium fuisse factum
contractum, nec quasi contractum, & tamen con-
3 trarium apparet ex eo, † quòd Dominus Hiero-
nymus adiuerat hæreditatem Cardinalis, & ideo
quasi contraxerat cum creditoribus hæreditarijs,
& fideicommissarijs, *§. hæres quoque. instit. de*
oblig. quæ ex quas. contr. Quantum ad secundam
4 fuit conclusum, quòd † quamuis ante euictionem
sequutam regulariter non possit agi de euictione,
l. qui rem. C. de euiction. l. si plus. §. mora. ff. eod.
tamen huic regulæ plures applicantur limitatio-
nes, quæ deseruire possunt casui, de quo agitur;
Prima est, quando venditor sciens vendidit rem
alteri obligatam, quia antequam euincatur potest
agi ad interesse, vt est *tex. in l. seruus quem. §. fin.*
de act. empt. l. si hominem de solution. tradunt
Doctor. omnes in l. qui rem. vbi *Butrig.* qui opti-
mè deducit interesse ex eo, quod volens rem alie-
nare, vel obligare, non potest facile reperire em-
ptorem vel contrahere volentem: Scientia vero
Domini Hieronymi est indubitata; tũ ex eo, quòd
fuit præsens confectioni testamenti, tum etiam
quia prius de anno 1554. idem D. Hieronymus
constituerat censum 360. scut. super palatio bon.
mem. Cardinalis de Tranis enunciando fideicom-
5 missum: Secunda est, † quando specialiter aliquid
promittitur, hoc vel illo pacto sese habere; tunc
enim actione empti potest cogi venditor ad illud
præstandum, quià ex tali narratione & promissio-
ne videtur inductus emptor ad emendum, aliàs
non empturus, quæ ratio elicitur ex textu *in l. si*
is qui hæres. §. 1. de excep. rei iud. & l. cum eius-
dem. §. interdum. de edilit. edict. Corn. 226. nu. 3.
6 *lib. 2.* & † conuentio expressa auget obligationem,
l. venditores. de verb. oblig. Cagnol. in l. vnic. nu-
7 *mer. 114. C. de sent. pro eo quòd inter.* † Ter-
tia, in qua Doctores omnes concordant, est quòd
hoc casu datur etiam actio quanto minoris *Bart.*
in l. cum stipulatus sim. de verb. oblig. Ang. in l. si
seruus. la seconda, de cond. furt. cum alijs late
cumulatis in 26. decis. Pedemont. nu. 5. Quarta li-
mitatio, ex qua videtur tolli difficultas, est ex *l. ex*
his prædijs. iunct. glos. C. de euict. vbi vult text.
8 quòd † tradita, si reperitur à venditore obligata,
potest agi actione ex empto, vt liberetur, & etiam
agatur ad precium, potest emptor exceptione se
tueri: subdit ibi glos. quòd si res fuerit tradita,
etiàm aget emptor actione ex empto, vt libere-
tur, allegat *l. creditor. §. prædium. de act. empt.* ne
deterioris sit conditionis emptor re tradita, quàm
si non esset tradita, idem tradit *glos. in d. l. qui rem.*
quam referunt, & sequuntur moderni *Pedemont.*
d. decis. 24. num. 2. vers. in contrarium. & num. 4.
9 Corroboratur hæc † limitatio, ex eo quòd obli-
gatio rem tradi in venditione habet admixtã obli-
gationem rem dari, *Bart. in l. certi condictio. nu-*
mer. 22. & 23. si cert. petat. & ibi Dec. latissimè
num. 11. & 12. idem Bart. in l. inconuentionali-
bus. de verb. oblig. quoties autem in obligatione
est rem dari, potest agi, vt res libera tradatur, *l. Iu-*
lianus. §. qui fundum de verb. obligat. quia tene-
tur ita dare, vt Dominum auocari nequeat, *Ias. in*
d. l. qui fundum num. 5. Neque obstat, si dicere-
10 tur † ex eo, quòd fuit cautum de euictione, & da-
ti fideiussores, D. Hieronymum fuisse liberatum à
primæua obligatione, *Bart. in l. cum quis. §. qui*
hominem. ff. de solution. & l. si quis aliam num. 2.
eod. tit. quia hoc dictum *Bart.* pulchrè limitatur
per *Cuman. in d. §. qui hominem*, quem refert, &
sequitur *Alexan. in d. §. qui fundum. num. 2. in fin.*
vt procedat, quando non appareret, quòd res es-
set obligata; secus verò si appareret obligatam es-
se, tunc enim non liberatur venditor ab obligatio-
ne de tradendo. Hæc vero maximè procedunt in
11 casu isto, in quo † propter prohibitionem aliena-
tionis factam à testatore non potuit dominium
transferri in emptorem, vt communiter tradunt
Doctor. in l. filiusfamilias. §. Diui de legat. 2. &
idem optimè facit *Dec. cons. 102. propè fin. & Al-*
ciat. d. §. qui fundum. Quantum ad tertiam diffi-
cultatem, an satisfactum sit per fideiussores præ-
stitos à principio; fuit dictum non esse satisfactum;
tum ex supra traditis, quòd vbi apparet rem esse
obligatam per fideiussores, non satisfieri obliga-
tioni de dando, quæ inest obligationi de traden-
12 do; tum etiam quia † fideiussores tenentur eadem
actione ad præstandum rem liberam, quia promis-
sioni principalis vti principales accesserunt; ideò
absurdum est dicere, quòd ijdem sint obligati, &
obligationem tollant, sed etiam animaduerten-
dum est, eos fuisse acceptatos sub eadem narrati-
ua, quòd nullus fuerat de istis bonis factus con-
tractus, nec quasi; ideo cum superuenerit noua
causa, nempè notitia fideicommissi, & prohibi-
tionis alienationis, potest agi, vt idoneè caueatur
in hunc casum, vt benè deducitur per *Pedemont.*
in d. decis. 24. num. 2. vers. secunda, & num. 8.
vers. nec aduersatur. Nec obstat, quòd tradit
Bald. in l. ex his prædijs in fin. dum dicit empto-
rem agere non posse, vt sibi caueatur, quia loqui-
tur in obligatione conditionali, hic vero nedum
adest obligatio conditionalis fideicommissi, sed
13 etiam † prohibitio alienationis, quæ impedit do-
minij translationem, quæ per solum fideicommis-
sum non impeditur, licèt reuocabilis sit, *Castr.*
cons. 370. lib. 2. Præterea loquitur, quando ven-
ditor idoneus erat facultatibus, de qua quantita-
te hic propter fideicommissum ambigi potest, &
ita intelligit dictum *Baldi Afflictus decis. 241. cir-*
ca fin. Quantum ad quartam difficultatem fuit
14 quoquè dictum, † cum fideicommissum sit perpe-
tuum, non esse sufficienter cautum Illustrissimo
Cardinali per consensum præstitum per istos, qui
sunt in rerum natura; & ideò difficile esse inuenire
modum cauendi, tradidit *Dec. cons. 23.* Præterea
15 † ijdem consentientes huic alienationi propter
prohibitionem alienandi cadunt à iure suo; vt fuit
resolutum in illa *Romana vinearum coram* R. P.
D. Decano, & ita eorum consensus non reddit se-
curum Cardinalem. Quantum ad quintam diffi-
16 cultatem, † si exceptio Domini Hieronymi esset
liquida, non displiceret Dominis, quod satis di-
ceretur prospectum indemnitati Cardinalis, sed
quià non fuit confectum inuentarium, dato etiam
17 quòd d. D. Hieronymus fuerit † legitimatus, &
possit petere legitimam: Tamen non constat, ne-
que de quantitate bonorum, neque de quantitate
legitimæ; ideo cum exceptio non sit clara, non
releuat, & aliàs fuit resolutum in vna *Tiburtina*

Casalis

Casalis coram R.P.D. Robusterio 24. Nouembris
18 1574. † quod onus probandi, quòd quis non fuisset plus consequutus legitima incumbebat allegant i detractionem legitimæ sibi deberi. Sexta
19 & vltima difficultas, † an possit procedi exequutiuè, sublata videtur ex his, quæ supra deducta fuerunt, nam in effectu fuit assertum Casale esse liberum, & fideicommisso non subiectum, cum fuerit dictum, nullum fuisse de eo factum contractum,
10 nec quasi contractum: Prætereà, † cum ista obligatio fuerit apposita super contractu emptionis, vtique sortiretur eius naturam, *l. si stipulatus. de verb. obligat. notant Doctor. in Rubr. eiusdem tit.* si ergo agi potest ex empto ad primeuam obligationem de tradendo, vt fuit deductum, poterit agi etiam exequutiuè vigore obligationis Cameralis super dicto contractu appositæ. Et ex his virtualiter sublata sunt omnia, quæ in contrarium deducta fuerunt: Visaq. est hæc sententia Dominis etiam maxima æquitate niti, cum ex cautionis præstatione nullum afferatur præiudicium Domino Hieronymo, ex eius vero omissione maximè videatur sors principalis Illustrissimi Cardinalis periclitari.

R. P. D. BICHIO.

Romana, seu Perusina Census.

Lunæ 12. Decembris 1644.

SVMMARIVM.

1 *Fides Baptismatis probat ætatem.*
2 *Aegidiana Constitutio non corrigit ius commune, sed illius solemnitates magis auget.*
3 *Aegidiana Constitutio seruanda est in toto Statu Ecclesiastico, vbi particulare statutum in eodem casu non adest.*
4 *Contractus celebratus absque solemnitatibus à statuto, seu Constitutione Aegidiana requisitis non parit, nec ciuilem, neque naturalem obligationem.*
In obligatione Camerali duo continentur iuramenta alterum implicitè, alterum explicitè.
Statutum Vrbis lib. 1. cap. 47. habilitans ad contrahendum maiores 20. annis, licet minores 25. non suffragatur forensi contrahenti in Vrbe.
Statutum loci contractus quoad solemnitates est inspiciendū, licet contrahentes sint forenses.
Seraphin. decis. 746. num. 3. declaratur.
Statutum disponens minorem 20. annis non posse se obligare, nisi certis adhibitis solemnitatibus, non intelligitur post illam ætatem habilitare minorem ad se obligandum contra dispositionem iuris communis, & num. 11.
Argumentum à contrario sensu strictè accipiendum est respectu eius, quod dicitur in sensu directo.
Argumentum à tempore limitato desumptum est validum, & procedit etiam ad correctionem iuris communis.
Temporis limitati natura non operatur ob impedimentum dispositionis legalis.
Iuramentum operatur, quod substineatur contractus sine solemnitatibus iuris communis celebratus, secus si sine solemnitatibus Constitutionis Aegidianæ, quæ vires iuramenti tollit.
15 *Aegidiana Constitutio tollit vim non solum vnius iuramenti, sed etiam aliorum præstitorum in contractibus minorum celebratis absque solemnitatibus in ea requisitis.*
16 *Minor eodem dolo, & facilitate inducitur ad præstandum vnum, vel plura iuramenta.*
17 *Obligatio Cameralis implicitè continet iuramētū de obseruando contenta in eadē obligatione.*
18 *Obligatio Cameralis non auget dispositionem contractus, sed fortiùs stringit respectu executionis.*
19 *Boccac. ad Constitut. March. glos. 2. num. 65. declaratur.*
20 *Minor iurans se maiorem non impeditur dare de nullitate contractus ob non seruatas solemnitates, impeditur tamen rescindere contractum per viam restitutionis in integrum, quæ illi non competeret propter mendacium assertionis iuratæ se esse maiorem.*
21 *Duo vincula magis non ligant, quando vnumquodque de per se est irreleuans.*
22 *Iuramentum implicitum obligationi Camerali non est corporale tactis scripturis, sed verbale.*
23 *Obligatio Cameralis de stylo non extenditur cum iuramento si iuramentum ibi non est.*
24 *Iuramentum verbale nō efficit, quod minor dare non possit de nullitate contractus ob non seruatas solemnitates à statuto requisitas.*
25 *Contractus in statu Ecclesiastico ferè semper stipulantur sub obligatione Camerali.*

DECISIO CXLII.

PRAEVIIS tribus decisionibus coram R.P.D. meo Carrillo, Rota pronunciauit exequendum esse mandatum relaxatum ab A.C. ad instantiam D. Comitis Annibalis de Sumalia contra D. Balium Sfortiam Oddum pro fructibus census, cui idem Oddus fideiussor accesseret, vel bonam fidem recognouerat, sed in gradu appellationis interpositæ coram me, proposito hodie dubio, an sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, infirmandam esse, responsum fuit.

Cum enim Oddus, qui de tempore obligationis
1 erat maior quidem viginti, sed minor † vigintiquinque annis, vt constat ex fide Parochi, quæ ætatem probat ex adductis per *bon. mem. Coccin. decis. 334. num. 2.* contraxerit sine solemnitatibus ad publicam vtilitatem requisitis, siue à iure communi, siue à Constitutione Aegidiana *lib. 5.*
2 *cap. 25.* quæ † ius commune non corrigit, sed illius solemnitates auget, ac pinguiùs prouidet, vt notat *Boccac. ad Const. March. glos. 1. sub nu. 29.*
3 *relatus à Cæsare Manen, decis. 7. num. 2.* ac † vigore extensionum Summorum Pontificum seruanda est in toto Statu Ecclesiastico, vbi particulare statutum in eodem casu non adest, vt in terminis contractus celebrati Romæ à minore forensi (qui est casus noster) dixit *Rota decis. 260. nu. 3. & 4. decis. 394. num. 1. par. 6. recent.* Propterea
4 † ex eo contractu, neque ciuilis, neque naturalis obligatio orta fuit, iuxta theoricam *Imol. in c. cū contingat in 8. membr. col. 2. post med. de iur. iurā. Couarr. in cap. quamuis pactū in 2. par. §. 4. nu. 6. de pact. in 6. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. de-*

cis.18.num.13. & seqq. Cancer. var.resol. par.2.
cap 1.num.59. & in puncto Constitutionis Aegi-
dianæ *Roman.cons.12.num* 4.

Nec releuat Statutum Vrbis *lib.1. cap.47.* ha-
bilitans ad contrahendum maiores viginti annis,
licet minores vigintiquinque, aut statutum Peru-
siæ annullans contractus minorum viginti annis
sine solemnitatibus ibi præscriptis celebratos, seu
tandem quod contractus, de quo agitur, vti con-
5 tinens duo † iuramenta, alterum explicitè, alte-
rum implicitè contentum in obligatione Camera-
li: non comprehendatur sub Constitutione Aegi-
diana, eoque minus requireret solemnitates iuris
communis, quarum defectus non vrget, vbi adest
iuramentum, vt latiùs habetur in dictis decisio-
nibus coram D.meo Carrillo, innixis his tribus
fundamentis.

6 Nam † Statutum Vrbis tanquam directum in
personas subditas, easque simpliciter habilitans
ad contrahendum, non suffragatur forensi (qua-
lis erat Oddus) in Vrbe contrahenti non subie-
cto statuentibus, vt in terminis dicti statuti, *Rot.*
coram bon.mem. Buratt. decis.75. num.18. decis.
643.num.5. par.3. recent. decis.260.num.6.decis.
294.num.3. par.6. recent. vbi allegantur concor-
dantes, & præter ibi allegatos tradit *Castr. cons.*
266.in princ. & num.1.lib.2.Cancer.var resolut.
par.1. cap.10.sub num.20. Et in hoc differt hu-
iusmodi statutum ab alio non habilitante absolu-
tè personam ad contrahendum, sed cum aliqua
7 modificatione, vel solemnitate, hoc † enim com-
prehendit forensem contrahentem in loco statu-
ti, quia respectu solemnitatum attenditur statu-
tum loci contractus, *Bald. in l.fin.sub num.5. ff.*
iurisd.omn.iud. Ruin.*cons.201.col.1.sub num.3.*
lib.1.Bero.cons.89.num.7.lib.3. & in puncto benè
distinguit *Cãcer.var. resolut. d.cap.10. sub nu.21.*
vers.neque obstant, Rot.decis.238.num.7.& 294.
num.7. & seqq.par. 6. recent.

8 Statutum † vero Perusiæ vtique suffragaretur
ad sustinendum contractum à Cine Perusino ma-
iore viginti annis in Vrbe Roma celebratum, si
personam maioris viginti simpliciter habilitaret
ad contrahendum, in quibus terminis loquitur
Seraph decis.746.num.3. & alij allegati in prima
9 *decis.coram* D.*meo Carrillo, §.ex quo fit,* at † il-
lud disponit dumtaxat, vt contractus minoris vi-
ginti annis sine licentia, & consensu curatoris, vel
tutoris auctoritate non teneat, vnde licet educi
possit, quod huiusmodi solemnitates non requi-
rantur in maiore viginti annis, de quo statutum
non loquitur, non tamen sequitur, quod maior
viginti habilitetur ad contrahendum absque alijs
solemnitatibus à Constitutione Marchiæ, vel iu-
re communi præscriptis in contractibus minorum
vigintiquinque annis, immò contractus maioris
viginti, vti non dispositus à statuto particulari Pe-
rusiæ, remanet sub dispositione Constitutionis ge-
neralis Prouinciæ, & iuris communis, vt in pun-
cto ratiocinatur, *Castr.cons.106.nu.1.& 2.lib.2.*
Aym.cons.189.num.1.post med. vers.ad istud re-
spondeo, Bald. Alex. Natt. & alij, quos refert &
sequitur *Rot.decis.116.num.10. coram bon.mem.*
Buratt. quibus additur *Gratia.discept.375.n.17.*
Ossasch.decis.85.nu.14. Cas.Manen. decis.63.n.4.

Gratis itaque decisiones contrariæ, ducto ar-
gumento à contrario sensu, firmant statutum Pe-
rusiæ irritans contractus minoris viginti sine cer-
tis solemnitatibus initos habilitare maiorem vi-
10 ginti, quia † argumentum à contrario sensu stri-
ctè accipitur respectu eius, quod dicitur in sensu
directo, *Butr. & alij relati ab Honded. cons.16.*
num.60. lib 1. Mant.decis.283. nu.3. & sic con-
cludere potest, quod non requirantur illæ solem-
11 nitates in eo, qui non est minor viginti, sed † non
extendit statutum ad casus in sensu directo non
dispositos, & per legem communem vel aliud sta-
tutum, seu legem generalem decisos, *Dec. cons.*
110.num.5. & cons.364.num.3. vers.& pro ista
interpretatione, & num.seqq. Cancer. *var. reso-*
lut. par.2. cap.16. num.78. Barbos. de locis com-
mun.argumen.loc.27.num.2.& 12. vbi hoc limi-
tat quando statutum nihil operaretur, *& nu.30.*
Buratt decis 116.num.11.

12 Prout † nec argui potest à tempore limitato,
quod genus argumenti procedere etiam ad cor-
rectionem iuris communis, tradit *Bald. in l.ob-*
seruare, §.proficisci num.8. vers.tamen quia. ff.
offic.Proconsul. Ias.in l.si ita quis nu.4.ff. vulg.
vbi dicit, quod hæc est pulchra limitatio ad regu-
lam, quæ vult, quod argumentum à contrario sen-
su sumi non possit, ad correctionem iuris commu-
nis, & sequitur *Crot.eius discipulus cons.61.n.15.*
Menoch.cons.151.num 49. vers.non obstat quar-
tum, Surd. decis.75. num.2. vbi quod ea est vis
temporis limitati, vt contrariam dispositionem
post tempus contineat, *& num.seq.*

Quia procederet argumẽtum, si statutum aliàs
nihil operaretur, & inhabilitaret simpliciter per-
sonam minoris, ne vsque ad certum tempus con-
traheret, cuiusmodi non est statutũ Perusiæ, quod
non prohibet minori, ne contrahat vsque ad vigin-
13 ti annos, sed † irritat contractus ab eo infra di-
ctam ætatem celebratos sine solemnitatibus ibi
præscriptis, ideoq. cum limitatio temporis non
dirigatur ad facultatem contrahendi, sed ad so-
lemnitates à statuto requisitas, solum exinde in-
fertur, quod post dictum tempus cesset prohibi-
tio statuti, & necessitas dictarum solemnitatum,
sed adhuc durat prohibitio legis, & Constitutio-
nis Aegidianæ, quarum impedimentum ratio tẽ-
poris à statuto limitati non tollit, *Soccin.iun.cons.*
130.num.8.lib.1. per text. in l.qui testamento in
princ. ibi si aliud eos nihil impediat, *ff.de testam.*
Gabr.cons.123.num.41.lib.1. Gratian.discept.69.
num.7. & discept.376. num.17. vbi in specie re-
probat contrariam sententiam *Menochij* loco ex-
aduerso allegato, & facit *Cas. Manen. decis.63.*
num.2. vbi quod dispensatus contra ius statuta-
rium non dicitur dispensatus contra ius commu-
ne, quod plus continet, quam statutarium, *&*
num.34.& seqq. Rot. *decis.385.num.5.par.2. re-*
cent.

14 Tertio non releuat, quod † contractus sit mu-
nitus iuramento, quia ex illo sustinetur contra-
ctus sine solemnitatibus iuris communis, *iuxta*
text. in auth. Sacramenta puberum, C. si aduer.
vendit. & decis.643. num.3. par.3. decis.345.nu-
mer.2 par.4. recent. non autem sine solemnitati-
bus Constitutionis Aegidianæ, quæ in effectu vi-
res

res iuramenti tollit, vt notat Roman.*conf.*12. *sub*
*nu.*2. *circa fin. vers. resultet ergo.* Rot.*decis.*671.
*sub num.*3. *par.*1. *recent.* (vbi non fuit approba-
ta contraria decisio impressa *par.* 3. *recent. decis.*
561. *sub num.*4.) *& decis.*260. *num.*8. *decis.*194.
*num.*13. *& seqq. par.*6. *recent.* vbi ponderatur,
quòd cum Constitutio Aegidiana vltrà iuramen-
tum requirat alias solemnitates, non sufficit iu-
ramentum, sed copulatiuè solemnitates adhibe-
re necesse est.

Quòd verò dicitur, Aegidianam non habere lo-
cum, quandò adsunt duo iuraméta tollitur dupli-
5 ci responsione. *Primo*, quòd, † cùm in eadem
Constitutione caueatur expressè, quòd contra-
ctus minorum viginti annis sine solemnitatibus
in ea præscriptis præsumantur dolosè extorti, &
nullam obtineant firmitatem, nec dubitandum
sit, quin Constitutio, vti Papalis, disponere po-
tuerit, etiàm super iuraméto, inde sequitur, quòd
iuramenta, quotquot sint, non probentur ex tali
contractu per Constitutionem irritato, perindè-
que habeantur, ac si præstita non fuissent *Castr.*
*cons.*61. *num.*1. *lib.*2. *post Bart. in l. omnes populi*
*num.*25. *ff. iust. & iur. Ias. in dicta Authen. Sa-*
*cramenta puberum num.*85. *Canter. var. resolut.*
*par.*1. *cap.*7. *num.*143. *& cap.*8. *sub num.*61. *&*
*par.*2. *cap.*8 *num.*2. *Cas. Manen. cons.*112. *nu.*4.
*& 5. Rot. decis.*8. *num.*4. *par.*3. & in his terminis
*decis.*294. *num.*27. *part.* 6. *recent.* Neque, & si
mille forent, conualidare possent contractum do-
losum, cum esse non debeant iniquitatis vincula,
6 & † minor eodem dolo induci possit ad præstan-
dum vnum, vt plura iuramenta, itaut alias de fa-
cili fieret fraus Constitutioni, vt latè per *Curt.*
*iun. cons.*118. *sub nu.*9. *vers. sed quid fortius, &*
*cons.*119. *num.*6. *& seqq. Rot. decis.*22. *num.*6. *in-*
ter impress. apud Pie. ad statut. Vrb. Secundo,
quòd in casu nostro vnicum adest iuramentum
explicitè interpositum, alterum vero deducitur
7 ex obligatione Camerali, † quæ implicitè conti-
net iuramentum de obseruando contenta in ea-
dem obligatione, quod non addit robur simili iu-
ramento in instrumento explicito, nec importat
aliud vinculum diuersum ab eo, quod est expres-
sum, *Zacch. de oblig. Camer. quæst.*25. *num.*9 non
8 secus, ac ipsa obligatio Cameralis, quæ † cum sit
accessoria, non auget firmitatem contractus in
esse contractus, sed solum fortiùs stringit respectu
executionis, vt in puncto respondit, *Rot. decis.*294.
*num.*22. *& seqq. par.*6. *recent.*

Doctores autem alleg. in decisionibus *coram*
9 *D. meo Carrillo, & † à Boccac. ad Cōstit. Marcb.*
*glos.*2. *num.*65. loquuntur in diuersis terminis,
nempè, quandò Constitutio, seu statutum non cō-
prehendit contractum firmatum iuramento, &
in contractu duo adsunt iuramenta explicita, al-
10 terum assertorium, quià † nempè minor iurauit,
se esse maiorem, alterum promissorium de adim-
plendo, & rata, & grata habendo contenta in in-
strumento, quæ iuramenta sunt inter se longè di-
uersa, & vnum est de præsenti, aliud vero de futu-
ro, neque excludunt minorem à iure dandi de
nullitate contractus, quia duo sint, hoc enim præ-
stat solum iuramentum promissorium in statuto
non comprehensum, assertorium verò tunc de-
mum operatur, quando minor vellet contractum
rescindere per viam restitutionis in integrum, ab
ea enim excluderetur propter mendacium asser-
tionis iuratæ, vt originaliter dixit, *Ioan. Andr. in*
addit. ad Speculat. tit. de sent. §. vt autem, circa
princ. in additione, quæ incipit adhæc, Roman. in
puncto Constitutionis Marchiæ *cons.*12. *nu.*5. *vbi*
Addent litt. E. allegant concordantes, Curt. sen.
*cons.*43 *nu.* 35 *Soccin. cons.*61. *num.*5. *lib.*1. *Cre-*
men singul. 163. *num* 2. vbi quod hæc est limita-
tio aurea, ac declaratio *text. in l. si alterius. C. si*
mino se maior. dix Hipol. Marsil. sing. 399. Quo-
ties itàque iuramentum promissorium non suffi-
ciat ad validandum cōtractum, sed eo non obstāte
cōtractus est nullus, vt in casu nostro, parū refert,
quòd vltrà adsit aliud iuramentum, vt benè ad-
uertit *Rot. decis.*22. *nu.*5. *inter impress. apud Pie.*
ad statut. quæ licet loquatur in terminis statuti
Vrbis cap. 151. quod tollit iuramenti vires, vti-
que applicatur Constitutioni Aegidianæ idem in
effectu operanti ex superiùs allegatis, & in pun-
cto *d. decis.*294. *num.*25. *& 26. par.*6. *recent.* &
21 facit regula, quòd † duo vincula non magis li-
gant, quando vnumquodque de per se est irrele-
uans, *Bellon. iun. cons.* 2. *sub num* 75. *vers. vn-*
de, Bero. cons 96. *sub num.*14. *vers. non refraga-*
*tur lib.*2. *Surd. decis.*239. *num.*7. *Rot. decis.*84.
*num.*14. *& 17. par.*5. *recent.*

Addebat vnus ex Dominis, vim aliquam fieri
non posse in iuramento Implicito obligationi Ca-
22 merali, quià † non est corporale tactis scripturis,
sed verbale, vt patet ex formula relat. per *Zacch.*
*de oblig Camer. quæst.*27. *sub nu.*15. *& num.* 18.
23 vbi in fin. ait, quod de † stylo hæc obligatio non
extenditur cum iuramento, si Iuramentum ibi nō
est, quòd anteà dixerat *Sal. Tiber. in prax.* A.C.
24 *lib.*1. *cap.*29. *in fin.* iuramentum † autem verbale
non efficit, quòd minor dare non possit de nulli-
tate contractus ob non seruatas solemnitates à
statuto requisitas vt fuit decisum *in Senatu Mā-*
tuano Præsidente Cas. Manen. inter eius impress.
*decis.*46 *num.*16. Et alioquin actum esset de so-
lemnitatibus Constitutionis Aegidianæ, palam-
que crassaretur malitia decipientium minores,
25 quià in † statu Ecclesiastico ferè semper stipulan-
tur contractus sub obligatione Camerali.

Et ita decisum, vna tantum parte informante,
altera tamen pluries citata.

R. P. D. MERLINO.

Romana Census.

Veneris 31. *Martij* 1634.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis vt executiuè agi possit.*
2 *Electa vna via non licet ad aliam redire præ-*
sertim si fuerit lata sententia.
3 *Quod fallit in iudicio executiuo in quo licita est*
variatio de vna re ad aliam, & de persona ad
rem.

4 *Quotiescumque electio vnius via non traxit secum executionem, itaut creditori fuerit integrè, & actualiter satisfactum, tunc semper licita est variatio Iudicij.*

5 *Per obligationem cameralem expressè tribuitur creditori facultas variandi de vno iudicio ad aliud de vna curia ad aliam, & de persona ad personam.*

DECISIO CLXIII.

HODIE in hac eadem causa coram me resolutum fuit; confirmandam esse sententiam A.C. in iudicio Saluiano latam, per quam D. Ducissa Cynthia de Comitibus condemnata fuit ad præstandum nouum fideiussorem pro censu scutorum 6000. cuius creditor est D. Franciscus Capisuchus in locum alterius defuncti fideiussoris, cumq; dubitauerim, an pro hac præstatione fideiussoris relaxandum sit mandatum exequtiuum contra bona hæreditatis Simonis Capizuchi impositoris census detenta per d. D. Ducissam de Comitibus, affirmatiuè fuit responsum, quia obli-
1 gatio Cameralis † apposita in instrumento census operatur, vt exequutiuè agi possit iuxta tradita per *Gallesf. de oblig. Camer. par. 1. q. 2. nu. 13. & 21.* & pluries dixit Rota *vt in decis. 1. num. 1. & dec. 10. num. 1. & decis. 98. num. 1. post eundem Gallesf. de oblig. Camer.*

Non obstat, quod cum D. Franciscus Capizuchus intentauerit prius iudiciū ordinarium, nempe interdictum Saluianum, & in eo sententiam fauorabilem obtinuerit, non possit modo variare iudi-
2 cium, & transire ad viam exequtiuam, quia † electa vna via, non licet ad aliam redire præsertim dilata fuit sentētia iuxta notata per *Adden. ad Gallesf. de oblig. Cam. ad q. 11. num. 9. Gratian. discept. forens. cap. 593. num. 8. & dixit Rot. apud Cæsar. de Graß decis. 2. num. 2. de sent. excommunic. & decis. 551. num. 5. par. 3. diuers. ac decis. 68. nu. 1. & decis. 132. post eumdem tract. de oblig Camer.*

Quoniam tribus responsionibus satisfieri obie-
3 cto putarunt Domini, Primo, † quod in exequutiuis licita est variatio, neq; actor vna via electa cogitur in ea persistere, sed ad aliam recurrere potest, quia cum tunc non agatur de discutiendo credito, sed de exequendo credito iam liquido, & confessato, nec vllas exceptiones admittente, vtique plura remedia tendentia ad eundem finem habendę exequutionis intentati possunt, nec vllum dubitari infertur præiudicium trahendo ipsum pluribus vijs ad plures Iudices, siquidem debiti iam liquidi, & confessati solutionem detractare, aut retardare non potest, nec vna via potest esse præiudicialis alteri, aut contraria, ita vt coram vno Iudice diuersimode causa possit sortiri effectum cum omnia iudicia in eandem tendant exequutionem exceptiones non admittentem, & in pœnam contumaciæ non soluentis clarum, & confessatum debitum permittitur cumulatio, & variatio remediorum, donec integra, & plena exequutio habeatur, itaut si debitor fuerit captus pro debito, & adhuc non soluat, possit creditor petere se immitti in possessionem bonorum, & e contra si fuerit immissus in possessionem bonorum possit instare pro captura debitoris, vel si adiuerit Iudicem pro habenda satisfactione, adhuc possit vti propria authoritate sibi competentem, vel de vna re ad aliam transire vsque ad actualem, & veram exequutionem, Ita per Theoricam *Bart. in l. consentaneum numer. 17. C. quomodo, & quando Iudex, tradunt Ias. cons. 9. num. 1. vers. non obstat primum motiuum, & cons. 28. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 12. ante num. 3. & cons. 460. num. 8. & 9. Marsil. in rub. de fideiussor. num. 378. Lancellot. de attent. lit. pend. par. 2. c. 4. limit. 2. num. 50. & 76. Caput. decis. 50. num. 5. par. 1. Surd. cons. 98. nu. 8. & 9.* Rota *Bononien. dec. 107. nu. 21. Modern. Mantuan. controuers. forens. cap. 318. nu. 43. & 44. & fuit dictum in Romana dotis 10. Decembris 1632. coram R.P.D. meo Pirouano.*

4 Secundo, quod quotiescunque † electio vnius viæ, seu actionis non traxit, secum exequutionē, ita vt creditori ex remedio intentato fuerit integrè, & actualiter satisfactum, & consumpta exequutio mediante adiudicatione bonorum, traditione, & liberatione, tunc semper licita est variatio Iudicis *l. apud Anfidiū ff. de opt. leg. Ias. in l. si ex toto §. 1. num. 6. ff. de leg. 1. Bertrand. cons. 238. nu. 25. lib. 4. Dec. cons. 12. numer. 2. in fin. & 3. Natt. cons. 496. num. 17. in fine Bursat. cons. 418. numer. 27. & 32. plenè Surd. cons. 413. nu. 17. & 18. Franch. dec. 53. in fine Gratian. discept. forens. cap. 597. nu. 9. Rota Bononien. decis. 107. nu. 25. & dixit Rota dec. 414. sub num. 1. vers. siquidem non est prohibita par. 4. diuers. & in d. Romana dotis coram R.P.D. Pirouano, & in Romana hæreditatis 21. Iunij 1632.* & *19. Ianuarij 1633. coram me.*

5 Tertio demum tollitor † omnis difficultas ex verbis, quibus concipitur formula Cameralis obligationis, in qua expressè tribuitur creditori facultas variandi de vno iudicio ad aliud, & de vna Curia ad aliam, & de persona ad personam, vt obseruant *Adden. ad Gallesf. de oblig. Cam. d. q. 11. nu. 12. Rota apud Card. Seraph. decis. 1007. num. 3. Surd. decis. 44. numer. 17. & 18. Modern. Mantuan. controuers. forens. c. 318. num. 46. & in prællegata Romana dotis fuit ponderatum.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. COCCINO.

Romana Quarti dotalis.

Luna 19. Iunij 1628.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum rogatum per Notarios A.C. censetur obligatione Camerali vallatum, licet dicta obligatio fuerit omissa.*

2 *Notarijs standum est in ijs, quæ concernunt stylum.*

3 *Notarij A.C. recipiunt instrumenta omnia sub forma obligationis Cam.*

4 *Clausula apponi solita censeri debet apposita.*

5 *Et Notarius potest illam postea apponere, si eius in curia omisisset.*

6 *Clausula extra tamen procuratorum constitutionem solet apponi in fine obligationis Camerali*

lis, & censetur tanquam pars ipsius obligationis.

7 *Statutum Vrbis cap. 137. lib. 1. habet locum etiã in lucro dotis.*

8 *Obligans se ad illa, quæ continentur in Instrumẽto dicitur obligatus ad omnia, ac si singulariter de omnibus in Instrumento contentis specificam mentionem fecisset.*

9 *Statutum Vrbis dum loquitur de Dote comprehendit etiam lucrum, & quartum dotale.*

10 *Verba veniunt interpretanda secundum subiectam materiam.*

11 *Ratificatio non debet esse superflua, sed debet ad aliquid referri.*

12 *Obligationes equales vna eademque determinatione sunt diffinienda.*

13 *Assignatio facta loco pignoris, & pro assecuratione dotis, non extinguit creditum dotale.*

14 *Renunciatio facta de hereditate viuentis non valet.*

15 *Restitutioni non est locus, nisi probetur creditum certum, & liquidum.*

DECISIO CLXIV.

IN capitulis matrimonialibus initis inter Alexandrum Gabrielem, & Iuliam Piehinam cõiuges post promissionem scut. 4000. pro dote, & scut. 400. pro acconcio expresse fuit conuentum *Che questo matrimonio s'intenda fatto con la donatione per le nozze secondo l'vsanza di Roma, e che per la restitutione della dote Geronimo Gabrielli in solido come Alessandro suo fratello s'obligaranno secondo la forma delli statuti di Roma.* Postmodum vero in Instrumento quietantiæ dotis, idem Alexander, post promissam restitutionem tã dotis, quam acconcij, & donationis propter nuptias promisit insuper, quod eidem Instrumento, omnibus in eo contentis, & omni casu, & euentu restitutionis dotis, & aliorum iurium dotalium, & ad omnia, ad quæ ipse tenetur, accedit præfatus Hieronymus ipsius frater, qui postea certificatus, & ad plenum informatus de supradicto Instrumẽto, pactis, capitulis, obligationibus, & alijs in eo contentis pro complemento promissionis factæ per Alexandrum sponte vti principalis pricipaliter, & in solidum accessit ad fauoré prædictæ Iuliæ, vel cuiusuis alterius personæ, cui de iure d. dos acconcium, iura dotalia, & alia promissa venirent restituenda in euentum restitutionis dotis prædictæ, & aliorum prædictorum iurium iuxta formam capitulorum matrimonialium, dumtaxat, pro quibus idem Hieronymus, & Alexander se ipsos, & bona obligarunt cum clausulis solitis, absque tamen procuratorum constitutione.

His stantibus cum euenerit casus restitutionis dotis, & in consequentiam casus etiam restitutionis acconcij, & donationis propter nuptias, seu quartæ dotalis, dos solummodo fuit restituta reseruato tamen iure ipsi Iuliæ consequendi dictam donationem, & acconcium vti illius valoré pro quibus eadem Iulia mouit Iudicium coram A.C. qui mandatum executiuum pro fructibus quarti dotalis à die cepta litis vsque ad obitum ipsius Iuliæ decursis, ac pro restitutione acconcij contra bona hæreditaria præfati Hieronymi relaxauit, vnde causa mihi commissa cũ clausula si quid exequendũ dubitaui an d. mandatum A.C. esset exequendum, & Domini affirmatiuè responderunt.

Nam quoad illius validitatem reperiuntur seruata omnia seruanda in huiusmodi iudicio executiuo.

Nec obstat, quod in præfato instrumento Hieronymus non reperiatur obligatus expressè in forma Cameræ, & ideò contra ipsius bona non potuerit executiuè agi, quia cum Instrumentum fuerit rogatum per Notarium A.C etiamsi in curia ipsius Notarij forma obligat. Cameralis, omissa,

1 fuerit † attamen obligatio intelligitur recepta in forma Cameræ, illique datur executio non secus, ac Instrumento forma Cameræ extenso secundum declarationem factam in Tribunali eiusdem A. C. per Locumtenentes, & Notarios, de qua testatur *Saluft. in praxi lib. 1. cap. 40. num. 1.* qui-

2 bus Notarijs standum est in his quę concernunt stylum *Rimin. iun. cons. 33. num. 15. & seq. Ossasc. decis. Pedemont. 22. numer. 16. in fin. Sanct. mem. Greg. XV. dec. 484. num. 5.* sed quidquid sit de veritate huius dicti loquendo simpliciter certe plurimum facit in casu isto in quo idem Hieronymus se obligauit cum clausulis solitis, & consuetis; vnde cum solitum sit & consuetum, quod hæc obligatio Cameralis in omnibus instrumentis ap-

3 ponatur per Notarios † vniuersales, & præsertim A.C. qui imo non consueuerunt, nisi sub prædicta forma Cameræ Apostolicæ recipere instrumenta,

4 vt testatur *Saluft. loc. cit.* in hoc casu censeri debet pro apposita ex deductis per *Gabr. de consuet. cõclus. 3. num. 35.* ita vt Notarius posset etiam illam

5 postea apponere, vt de clausula Guarantigia tradit idem *Gabr. loco citato num. 15. Menoch. cons. 37. numer. 61. & Farin. de fals. quæst. 175. numer. 54.* & quod vere Notarius habuerit intẽtionem apponendi formam dictæ obligationis Cameralis, satis etiam ex eo colligitur, dum apposuit clausulam citra tamen procuratorum cõstitutionem, quę de

6 stylo solet apponi post d. obligationem tanquam pars ipsius, vt colligitur ex eodem *Saluft. lib. 1. cap. 10. & Gallesi. de oblig. Cam. quæst. 21.*

Quo vero ad iustitiam eiusdem mandati nõ controuertitur, prout controuerti non potest quin sit locus solutioni fructuum quarti dotalis à die interpellationis vsque ad obitum ipsius Iuliæ iu-

7 xta dispositionem *Statuti Vrbis cap. 137. lib. 1.* quod habet locum etiam in lucro dotis *Rot. decis. 246. num. 1. & seq. par. 2. in recent. & fuit resolutũ coram me in causa Romana fructuum dotis 23. Martij 1609. vbi aliæ decisiones allegantur*, Nec minus potest controuerti, quod sit locus restitutioni acconcij, sed punctus in eo consistit, an obligatio Hieronymi ad ista extendatur, & Domini censuerunt eausam satis extendi, quia cum in instrumento quietantiæ Alexãder se obligauerit tam pro restitutione dotis, quam acconcij, & lucri dotalis, ac insuper promiserit Hieronymum accessurum ad omnia in d. Instrumento contenta, & ad illa ad quæ ipse Alexander tenebatur vtiq; dum ipse Hieronymus certificatus, & ad plenum informatus de d. Instrumento pactis, capitulis, obligationibus, & alijs in eo contentis pro complemẽto

to promissionis factæ ab Alexandro se obligauit in
solidum accessit ad fauorem prædictæ Iuliæ, vel
cuiusuis alterius personæ; cui de iure d. dos accō-
cium iura dotalia, ac iura promissa venirent resti-
8 tuenda; dicendum † est ipsum Hieronymum non
solum se obligasse ad restitutionem dotis, sed etiā
lucri dotalis, & acconcij tanquam contentorum
in instrumento ad quod Hieronymus relatiuè ex-
tendit suam obligationem, vt si singulariter de
omnibus in d. instrumento contentis specificam,
& indiuiduam mentionem fecisset *l. a se toto ff. de
hered. instit. Dec. cons. 341. num. 6. vers. & quia
facta est relatio Rolan. cons. 1. nu. 71. lib. 3.*

Nec obstat, quod Hieronymus dixerit se velle
teneri iuxta formam capitulorum matrimonij dū-
taxat, in quibus repetitur simpliciter promissa ob-
ligatio pro restitutione dotis, qui nihilominus cū
se obligarunt iuxta formam Statutorū Vrbis *quæ*
9 † nomine dotis, comprehendunt etiam lucrum,
seu quartum dotale, tamquam appendices ipsius
dotis, vt expressè habetur in c. 131. lib. 1. vbi pactū
de lucrando quarto semper intelligitur etiamsi
fuerit omissum, tacitè etiam videtur se obligasse ad
restitutionem ipsius quarti dotalis.

Sed cessat omnis difficultas cum habeamus cla-
ram, & expressam voluntatem Hieronymi de se
obligando, etiam pro restitutione acconcij, & lu-
cri dotalis in vers. supra ponderatis ibi vti princi-
palis principaliter, & insolidum accessit ad fauorē
prædictæ Iuliæ, vel cuiusuis alterius personæ, cui de
iure d. dos acconcium iura dotalia, & alia promis-
sa venirent restituenda, & ibi in euentum restitu-
tionis dotis prædictæ, & aliorum prædictorum iu-
rium, pro quibus idem Hieronymus, & Alexander
se ipsos, & bona obligarunt.

Nec dicatur, quod prædicta verba cui de iure d.
dos, acconcium, iura dotalia, & alia promissa ve-
nirent restituenda, & alia ibi in euentum restitu-
tionis datis prædictæ, & aliorum iurium &c. sint
demonstratiuè non ocium operentur, & ideo Hie-
ronymus censeatur pro illis se voluisse obligare,
quia contrarium apertè suadetur. Primo quia
10 † secundum subiectam materiam contextura ver-
borum talem non patitur interpretationem. Se-
cundo, quia cōcurrunt alia, quæ ostendunt expres-
sè Hieronymum se obligasse etiam pro restitutio-
ne d. Acconcij, & lucri dotalis, & Primo quia
Alexander idem expressè promiserat in instrumen-
to quietantiæ; Vndè cum Hieronymus pro com-
plemento promissionis factæ per Alexandrum se
obligat dicen. est ipsam obligationem regulari a
promissione Alexandri, quæ est generalis, tam
quoad restitutionem dotis, quam acconcij, &
quarti dotalis, secundo, quia, dum Hieronymus se
obligauit fuit prius certificatus, & ad plenum in-
formatus de instrumento quietantiæ omnibusq; in
eo contentis, signum euidens, quod obligatio ip-
sius habebat aliquam relationem cum eo, quæ re-
latio non poterat considerari, nisi respectu promis-
sionis factę per Alexādrum, in eodem instrumento
11 alias d. ratificatio, vel informatio fuisset † omnino
superflua qualis censeri non debet ex latè deductis
per *Surd. cons. 143. num.* 17. Tertio quia obligatio
vtriusque, tam Hieronymi, quam Alexandri ha-
betur concepta sub vnica forma, & sub eodem pe-
riodo, & verba clauduntur ibi; Pro quibus idem
Alexander, & Hieronymus se ipsos, & bona obli-
garunt; Vnde sicuti obligatio Alexandri absque
difficultate attenditur ad restitutionem acconcij,
12 & lucri dotalis, idē † quoque dicen. de obligatio-
ne Hieronymi, vt obligatio vtriusque sit æqualis,
cum vna eademque determinatione determinen-
tur *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupillar. & in simi-
li dixit Rota apud Sanct. mem. Gregorij decis. 190.
num. 2.*

Non obstat quod Iulia viuente viro fuerint assi-
13 gnatæ quædam domunculæ, quia huiusmodi † assi-
gnatio fuit loco pignoris pro assecuratione dotis,
quæ non extinxit creditum dotale *Soccin. cons. 93.
num. 1. vers. amplius dico Surd. cons. 243. num. 4.
& seq.*

14 Minus obstat asserta renunciatio † facta per filios,
& hæredes Iuliæ, quia illa legitur restricta ad fidei-
commissum, de quo solum fuit actum in renunciā-
tione, & insuper fuit facta Iulia viuente ad cuius
tanquam viuentis hæreditatem, tanto minus ex-
tendi potest ex deductis in causa *Asculana bonorū
13. Iunij 1619. coram bo. mem Card. Sacrato.*

Quæ supponuntur circa renunciationem visa
sunt non esse satis iustificata; ideoque non admit-
15 tenda cum † non sit locus restitutioni, nisi probe-
tur creditum certum, & liquidum *l. fundus qui lu-
cij Titij, & ibi Bald. in antiq. lect. nu. 5. ff. de rescin.
vendit. cum alijs per Rota dec. 433. num. 2. part 2.
recent.*

Et ita conclusum vtraq; parte informante &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana prætensæ Absolutionis.

Luna 18. Iunij 1646.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus comparens in iudicio vti actor
venit repellendus eique ius denegari de-
bet.*

2 *Excommunicatus potest in iudicio comparere
pro sua defensione Declara vt nu. 3. & 4.*

5 *Excommunicatus potest appellare, & causam
appellationis prosequi non obstante excommu-
nicatione Limita vt nu. 6.*

7 *Excōmunicatus cui Princeps supremus negauerit
audientiam, non potest stare in iudicio quan-
tumcumque fauorabili.*

8 *Excommunicatus qui contemnit excommunica-
tionem non debet audiri, etiamsi sit reus origi-
narius.*

9 *Citatio personalis suppletur per citationem factā
per edicta in locis viciníoribus, quādo non patet
tutus accessus ad locum, vbi quis esset personali-
ter citandus.*

10 *Quod procedit etiam ad effectum excommunica-
tionis.*

11 *Procurator nō potest obligare suum principalē in
forma Cameræ si non habeat in mandato spe-
cialem facultatem illum obligandi sub tali for-
ma Declara vt nu. 12.*

13 *In Vrbe, & signanter in Tribunali A. C. omnia
instrumenta solent rogari cum Camerali obli-
gatione.*

14 *Pro-*

14 *Procurator, cui fuit tributa facultas acceptandi laudum sub quibuscumque conditionibus, & obligationibus, si in eo fuerit laudatum, vt principalis se obliget in forma Cameræ, poterit cum sis abligare.*

15 *Procurator præsumitur certioraße suum principalem de obligatione Camerali per ipsum factã.*

16 *Maximè si obligatio facta fuit pro re graui.*

17 *Frater sicut non potest ad instantiam fratris carcerari, ita etiam nec potest excommunicari. Declara vt nu. 18.*

DECISIO CLXV.

EMANAVIT laudum inter Illustrissimum D. Archiepiscopum Rhodiensem ex vna, & DD. Comites Camillum Gonzagam, & Alexandrum eius filium ex altera parte, arbitrante Eminẽtissimo D. Cardinali Barberino, in quo inter alia fuerunt condemnati dd Comites ad soluendum, prout soluere promiserunt in Instrumento Emologationis dicti laudi quolibet anno D. Archiepiscopo scuta 2400. quam summam cum post mortem Comitis Alexandri, dictus Comes Camillus soluere recusauerit, Archiepiscopus adhibitis prius omnibus diligentijs ad effectum consequendi dicta scuta 2400. tandem fuit coactus contra illũ ad iudicialiter agendum, ac etiam recurrendum ad extraordinarium, & vltimum remedium excommunicationis ob non paritionem mãdatorũ A C. contra illum relaxatorum, etiam cum affixione Cedulonum. Instante autem Comite Camillo, vt ipsi in hac causa concederetur audientia: dubitatum fuit, An esset audiendus, & negatiuè fuit per Dominos responsum.

1 Certum est enim † excommunicatum vti actorem etiam causam propriam agendo, in iudicio stare non posse, & eidem comparenti ius denegari, *cap. intelleximus extra de iudic. c. 1. eod. tit. lib. 6. Viu. tom. 1. Com. opin. lib. 1. tit. 12. num. 23. Ceuall. com. cont. com. quæst. 62. late Peregr. de Iur. fisci lib. 3. tit. 11. num. 8. Rota dec. 602. num. 1. circa fin. par. 1. & 606. in fine part. 2. rec. 179. num. 30. ibi, illum repellebat, post secundum vol. cons. Farin.* Rota *in Arboren. Cananicatus* 8. *Martij* 1632. *vers. non obstat, ibi, repellendum esse, coram bo. me. Merlino in ord. 107. num. 5. par. 6. diuers.*

Nec D. Comes prætendere potest audiri sub prætextu, quod à principio fuerit prouocatus, & sic
2 non † vti actor, sed tanquam reus compareat pro sua defensione, quæ cum sit de iure naturæ, excõmunicato non denegatur. DD. *communiter, in d. c. intelleximus de iudic Gaill. obseru. 71. nu. 5. lib. 1. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 41. num. 2.* ibi, *ideo excommunicatus.*

3 Quia, cum † Comes non pulsatus, nec prouocatus compareat, & petat audiri ad effectum sibi aperiendi viam ad opponendum, & contradicendũ contra Archiepiscopum, dicitur actor, vel saltem venit ad causam vti reus voluntarius, non autem vti reus necessarius, qualis esse debet excommunicatus ad effectũ, vt stare possit in iudicio. Reus enim voluntarius comparatur actori, & vti actor iudicatur, & ideo excommunicatus, qui vti talis comparet, non est audiendus, sed repellendus à limine Iudicij. *ad text. in l. in trib. ff. famil. hercisc. Abb. in c. significauerunt, & ibi Felin num. 8. & 9. col. 111. & 112 Bart. in l de pupill §. Feruo num. 2. & seqq ff. de nou. oper. nunc. Bald in cap. cum inter num. 1. de except. Soccin. in cap. sacris num. 365. de sent. excom. cum alijs, quos refert, & sequitur Scac. de Iudic. lib 2. cap. 2. sub num. 178. Franc. Marc. decis. 490. num. 3. Rom. cons. 217. numer. 2. ibi aut principaliter.*

4 In hac enim materia non attenditur origo iudicij, vt firmat, *Butr. in d. c. significauerunt nu. 3. in fine vers. & nota quod defundere*, sed sufficit, quod excommunicatus sine noua causa, & molestia veniat ad impugnandum, *vt de com. testatur Aretin. in d. cap. intelleximus sub num. 14. in fine, quem sequitur Scac. de re iudic. glos. 11. num. 24.* & solum attenditur. An defensio habeat naturam solius exclusionis, quæ excommunicato conceditur: An vero potius habeat naturam actionis, & impugnationis, vt in præsenti casu, quæ excommunicato denegatur, vt distinguit *Alberic. de Rosat. de statut. part. vlt. quæst. 92. num. 6. quem sequitur Scac. de iudic. d. cap. 2. nu. 179.*

5 Non obstat † quod excommunicatus possit appellare, & causam suæ appellationis prosequi, non obstante excommunicatione *per text. in cap. significauerunt, & ibi glos. in verb. defensio, vbi Butr. sub num. 3. vers. & nota quod defendere dicitur, & in cap. cum inter, & cap. fin. extra de except. & in cap. 1. in fine extra de rescript. in 6. cum alijs, quos allegat Scac. de appell. quæst. 5. num. 5. vers. extende tertio.*

6 Quia, cum eidem † Comiti appellanti aduersus decretum relaxationis dictarum Censurarum fuerit denegata audientia à Signatura, quæ supremum Principem repræsentat, dum commissioni ab eodem Comite porrectæ, nihil rescribendũ censuit, consequenter in gradu appellationis, quæ expressè fuit illi denegata, audiri non potest. *Felin. in dicto cap. significauerunt numer. 11. & 12. cum seqq de except. & ibi Butr. cuius dictum extollit Archidiac. super verbo audientia 16. quæst. 7.* vbi quod per huiusmodi denegationem audientiæ non aufertur excommunicato defensio, quæ est iuris naturalis, sed solum aufertur defensio, illa, quæ prouenit à iure communi, prout est appellatio, quæ denegari potest excommunicato, & quoties
7 fuit † illi denegata, tunc stare non potest in iudicio etiam quantumcumque fauorabili, *Ruin. cons. 49. lib 4 num. 7.* & in specie, quod, nec etiam possit appellare, *Specul. de appellat. §. 11. vers. 32. Franc. in rubr. eod. tit. num. 25. Paris. de Put de Sindic. c. 18.*

Et tanto magis, quia Comes tanto tempore contempsit excommunicationem differendo absolutionem petere, quam impetrare potest soluendo summam, pro qua excommunicatus reperitur, quam soluere facillimè potest, quia est ditissimus, & redditus ipsius annuatim ascendunt ad scuta 24000. & vltra illarum partium, vt fuit probatum
8 pro parte Archiepiscopi. Vnde † cum excommunicationem ipsam voluntariè contemnat, venit illi deneganda audientia etiam in casu, quo esset reus originarius, *Gemin. in cap. 1. num. 10. vers. & facit de rescript. in 6. Felin. in dicto cap. intelleximus sub nu. 8.*

num.8.& cum alijs allegatis per Buratt. dec.536. nu.5.& 6.

Nec DD.dubitarunt de validitate, & iustitia dd. censurarum, aduersus quas, licet deducta pro parte Comitis essent extra dubium propositum, nihilominus censuerunt non releuare: non quidem obiectum nullitatis deductum ex defectu citationis personalis, quæ præcedere debet ad effectum aliquem excommunicandi.
9 Quia † cum huiusmodi citatio exequi non potuerit personaliter, ex quo ad terram Nouellariæ, vbi manet Comes, non patet tutus accessus culpa eiusdem Comitis, qui præstat impedimentum, vt deponunt testes examinati pro Archiepiscopo, sufficit citatio facta per edicta in locis vicinioribus, & in Vrbe; quia illa afficit citatum, ac si personaliter apprehensus fuisset, *iux.Clem primã de iudic.vbi glos.in verb personaliter.Couar.in c.alma mater par.1.§.nota Mantic. dec.232 num.6.& fuit dictum in Cæsaraugustana Parochialis de Maella 24.Febr.1644.corã R.P.D.*
10 *meo Cerro*, † huiusmodiq; citationes afficiunt citatum etiam ad effectum excommunicationis absque alia citatione personali, *Doctr.in l. dies cautioni §.Prætor ait numer.2.& 23. de damn.infect. Salust. Tib. in praxi lib.2.cap.1. & seq. Gaill. obseruat.55.num.4.& obseruat.57.num.1.lib.1. Bonacc de censur.disput.1.q.1.punct.9.nu.9.Seraph. decis.1297. num.30. & dec.11 num.1.ibi, vel nisi in fraudem & c.de dolo, & contum.in nou.Mantic. d.dec.232.nu.6.Buratt. dec.343. num.19. & dicta Cæsaraugustana Parochialis de Maella 24.Febr. 1644.& in Leodien. Abbatissatus 8. Aprilis eiusdẽ anni coram R.P.D.meo Ghislerio. Mechlien.nullitatis matrimonij 16. Aprilis præditti coram R.P.D.meo Corrado.*

Pront etiam minus releuare visum fuit, quòd
11 † Comes non poterit obligari in forma Cameræ ab eius Procuratore in vim mandati procuræ, in quo de dicta obligatione non fuit facta specialis mentio, *Rota post Zach.de oblig. Camer.decis.57. num.1.Buratt.decis.537.num.3. & 561. numer.2.* & in eo casu validitatis dictæ obligationis debuisset de illa prius personaliter certiorari ad effectum illum excommunicandi.
12 Quia, cum † Comes Camillus constituerit suum Procuratorem Comitem Alexandrum eius filium in Vrbe degentem ad ipsius nomine specialiter,& expressè compromittendum super omnibus prætensionibus, & differentijs vertentibus inter ipsum, & Archiepiscopum eius fratrem, & laudum quomodocumq; ferendum acceptandum, & emologandum, cum pactis capitulis, promissionibus,& obligationibus dicto Procuratori benè visis, & cũ facultate in prædictis, & circa ea dicendi & faciẽdi ea, quæ ipse constituens facere posset, si præsens esset,& cum libera,& liberalissima, & alijs, de quibus latius in dicto mandato Procuræ, censetur dedisse facultatem dicto eius Procuratore, obligandi, eo modo, quo stipulari solent instrumenta in Vrbe, vbi fuit receptum mandatum Procuræ, factum illũ compromissum, & stipulatum fuit instrumentum acceptationis, & emologationis laudi, & sic cum
13 obligatione Camerali, sine qua † in Vrbe, signanter verò in Tribunali A.C. de stylo non solent rogari instrumenta absq; dicta oblig. Camer. *Salust. in prax.lib.1.c.49.nu.1.Gabr.de consuetud. concl.3. num.35.Menoch.consil.27.nu.61. Rota in Romana quarti dotalis 19.Iunij 1628 coram bo.me.Coccin. cum alijs alleg.per Add.ad Burat.dec.683. nu.9.*

Et in casu, de quo agitur, cessare videbatur omnis difficultas: quia idem Eminentiss. Cardinalis Compromissarius inter alia, ad quæ partes prædictas condemnauit, expressè voluit, & ordinauit, quod super omnibus contentis in eius laudo fieri deberet instrumentum publicum cum obligatio-
14 ne Camerali. Vnde † dictus Procurator non excessit fines sui mandati, dum acceptando laudum eo modo, quo cantat, & prout, ipse habebat in facultatibus acceptandi laudum ferendum, sub quibuscumque pactis, conditionibus, & obligationibus, fecit instrumentum publicum cum obligatione Camerali; quia hoc modo se confirmauit cum laudo, in quo expressè legitur dicta obligatio Cameralis, *Gallesi.in tit.de vi instr.oblig.Cam. n.10.* & fuit dictum in *Firmana executionis laudi 16. Ianuarij 1590. coram bo.me.Hieron.Card. Pamphilio, quæ est 61.post Fenzon.ad Stat.Vrb.*

Citationi autem personali ad effectum inducẽdi sententiam in Comite de obligatione prædicta, satis fuit satisfactum per citationes edictales, exequutas in locis vicinioribus,& in Vrbe ob non tutum accessum ad terram Nouellariæ: ex quibus scientia vera ad quemcumque effectum oritur, ex
15 supratius allegatis;& tam de prædicta obligatione, quam de alijs gestis in Vrbe cõtra Comitem præsumitur illum fuisse certioratum ab eius procuratore, *Rota dec.396.num.3.par.1. diuers.& dec.93. num.3. ibi, non est verisimile par.2. 174 numer.3. vers.Dominus, enim & 490 num.4.part.3.recent.*
16 maxime † in re tam graui, *Rom.consil.481.num.7. Buratt.dec.134.num.6.& 190.num.5.* Accedente etiam diuturna lite, & temporis cursu intra quod Procurator potuit suum principalem certiorare, *Rota in Oscen Archidiaconatus 10.Iulij 1602. coram Card. Lancellion.*
17 Cessare quoque visum fuit in præsenti casu obiectum, quod frater, prout gaudet priuilegio ne possit carcerari ad instantiam fratris, ita etiam ab eodem excommunicari non possit. *Thesaur dec. 119.num.1.& 153.num.5 Surd.de alim.tit.1.q.78. num.6.Munoz de ratiocin. cap.35.nu.8. cum alys allegatis pro Comite.*
18 Quia † Doctores præfati loquuntur in casu, quo frater soluere non potest; secus autem quando est diues, & valens recusat soluere, prout facit Comes Camillus, cuius redditus ascendũt ad scuta 24000 *vt in Sum.Archiepiscopi num.1.* vnde gaudere nõ potest priuilegio supradicto. *Add. ad d. dec. Thes. 119.ibi, & haberet vnde solueret, & dolosè soluere recusaret, & in alia dec.153.nu.5. vers.contrarium in fine, ibi sed forte senatus. Surd.de alim. d.q.78.nu.42. Munoz d.c.35. nu.11.& cum eadem distinctione transeunt.Oldrad.consil.277.sub nu.1. Guilel.de Benedict. in c.Raynut. in verb.dotem nu.25.de testam.Zuccard.dec. 10.per tot.*

Hincq; etiam cessat allegatũ exemplum Signaturæ, quæ in *Causa Taurinen pensionis de Vrbo* commisit causam in Rota ad instantiam Abb.Claudij cõtra Thom.m eius fratrem cum clausula remotis censuris. Quia Thomas poterat satisfieri super fructi-

fructibus beneficij grauari annua pẽsione, pro qua Abbas Claudius eius frater fuerat excõmunicatus; Archiepiscopo autẽ preclusa omnis via fuit a Comite satisfactionis, quia Comes sciens non posse exequi in eius bonis ob nõ tutum accessum ad locum Nouellariæ, cum isto clypeo expressè recusat soluere quod debet: vnde iure merito Signatura ad illius fauorem nihil rescribendum censuit.

Et ita vtraq. parte, &c.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. Pecuniaria.

Veneris 20. Decembris 1630.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum, & iuratum facit probationem probatam.*

2 *Instrumentum obligatione Camerali vallatum habet executionem paratam.*

3 *Peritis in arte standum est.*

4 *Instrumentum debet executioni demandari in partitis liquidis, quamuis aliæ supersint, super quibus necessaria sit discussio.*

5 *Liquidi, & certi crediti executio non debet retardari per aliud creditum illiquidum.*

6 *Reuocatio decreti iam relaxati vigore obligationis Cameralis vulnerat ipsum decretum, non autem obligationem cameralem.*

DECISIO CLXVI.

DOMINI dixerunt mandatum esse relaxandum pro summa librarum 812. 38.
1 † quia datum Instrumentum publicum Iuratum In quo precisis clausulis Ioannes Baptistam Azanus se obligauit, quòd Instrumentum facit probationem probatam, & rem vndequaque euidentem *c. cum dilecti de donationibus Bald. in l. quo-*
2 *ties in fin. C. de Iud. cum vulg.* praesertim, † quia est etiam munitum obligatione camerali, quæ habet executionem paratam *Mohed decis. 2. & 3. de except. Cassad. decis. 1. de mutuo petit.* pro d. autem summa est relaxan. mandatum, quia peritus
3 in sua relatione † cui standum esse iam resoluit *Rota coram me 3. Iunij præteriti* † exposuit debitum
4 Azani in dd. lib. 812. 38. † esse liquidum & Instrumentum esse executioni deman. in partitis liquidis licèt aliæ supersint, super quibus necessaria sit discussio Iudicialis *Bald. cons. 152 nu. 2. vers. ex his lib. 3. Soc. sen. cons. 24. num. 36. lib. 1. & cons. 156. num. 15. & vers. aliquando lib. 2. Benintend. decis. 90. num. 3. Munoz de ratiocin. cap. 31. num. 7. in prin. Rot. Ianuen. decis. 191. num. Moder. Roman.*
5 *disc. pt. Forens. cap. 278. num.* † liquidò enim, & certi crediti nõ debet retardari executio per allud creditum illiquidum.
6 Non obstat ab A. C. fuisse reuocatum † aliud; non enim indè sequitur vulneratio Instrumenti, nec ideò impedita est executio, nam reuocatio illa cantat de decreto prius emanato, nec in aliquo tangit ipsum Instrumẽtum prout esset si reum absolueret a peritis, & eadem via executiuã, quæ a principio competebat adhùc procedi potest, *Rota decis. 132. num. 12. vers. deinde par. 2. diuers. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 78. in fin.*

Et ita Informante D. Pauosio resolutũ fuit &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZET.

Nunc S. Rotæ Decano.

Romana annuæ præstationis scutorum decem.

Lunæ 14. Martij 1633.

SVMMARIVM.

1 *Approbans semèl personam alicuius tanquam legitimam non potest amplius de illius illegitimitate apponere.*

2 *Natura dictionis vltrà, est implicare qualitates, conditiones, & modos præcedentes.*

3 *Dictio, forse, non importat deliberatam, & certam causam.*

4 *Conclusio non autem tractatus contracti est attendendus.*

5 *Multa tractantur, quæ non perficiuntur.*

6 *Id, quòd fuit actum tempore celebrati instrumenti venit attendendum.*

7 *Trãsactio habens in ventre obligationem Cameralem dicitur habere executionem paratam.*

DECISIO CLXVII.

PRetendentibus Dominis Ioãne Iacobo Maggio, & Iulio Ghezzio Canonicis Ecclesiæ Sãctorum Laurentij, & Damasi, sibi deberi à D. Antonio Nigro nonnullos terminos decursos cuiusdam annuæ præstationis scutorum decem à dicto Antonio promissæ. Proposui dubium, An dicti Canonici fundarent intentionem suam; itaut esset relaxandum mandatum contrà dictum, & fuit affirmatiuè resolutum.

Nam quòd dicti Canonici fundent eorum intẽtionem, hoc clarè deducebatur ex eo, quòd cum ipsi successerint in bonis Parochialis Ecclesiæ Sancti Nicolai in Agone, quæ fuit per Bullam sanctæ mem. Gregorij XV. suppressa, indè sequitur, quòd si dicta annua præstatio spectabat ad dictã Ecclesiam Parochialem, eodem modo hodiè spectare debeat ad dictos Canonicos pro quorum dote fuerunt bona, & omnia iura dictæ Ecclesię assignata, vt in Bulla Gregorij XV. latius deducitur.

Quod autem dicti Iacobus, & Iulius fuerint prouisi de huiusmodi Canonicatibus, hoc benè iustificatur ex eorum prouisionibus datis in Summarium num. 7. ex quibus apparet Iacobum fuisse de vno ex ipsis in primæua erectione prouisum à bon. mem. Cardinali Montalto, Iulium vero de altero fuisse prouisum à Papa, mediante resignatione facta ab Orsino in eius persona, quæ prouisiones dubitari non potest quin suum habuerint effectum, cum hodiè dicti Canonici reperiantur in possessione. Quibus sic stantibus satis constat de fundamento intentionis dictorum Canonicorum.

Quòd verò dicta Ecclesia Parochialis antè suppressionem haberet istam annuam præstationem scutorum decem, benè iustificatur ex transactione inita Inter dictum Antonium, & Rectorem pro tempore eiusdem Ecclesiæ, in qua transactione prædictus Antonius promisit soluere scuta decem monetæ annuatim donèc emeret duo loca montium &c. quæ transactio fuit à Papa confirmata, cum clausula, si in euidentem, quæ clausula fuit per sententiam verificata, necnon etiàm transactio per eam canonizata, vt benè probatur

ex

ex datis in Summario pro parte dictorum Canonicorum.

Non obstat, quòd dicta transactio fuerit facta inter dd. Antonium, & Rectorem pro tempore, & sic non loquatur de dictis Canonicis. Quia vltrà quòd sufficeret, quòd per suppressionem, & applicationem respectiuè dd. Canonici successerint in omnibus iuribus d. Ecclesiæ suppressæ, adhoc, vt possint agere contra d. Antonium vigore prædictæ transactionis, cessat omnis difficultas, ex quo idem Antonius agnouit ipsos in successores iuriũ d. Ecclesiæ bis faciẽdo depositum scutorum octo, & consentiendo illorum consignationi facta quie-
1 tantia, indè sequitur, quòd † cum semel illorum personas approbauerit non possit amplius dare de defectu legitimationis eorum, *Rot. decis. 12. nu. 3. & decis. 511. num. 8. par. 1. rec.*

Non obstat, quòd Antonius prætendat promissionem fuisse ex falsa causa sub prætexru, quòd fuerit facta ob diminutionem pensionis, quam quędam domus ipsius Ecclesiæ S. Nicolai passura erat propter damnum appogij, quæ tamen diminutio secuta non fuit, cum semper pro eodem pretio fuerit dicta domus locata, tã ante, quàm post transactionem. Quia DD. aduerterunt, quòd pro causa transactionis non solùm narratur in dicta transactione diminutio affictus, sed etiam recessus à lite, & alia damna, quæ patiebatur, & pati poterat domus, ibi, *E per il prezzo di detto sito, e cimenti, & appoggio, & interesse di risar nuoua scala dentro detta casetta, e conseguentemente di restringerla, e forsi diminuir piggione, e per ogni altro danno &c. constituise vn annua prestatione &c.* ex quibus verbis clarè apparet, quòd non sola diminutio affictus fuit causa trãsactionis, sed omnia supradicta simul vnita, maximè ponderando illa verba transactionis, ibi *Ma in oltre constitui-*
2 *sce vn' annua prestatione &c.* † natura enim dictionis vltrà est implicare qualitates, conditiones, & modos præcedentes, vt bene per *Barbos. de dict. dict. 373. num. 3.* Quinimò causa diminu-
3 tionis pensionis fuit dubitatiuè posita, † vt denotat dictio illa, *forse*, quæ non importat deliberatam, & certam causam, *l. Gallus, §. forsitan. ff. de lib. & posth. Barbos. de dict. dict. forsitan. nu. 1. & 3.*

Non obstant testes examinati pro parte Antonij ad probandam dictam annuam præstationem fuisse promissam ex causa diminutionis pensionis supradictæ domus.

Quia dicti testes deponunt tantùm de tractatu
4 circa hanc causam, † atqui non tractatus est attẽdendus, sed conclusio, *l. contractus, C. de fid. instrum. Surd. decis. 81. num. 6. & cons. 701. num. 6. lib. 2.* præsertim cum ipsi non interfuerint contra-
5 ctui, † multa enim tractantur quæ deindè non perficiuntur, *cap. in præsentia de prob. l. non hoc,*
6 *C. vnd. leg.* † & attendi debet, quòd fuit actum tempore celebrati instrumenti, *l. pacta nouissima, C. de pact. Dec. cons. 463. num. 5. lib. 2.* & fuit dictum in *Romana Archiuij 9. Ianuarii 1611. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Ex quibus cum appareat dd. Canonicos habere fundatam intentionem, sequitur, quòd veniat relaxandum mandatum contra d. Antonium vigo-
7 re prædictæ transactionis †, quæ cũ habeat obligationem Cameralem pariter in ventre paratam habet executionem, *Gallesf. ad form. oblig. Cam. p. 2. quæst. 2. num. 11. Rot. diuers. decis. 74. num. 1. par. 1. recent.*

R. P. D. DVNOZET.

Romana Societatis Officij.

Ven. 26. Iunij 1620.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratã.*
2 *Liberatus quis non dicitur à tali obligatione per renouationem eiusdem contractus sine interuẽtu creditoris, vel procuratoris, etiamsi in hac renouatione fuerit expressè à d. obligatione liberatus.*
3 *Mandatum procura generale, licet amplissimũ, non sufficit ad liberandum obligatos, sed requiritur speciale.*
4 *Dicto vnius Notarij non est standum.*
5 *Testi salariato à parte pro quo testimonium fert non est danda fides & nu. 8.*
6 *Maxime si deponit inuerisimilia.*
7 *Quis non dicitur ratificare id, de quo non habuit notitiam.*
9 *Testis probat contrà producentem, maximè quãdò deponit verisimilia.*
10 *Recusatio Notarij laudi fidem Instrumenti arguit non bonam fidem illius.*

DECISIO CLXVIII.

DOMINI dixerunt mandatum A. C. esse exequen cum fuerit relaxatum contra Cri-
1 santem in vim obligationis cameralis † quæ habet executionem paratam, *Rota apud Modern. de oblig. eam decis. 12. num. 1. decis. 70. num. 1. & decis. 98. num. 1.*

Non obst. Crisantem fuisse liberatum, non so-
2 lùm ex renouatione eiusdem Societatis † absquè illius obligatione; sed ex expressa liberatione; quia placuit responsio, non interfuisse in confectione Instrumenti renouationis, nec Angelinum principalem creditorem; nec Curtium eius procuratorem *l. debitorum pactionibus C. de pact. & ibi DD.*

Non obst. renouationem cum liberatione Crisantis fuisse factam de consensu Curtij, vt deponit Barberius Notarius de dicta renouatione rogatus
3 nàm vltrà quod Curtius in mandato † procuræ, non habebat facultatem liberan. Crisantem, & reseruatio per ipsum apposita in Instrumento Societatis vti restricta ad facultatem nominandi, & transferendi periculum vitæ disdicendi, exigendi, & quietandi, non videbatur comprehendere facultatem liberandi obligatos *l. non abstulit C. de nouat. Rota in recentio. decis. 149. num. 3. par. 1.*
4 Fuit responsum † non esse standum dicto notarij cum sit vnicus *l. vbi numerus ff. de testib. l. iusiurandi C. eod. tit. Gabr. de testib. conclus. 1. nu. 1. & seq. Rota in recent. decis. 149. num. 6. & dec. 343.*
5 *num. 5. par. 1.* & eo † minus, quia erat Iuuenis salariatus, & habitabat in domo Crisantis *cap. in-*

lit-

*litteris de testib.Gabr.eod.tit. conclus.*10. *num.* 1.
& seq. Put.*decis.*3. *vers.dubitabatur etiam lib.* 1.
6 *in nou.* vltrà quod deponit Inuerisimilia cum non
sit probabile creditorem voluntariè vnum ex cor-
reis, & debitoribus ab obligatione minùs cautè
agendo liberare voluisse.

Non obstat ratificatio deducta ex perceptione
fructuum, nám vltrà, quòd receptio fructuum
potiùs excludit renouationem, vti petiti iuxta
formam primæ societatis, respondetur ex tali re-
ceptione fructuum, etiam in vim secundæ socie-
7 tatis non † probari scientiam liberationis Crisantis
prout requiritur ad effectum, vt censeatur libera-
tio Crisantis ratificata *glos. in cap. concertationi in*
ver.non consenserit de appell.in 6. *Alex.cons.*114.
*num.*4.*vol.*1. *cum alijs per Surd,cons.*183. *nu.*32.
*lib.*2.Rota *in recent.decis.* 51.*num.*5.*decis.*95.*n.*4.
*& decis,*149.*nu.*7.*par.*1. maximè, quià Curtius
potuit credere renouationem fuisse factam cum
præseruatione prioritatis obligationum; prout
ipse mandauit, vt in eius depositione dicit.

Nec scientia potest deduci ex receptione cedu-
læ renouationis societatis, quià non probatur ce-
dulam renouationis, in qua fuisset apposita libera-
tio Crisantis fuisse consignatam Curtio, & Ange-
lino, & licet Barberius notarius deponat de con-
8 signatione, tamen illi non creditur nedum, † quià
9 contrarium deponit Curtius, qui † licet esset pro-
curator, & Nepos Angelini, tamen cum sit indu-
ctus à Crisante magis illi creden. est *l. si quis te-*
*stibus C. de testib.*Rota *in recent.decis.*167.*n.* 27.
*decis.*142.*num.*2.*par.*1.*& decis.*147.*num.* 6. *lib.*2.
maximè, quià magis verisimilia deponit *Corn.cōs.*
123.*num.*2.*lib.*4 *Alex.cons.*27.*num.*4.*lib.*2. *Crau.*
*cons*6.*num.*65.*& cons.*35.*num.*7. *Cran.cons.*178
*num.*4.*Rota in recentio.decis.*747.*num.*6.*p.*2.

Non est enim verisimile Barberium dedisse Cur-
tio Cedulam renouationis, in qua fuisset apposita
liberatio Crisantis, dum Curtius contrarium mā-
dasset, & multò minùs est verisimile, Angelinum
dictam cedulam habuisse, & reclamasse, imò ex
literis Angelini productis per Crisantem constat
10 de renitentia Barberij dandi fidem, quæ reniten-
tia arguit nō bonam fidem illius ad *tex.in l. si qui-*
forte §. ibi, nec enim debebant tam magnam rem
tandiù detinere *ff de pæn.Crau.cons.*287. *nu.* 3. *&*
*seq. Menoch. præsumpt.*122.*num.*94. *lib.*3.
Et ita decisum vtraque parte Informante &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana fructuum census.

Veneris 29. *Maij* 1626.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento obligatione camerali vallato exe-*
cutio denegari non potest.
2 *Fructus census empti à filijs ex pecunijs dotis*
materna spectant ad patrem.
3 *Per obligationem cameralem non censetur re-*
nunciatum exceptioni cedendarum.
4 *Actio, seu efficax obligatio inter patrem, & fi-*
lium non datur propter nexum patriæ potesta-
tis.
5 *Probibitio à muliere in testamento facta, quòd*
maritus non habeat vsumfructum sua dotis de
iure substinctur.
6 *Pater liberè valet vsufructum remittere.*
7 *Transactio quæ fuit tractata per Auditorem Ro*
ta censetur valida, & omni suspicione carens.
8 *Iuramentum firmat omnem obligationem con-*
uentionem, & contractum inter patrem, & fi-
*lium, amplia, vt num.*9.
10 *Exceptio cedendarum creditorem agentem non*
repellit nisi, quando facto, & culpa sua cedere,
non potest.
11 *Quis non tenetur ad exbibitionem iurium quan-*
do existentia apud ipsum non probatur.
12 *Patri competit legitima in bonis filij, qui religio-*
nem ingreditur.
13 *Exceptiones irrelevantes, & turbida non ad-*
mittuntur ad retardandam executionem man-
dati relaxati in vim publici instrumenti obliga-
tione camerali muniti.

DECISIO CLXIX.

CENSVERVNT Domini mandatum
Illustrissimi D. Vrbis Vicarij, siue ipsius
Lōtis esse exequendum, fuit enim relaxatum in
1 vim publici † Instrumenti census camerali obli-
gatione vallati, cuius, propterea exequutio re-
tardari non potest, *Galles.de obligat. camer.p.* 1.
*quæst.*2.*num.*11.*&* 12. *Gabr.cons.*67.*nu.*8. *lib.*1.
Rot *decis.*741.*num.*1. *par.*1. *diuers. & decis.* 545.
*num.*1.*par.*1.*& decis.*686 *num.*1.*par.*2.*recent.*

Nec Dominis visa fuit obstare principalis ex-
2 ceptio, quæ deducebatur ex eo †quod census fue-
rit impositus per Thomam, & Fabium, & vendi-
tus Clementiæ Catherinæ, & Felici Constantiæ
eiusdem Fabij filiabus ementibus ex pecunijs do-
tis maternæ, & sic illius fructus ad eumdem Fa-
bium Patrem spectare videantur *iuxt.l.* 1. *in prin-*
*cipio & ibi Pinell.par.*2.*num.* 16. C. *de bon. mater*
l.cum oportet, & l.fin.§ filijs autem C. *de bon quæ*
liber. Et consequenter filias prædictas pro illorum
consequutione agere non potuisse; præsertim quo-
ad medietatem dicti census, pro qua in effectu di-
ctus Fabius pater est principalis debitor, respectu
3 cuius medietatis dicebatur † etiam obstare exce-
ptionem cedendarum, cui per obligationem ca-
meralem non censetur renunciatum, vt fuit dictū
in *Romana Societatis* 19. *Martij* 1575. *coram*
Robusterio, & in Romana mutui 16. *Nouembris*
1601.*coram Cardinali Lancellotto, & in Roma-*
na nullitatis obligationis 24. *Nouembris* 1617.
4 *coram* R.P D.*meo Buratto,* † cum enim inter Pa-
trem, & filium aliqua actio, vel efficax obligatio
non detur propter nexū patriæ potestatis *l.actio-*
*nes aduersus ff. de act. & obligat.Rot.decis.*527. *n.*
1. *circa finem par. recent.* Vtique dictæ filiæ iura
valida, & efficacia dicto Thomæ integros fructus
persoluenti contra dictum Fabium correum, & in
solidum obligatum cedere non possunt.

Quoniam fuit responsum stante impositione, &
venditione census, & promissione vendendi fru-
ctus iuramento, & obligatione camerali vallata
ad filiorum fauorem non posse dictum Fabium in
huiusmodi censu fructus, siue vsum fructum præ-

tendere, sed idem esse, ac si cum filijs emancipatis contraxisset vt in puncto benè cõprobat *Surd. cons. 259. num. 14. 15. & 18.* & faciunt etiam ea, quæ habentur in dicta *decis. 527 sub num. 1. circa medium vers. existimarunt Domini part. prima recent.*

Et etiam difficultas cessare visa fuit ex instrumento transactionis antea initę de Anno 1605. inter dictum Fabium, & eius filios, in quo Fabius prævia narratiua, quòd Hieronyma Fichina eius
5 Vxor testamentum, & codicillos condiderat † in quibus inter alia ipsum Fabium suæ dotis vsufructu ptiuauit ad obuiandum sibi, & discordiæ dispositionem, & prohibitionem huiusmodi in omnibus, & per omnia expresse acceptauit, & loco vsusfructus totius dotis per eum præsensi fuit contextus solutione scut. 1500. residuum verò consensit, quòd inuestiretur in dictorum suorum filiorũ vtilitatem iuxta formam dispositionis prędictę de cuius cõsensus, & acceptationia validitate non est dubitandum, cum dicta prohibitio de iure sustineatur *Authent. excipitur C. de bon. quæ liber. l. si vsusfructus § si ita ff. quando dies legat. ced. Surd. decis. 24. 22. num. 4. Mastrill. decis. 5 nu. 4. & seqq. Mandell cons. 110 per tot. Castil. de vsufruct. cap. 3. num. 54 & seqq.* Et licet stante dispositione statuti Vrbis cap. 31. lib. 1. Fabio Marito si illam impugnasset præiudicare forsan minimè potuisset ex deductis in *Romana nullitatis donationis 17. Nouembris 1617. coram Illustrissimo D. Cardinali Cauallerio*, nihilominùs non videtur ambigendum quin ipse illam, vt supra acceptando sibimet præiudicium inferre, & ius filiabus ex dicta prohibitione, & materna dispositione
6 competens roborare potuerit † cum patet liberè valeat vsumfructum remittere secundum, *Bart. Salic. & alios in l. cum oportet C. de bon. quæ liber. Bald in l. 2. in 3 opposit. C. de in offic. donat. cum alijs per Surd. d. cons. 259. nu. 16.*

Pręsertim quia filius loco simplicis vsusfructus totius dotis habuit scuta 1500. etiam quoad pro-
7 prietatem, & transactio † prædicta fuit tractata, & conclusa per *bon. me. Littam Rota Auditorem*, & postea fuit etiam effectuata ? quam propterea validam, & omni suspicione carentem Domini aliàs censuerunt *coram bon. mem. Cardinali Sacrato in Romana vsusfructus 15. Martij 1610.* Et eamdem etiam cum omnibus, & singulis in ea contentis dictus Fabius ex certa scientia, & cũ illius copiæ intentione ratificauit approbauit, & emologauit vt ex publico Instrumento rogato de anno 1619. per ipsum et Thomam in actis producto, & dato in eius *Summ. nu. 1.* adeo vt mandatum appareat esse ex ijsdem actis optimè iustificatum.

Ex quibus sublata etiam remanet exceptio cedendarum, quia dictæ filiæ sunt paratæ cedere iura contra dictum Fabium eorum Patrem insolidũ obligatum, quæ ex præmissis apparẽt esse omninò
8 valida, & efficacia stante † maximè Iuramento, quod firmat omnem conuentionem, obligationẽ, & contractum inter Patrem, & filium *l. si ut l. frater à fratre num. 40. ff. de condit. indebit. Alex. cons. 8. num. 2. & sub num. 3. vers. confirman. lib. 2.*
9 *Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 72. nu. 4.* † Etiam donationem iuxta magis communem Doctorum opinionem de qua post alios quos congerit testatur *Seraph. vbi supra priuileg. 40. num. 9 & d. priuileg. 72. nu. & seqq. Gutier. de Iuram. confirm. part. 1. cap. 4. num. 4. Card. Seraphin. decis. 1189. num. 7.*

Præterea dicebatur, quod etiam si filiæ prædictæ iura valida, & efficacia contra Patrem cedere possent, adhuc tamen Thomas sibi deberet imputare, qui sciens statum, & qualitatem Fabij se se insolidum in forma Cameræ ad eorumdem fauorem obligare voluit, ideoq. sufficere ipsas esse paratas cedere iura talia qualia, & post contractam obligationem, nihil fecisse in illius præiudicium,
10 dicta enim exceptio creditorem agentem non repellit nisi quando facto, & culpa sua in cedere non potest *l Stichum § penult ff. de solut. l. si pupil. alterum ff. de administr & pericul. tut. & ibi Barb. nu. 5. Socein sen. cons. 200. ante num. 1. vers. 2. post & c. lib. 2. Caltracan de Secret. offic. cap. 66. nu. 7. Rot. decis. 645 num. 1. par. 2. recent. & coram S. me. Gregor. decis. 221 num. 8.*

Et hanc sententiam Domini eò libentius sunt amplexi, quia ex apoca solidationis computorum data in *d. Summ. Thoma num. 2.* apparet filium consensisse, quod ipse retinere, ac possidere continuaret bona Setiæ, super quibus census iste fuit impositus, vt posset soluere interusuria debitorum per eas contractorum, & sic videbatur per huiusmodi possessionis retentionem, & fructuum ipsius fundi censuati perceptionem esse eiusdem Thomę indemnitati consultum.

Neque obstat, quòd ex dicto Instrumento Anni 1619. appareat dictas filias soluisse Fabio sc. 200. quia illud non continet aliquam computorum solidationem, vel quietationem, aut gratuitam remissionem, & solutio vt in eo legitur facta fuit ex causa pietatis ad illius necessitatibus, in quibus tunc temporis reperiebatur, subueniendum, Ideo ex hoc nulla desumi potest remissionis, vel solutionis præsumptio.

Minus obstat; quòd non fuerint exhibiti libri tutelares, quia cum non constet de interesse Tho-
11 mæ, † & de illorum existentia penes dictas filias tricis de tempore motæ litis, ipsæ non tenebantur ad illorum exhibitionem *Caputaq. decis. 194. part. 1. Rot. decis. 259. num. 1. par. 1. recent. & fuit dictum in Colonien. Canonicatus 8. Martij 1611. coram Penia.*

Multò minùs obstat exceptio retentionis legi-
12 timæ, † quæ competere dicebatur Fabio Patri in bonis filiarum Monasterium ingressarum iuxta dispositionem *cap. cum simus de regular.* Quia de hoc nunc agi non potest, ex quo filiæ prædictæ adhuc professionem non emiserunt.

Denique tàm prædictæ quàm etiam aliæ exceptiones, quæ opponebantur visæ fuerunt, vel om-
13 ninò irreleuantes, † vel saltem valdè turbidæ, ac dubiæ, ideoque minimè admittendæ ad effectum retardandi exequutionem mandati relaxati in vim publici Instrumenti, & obligationis cameralis iuxta tradita *per Gallef. de obligat. camer. q. 17. nu. primo & 2 & ibi Zacch. nu. 2. & seqq*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

DE-

R. P. D. ROIAS.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 29. Maij 1641.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ dignoscitur ex reuolutione actorum.*

2 *Liber rationis probat contra scribentem præcipuè, quando à ipso fuit productus.*

3 *Obligatione Camerali stante seu pro litteris cambij tantummodò proceditur executiuè.*

4 *A.C. vigore suarum facultatum potest procedere in causis mercatorum summariè, & sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta, & manu regia.*

5 *Clausula summariè, simpliciter & de plano sine strepitu, & figura iudiecj, sola facti veritate inspecta, & manu regia remittunt solemnitates iuris, & operantur, vt Iudex procedere possit vti Princeps.*

6 *Inter mercatores proceditur ex bono, & æquo.*

7 *Debitum dicitur prouenire ex litteris cambij dum pro extinctione illius transmittuntur litteræ ad nundinas pro solutione facienda.*

8 *Verba* del stare, e del credere *important susceptionem in se nominum debitorum.*

9 *Verba prædicta important obligationem transmittendi pecunias retractas, etiàm de proprio, quamuìs non exactas nulla præcedente excussione.*

10 *Attestatio mercatorum plurimum attendenda venit in materia conuentionum mercatorum.*

11 *Clausula* senza pregiuditio, *preseruat præiudicium in alijs, non autem in expressis.*

DECISIO CLXX.

DIXERVNT hodiè Domini mandatum ab
A.C. relaxatum pro scutis auri marcarum
612. contra Antonium de Federighis debitorem
Iacobi Brignoni esse exequen. vti validum, & iu-
1 stum; de † validitate constat ex reuolutione acto-
rum, in quibus leguntur omnes citationes neces-
sariæ in hoc iudicio, *Verall. decis.260. par.2. Du-
ran. decis.310. num.1.*

Iustitia verò desumpta fuit ex eo, quià Federi-
ghius præfatus scripsit d. Brignono sub die 1. De-
cembris præteriti se remisisse d. pecuniarum sum-
mam Procuratori Christophori Brignoni ad pro-
ximas Nundinas Apparitionis Placentiæ, hocque
pro alijs scut. 910. monetæ, de quibus *per conto
2 saldo* dederat creditum d. Iacobo necnon ex † ad-
notatione facta in proprijs libris eiusdem Anto-
nij de Federighis, ex quibus omnibus benè rema-
net probatum creditum Brignoni, præsertim cum
fuerint ab eodem Antonio producti, quæ ideo cō-
tra eum plenè probant *Rota in recent. decis.* 120.
*num.4. par.1. & part.2. decis.2. num. 1. & 142.
num.3. Greg. XV. decis.138. num.4. vbi Addent.
num.15. Duran. decis.185. num. 17.* quapropter
cum d. Antonius fuerit conuentus coram A.C. ad
docen. de remissa, & de ea non fuerit doctum, vti-
que fuit benè deuentum ad relaxationem manda-
ti, vt in similibus terminis firmat *Scacc. de camb.
§.7. gloss.4. num.1.*

Nec obstat, quod fuerit actum sine obligatio-
3 ne Camerali, † & absque litteris cambij, pro qui-
bus tantummodo executiuè procedi solet: fuit
enim responsum A.C. benè potuisse executiuè in
hoc casu procedere per amplissimas facultates,
quas habet in negocijs spectantibus ad mercato-
res, vt in eius facultatibus impressis post *Salust.
4 Tiber. in prax. num.*19. vbi † expressè dicitur Au-
ditorem Cameræ posse procedere inter, & contra
mercatores Curiæ, vsque ad quamcumque sum-
mam summariè, simplicitèr, & de plano, sine stre-
pitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta,
5 & manu regia, † quæ clausulæ remittunt solemni-
tates iuris; *Dec. in cap. pastoralis num.17. de ap-
pell. Oldrad. cons.115. Hond. cons.49. nu.32 lib.1.
Grauat. ad Vestr. lib.5. cap.1. nu.7. Mart. de clauf.
par.1. clauf.180. Scac. de appell. quæst.161. limit.1.
num.76. Rot. decis.446. num.1. part.2. recent. &
part.5. decis.120. num. 1.* & operantur vt Iudex
possit procedere vti Princeps *Mandos. cons.65.
nu.10. & cons.96. col.1. Gratian. decis. Marcb.68.
num 5. Ias. in §. bona fidei instit de action. nu.45.
Brun. de cess. bon quæst.36. in 4. quæst. princ. nu.6.
6 cum alijs per Gratian. d. decis.68. num.2* cum † in-
ter Mercatores procedatur de bono, & æquo *Me-
noch. de arbitr. quæst.51. num.396. Thes. decis.166
num.7. Franch. decis.303. num.3. Rota Ianuen. de-
cis.23. num.15. & part. 1. recent. decis.641. in
fin. & par.5. decis.395. num.12.*

Minus obstat, quod d. Antonius de Federighis
sit debitor prædictæ summæ occasione mercium
transmissarum ad effectum vendendi, & quæ suc-
cessiuè fuerunt venditæ diuersis personis habita
fide de pretio, & consequenter illum non esse
conueniendum, non discussis prius emptoribus.

7 Fuit enim dupliciter responsum. Primo † de-
bitum præfatum scut. 612. auri marcarum bene
prouenire ex litteris cambij, cum d. Antonius de-
bitum, de quo agitur pro tali recognouerit dum
dixit, quod pro eo extinguendo transmiserat ad
nundinas Placentiæ litteras continentes proprij
debiti solutionem, transmittere autem litteras
hoc modo nihil aliud importat, quam transmissio-
nem litterarum cambij pro solutione facienda,
ita *Nauarr. cons.31. lib.1. de vsur. Alex. Rauden.
in opusc. super banco S. Ambrosij num.37. Rot. Ia-
nuen. dec.2. per tot. præsertim num.10. & 11.*

Secundo responsum fuit, quod dum Antonius,
8 conuenerunt, *del stare del credere*, † suscipiendo di-
ctum Antonium duplicatā prouisionem, hoc ca-
su non esse deueniendum ad excussionem eorum,
qui merces emerunt, sed eumdem Antonium es-
se reputandum principalem debitorem, & in se
suscepisse nomina debitorum, *Scacc. de camb. §.3.
num.6.* & de hoc verbo, *del stare del credere est
decis. 120. part.5. recent.* vlterius dictum fuit fides
mercatorum attestantium, hæc verba importare,
9 quod mercatores teneantur † post acceptam du-
plicatam prouisionem, ac conuentionem *del sta-
re del credere* maturatis pagis mercium vendita-
rum transmittere pecunias retractas, quamuis nō
exactas, & de proprio, absque vlla debitoris ex-
10 cussione, quibus plurimum in † hac materia esse

 dele-

deferendum dixit *Bald.consf.40.num.10.lib.5.Socin.iun.consf.27 num.22.lib.2.Greg.XV.decis.126.num 3 & 7. Duran.decis.368.num.12.*

Vltimo non obstat, quod in epistola dicti An-
11 tonij adsint illa verba, † *senza pregiuditio*. Quia dicta verba benè præseruant præiudicium in alijs, non autem in expressis, ita *Oldrad.consf.330.nu.9.in fin. Gratian.discept.867.nu 10. Mart.de clausf.par.1.clausf.142.num.2.*

Et ita resolutum &c.

R. P. D. MERLINO.

Hydruntina Pecuniaria.

Mercurij 26. Iunij 1641.

SVMMARIVM.

1 *Ritus promulgatus à potestate laicali non attenditur in Tribunalibus Ecclesiasticis ex defectu potestatis, & illi Ecclesiastici subiacere non possunt.*

2 *Laicalis potestas non potest auferre Clericis facultatem appellandi, illis à iure communi concessam.*

3 *Instrumenta de iure non habent executionem paratam.*

4 *Pro fructibus dotalibus competit de iure via executiua, & non permittitur appellatio saltem suspensiua.*

5 *Fructus dotis debentur marito, qui sustinet onera matrimonij tanquam alimenta eiusdem vxoris.*

6 *Actio executiua concedenda est pro fructibus dotalibus sicut conceditur pro alimentis.*

7 *Transactio habet vim rei iudicatæ.*

8 *Pro transactione competit via executiua.*

DECISIO CLXXI.

DOMINI dixerunt mandatum esse exequendum solum pro fructibus; iustum enim est mandatum, cum de conuentione, & obligatione, appareat ex instrumento.

Via autem executiua competit, non quidem ex obligatione Camerali, nec ex Quarantigia, quia illæ non adsunt; nec quidem ex ritu magnæ
1 Curiæ, quoniam cum † istæ ritus sit promulgatus à potestate laicali, non attenditur in Tribunalibus Ecclesiasticis, neque ligat Clericos ex defectu potestatis, illisq. Ecclesiastici non possunt se subiacere, iuxta notissimas iuris conclusiones, *cap. si diligenti de for. compet. Ang. in l.1. sub nu.4 vers. item hac lex. ff. si quis in ius vocat. non ierit specul. tit. de exe. §.1. num.3. & tit. de compet. indic. adit. §.1. sub num.14. vers. in Clericis autem, & sub nu.18. vers. priuilegio enim. Surd. consf 2. num.17. & 31. Honded. consf.3. num.11.18. & 21. lib.3. Barz. de guarantig. q.4. circa med. vers. & per hoc infertur,* quod contra tale instrumentum *par.1. & in puncto Afflict. Constit. Regni lib.1. rubr.18. de disensis impofit. incip. si quis in posterum, sub nn.16. vers. & ideo, Viu. decis.326. per tot.* & Rota huiusmodi Constitutiones laicales concedentes viam executiuam, reiecit in *Mantuana iuris pascendi 26. Iunij 1628. coram bon. mem. Card. Virili,* & nuper super hoc ipso ritus magnæ Vicariæ in *Baren. seu Neapolitana pecuniaria 24. Maij præsentis anni*
2 *coram R. P. D. meo Rojas.* Nec † laicalis potestas potuit auferre Clericis facultatem illis competentem de iure communi, prout est appellatio, *cap. cum inter. de except. Parisf. consf.28 num.11. lib.4. Lancellot. de attent. par.2. cap.12. ampliat.5. numer.14. Rota decis.16 num 3. de dol. & contum. in*
3 *non.* & de iure instrumenta non habent † executionem paratam, *l. minor 25. annis, ff. de minor. l.1. C. de execut. rei iud. Angel. in l. ait prætor. §. si Iudex. num. 3. ff. de re iud. & in l. si eum dotem. §. eo autem tempore. num.2. ff. solut. matrim. Rebuff. de liter. oblig. in præfat. nu.19. Boer. decis.295 num.5. Rota decis.234. num. 11. & seqq. part.5. recent.*

4 Sed via executiua competit,† vt dixerunt Domini, pro illis fructibus, ex ipso iure communi, cum in instrumento assignatur huiusmodi fructus pro interusurijs dotalibus, pro quibus competit de iure via executiua, & non datur appellatio ex eorum natura, saltem suspensiua, *Scacc. de appell. quæst.17. limit.8. membr 9. num.8. vers. extende 2. Moder. Roman. discept. forensf. cap.726. nu.17. Rota in Interamnen. dotis 8. Iunij 1618. coram bon. m. em. Martino Andrea,* & summa ratione, quia
5 isti fructus† dotales debentur marito, qui sustinet onera matrimonij, tanquam alimenta eiusdem vxoris, *Surd. de aliment. tit.1. quæst.42. num.2. Rota coram Card. Canaler. decis.554. num.* & pro-
6 pterea actio † executiua ita debet cōcedi pro fructibus dotalibus, quemadmodum conceditur pro ipsis alimentis *Bart. in l. de alimentis num.2. C. de transact. Pontan. de aliment. cap.19. nu.1. & seqq. Surd. eod. tract. tit.8. priuileg.60. num.19. Tiraquell. de priuil. pia caus. priuileg.153. Natt. consf. 108. num.1. lib.1. Cephal. consf 485. num.86. lib.4. Afflict. decis.152. sub num.3. vers. item quia, Rota apud Verall. decis.22. part.1. & decis.259. num.5. & 6. par.2.*

Quæ eo magis hic recipienda videbantur, quia ista assignatio, & taxatio fructuum dotalium, fa-
7 cta fuit per viam transactionis, † quæ habet vim rei iudicatæ, *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.12. num.7. & decis.216. num.6. in recent. de-*
8 *cis.86. num.1. & seqq.* & consequenter † pro transactione videtur etiam competere via executiua, *Crauet. consf.685. sub num.7. vers. simili modo, Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam, notab.8. numer.3. de re iudic. Modern. Roman. discept. forensf. cap.665. num.11. Rota coram Card. Canaler. decis. 23. num.1. coram Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 216. num.5. & in Alexandrina funeralium 1. Iulij 1630. coram me, quæ est decis.402. num.3. part.5. recent.* Et ita &c.

R. P. D. VEROSPIO.

postea S.R.E. Cardinali.

Neapolitana Pecuniaria.

Lunæ 5. Iulij 1632.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta communiter requirunt processum ordi-*

ordinarium, nec habent executionem paratam.

2 *Instrumentum quod de iure non habet executionem paratam potest habere ex contrahentium conuentione.*

3 *Induci potest per vsum, & consuetudinem, vt concedatur executio parata instrumento.*

4 *Obligatio filijfamilias maioris valet ad fauorem patris.*

5 *Consensus patris non censetur requisitus in obligatione filijfamilias ad integandam personam filij, sed ratione præiudicij, quod ex ipsa obligatione oriri posset patri.*

6 *Pater potest dare consensum in contractu gesto per filium, etiam ad ipsius patris commodum.*

7 *Ritus 166. Curia Vicaria non declarat nullam obligationem filijfam. sed prohibet notarijs de ea se rogari.*

8 *Beneficium l.2. C. quod cum eo, non prodest illi, qui dicto beneficio renunciauit.*

9 *Beneficium l.2. ff. & C. quod cum eo, competit filijsfamilias propter mutationem status non autem miserationis gratia.*

10 *Renunciatio beneficij l.2. C. quod cum eo obstat filiofamilias licèt allegaret, se non fuisse certioratum de eo quod dicta lex contineret.*

11 *Iuramentum supplet vicem specialis consensus etiam in generali renunciatione, Declara vt num.13.*

12 *Ad hoc vt renunciatio l.2. C. quod cum eo præiudicet, sufficit, quod sit facta mentio de d. l. licet non fuerit expressum quid contineat virtute iuramenti, quod inducit cognitionem.*

14 *Sententia in genere dicti priuilegij, sufficit præsertim in filiofamilias maiore.*

DECISIO CLXXII.

DVBITAVI, an Instrumentum, in quo se contemplatione Francisci patris obligauit Paulus Doria, habere posset contra eumdem Paulum executionem, & cum in hoc dubio, quod hodie proposui informaret solus Antonius Spinula, cuius fauore facta fuit dicta obligatio, Domini consideratis exceptionibus, quæ contra eandem obligationem, & Instrumentum proponi possent, non visæ illis fuerunt tales eædem exceptiones, quæ retardare deberent hanc executionem, quæ petebatur ex eodem instrumento.

Quantum enim ad ipsum Instrumentum, licet iudiciarium, † ac ordinarium processum instrumenta communiter requirere soleant, nec habeant promptam, ac paratam executionem, vt dicitur *in l. minor 25. annis. ff. de minor. & ex l. 1. C. de execut. rei iudic. not. ibi Castr. Ias. in l. vlt. num. 6. C. de edict. D. Adr. toll. Angel. in l. ait prætor §. & si Index. ff. de re iudic.* qui hæc dicit adeo vera esse, vt neque per statuta locorum hæc executio eisdem instrumentis concedi possit, quod etiam dixit in *l. si cum dotem 23. §. eo autem tempore. ff. sol. matrim.* & notarunt *Rebuff. in tract. de litter. obligator. in præfat. num. 19. Boer. decis. 295. nu. 5.* cum tamen hoc expreſsè permissum, ac promissum fuerit in eodem instrumento, vt ex eo executiuè agi posset, atque habere deberet idem † Instrumentū ex pacto eam executionem, quam de iure non habebat, non poterat esse locus processui ordinario, stante contraria debitoris voluntate, vt admittit idem *Boer. d. decis. 295. num. 10. Rebuff. de litter. obligator. eod. num. 19.* dicens posse etiam
3 induci per vsum, & consuetudinem, † vt concedatur executio instrumento, quod est quid amplius, & fuit dictum in *decis. 103. num. 4. par. 1. recent. & in Bononien. dotis 10. Nouembris 1617. coram bon. mem. Buratto, & in Reatina Iuris redimendi 20. Decembris 1628. coram me.* Et dabat præterea hoc ius executiuè agendi, & Ritus 166. Curiæ Vicariæ ad cuius Ritus formam facta fuit hæc obligatio, & hoc siue in ipsa Curia peteretur executio instrumenti, siue extra eamdem Curiam, vt declarans eumdem Ritum dicit Carau num. 63.

Quo vero ad ipsam obligationem poterat illa considerari) & tanquam facta contemplatione patris, (cum pro debito Francisci sui patris Paulus fideiusserit, & respectu ipsius Pauli, qui se in hoc contractu obligauit. Primo modo considerata eadem obligatio non poterat ideo dici nulla, quod patris consensus, qui propter alteram pragmaticam Regni requirebatur in obligationibus filiorum familias quamuis maior. 25. annis nullus esset, vt qui in proprium eiusdem patris commodum cedere debebat, cum enim valeat, & à iure
4 non † improbata sit obligatio filijfam. maioris facta ad patris fauorem, vt in *l. fil. fam. C. de fideiuss. l. si dubitet, §. filiusfam. ff. eod. tit. l. 2. §. & filius. ff. qui satisd. cogantur,* & ille consensus patris nō deberet integrare personam filij, sed solum ratio-
5 ne præiudicij † censeretur requisitus in ea constitutione, vt tenuit *Carauit. ad pragmat. Regni in tit. de sen. cons. Maced. §. 11. nu. 11. & 16.* quo ca-
6 su potuit etiam ad proprium † commodum dari iuxta distinctionem, quæ communis est apud *Doctores in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Sen. Cons. Trebell.* & latè probat *Gabr. cons. 3. num. 19. lib. 1. Franch. decis. 14. nu. 2.* non continebatur hic casus sub dicta pragmatica correctoria in hoc iuris comm. vt defendit idem *Carau in commentar. ad eamdem pragmat §. 11. num. 11. & 16. Paschal. de iurib. patr. potest par. 1. cap. 6. num. 103. & fuit dictum in Brundusina pecuniaria 11. Aprilis 1611. coram Card. Marquem.* quæ decisio iterum assertio proposita causa semper placuit, vt in decisſ. factis coram *bon. mem. Buratto 15. Septemb. 1613 & 21. Aprilis 1614. inter recent. decis. 580. par. 1. & decis. 485. par. 2.* in quibus prædicta decis. illud etiam firmatum fuit quod per eam constitutionem
7 non declaratur nulla † obligatio, aut initus contractus, sed solum prohibentur Notarij huiusmodi obligationes recipere.

Altero modo considerata eadem obligatione respectu ipsiusmet Pauli nō poterat retardari, aut impediri illius executio, quia beneficio *l. 2. ff. & C. quod cum eo* gaudere deberet, idem Paulus,
8 cum factus sui iuris diceret se † ab hæreditate patris abstinuisse, huius enim exceptionis nulla vis esse poterat, postquam illi non solum in genere, sed etiam in specie fuerat renunciatum. Nam
9 cum potuerit renunciari huic priuilegio, † quod solum propter mutationem status non autem miserationis gratia habent filijfamilias à iure siue ex æquitate considerata à Prætore *in d. l. 2. ff. quod*

eum co. vt ex Bart. & Castr. in l.1. ff eod. tit. declarat *Giurb. decis. Sicil. 42. n. 10. Surd. de alimen. tit. 1. q. 78. num. 36. Franch. decis. 171. num. 5.* & tenuit *Rota in d. decis. 185. nu. 5. par. 2. recent.* propter mentionem, quæ in renunciatione facta fuerat harum ll. cessabat ômnis difficultas, quæ fieri posset super eiusdem renunciationis validitate, &
10 quod † tūc cum huic suo iuri ipse Paulus renunciauit certus redditus non fuerit quid eadem priuilegia continerent, vt visus fuit voluisse idem
11 *Giurba in decis. 45. nu. 16.* cum † satis fuerit notitia, quam habere potuit ex mentione, & expressione, quæ facta fuit earumdem ll. siue hoc tribuen. sit virtuti iuramenti, quod in ea renunciatione etiā interuenit, vt hæc scientia in Paulo præ-
12 sumi debeat cum † supplere possit idem iuramētū vicem specialis consensus etiam in generali renū-
13 ciatione, vbicunque † tamen eadem generalis renunciatio reprobari non possit ex defectu consensus præsumpti iuxta opinionem *Bart. in l. stipulatio de verb. obligat. num.* 8. quam communem esse testatur *Thesaur. decis. 222. num. 11. Alex. cons. 133. lib. 5. Aret. cons. 33. num. 10. Rota ead. decis. 485. num. 3. par. 2. & decis. 580. num. 5. par. 1. recent.* & admisit idem *Giurb.* in his terminis quibus hæc præcisa indiuiduum facta fuerit eius priuilegij, cui nominatim renunciatum fuit *d. decis. 45. num. 23. Grass. de except. cap. 29. num. 14. & 15.* siue etiam hoc tribuere sit maiori ætati, in qua erat Paulus tunc cum hanc renunciationem fecit quod etiam admisit *Giurb. in ead. decis. 45. num. 24.* & voluit *Rota d. decis. 580. num. 8. par. 1. recent. Seraph. de*
14 *priuileg. iuram. priuil. 119. num. 3.* propter † rationem quam ibi considerat idem *Seraph.* quia scilicet in maiore non tam agatur de damno vitādo, quàm de quærendo lucro, quo casu non ita videtur illi parcen. sicut minori, & pro ratione cōsiderat etiam *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 18. nu. 13. & 14.* secutus *Aretin. ad d. cons. 33. num. 11.* Et ita &c.

R. P. D. ROIAS.

Bareñ, seu Neapolitana pecuniaria.

24. *Maij* 1641.

SVMMARIVM.

1 *De iure Instrumenta quamuis publica non habēt executionem paratam.*
2 *Constitutio laicalis non attenditur in Tribunalibus Ecclesiasticis, nec est apta clericos ligare ex defectu potestatis statuentium.*
3 *Laicalis potestas non est apta tollere facultatem appellandi clericis competentem de iure communi.*
4 *Aliàs esset constitutio contrà libertatem Ecclesiasticam.*
5 *Rota reijcit constitutiones laicales concedentes viam executiuam contra clericos.*
6 *Clericus siue alia quæuis persona potest ex pacto executiuè conueniri, & quando procedat, nu. 7.*
8 *Ecclesiastici non possunt se subijcere sæcularibus.*
9 *Guarantigia cum pendeat à Notario habente potestatem à Iudice sæculari faciendi præceptum iudiciale personæ obligatæ, non afficit clericos ex defectu potestatis.*
10 *Iuramentum non tribuit viam executiuam.*
11 *Accessorium non potest plus operari quàm suum principale.*
12 *Confirmatio statutorum facta per constitutionem synodalem non comprehendit statuta iuri communi contraria, prout est denegatio appellationis.*
13 *Constitutio non confirmata à Sede Apostolica non ligat clericos.*
14 *Ordinatoria vnius Tribunalis non sunt de necessitate in alio obseruanda.*

DECISIO CLXXIII.

SVB die 4. Iulij anni præteriti DD. dixerunt esse exequen. mandatum relaxatum ab A.C. contra Abbatem Stephanum Mapheum pro scutis 2000. vigore illius obligationis iuratæ cantantis, quod posset à D. Benedicto de Angelis creditore pro solutione scutorum 2000. Instrumentum pro liquido produci præsentari, ac liquidari in omni Curia loco, & foro iuxta formam Ritus magnæ Curiæ Vicariæ, & secundum laudabilem stylum Curiarum Ecclesiasticarum, & quod incontinenti habeat promptam, & paratam executionem more pensionum fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, obligationum liquidatum, cui resolutioni non acquiescente Abbate Stephano, hodie demum post quartam causæ propositionem quoad viam executiuam fuit à decisis recessum.

1 Le iure enim † instrumenta quamuis publica non habent paratam executionem iuxta *tex. in l. minor 25. annis cui fideicommissum, vbi DD. ff. de minor. l. pacto quo pœnam. C. de pact. Alex. cons. 192. lib. 7. Ias. cons. 9. in princip. lib. 1. Seacc.* qui plures cumulat *de iudic. par. 1. cap. 62. num. 1. Francisc. Marc. quæst. 393. Ossasch. decis. 129. n. 2. Thes. dec. 26. num. 1. & in recent. decis. 234. numer. 11. par. 5.*

2 Nec executionem † tribuit in præsenti obligatio Abbatis concepta iuxta formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ. Primo, quia dicta constitutio vti laicalis non attenditur in Tribunalibus Ecclesiasticis, nec est apta clericos ligare ex defectu statuentium *cap. clericus de foro competen. Castrens. cons. 157. num. 1. lib. 2. Port. Imol. cons. 48. nu. 11. lib. 1. Afflict. super Constit. Regni lib. 1. rubr. 17. num. 16. propè finem, §. si quis in postremum, vers. & ideo dico. Hond. cons. 3. num. 11. lib. 1. Vetan. dec. 326. per tot.*

3 Secundo, quia † laicalis potestas non valet auferre facultatem appellandi clericis competentem de iure communi, *cap. cum inter de except. Paris. cons. 28. nu. 11. lib. 4. Lancel. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 5. num. 14. Rot. decis. 16. num. 3.*
4 *de dol. & contum.* in nouis, alias † esset constitutio contra libertatem Ecclesiasticam, *Alex. cons. 310. num. 12. & 211. num. 7. lib. 2. Alb. cons. 8. num. 3. Couar. in cap. possessor malæ fidei de reg. iuris in 6. Hond. cons. 3. num. 15. lib. 1. Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 2. num. 68. 69. & 70.* cum alijs ab eo congestis.

5 Et sæpè Rota reiecit huiusmodi † constitutiones vti laicales concedentes viam executiuam aduersus

ūctſus perſonas Eccleſiaſticas, vt videre eſt, *in illa Mātuana Iuriſpaſcen.26. Maij 1628 coram bon. mem. Card. Virili Duran. deciſ.191.nu.2.*

6 Non obſtat † quod Clericus, ſiue quæuis alia perſona poſſit ex pacto executiuè conueniri *l. quæ dotis ff. ſolut. matrim l. pen. C. de pignorat. act. Petr. Nugn de Auendagn. ad l. 4. & 5. tit. de las except. lib. 3. ordin. regal. num. 1. Zacc. de oblig. Cam. q. 2. nu. 16. verſ. valet enim pactum quod Iudex poſſit.*

7 Quia fuit reſponſum † procedere in Clerico, qui ſimpliciter in Inſtrumento ſuæ obligationis conceſſit facultatem creditori executiuè agendi, ſecùs verò, quod prout in præſenti dictam facultatem conceſſit, non ſimpliciter, ſed iuxta formam alicuius conſtitutionis laicalis, qua ipſe ex defectu poteſtatis ſtatuentium non poteſt aſtringi, & cui

8 † Eccleſiaſtici non valent ſe ſubijcere *c. ſi quis clericus, vbi gloſ. & DD. de for. competen. Afflict. dec. 85. nu. 1. in fine poſt Imol. conſ. 107. nu 4. & 5. Grat. conſ 87. num 3. lib. 1. Honded. conſ. 3. nu. 21. verſ. nec coram Laico.*

9 Minus obſtat, † quod ſaltem Abbas Maſcus potuerit executiuè conueniri vigore guarantigiæ, fuit enim replicatum, quod, cum virtus huius obligationis guarantigiatæ pendeat à Notario, ac Iudice cartulario habente poteſtatem à Iudice laico facien. præceptum Iudiciale perſonæ obligatæ, non inde clericos afficiat ex defectu poteſtatis, *c. Eccleſiam S. Mariæ de cōſtitut. Io. Andreas in c. 1. de immunitate eccleſ. lib. 6. Barz. de Inſtr. guarantig. part. 1. q. 4. Franciſcus Marc. q. 399. nu. 2. vol. 2. Viu. d. c. 326. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 2. nu. 302. 304 & 305.*

10 Nec pariter obſtat iuramentum, † quia, nec illud tribuit viam executiuam *Bal. in l. 1 numer 5. C. de reb. credit Socin. conſ 120 numer. 11. lib. 1. Scacc. de iudic par. 1. cap. 62. nu. 10 & 11. verſ. cōtrarium tenuit Theſ. dec. 26. num. 7. verſ. contrariam partem.* Vltra quod, cum inſtrumentum, in quo illud reperitur præſtitum non tribuat viam

11 executiuam, † vtique nec poterit hoc operare iuramentum ibi appoſitum vti illi acceſſoriū *Pariſ. conſ. 110. nu. 34. lib. 1.*

12 Nec etiam obſtat Conſtitutio † ſinodalis Neapolitana, in qua fortaſſe approbatur, & confirmatur ritus Vicariæ, nam fuit tripliciter reſponſum. Primo confirmationem ſtatutorum ſecularium per conſtitutionem ſinodalem non comprahendere ſtatuta iuri communi contraria, prout eſt denegatio appellationis ex ſupradictis *c. 1. de iur. iuran. in 6. & not. Doct. in l. ſi quis procurator ff. ad Trebellian. Petr. de Ancar. in puncto de Sinodo conſ. 18. num. 16.*

Secundo dictam conſtitutionem vti non confir-

13 matam à Sede Apoſtolica † clericos non ligare, nec ideo eſſe haben. rationem de ritu Magnæ Curiæ Vicariæ, dum non habet Apoſtolicam confirmationem *Hoſt. in c. fin. de ſolut. Guidop. conſ. 151. nu. 2. verſ. ſed quia alij Matthesil. ſingul. 110. vbi Adden. Surd. conſ. 2. num. 15. & 16. & 301. nu. 24. Gail. obſer. 32. nu. 2. lib. 2. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 2. nu. 44.*

Tertio dictam conſtitutionem ſinodalem, vti localem, ac ordinatoriam, non inde eſſe apud nos

14 attenden. cum de iure communi † ordinatoria vnius Tribunalis in alio non ſint de neceſſitate obſeruanda *Paul. de Caſtro conſ. 320. nu. 5. verſ. præterea l. 16. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. nu. 650. cum ſeqq. Seraph. dec. 208. num. 21. Greg. XV. dec. 352 nu. 7. vbi Adden. nu. 11.*

Quo vero ad alia firmata in deciſione hodie reuiſa DD. ordinarunt quod iterum cauſa proponeretur vtraque parte &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana pecuniaria.

Mercurij 1. Iulij 1643.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio generalis omnium bonorum præſentiū, & futurorum comprahendit nomen debitoris etiam futurum.*

2 *Creditori cui fuit obligatum nomen debitoris nō ſolum competit hipothecaria, verum etiam actio vtilis perſonalis, & num. 3.*

4 *Creditum probatur per apocam manu debitoris ſubſcriptam nomine proprio.*

5 *Quando in ſocietate fuit appoſita certa, & determinata pecuniarum quantitas poteſt vnus ex ſocijs dominium ſibi acquirere de cambio tāquā proprio, non autem communi, & ſociali nomine facto. Amplia num. 8.*

6 *Socius præſupponitur, quod velit potiùs ex propria, quam ex ſociali pecunia emere.*

7 *Quando ſocietas eſt omnium bonorum quicquid ſocius acquireret etiam nomine proprio iudicio ſocietatis conferre tenetur.*

9 *Socius, licet contrahat nomine proprio, tamen ſi in communi cataſtro adnotet præſumitur omnibus ſocijs quoad illud etiam dominium acquirere.*

10 *Creditor litteras ſcribens debitori, & debitor debitum fatendo reſcribens, & nihil proteſtans ex hoc dicitur validè, & cōcludentèr probari creditum ad fauorem creditoris.*

11 *Nulla maior probatio quam propria confeſſio.*

12 *Debitor qui vult venire contra propriam confeſſionem non eſt audiendus.*

13 *Deciſio inter duas partes emanata non debet tertio præiudicare, qui in cauſa non fuit auditus.*

14 *Obligatio Cameralis continet fauorem cuiuſlibet intereſſe habentis.*

14 *Liberatio facta ad fauorem debitoris præiudicat tantummodo liberanti, & eius hæredibus, non autem creditoribus anterioribus.*

16 *Verba generalia ſemper reſtringuntur ad ſpeciē contractus præcedentis.*

17 *Ex confeſſione debiti interrumpitur omnis præſcriptio.*

18 *Ad inducendam interruptionem præſcriptionis ſufficit quilibet actus & qualibet interpellatio, etiam extraiudicialis.*

DECISIO CLXXIV.

INITA ſocietate rationis bancariæ inter DD. Petrum Enriquez de Errera, Octauium Coſſā, & Abbatem Io. Antonium filium Octauij; fuit poſtea de anno 1614 contractum matrimonium inter

inter eundem Petrum,& D. Aloysiam Costam, Octauij filiam cum dote scut. 15000. quæ idem Petrus in contanti recepit, illaq; in omnem casū restitutionis cum obligatione Camerali, & hypotheca omnium suorum bonorum, vt ex publico Instrumento Summ. Aloysiæ num.1. restituere promisit. De anno 1617. idem Petrus contraxit ad sui fauorem cambium scut. 2115. cum d. Abbate, qui sub obligatione Camerali illa vna cum cambijs restituere promisit, *vt in d.Sum.num.2.* Obijt d.Petrus de anno 1634. condito testamento, in quo inter alia declarauit se esse creditorem dicti Abbatis Io. Antonij in supradicta summa, contra quem à R. P. D. Cecchino, ab A.C.deputato, fuit relaxatum mandatum pro medietate cambij scutorum 2115. sine præiudicio tamen alterius medietatis, instante D.Ioanne filio, & hærede eiusdem Petri. Pro consecutione autem alterius medietatis fuit mihi causa commissa cum facultatibus eiusdem A.C.nomine Aloysiæ,agentis pro restitutione suæ dotis, & disputato dubio, An esset relaxandum mandatum executiuum,nec ne fuit per Dominos affirmatiuè responsum.

De constitutione, & solutione dotis non dubitatur, & per consequens cum euenerit casus restitutionis illius, visum fuit non posse denegari tale mandatum contra eundem Abbatem, vti debitorem Petri, qui pro tali restitutione se obligauit in forma Cameræ cum hypotheca generali omnium
1 bonorum præsentium,& futurorum; † Vnde dicitur etiam comprehēsum nomen debitoris etiam futurum *ad l.nomen, C.quæ res pign.oblig.poss. l.2. C.quando fisc.vel priu.Doct.in l.3.C.de hæred.act. Surd.cons.4.num. 12.& 23.* cum alijs cumulatis à *Pacif.de Saluian.inspect.3.c.2.nu.195.& seq. Decian.cons.113. nu 7 vers.3. Magon.decis.Flor. 146.nu.1.Rota in Romana domus 25. Febr.1641.*
2 *coram R.P.D.meo Cerro*, & † consequenter dictæ Aloysiæ pro recuperatione suæ dotis non solum competit actio hypothecaria in bonis eiusdem Abbatis debitoris Petri quemadmodum ipse directam habebat *l.1. C de Saluian.Neguf. de pignor. & hypot. memb.3. part.2.num.24.& seqq.Rota in Rauenaten Saluiani 12. Febr. 1618. coram bon. mem.Remboldo, & 15.Decemb.1621. coram bon.*
3 *mem. Merlino.* Verum † etiam actio vtilis personalis, *Surd.d.cons.4.numer.23. Rota decis.760. num.1.par.2.& 703.num.2.par.2.recent.*
4 De † credito Petri nec videtur ambigendum, dum illud concludenter probatur ex apoca per eundem Abbatem,& nomine proprio subscripta, *vt in d.Sum.num.2.*in qua se debitorem eiusdem Petri in dictis scutis 2115. pro totidem ab ipso receptis, declarauit,ibi, *Per altri tanti hauuti da sua Signoria contanti, & mi obligo in forma Cameræ Apostolica di restituirglieli assieme con gli cambij, Bart.in l.emptor, S.Lucius numer.2. ff.de pact.* vbi etiam *Ias.nu.2. Paris.cons.47.nu.6. lib.1.Aymon.cons.73.num.40. Rota in Meleuitana Prioratus Nauarræ 14.Iunij 1628.coram bo.me. Card.Virili, & in Romana dotis 14. Febr. 1642. coram Reuerendiss. D.meo Decano.* Nec informantes pro Abbate negant tale debitum, sed solum conantur probare Petrum suum creditum contraxisse cum pecunijs socialibus, non autem proprijs,tamen ex proprijs pecunijs Petri illud fuisse contractum, fuit per Dominos responsum.

Constat enim quod Petrus vltra capitale positum in societate inita cum Octanio, habebat scuta 20000.auri in suo computo à parte, vt ex *dicto Summ.num.6.* quę separatim negociabat à societate, & ad proprium., & priuatum eius commodum, licet sub nomine rationis bancariç, quod tamen faciebat, vt seruaret pactum speciale conuentum in capitulis socialibus scilicet, quod nullus ex socijs posset cambiare, nec alia negocia propria facere sub nomine proprio, sed illa facere teneretur tantum sub nomine rationis bancariæ
5 sub pœna ibi expressa. Vnde† dum apparet in societate supradicta fuisse à socijs appositam certā, ac determinatam pecuniarum quantitatem, benè potuit Petrus dominium sibi acquirere de dicto cambio, tanquam contracto proprio, non autem communi, & sociali nomine, *l.si patruus, C.communia vtriusque Iud.l.cum duobus,S.Pipinia, ff. pro soc.Menoch.cons.122.numer.20.vers.& nunc res, Mant.de tacit.& ambig.lib.6.tit.16.num.41.*
6 Maxime † cum præsupponatur, quod socius emere velit potius ex propria quam ex communi pecunia, *l.si defunctus arb.T ut.l.si ventri, S.vlt.ff.de priuil. cred. l.cum proponas, C. pro soc. Petr de Vbald.de duob.fratr.part.5.num.33. Corn. cons. 122.nu.8 lib.2.Soc sen.cons.24.num.2.lib.2. Crauett.cons.834. num.1.* Contrarium verò esset firmandum, † quando societas esset omnium bono-
7 rum,quia tali casu quicquid socius acquireret etiā nomine proprio, iudicio societatis conferre cogeretur, *l.si quis societatem,ff.pro soc.Bald l.si socius, ff.si cert.pet.& cons.120.num.3.& vers.& si dicatur lib.1.& cons.452. numer.2. ad fin.lib.3. Rom.*
8 *cons.291.nu.10.& cons.413 numer.19.* Et † licet tale cambium esset contractum ex communi pecunia, nomine autem proprio, nihilominus Petrus dominium in totum sibi ipsi acquisiuisset, ita sensit *glos.in l.qui societatem contraxit,ff.pro soc. Rom.cons.3.nu.1.Anchar. cons 31. num.2. Mant. de tacit.& ambig.lib.6.tit 11. nu.28. vers.quamobrem, & tit.16.num.19.Bald.cons.97.lib.1. Menoch cons.122 num.20. & cons.419. num.5. Rota decis.80.numer.2.part.5. diuers. Surd. decis.304. num.3.*

Non obstat partita, quæ hodie datur in Summ.
9 Abbatis nu.3. ex qua † præsumitur tale cambium, licet fuerit contractum sub nomine Petri, fuisse tamen societatis,cum ex eadem partita appareat, illud fuisse commune cum societate ob expressionem nominum Herreræ, & Costæ, ibi, *detto Gio. Antonio deue scudi 2115. datigli à cambio miei Herrera,e Costa, sotto nome del mio Pietro à parte G.&c.* maxime cum fuerit adnotatum in communi carafio, ex quo,præsupponitur omnibus socijs quoad illud etiam dominium acquisitum, *Bald.in l.censualis, C.de Donat. Mantic.de contract lib.6.tit.16.num.30. Gratian.discept.foren. cap.547.num.13. Rot.decis.183, numer.7.part.7. diuers.*

Quia difficultas, quæ posset oriri ex supradicta partita, cantante sub nomine communi Herreræ, & Costæ tollitur tam ex litteris scripta à dicto Petro eidem Abbati sub 1.Augusti 1633. Summario Aloysiæ

Aloysiæ num.3. per multos annos post dissolutam
rationem bancariam, ex qua appatet tale creditū
spectare, & pertinere ad eundem Petrum. non
autem ad rationem bancariam, dum in illa legun-
tur hæc præcisa verba, *Della polizza nella quale*
V.S. si obligò al principale, e cāby delli scudi 2115.
che io gli accommodai, quam ex responsione eius-
dem Abbatis data sub die 2. eiusdem mensis Au-
gusti, vt in *d Sum.num.4* ibi, *Declarans se habere*
pro interpellato al part. che se l'instanza fosse giu-
diciale, e per tale io la reputo, &c. quæ verba cum
importent tacitam confessionem, controuerti non
potest d. Abbatem mediante tali responsione re-
cognoscere voluisse eumdem Petrum vti verum,
& particularem suum Creditorem, non autem so-
cietatem bancariam, ad quam si tale creditum
spectasset, hoc ei rescribere non omisisset, maxi-
mè cum d. Abbas tamquam socius de rebus socia-
libus esset valdè informatus, & propterea dum
litteras Petri continentes tale creditum recepit,
easque legit, & non solum contra easdem nihil pro-
10 testatus fuit, † sed respondendo debitum fassus
est, concludenter illud dicitur probatum ad fa-
uorem Creditoris litteras mittentis, *l. si filiusfam.*
la 2. ff. ad Maced. l. cum tabernam, §. 1. in fin. ff. de
pignor. Gabr. de præs. concl. 2. num 1. Grat. discept.
for. cap. 599. nu. 33. Alex. cons. 78 vol. 1. & cons. 147
num. 12. vol. 2. Abb cons 88. vers. si autem interue-
nit scientia vol. 1. Rota decis. 81 1. numer. 9. part. 1.
diuers. & sic per Petrum, siue per causam ab eo
11 habentes pro iustificatione talis crediti, nulla
maior probatio potest afferri, quam propria con-
fessio eiusdem Abbatis debitoris, *l. 1. C. de confess.*
l. cum te, C. de transact Rota *dec. 495. nu. 7. part. 5.*
tom. 2. & dec. 49. nu 4. par. 7. diuers. Et cum dictus
2 Abbas † venire intendat contra propriam confes-
sionem, nullo modo est audiendus, *l. 1. cum vulg.*
de seru. fugit. Paris. cons. 11. numer. 30 & 40. lib. 3.
Rota in Rossanen. Decimarum 28. Nouemb. 1639.
coram R. P. D. meo Bichio.

Nec etiam obstat, quod defecerit ratio banca-
ria, & illius iura, & actiones transierint in credi-
tores, & in eorum locum in Octauium dictorum
creditorum cessionarium, & deinde idem Octa-
uius amplissimam liberationem legauerit eidem
Abbati ab omni, & quocumque debito societatis,
& tale debitum fuerit declaratum esse sociale, vt
in decisione in hac causa emanata 1. Iulij 1641.
coram bon. mem. Pirouano, & per consequens d.
Abbas illius occasione non possit amplius mole-
stari vigore dictæ amplissimæ liberationis.

Nam decisio cum emanauerit inter Abbatem
ex vna, & hæredem Octauij ex altera, non debet
3 præiudicium inferre Aloysiæ, † quæ in causa audi-
ta non fuit, *Ias. in l. si vnus, §. ante omnia, de pact.*
Castr. in l. si actionem C. eodem, l. inter alios, C. res
inter alios act. Grat. discept for. cap. 49. num. 2. &
cap. 736. num. 5 Rota *dec. 97. num. 15. par. 7. diuers.*
& eo ipso, quod Abbas promisit restituere Petro
dicta scuta 2115. simul cum cambijs, fuit ius quæ-
situm super huiusmodi nomine debitoris Aloysiæ,
maximè cum talis promissio fuerit roborata obli-
4 gatione Camerali † continente fauorem cuiuslibet
habentis interesse, *Zacc. ad Gallef. de oblig. Camer.*
q. 5. num. 6, Rot. decis. 663. in princ. par. 1. diuers. &
dec. 99. nu. 7. apud eumdem Zacch. Duran. dec. 270.
num. 5. Rota dec. 397. num. 5. par. 5. & 44. num. 19.
15 *par. 6. & 46. nu 7. par. 7. diuers.* & † talis liberatio
facta per Octauium ad fauorem Abbatis, debet
procedere in præiudicium Octauij, & suorum hæ-
redum tantum, non autem Aloysiæ creditricis
anterioris, *l. 1. C. debit. vendit. pign. imped. non poss.*
Negus. de pignor par. 6. mem. 3. num. 11. Surd. de-
cis. 286. num. 1. & dec. 62 num. 5. coram bon. mem.
Buratto, & liberatio facta per Octauium ad fauo-
rem Abbatis vti socij, quamuis amplissima, & ex
quacunque occasione, debet tamen intelligi ra-
16 tione societatis, quia semper † verba generalia re-
stringuntur ad speciem contractus præcedentis,
l. si ex pluribus de solut. Abb. cons. 114. lib. 2. Grat.
discept for. cap. 292. nu. 15.

Præscriptio tandem, quæ ad fauorem Abbatis
posset opponi, nec etiam releuat. Quia cum in re-
sponsione facta litteris transmissis à Petro eidem
17 Abbati, ipse suum debitum agnouerit, illud aper-
tè confitendo, ex tali enim confessione interrupta
remansit quæcumque præscriptio, *l. cum notissimi,*
§. 7. immò, & illud vers. sed & si quis debitorem,
C. de præscript. 30. anno. num, Bald. in l 1. C. de furt.
Aret. in l si creditori col penult. ff. de leg. 1. Natt.
cons. 40. num. 46. Grat. discept for cap. 994. nu. 10.
Ad inducēdam enim interruptionem præscriptio-
nis sufficit quilibet actus, & quælibet interpella-
tio, etiam extraiudicialis, & in hoc casu Petrus
18 specificè interpellauit in suis litteris Abbatem pro
satisfactione sui crediti ad effectum impediendi
præscriptionem, quæ inducebatur ex cursu sexde-
cim annorū, *Abb. cons. 19 col. 2. lib. 2. Felin. cons. 2.*
nu. 6. Balb in tract. præscript. in 3. par. 6. par. princ.
Rota in Florentina affrancationis 1. Febr. 1634.
coram Durano in ordine inter impressas 526. nu-
mer. 22. & 26. & decis 291. num. 16. part 7. diuers.
& dec. 8. vbi Add. litt. C. *nu. 10. corā bo. me. Buratt.*
Et ita vtraq; parte informante fuit resolutum.

R. P. D. VIRILI.

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. Affictus.

Luna 10. Nouembris 1629.

SVMMARIVM.

1 *Diuersum est, quod competat via executiua, & quod non detur appellatio.*
2 *Locatori de iure communi competit tantum actio ex locato contra conductorem pro pensionibus.*
3 *Si in Instrumento locationis non adsit obligatio Cameralis, nec quarantigia, sequitur quod non habeat viam executiuam, nec possit relaxari mandatum.*
4 *Et procedit etiamsi in Instrumento adsit iuramentum.*
5 *Intellectus l. praces C. locat.*
6 *A sententia lata contra conductorem pro solutione affictus non datur appellatio.*
7 *Clausula Præuia renunciatione cuicumque exceptioni, & iuris, & legum auxilio tollit appellationem, non tamen operatur, quod competat via executiua.*
8 *Pactum præcarij non operatur quoad pensionem,*
sed

sed quoad restitutionem bonorum, quia transfert possessionem ciuilem.
9 *Et potest operari circa executionem faciendam super bonis post condemnationem.*
10 *Rebuff. ad constitut. Regni tit. de litterar. obligat. art. 4. glos. 2. num. 4. & 10. & art. 6. glos. 3. num. 34. declaratur.*
11 *Viuian. commun. opin. 678. num. 26. declaratur.*

DECISIO CLXXV.

PROPOSITO dubio, an esset relaxan. mandatum executiuum pro reliquis paghis affictus bonorum Pannaris locatorum de anno 1622.
1 negatiuè Domini respondetunt; † firmarūt enim, quod aliud est, quod competat via executiua, aliud quòd à sententia non detur appellatio, ista enim sunt inter se diuersa, & differunt, vt fuit distinctum coram me in Lucana dotis 19. Ianuarij præteriti
2 1629. & propterea † de iure communi pro pensionibus locatori contra conductorem nō competit, nisi actio ex locato *l. legem. C. locati. l. impleto. §. item quæritur. ff. eod.* quæ est ordinaria *Ias. de act. §. actionum nu. 159. & seq. Caroc. de locat. par. 6.*
3 *quæst. 1. num. 2.* † & cum in instrumento locationis non adsit obligatio Cameralis, nec guarantigia, sequitur quod non habeat viam executiuam, nec possit relaxari mandatum, *Rot. decis. 33. nu. 6. post Zacch. ad Gallesi Greg. decis. 362. nu. 5. & fuit dictum in Brittonorien. pecuniaria, siue Imolen. dotis 27. Nouembris 1596. coram bon. mem. Litta,*
4 & in supradicta Lucana coram me, † quod procedit, etiamsi in instrumento adsit iuramentum, illud enim non facit secundum opinionem Rotæ, quod possit agi executiuè, & relaxari mandatum, *Rot. decis. 57. num. 7. & 8. post Zacch. ad Gallesi.*
5 Nec contrarium dicit † *Text. in l. Præses, C. locat.* in illis verbis Prouinciæ ea, quæ ex locatione debentur ex solui sine mora curabit. Ista enim verba important, quod censeatur sublata appellatio, *l. 1. C. de sent. ex breuie. recitan. vbi glos. Ruginell. de appell. §. 9. glos. 2. num. 49. vers. omnia enim, & ideo Bald. in d. l. Præses in fine* declarat supradicta verba fine mora, & indilatè intelligi, vel intra quatuor menses à die sententiæ, vel attento *Textu in l. si debitori. ff. de iudicijs* intrà decem dies à die sententiæ, vel attento *cap. potuit de locat.* intra duos menses à die sententiæ, vel arbitrio Iudicis, si attendatur *Textus instit. de offic. iudis. in prins.* quare ex supradicto textu colligitur
6 tantum, quod † non detur appellatio à sententia, sed text. non dicit quod procedatur via executiua, & relaxetur mandatum.
7 Simili modo † respondetur ad promissionem soluendi pensionem fine aliqua cōtradictione præuia renunciatione cuicumque exceptioni, & iuris, ac legum auxilio; nam istæ clausulæ tollūt appellationem, sed non operantur, quod competat via executiua, vt in supradicta Lucana dotis coram me.
8 Pactum vero precarij non † operatur quoad pēsiones, sed quoad restitutionem bonorum, quia transferr possessionem ciuilem *Cuman. cons. 14. Paul. de Castr. cons. 10. nu. 3. lib. 1. Ang. cons. 373.*
9 & potest operari circa executionem faciendam super bonis post condemnationem.
10 Prout in contrarium † non facit *Rebuff. ad constit. reg. tit. de liter. obligat. art. 4. glo. 2. num. 4. & 10. & art. 6. glos. 3. num. 39.* quia loquitur in bonis inuectis, & illatis, & de consuetudine Parisiensi.
11 Sicuti in cōtrarium non † facit *Viu. comm. opin. 678. nu. 26.* quem sequitur *Caroc. de locat. par. 6. tit. de appell. in addit. fol 280. iuxta impressā Venetam anni 1617.* nam solùm firmant quod *Tex. in l. Præses tollit appellationem*, & quod fuit iudicatum, *Gratian vero discept. forens. cap. 117. nu. 2. & seq.* loquitur quoad bona inuecta, & illata.

Tandem non obstat Constitutio Instiniana, quia illa loquitur de executione facienda post sententiam.

Ex supradictis igitur clarè constat, quod in isto casu non possit procedi executiuè, nec sit relaxandum mandatum executiuum, sed quod lata sententia censeatur sublata appellatio.

Non obstat, quod Testatrix D. Antonio prohibuit vsum, & administrationem, quia cum Hercules se obligauerit deponere affictus in Monte Pietatis, vt ex pecunijs possit impleri.

R. P. D. MERLINO.

Romana, seu Florentina pecuniaria, seu releuationis indemnitatis.

Veneris 16. Aprilis 1627.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio de conseruando aliquem indemnem adstringit etiam ad damna, & interesse.*
2 *Stante guarantigia agi potest executiuè, quia habet executionem paratam.*
3 *Valida dicitur obligatio pupilli, quandò fuit facta cum auctoritate tutoris.*
4 *Obligatus ad conseruandum aliquem indemnem potest condemnari quotiescumque ille ad cuius fauorem est facta obligatio aliquod patiatur damnum, etiam de facto.*
5 *Debitor cui fuerunt confiscata bona remanet liberatus, itaut creditor debeat actiones contra fiscum dirigere, declara vt num. 6. & 8.*
7 *Debitor, per cōfiscationem bonorum dicitur mortuus, & liberatus à debitis, nec contra eum reuiuiscunt actiones, etiamsi restituatur, intellige vt num. seq.*
9 *Creditor habens hypotecā omnium bonorum, potest eligere vnū corpus ex bonis obligatis, quod magis ipsi videbitur.*

DECISIO CLXXVI.

CVM olim Petrus filius, & hæres Aloysij de Rodulphis de anno 1569. dedisset insolutum filijs, & hæredibus q. Aloysij de Oricellarijs prædium nuncupatum il Poderuccio pro florenis 522 de libris septem, bolonenotum 19. denar. 6. ad anrū debitis pro residuo maioris summæ pacto adiecto, quòd si ipse intra quinquennium tunc proximum restitueret dd. Oricellarijs summam, & pretium prædictum, datio insolutum intelligeretur resoluta, si vero precij restitutio non fieret, & sic datio non resolueretur, dictum prædium æstimar deberet, siq. pluris æstimaretur, totum illud plus Oricellarij

cellarij soluerent Petro, vt in summatio Domini Fetdinandi num.1.

Hotatius vnus ex dictis filijs, & hæredibus Aloysij Oricellarij aliorum etiam cohæredum nomine, de anno 1575. agnoscendo bonam fidem declatauit dictum cõtractum dationis insolutum, & reliqua omnia gesta fuisse de ordine, & mandato q. Alexandri Soderini, & cum illiua pecunija ipsosq. hæredes non habuisse, nec habere nisi nudũ nomen præsente, & acceptante Antonio Francisco dicti Alexandri Soderini filio, & hærede, qui successiuè in eodem instrumento, cum tutricis auctoritate, & generali omnium bonorum suorum obligatione, & præcepto guarãtigiæ, promisit dictum Horarium, & alios cohæredea, & quemlibet eorum semper, & omni tempore conseruare indemnea, & penitus sine damno, itant præmissorum occasione nullo vnquam tempore vllum damnum paterentur, vt in d. summar. nu.2.

Postea de anno 1617. Equea Nicolaua hæres d. q. Petri pro consequutione illius pluria, quod dictum prædium esset æstimatum iuxta formam pacti prædicti, vnà cum fructibus, egit in Ciuitate Florentiæ contra possessorem Palatij alias per dictum Horatium Oricellarium possessi, & ad eius fauorem hyporecati, ad cuius possessoria instantiam fuerunt intimatæ molestiæ D. Ferdinando filio, & hæredi dicti Horatij, qui D. Ferdinandua molestias pariter coram A. C. intimauit D. Antonio Francisco Soderino, eumq. interpellauit ad suscipiendum in se litem, ipsumq. à dd molestijs liberandum, & indemnem releuandum, iuxta formam dictæ suæ obligationis, vt in eodem summ. num.3.

Verum quia ipse litem non suscepit, & per Indicea Florentinoa fuit pronnnciatum pro d. precij supplemento, esse soluendos florenos 876. necnon etiam eiusdem supplementi fructus ad rationem quinque pro centenario à die celebrati contractus dictæ dationis insolutum, vt in sententia in eodem summar. num.3.

Huius sententiæ vigore D. Ferdinãdus pro supplemento, & fructibus prædictis, fuit coactus soluere scura 3084 vt ex publico instrumento dicto summ. num.4 Vnde ipse coram A.C. siue R. P. D. Altero Iudice ab eo deputato obtinuit contra D. Antonium Franciscum relaxari mandatum executiuum pro dictia scutis 3084. sed quia postea idem Iudex mandauit supersederi, & Rotam placuit me proponente consulere an dictum mandatum sit exequendum, seu quatenua opus sit de nouo relaxandum; Domini affirmatiuè responderũt.

Quoniam ex dicta sententia condemnatoria, & effectuali solutione postea subsequuta constat de damno per D. Ferdinandum passo causa, & occasione dicti prædij, vt supra insolutum dati, & postea per viam agnitionis bonæ fidei d. D. Antonio Francisco, cum omnibua iuribus cessi, & consignati, & consequenter factus est locus obligationi, & promissioni conseruandi indemnem, & penitus sine damno † eius vigore D. Antonius Franciscus restituere, ac præstare tenetur summam, vt supra solutam pro sorte principali, & fructibus, ac omnia alia damna per D. Ferdinandum passa iuxta prædictæ promissionis formam *Rain. cons. 187. num.2. & seqq. lib. 1. Paris. cons. 109. num. 37. & seqq. lib. 1. & cons. 16. num. 124. lib. 2. Honded. cons. 25. num. 1. lib. 2. & fuit dictum in Romana liberationis à molestijs 14. Martij 1614. coram bon. mem. Vbaldo, & in Perusina bonorũ 14. Maij 1618. coram bon. mem. Vbaldo*, pro quibus agi po-
2 tuit via executina † stante guarantigia, quæ habet executionem paratam, tàm ex facultatibus A. C. quàm etiam de iure communi, *Cyn. & Faber. in l. si certum. C. familia ercisciunda, Menoch. de arbitrar. cas. 17. num. 5 Seraph. de priuileg. iuramen. priuileg. 77 num. 5. vers. quid.*

3 Neque † obstat, quod D. Antonius Franciscus esset pupillus de tempore dictæ obligationis, quia cum sese obligauerit cum auctoritate tutricis, & ipsa etiam tutrix tutricio nomine indemnitatis conseruationem, vt supra promiserit, obligationia validitas in dubium reuocari nõ debet *l. apud Iulianum. §. penultimo. ff ex quib. caus. in possess. eatur. l. 1. ff de administr. tutorum. Paris. consil. 99. num. 38. lib. 1. & Surd. decis. 297. num. 5.*

Præsertim quia dictus contractus de tempore illius celebrationis fuit ipsi D. Antonio Francisco vtilia, quia absque alicuius precij solutione, siue restitutione effectus fuit dominua dicti, quod postea etiam factus maior semper retinuit, & nunquam contractum, seu obligationem prædictam impugnauit, sed tacitè ratam habuit *l. fin. C. si maior factus, Menoch. de recup. possess. remed. 15. numer. 158.*

Nec placuit quòd dicebatur dictam sententiam condemnatoriam non iustificari ex actis, nam
4 quicquid sit de hoc, sufficit quod D. Ferdinandus saltem de facto damnum passus fuerit, vt dicta promissio D. Antonij Francisci locum habeat *Signorol. cons. 243. num. 5. vers. postea promissio, Crauett. cons. 957 nu. 26. Surd. cons. 345. num. 42.* stante maximè dicta litis, & molestiarum intimatione.

5 Nec † etiam visum fuit obstare, quòd dictum prædium, & omnia alia bona d. D. Antonij Francisci posita in territorio, & statu Florentino confiscata fuerint, & consequenter ipse D. Antonius Franciscus euaserit liberatus, & actiones contra fiscum dirigi debuisse *ad l. 4. C. de sent. pass.* & tradita per *Farin. in prax. q. 25. num. 178. & seqq. & dixit in Romana fructuũ dotis 12. Maij 1625. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quoniam
6 † stante ipsius obligatione personali, & hypoteca omnium bonorum, etiàm hic in Vrbe existen. dici non potest actiones omnes, tàm actiua, quàm passiua, transiuisse in fiscum Florentinum, sed adhuc penès ipsum D. Antonium Franciscum remãserunt ratione huiusmodi bonorum in Vrbe existentium, quæ ab illo confiscata non fuerunt, ideo nulla ratio, aut æquitas suadet, quòd D. Ferdinãdus creditor amittere debeat personalem actionem, & ius eligendi ex generali hypoteca sibi competens, vt nouissimè fuit resolutum in *Ferraren pecuniaria 29. Ianuarij proximè præterit coram R. P. D. meo Pirouano*, & in terminis confiscationia prædictæ contra ipsummet D. Antoniũ Franciscum fuit decretum in *alia Pecuniaria Florentina 14. Aprilis 1614. coram eodem, quæ est decisio 575. par. 1. recent.* & in puncto tradit *Ma-*

nert.

9 nert. consf.20. num 31. licèt † enim per confiscationem debitor dicatur mortuus, & liberatus à debitis, nec contra eum reuiuiscant actiones etiā si restituatur, *vt notatur in d.l.4. C. de sent. pass.* cum dicatur nouus homo, & consultum sit creditoribus agendo contra fiscum, qui bona debitoris
8 apprehendit, attamen † id non obtinet respectu bonorum existentium in alio territorio, & sub diuerso Principe, à quo bona non fuerunt confiscata, & ipse debitor saltem quoad hæc bona dicitur, & est idem homo, ac debitor, nec aliquid immutatum est ob confiscationem in alio territorio sequutam, cum non obstante dicta confiscatione ipse debitor retineat hæc bona in Statu Ecclesiastistico existentia, & consequenter remanent etiam illius creditoribus eadem iura, & hypotecæ pro iisdem bonis non cōfiscatis, alioquin debitor quoad hæc bona non solum aliquod damnum, sed potius emolumentum, nempè liberationem ab obligationibus reportasset, in graue præiudicium creditoris, quià nec fiscus quoad hæc bona non confiscata efficitur debitor, & vt fuit dictum creditor
9 † amitteret ius eligendi sibi ex hypoteca competens, cum sit in illius potestate vnum ex pignoribus sibi eligere, quòd magis ipsi videbitur *l.creditoris. ff. de distract. pign. l. qui generaliter. ff. qui potior. in pign. habeantur Surd. decis. 44. num. 6.*

Et ita vtraque parte informante resolutum &c.

R. P. D. CARRILLO.

Eugubina Dotis.

Veneris 14. Februarij 1642.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum dotale non guarantigiatum, nec obligatione Camerali vallatum non habet executionem paratam de veriori.*
2 *Iuramentum non habet executionem paratam, eū non sit ampliùs in vsu, nisi sit litis decisiuum.*
3 *In concursu duorum testamentorum cessat via executiua.*
4 *Via ordinaria electa non potest ad executiuam conuolari.*
5 *Via executiua praescribitur spatio 30. annorum.*
6 *Clausula, si quid exequendum, debet ex eisdem iustificari, non autem ex nouiter deductis.*
7 *Excessus in executione vitiat, etiamsi in minimo fuerit excessum.*
8 *Ad validitatem mandati requiruntur omnia requisita necessaria relata in decis. Caputaquen. 260. par. 2.*
10 *Via executiua, nedum competit vigore conuentionis, sed etiam vigore statuti, & constitutionis Principis, qua comprehendit etiam instrumenta antea confecta.*
11 *Statuta odiosa, & stricti iuris, strictè, & prout sonant sunt intelligenda.*
12 *Verba in dubio accipi debent exemplificatiuè, & demonstratiuè.*
13 *Vnum statutum ab alio declaratur.*
14 *Instantia capta ab harede in actione personali non transit in fideicommissarium.*
15 *Ad praescribendum petitionem hereditatis requiruntur 30. anni.*
16 *Pendente iudicio vniuersali, non potest moueri iudicium particulare, quod à resolutione illius vniuersalis pendeat.*
17 *Legitimatio personarum quando non fuit opposita in prima instantia benè potest fieri in secunda citrà vitium nullitatis processus.*
18 *Probationes factæ ad elidendas nouas exceptiones partis non obstant executioni decreti iustificati ex tunc deductis, & oppositis etiamsi causa fuisset cōmissa cum clausula, si quid exequendū.*
19 *Valor moneta aureæ attendi debet de tempore solutionis quandò non est mutata bonitas intrinseca, sed solum extrinseca.*
20 *De valore moneta Iudex potest se extraiudicialiter informare.*
21 *Vnus ex fideicommissarijs coniunctis verbis tātū non potest agere ad totum, secùs quòd an sunt coniuncti re, vel re, & verbis. Declara vt n. seq.*
23 *Subditus dicitur quis ratione domicilij.*
24 *Quis potest habere plura domicilia in locis diuersis.*

DECISIO CLXXVII.

PRAETENDENS Comes Franciscus à Porta mandatum de exequendo contra ipsum relaxatum à Locumtenente Eugubino ad instantiam Comitis Hieronymi Bentiuoli esse nullum, & iniustū, causam appellationis in Rota, mihi cōmitti obtinuit, ac institit pro disputatione dubij: An ei esset dandum mandatū de manutenendo, in cuius propositione facta sub die 16. Decembris anni præteriti, quia plures excitatæ fuerunt difficultates, quæ sub vnica dispositione terminari nō poterant, Domini dilata resolutione, mandarunt materiam restringi ad particulares inspectiones, videlicet, quod primo videretur an obligatio Cōstantiæ substineretur. Secundò an sustineretur testamentum Elisabethæ; Tertiò an Comes Cæsar esset vocatus ad fideicommissum dictæ Elisabethę. Quartò an creditum, & via executiua fuerint pręscripta, & Quintò an obstarent detractiones Trebellianicæ, & lucri dotalis ex persona Comitis Octauiani, & quatenùs pars voluisset disputare priùs de nullitatibus disputaretur dubium: An mandatum de exequendo sit nullum cum omnibus inde executis, cumque dictus Comes à Porta voluerit primo videre de nullitatibus proposui dubium per Dominos præscriptum pro cuius affirmatiua resolutione informantes pro dicto Comite à Porta, dicebant.

Primò mandatum præfatum esse nullum, tum quia Comes Cæsar vti vocatus ad fideicommissum
1 Elisabethæ, † egit vigore publici instrumenti Dotalis, pro quo iuxtà veriorem opinionem deficiente obligatione Camerali, seu guarantigiæ, non competit via executiua. *l. eum sibi not. per Bald. C. execut. rei iud. l. 1. ait Prætor. §. 1. vbi Angel ff. eod. Alex. cons. 192. num. 1. lib. 2. Rota coram Durano in decis. 37. num. 6. inter eius impress.* & in terminis Instrumenti dotalis, fuit dictum *in Lucana dotis 19. Ianuarij 1629 coram bon. mem. Virile*, non obstante iuramento, quod præterquàm in præsenti non fuit præstitum iuxta formam traditam à *Bart. in l. 2. num. 8. ff. de iurstur.* nec minus haberet

beret executionem paratam, cum tale iuramen-
tum non sit amplius vsu receptum, nisi sit litis de-
cisiuum Thesaur. decis. 26. num. 7. vers. sed vt bre-
uiter. Zacch. de obligat. Cameral. quæst. 1. num. 18.
& 19. cum seqq. Rot. inter impress. apud eundem
decis. 75. n. 3. & 4. Tum quia tam Comes Bentiuo-
lus, quam Comes à Porta venit ex testamento Eli-
sabethæ, quæ bis testata fuit, in concursu autem
3 duorum testamentorum, cessat † via executiua,
iuxta not. per Bart. & alios in l. fin. C. de edict. D.
Adr. toll. Rot. coram Seraphino decis. 279. num. 1.
4 Tum, & etiam, † quia prius Comes Octauianus,
egit via ordinaria, & sic non potuit Cæsar eius fi-
lius postea ad executiuam conuolare, glos. vlt. in
l. perinde la 2. ff. ad leg. Aquil. Bald. in l. diffama-
ri 2. col. C. de ingen. & manumiss. Rom. cons. 133.
ad vers. secus autem. Rot. dec. 507. num. 4. par. 4.
recent. & inter impress. per Zacch. de oblig. Came-
ral dec 68. per tot.

Secundò subiungebant, quòd quatenus etiam
5 cōpetijsset via executiua, † ius hoc fuisset præscri-
ptum, ob lapsum 30. annorum, & vltra, quo tē-
poris spatio nihil actum fuit in causa, Innocen. &
Bald. in cap. vlt. in fin. de except. idem Bald in
rub. num. 22. vers. & dico, quod contra de præ-
sumpt. Acchil. decis. 5. in princ eod. tit. Martiu. An-
drea dec. 32. num. 7.

Tertiò allegabant causam fuisse commissam
Locumtenenti Eugubino cum clausula (si quid
6 exequendum,) vnde † cum in primo iudicio non
fuerint legitimatæ personæ, sed omnia fuerint po-
stea iustificata coram eodem Locumtenente, di-
cebant, debuisse suspend. executionem, quia dicta
clausula debet ex eisdem, non ex nouiter deductis
iustificari, vt dixit Rota in Romana census 4. De-
cembris 1584. coram Eminentiss. Pamphilio senio-
re impress. per Marchesan. de commiss. par. 1. fol.
257. num. 5. & coram Caual. dec. 165. nu. 4. & in-
ter rec. dec. 287. num 6. par. 2.

Quartò addebant mādatum prædictum esse ex-
cessiuum ex eo, quòd fuerit relaxatum, & respe-
ctiuè executum pro scutis 4500. monetæ Roma-
næ, quæ trascendunt debitum scut. 3000. auri ha-
bita ratione valoris de tēpore promissionis, hinc-
7 que desumebatur nullitas excessus, quæ † vitiat
actum, etiamsi in minimo fuerit excessum, Bart.
in l. si non sortem. §. si centum, & ibi Ias. num. 2.
ff. de condit. indebit. Afflict. decis. 218. num. 3. & 4.
Rot. coram Durano d. decis 37. num. 15.

Quinto, & vltimo afferebant subhastationem,
& deliberationem fuisse factas ad fauorem Mar-
chionis Montis S. Mariæ Forensis contra dispoſi-
tionem Bullæ Sixti Quinti, 3. in ordin. §. 3. ab alijs
Pontificibus successoribus confirmatæ, & signan-
ter à Sanctissimo Domino Nostro in eius Consti-
tut. 65. & in alia promulgata de anno 1637. quas
procedere etiam in subhastatione declarauit Rota
in dec. 319. nu. 5. & 6. coram san. mem. Greg. XV.

Verum præfatis non obstantibus contrarium
8 resolutum fuit, nempè † mandatum esse validum,
quia ad eius validitatem concurrunt omnia re-
quisita necessaria, de quibus in vulgat. decis. Ca-
putaq. 260. par. 2.

Non obstat prima nullitas deducta ex eo, quod
non potuerit agi via executiua, pro instrumento
non guarantigiato, seu obligatione Camerali val-
lato, quia licet hoc verum sit de iure communi,
ex alleg. in princ. secus tamen dicendum est in
præsenti, vbi adsunt statutum Eugubinum, & de-
cretum Ducale, quibus disponitur, quod instru-
menta publica cuiusuis generis habeāt executio-
9 nem paratam, nam certum est, quod via † executi-
ua com petere potest, nedum vigore conuentio-
nis, vt notatur in l. creditores. C. de pignor. Zacch.
de obligat. Cameral. dicta quæst. 2. n. 16. sed etiam
vigore statuti, Asin. de execut. §. 1. cap 26. per tot.
Rot. coram san. mem. Greg. XV in decis. 362. nu. 2.
& in decis. 234. num. 14. par. 5. recent. siue in vim
10 Constitutionis Principis, quæ † comprehendit
etiam instrumenta antea confecta, vt in terminis,
Capra. in suo tract Regularum reg. 6. nu. 52. Asin.
de execut. §. 2. cap. 12. & cap. 29.

Nec placuit intellectus datus dd. statuto, & de-
creto per informantes pro Comite à Porta, quod
scilicet in illis nō dicatur clarè, quod publicis in-
strumentis detur via executiua, sed tantum cum
supposito, quòd competat via executiua præscri-
batur forma executiuè procedendi, ponderando
verba illa Statuti, ibi, Cum igitur via executiua
ex publico instrumento &c. & verba decreti, ibi,
Che nelle cause essecutiue, doue dall'Attore si pro-
duranno instrumenti publici, quasi quod loquan-
tur de instrumentis, quæ alioquin, puta ratione
guarantigiæ, vel obligationis Cameralis haberent
paratam executionem, nō autem de alijs, & ideo
11 non debeat fieri extēsio, cum † versemur in statu-
tis odiosis, & stricti iuris. quæ sunt strictè, & prout
sonant intelligenda, Alexan. cons. 95. col. 2. post
vers. vnde succedit communis doctrina lib. 2. latè
Asin. de execut. in princ. tract. cap. 1. per tot. &
cap 2. num. 8.

Quoniam animaduerterunt Domini, quod si in
dd. statuto, & decreto, debebat solum præscribi
forma procedendi in iudicijs executiuis, satis fuis-
set dicere, quod in causis executiuis procedatur
sic, & sic, sed in eis vlterius processum fuit, enu-
merando omnes scripturas, & dispositiones, qua-
rum vigore executiuè proceditur, vt in statuto,
ibi, Cum igitur via executiua ex publico instru-
mento, sententia, laudo, in iudicatum, transactis,
testamento, donatione, causa mortis, codicillis, si-
ue vltimis voluntatibus, siue apoca, vel Chirogra-
pho legitimè recognito &c. & in decreto, ibi, Che
nelle cause essecutiue, doue dall'Attore se produr-
ranno instrumenti publici, senteuze, laudi passati
in giudicato testamenti &c. quæ quidem enume-
ratio, quia alias esset superflua, dicendū est, quod
fuerit facta ad indicādum, quænam scripturæ exe-
cutionis paratæ priuilegium haberent, & sic quod
stet exemplificatiuè, & demonstratiuè ad causas
12 executiuas, prout in dubio † verba accipi debent,
l. fin. §. Titia. ff. de liberat. legat. Bart. in l. cum
pater. §. mense, vers. quaro quid si testator. ff de
legat. 2. & in l. centurio num. 39. ff. de vulg. Paul.
de Castr. cons. 219 col. 2. post med. lib. 2. Rot. de-
cis. 262. num 3. par. 1. diuer. & decis. 114. num. 5.
par. 1. rec. ponderando præsertim verbum illud,
doue, ibi, doue si produrranno &c. quod est exem-
plificatiuum, & exponitur pro quando Menoch.
cons. 473. num. 6. ex text. in l. postliminium ff de

capt. & postlimin. reuers. l. 2. §. confestim. ff. ad municip. l. si ita sit scriptum. §. fin. de legat. 2. Idque eo magis, cum in alio statuto, in quo specialiter disponitur, quòd apocæ habeant executionem paratam, dicatur, quòd apocæ vim habeant publici
13 ci instrumenti, vnum enim statutum † ab alio declaratur *Bald. in l. omnes populi num. 71. ff. de iust. & iur. Caputaq. decis. 201. in fin. par. 3. Rot. decis. 467 num. 3. par. 1. rec.*

Cum igitur ex his pateat Comitem Cæsarem potuisse executiuè agere, non est curandum de alio iudicio anteriori ordinatiè cœpto per Comitem Octauianum Patrem, vti hæredem dictæ Elisabethæ, quia idem Cæsar potuit ex persona propria, tanquàm fideicommissarius eiusdem Elisabethæ nouum iudicium executiuum instituere, cum instantia cœpta ab hærede in actione personali, non
14 transeat in † fideicommissarium *Bart. in l. si cum hominem num. 3 ff. de fideiuss. Alex. in l. cum hereditas, num. 2. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicom. art. 53. num. 19. Fusar. de substit. q. 620. num. 6. cum alijs alleg. à Modern. Veneto in tract. de transmis. cas. 55. num. 3.*

Ad id quod dicebatur de duorum testamentorum concursu, quo stante non poruerit agi executiuè, responsum fuit, hoc pendere ab alio articulo, reseruato in particulari inspectione, nempè an testamentum secundum Elisabethæ sustineatur.

Secunda nullitas desumpta ex præscriptione facillimè tollitur, quia à die purificati fideicommissi, quo solo tempore orta fuit actio Comiti Cæ-
15 sari, † non intercesserunt 30. anni, prout requiritur ad præscribendam petitionem hæreditaris, iuxta *l. hereditatis, C. de petit. hered. & l. licet, cum gloss. C. de iur. delib.* vltra quod huiusmodi præscriptio currere nequiuit, tempore, quo durauit instantia iudicij vniuersalis, moti de anno 1577. per Comitem Horatium Carpineum, & Lauram eius matrem contra Octauianum, super prætensa nullitate testamenti dictæ Elisabethæ,
16 pendente † enim iudicio vniuersali, nō potuit moueri iudicium particulare, quod à resolutione illius vniuersalis pendebat, vt probat *text. in l. si quis libertatem, ibique notant omnes ff. de petit. hered. l. non distinguemus §. si is facit, & ibi gloss. Bart. & alij ff. de arbitr. Caputaq. dec. 117. par. 2. Rot. coram Burat. decis. 257. nu. 2.*

Tertia fundata in defectu iustificationis clausulæ, *si quid exequendum*, pariter eliditur, quia Decretum prætoris Eugubini iustificatur ex eisdē,
17 præterquam † quoad personarum legitimationē, quæ cum non fuerit opposita in prima instantia, benè potuit fieri in secunda, citrà vitium nullitatis processus, iuxta notata per *Bald. in l non ignorat, num. 2. C. de his qui accus. non poss. glos. in l 1. in verb. filium, C. quorum bonorum. Rot. dec. 307. num. 7. par. 1. rec. & coram S. mem. Greg. XV. in dec. 88. num. 1. adden. ad eundem in decis. 264. num. 6. & coram Buratt. in dec. 749. nu. 21.* probationes autem factæ ad elidendas nouas exceptiones partis, non obstant executioni decreti iu-
18 stificati † ex tunc deductis, & oppositis, etiamsi causa fuerit commissa, cum clausula *si quid exequendum. Cæs. de Graß. decis. 20. nu. 11. de prob. Greg. XV. in decis. 272. num. 6. ibique adden. nu 9. Duran. dec. 172. nu. 7. & fuit dictum in Tiburtina Pratorum 5. Iulij 1638. coram bon. mem. Buccabella.*

Quarta posita in excessu, & ipsa quoque diluitur, quia obligatio est in scutis 3. mil. auri, & eodem modo conceptum est mandatum vna cum executione, & deliberatione, nec opus fuit liquidare valorem auri in moneta argentea, quoniam etiam pro moneta aurea, quæ extat in rerum natura, quidquid sit in imaginaria, potuit relaxari mandatum executiuum, & quamuis ex pretio exbursato à licitatore Comes Hieronymus creditor receperit scuta 3900. non tamen excessit, quia attento valore scuti aurei de tempore solutionis,
19 prout † attendi debet, cum non proberur mutata bonitas intrinseca, sed solum extrinseca, *c. olim, & c. cum Canonicis, & ibi not. de censibus glos. in cap. quis ignorat, in vers. tempore nostro 32. q. 4. Corn. cons. 279. ante med. vers. tamen conclusi contrarium lib. 1. Rot. dec. 149. num. 11. par. 2. recent. adden. ad Greg. XV. in dec. 42. num. 7. & 8.* dicta summa scut. 3900. monetæ non est excessiua, vt est notorium, de quo propterea iudex potuit se
20 extra iudicialiter informare † *Bald. in l. vnic. C. vt quæ desunt Aduoc. Cin. in l. 2. col. 12. vers. secundo quæritur C. quæ sit longa consuetudo cum alijs, quos refert, & sequitur Afin. de execut. §. 3. c. 34. num. 13. & 14.*

Nec excessus potest considerari ex alio capite nempe ex eo, quòd solus Cæsar, vti fideicommissarius egerit pro tota summa, & tamen adessent alij fratres vocati ab eadem Elisabetha fideicommittente: nam quidquid sit quando plures sunt coniuncti verbis tantum in quibus terminis loquitur *tex. in l. 2. ff. si pars hered. pet.* certum est,
21 quòd quandò sunt coniuncti in re, vel re, & verbis, prout hic, tunc potest vnus ex pluribus vocatis totum fideicommissum petere, per *tex. in l. plane §. si coniunctim, cum ibi not. ff. de legat. 1. Soccin. in l. quæ conditio, col. penult. ff. de cond. & demonst. Alciat. cons. 47. num. 5. & 6. lib. 9. & bene distinguit Peregr. de fideicom. art. 9 num. 12. vers. si vero, & fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Liuio 27. Ianuaris 1621. coram Card. Verospio seniori*, communicaturus tamen postea cæteris eorum ratam, si & postquàm comparuerint in iudicio *adgl. in l. vnum ex familia §. rogo, in verb. omnes, ff. de legat. 2. Rot. decis. 162. num. 13. par. 7. recent.*

Quinta tandem, & vltima nullitas deprompta ex forensitate Marchionis Petri Francisci Licitatoris corruit ex facto, quia etsi ipse ratione originis habeteret domicilium in Oppido S. Mariæ, ratione tamen habitationis in Ciuitate Thypherni,
22 † vbi bona possidet, & onera soluit, quæ alij Ciues Thyphernates sufferunt, dicitur subditus ditioni Sedis Apostolicæ *l. domicilium ff. ad municip. l. si in patria C. de incolat. Dec. cons. 661. num. 6. Rot. dec. 211. num. 4. par. 5. rec.* cum non repugnet eandem personam plura habere domicilia in locis diuersis, per *text. in l. assumptio §. viris prudentibus, vbi notant omnes ff de munic ip. Menoch. cons. 329. num. 36. in fin. Rot. dec. 137. num. 13. & 364. n. 6. par. 5. rec.* & fuit dictum in Romana, seu Ianuen.

4. Do-

4. Dotalis 14. Nouembris 1639. coram Reuerẽdiss. P.D. meo Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano.

Ex quibus veraque parte informante responsum fuit pro validitate mandati, reseruato tamen quod particulariter videatur de alijs reseruatis, &c.

R. P D. PEVTINGERO,

Romana Saluiani de Casalibus.

Veneris 4. Martij 1644.

SVMMARIVM.

1 *Causa dotis in concursu potior est, cum reperiatur à iure priuilegiata.*

2 *Priuilegia dotis concessa mulieri non transeunt in extraneum.*

3 *Nec priuilegiũ prælationis in hypoteca egreditur filios ipsius mulieris.*

4 *Facultas alienandi pro dotandis fœminis à Testatore concessa, intelligitur dummodò non adsint bona libera, maximè, quando fuit habita ratio conseruandæ agnationis prout nu. 5.*

6 *Dispositio auth. Res, quæ non habet locum quando à Testatore fuit assignata certa quantitas pro dotandis mulieribus.*

7 *Contra obligatos in forma Cameræ extutiuè agi potest.*

8 *Relatio periti cõcernens probationem statûs probat etiam in alio iudicio.*

DECISIO CLXXVIII.

POSTQVAM Dominis ex benignitate placuisset, post confirmatas sententias Rotales, in quibus à R. P. D. meo Certo, & bon. mem. Merlino pronunciatum fuit Ferranti, & alijs de Casalibus dandam esse immissionem ex remedio vtilis Saluiani interdicti super Domo, de qua agitur pro consequẽdis sc. 44000, eis à q. Bernardino Caffarello relictis, contrà R.P.D. Prosperum Caffarellum Domus possessorem super tet resolutis coram me pro quarta vice denuò andire, hodiè iterum steterunt in decisis non obstantibus motiuis contra decisionem adductis.

Non enim releuat, quòd data æqualitate crediti R. P. D. Caffarelli tanquam Cessionarij Marij d. Domus donatarij, cui bona Bernardini donatoris pro restitutione dotis Faustinę suæ matris sub obligatione Camerali erant hypothecata, ac idcircò æquè, ac Casalibus pro consequutione sui

1 legati obstricta † potior sit causa dotis tanquam de iure priuilegiato ad tradit. *per Calder. cons. 2. de donat. inter virum, & vxor.* & alias contra decisionem allegatas.

Quia, cum præsens iudicium non instituatur à muliere, nec eius filijs, quibus priuilegia dotis

2 competunt, sed † ab extraneo, & cessionario, in quem dotis priuilegia minimè transeunt *per tex. in l. vnica C. de priuil. dotis.* Non potest R.P.D. Prosper priuilegium prælationis allegare tanquã extraneo non competen. *Alex. cons. 58. num. 4.*

3 *lib. 7.* vbi † quòd priuilegium concessum mulieribus, vt in suæ dotis hypotheca præferan. non transit mortua muliere nisi ad filios *Fachinaus* *controuers. iur. lib. 10. cap. 30. §. priuilegium circa med. vers. ad heredes, Fontanella de pact. nuptial. claus. 7. glos. 3 par. 7. sub nu. 2. Cancer. var. resol. cap. 9. tit. de dote, & donat propter Nupt.* Doctrinæ verò in contrarium allegatæ non firmant in extraneum transire prælationem, sed tantum hypothecam sine prælatione, vt post *Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap. 4. num. 61. & 68.* egregiè distinguendo dictum fuit in *Recanaten. manutentionis 27 Iunij 1642. & in Anconitana Dotis 24. Aprilis 1643. coram R.P.D. meo Cerro.*

Nec facit, quòd, cum Bernardinus in fideicommisso dederit facultatem alienandi bona pro dotandis fœminis, propterea actione directa agi possit contrà eius bona, & non subsidiaria *Auth. res quæ*, quia, vt fuit responsum in alia decisione,

4 † etiã huiusmodi dispositiones intelliguntur, quatenùs aliundè dotari non possint ex pluribus allegatis in decisione huius causæ sub die 11. Martij præteriti coram me. Distinctio verò hodiè allata, quòd prædicta conclusio recipien. solum dispositionibus factis in testamento, secus si factis in contractu, DD. non placuit quia ratio quæ suadet præceptum dotandi fœminas iniunctum in testamento intelligi in subsidium, quatenùs aliundè dotari non possint, eodem pariter probat similimodo esse intelligendum præceptum appositum in fideicommisso conuentionali: Immò retenta opinione DD. volentium materiam *Auth. res quæ*, non applicari, vbi fideicommissa sunt ordinata in contractu, & quià prohibitio facta in contractu, fortiùs ligat propter interesse vtriusque contrahentis d fficiliùs erit permittenda alienatio in similibus fideicommissis, illud autem certum est, huiusmodi præcepta de dotandis fœminis indistinctè intelligi in subsidium, & quatenùs aliundè dotes constitui non possint, siuè simus in fideicommisso ordinato in vltima volontate, siuè in conuentionali facto in contractu, vt firmauit in terminis, *Rota coram Card. Seraph. decis. 440. nu. 2.*

5 Quòd † faciliùs admittendum est cum donatio Bernardini facta fuerit pro conseruatione bonorum in agnatione; si enim fideicommittens voluit bona in agnatione conseruari, censeri debet dedisse facultatem alienandi solum deficientibus bonis liberis, aliàs enim si extantibus bonis liberis alienari possint bona, non conseruarentur in agnatione, sed breui temporis tractu fideicõmissum exhauriretur, vt ad propositum ponderant, *Gratian. discept forens. cap. 996 sub num. 7. vers. quia contrariam sententiam Fusar. de substitut. q. 513. sub num. 129. vers. huius opinionis, Rota coram Seraph. d. decis. 440. sub num. 4. vers. hanc sententiam.*

Nec est vera replicatio informantium pro D.

6 Prospero, † quòd *Auth. res quæ* non habeat locum in præsenti casu, quo testator pro fœminis dotandis assignauit certam quantitatem, vt firmauit *Rota decis. 417 cum concordantibus par 4 diuer.*

Quia ex illis verbis Testato is, quod præfatus Marius, & Successores sui respectiuè teneantur dotare congruè, & iuxtà suam qualitatem &c. nec elicitur certa dos, nec quod illa aliter quàm in subsidium alijs bonis liberis non extantibus de bonis donatis non debeatur: Immo implicaret

 contra-

contradictionem Bernardinum post concessionem alienationis ex causa Dotis dixisse bona vinculata alienari non posse, nisi ex causa magnæ necessitatis, & voluisse extrà dispositionem Iuris dictæ *Auth. res quę*, & extantibus alijs bonis liberis absque vlla necessitate illa alienari.

Minùs obstat, quòd mulier non teneatur discutere bona vinculata cum cautione de restituẽdo prioribus, & potioribus existentia penes tertios, sed possit rectà via agere contrà fideicommisso subiecta, vt pluribus allegatis fuit dictum *coram me in Bonon. de Maluetijs* 11. Martij 1643.

Quia hic non agitur de bonis intricatis, quæ sint difficilis exactionis, nec enim opus est per tres sententias conformes instruere iudicium or-
7 dinarium, † cùm creditores, qui pecuniam exegerunt illius restitutionem sub obligatione Camerali promiserint. Vndè censentur quasi principales debitores, contra quos statim rectà via agi potest, ac propterea motiua dictæ *decis. Bonon. de Maluetijs* præsenti casui malè applicantur.

Et ex his fundamentis DD. steterunt in decisis aduertentes insuper Marium R. P. D. Prosperi Auctorem fuisse de dote integralitèr satisfactum, dùm habuit scuta 3. millia redacta ex locis montium, & alia scuta 1500. ex censu Iulij Buffalini, necnon alia scuta 7111. vt apparet ex calculo dato in summario Casalium hodiernæ positionis numero primo, quæ summæ simul collectæ excedunt summam scutorum 9000. in qua dicta dos consistebat, cui calculo, licet Marius contradixisset, tamen eo ipso, quòd in iudicio contentioso cum Auctore R. P. D. Caffarelli per peritum à Iudice
8 electum emanauit, † facit statum, quoad omnes etiam in diuerso iudicio, vt firmauit *Rot. decis.* 352. *num.* 3 *par.* 3. *recent.* cum alijs allegatis in decis. 11. Martij anni præteriti coram me.

Melioramenta vero iterum opposita pro retẽtione Domus nihil prosunt, dum testes, qui etiã de auditu solum deponentes minorem fidem merentur, non firmant, nec quantitatem impensam, neque Domus statum primæuum, & satis per cautionem præstitam de illis reficiendis, quando specificè erunt liquidata, eiusdem Domus possessori videtur consultum.

Et ita vtraq; parte accerrimè informante resolutum fuit &c.

R. P. D. CARILLO.

Rhegineñ, seù Salernitana bonorum.

Veneris 19. *Iunij* 1643.

SVMMARIVM.

1 *Illi venit concedenda manutentio de cuius anteriori possessione constat.*
2 *Clausula constituti transfert possessionem in constitutarium, etiam ad effectum manutentionis.*
3 *Instrumentum confectum ab eo, qui tempore confectionis retinebatur in carceribus nullius est momenti Intellige vt num.* 4.
5 *Quis dicitur inualidè carceratus ob non seruatum iuris ordinem.*
6 *Sententia lata sub die qua non cadebat citatio est nulla, & perindè, ac si lata fuisset, sine citatione.*
7 *Prædicta vero nullitas tollitur quando pars fuit contumax in comparendo die, qua cadebat citatio, & fuit contumacia ab altera parte accusata, tunc enim potest post aliquot dies ferri sententia, etiam absque alia citatione. Declara, vt num.* 9. & 10.
8 *Maximè si in Curia adsit stylus de pronunciando per triduum post accusatam rei conuenti contumaciam.*
11 *H.. ta neu stylus reprobatur à Rota nisi sententia proferatur die immediatè sequenti.*
12 *Stylus tantum habet de potentia, quantum de vsu nihilq. debet in eo suppleri vltrà solitam obseruantiam vt nu.* 13.
14 *Ritus magnæ Curiæ Vicariæ dans paratam executionem non habet locum in Clericis etiamsi sit confirmatus per constitutionem Synodalem, vt num* 16.
17 *Quando agitur de iuramento apposito in obligatione facta in carceribus non videtur esse necessaria absolutio.*
18 *Vt quis dicatur absolutus à periurio ob non obseruantiam contractus iurati tot requiruntur absolutiones, quot fuerunt præstita iuramenta, Contrarium, quòd sufficiat absolutio facta verbis generalibus nu.* 19.
20 *Ille, cui obstat exceptio periurij non repellitur à limine Iudicij, si à parte talis exceptio non opponatur.*
21 *Retentio datur creditori ad quem res peruenit ex causa illius debiti, pro quo vult vti retentione, licèt eum vitio peruenerit.*
22 *Prædicta tamen conclusio non habet locum quãdo creditum non est liquidum, quia compensatio de liquido ad non liquidum non permittitur.*

DECISIO CLXXIX.

CONCESSA coram R.P.D. meo Peutingerio manutentione in bonis, de quibus agitur ad fauorem Ioannis Thomæ contrà D. Principem Satriani, iste adiuit Signaturam, & causam mihi committi obtinuit cum facultate manutenendi quem de iure, quamobrem dubitaui, cui nã sit danda manutentio, & eam esse dandam Ioanni Thomæ fuit responsum, quia tam ex instrumẽto dationis in solutum horum bonorum factæ per ipsum ad fauorem Principis, quam ex depositionibus duorum testium nouitèr examinatorum
1 † constat de eius anteriori possessione, ob quam conceditur manutentio *cap. licet causam de prob. Bart. in l. si duo in princ. nu.* 4. *ff. vti possidetis Couarr. pract. quæst.* 16. *vers.* 12. *in hac controuersia, latè Menoch. de retinend. remed.* 3. *n.* 723.

Non obstat, quòd dicta possessione Ioan. Thomas ceciderit facto proprio, cùm bona huiusmodi dederit in solutum D. Principi suo Creditori cũ
2 clausula † Constituti, quæ transfert possessionem in Constitutarium, etiam ad effectum manutentionis *l. quod me Linterdum ff. de acq. possess. Rota decisio* 151. *num.* 4 *par.* 2. *rec.* & *fuit dictum in Romana palatij* 16. *Nouembris* 1639. *coram me*, quia

quia † cum instrumentum dictæ dationis in solutum fuerit factum tempore quo prædictus Ioan. Thomas prætensus debitor detinebatur in carceribus ad instantiam eiusdem Principis nullius est momenti, vt expressè decidit *tex. in l. qui in carcerem ff. quod met. caus. l. si quis sempronium ff. de hæred. instituend Guttier. de iurament confirmat. par. 1. cap. 57. & seqq. par. 6. recent. & in terminis fuit decisum in Neapolitana domorum 13. Maij 1641. coram Eminentissimo Dmeo Card.* Hieron. *Verospio.*

Et quamuis, † hoc non procedat, quando is, qui obligationem fecit in carceribus erat validè, & iustè carceratus, vt aduertunt *Bart. in d. l. qui in carcerem num. 1. ff. quod met. caus. & ibid. Bald. in prima lectura vers. item etiam, Alberic. num. 2. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 36. in fin. & num 41. Rota decis.* 122. *num. 7. par. 6. recen.* in † præsenti tamen clarè constat de inualiditate carcerationis ob non seruatum iuris ordinem, *Cuman. cons. 157. per tot. Guttier. de iuram. confirm. d. cap. 57. num. 7. vers. diceris, Farinac. tit. de carceribus tom. 2. par. 1. quæst. 35. num. 28. Afflict. decis. 149. num. 1.* Rot. *decis. 26. num 7. par. 6. rec.* Actum † enim fuit vigore litterarum executorialium relaxatarum in vim sententiæ latæ sub die, qua non cadebat citatio, & sic perindè est, ac si sententia prolata fuisset sine citatione, *Bart. in l. aut, qui aliter in princ. & in l. ult. §. final. ff. quod vi, aut cl. Vant. in tit. de nullit. ex defect. citat. nu.* 73. Rot. *decis. 252. num. 2 & decis. 340. nu. 1. par. 1. rec. & decis. 545. num 6. coram* Greg. *XV.*

Quæ † quidem nullitas non tollitur ex eo, quod accusata rei conuenti contumacia in ipsa die, qua cadebat citatio, possit sententia ferri post aliquot dies absque alia citatione, *Bald. in l. cum non eo die num. 1. vers. ego contrariam consului quand. prouoc. non est necess. Doct. in cap. consuluit, & præcipuè Felin. num. 4. vers. & nota de offic. delegat. Decian. consil. 18 num. 212. lib. 1.* † attento maximè stylo Curiæ illarum partium de pronunciando per triduum post accusatam rei conuenti contumaciam Rot. *decis.* 141. *num. 3. coram Durano.*

Quia † hoc non procedit, quando tempore cadentis citationis nomine rei conuenti legitimè comparitum fuit prout in casu nostro factum fuit per coniunctam personam, sicuti fieri potuit in iudicio profano ad defensionem, etiam sine mandato *ad text. in l. sed, & hæ persona ff. de procurat.* Rot. *decis. 6. num. 1. vers. in prophana tamen de procurat. in nouis ibiq. Adden & dec. 34. nu. 1. eod. tit. in antiq.* † qua comparitione attenta reus conuentus non potest dici contumax *c. 2. vbi glos. vers. contumaciter de dol. & contum. l. contumacia in princ. & §. 1. vbi etiam gloss. ff. de re iud. & in terminis dixit* Rota *in decisione 409. num. 2. in fin. par. 1. recent.* † Immò hunc modum proferendi sententias in contumaciam post lapsum diei, qua cadebat citatio Rota alias reprobauit, nisi quando prolata fuisset sententia die immediatè sequenti, vt de magis communi testatur in *decis. 365. nu. 4. par. 1. recent.* sententia verò in præsenti fuit lata post decem dies adeò, quod quatenùs etiam adesset contumacia, & stylus exaduerso allegatus proferendi sententiam per triduum post accusatam

contumaciam esset legitimè probatus, adhuc non
12 posset suffragari vltra triduum, tantum † enim
stylus habet de potentia, quantum de vsu sicut
dicimus de consuetudine *Bald. in l. final. vers. vnū
aliud scias C. communis vtriusq. indic. Caphal. cōs.
26. num. 17. Roland. cons. 94. num. 17. vol. 2. Surd.
cons. 424. num. 43. Rot. decis. 289. in fin. par. 1. rec.*
13 † nihilq. debet in eo suppleri vltra solitam obseruantiam, vt inquit *Bald. in cons. 275. in fin. vol. 2. Surd. cons. 371. num. 3. Osasch. decis 29. nu. 16.*

Prætereà executoriales prædictæ quicquid exaduerso dicatur relaxatæ fuerunt vigore ritus magnæ Curiæ, vt patet ex lectuta sententiæ, & ta-
14 men † ritus magnæ Curiæ non poterat habere locum contra d. Ioi. Thomam Clericum, vt articulo maturè discusso firmata fuit in *Baren. seu Neapolitan. pecuniaria 24. Maij 1641. coram* R. P. D. Roias; *& in Hidruntina pecuniaria 26. eiusdem mensis, & anni coram bon. mem. Merlino allegat. s in decisione huius causæ emissa sub die 13. Iun. superioris anni coram* R. P. D. *meo Peutingero;* & & in hac sententia residet Rota, vt benè examinata materia deducitur in præcitatis, *Baren. & Hidruntina* quicquid ex abbundanti fuerit dictū *in Neapolitana pecuniaria 5. Iulij 1632. coram Eminentissimo D. meo Card. Hieronymo Verospio ibi, & dabat præterea &c.*

15 Nec † releuat assertus stylus illarum partium
dandi viam executiuam ritui magnæ Curiæ etiam contra Clericos, quia quatenùs esset legitimè probatus non esset attendendus tanquam repugnans immunitati Ecclesiasticæ, contra quam penitus exemptam à potestate laicali nullo tempore poterit aliquis stylus induci, seu præscribi, *cap. ad audientiam de consuetud. cap. inter, c. causam quæ de elect. Carol. d. Grass. de effect. 1. nu. 377.*
16 *& seqq.* vbi quod est corruptela, † imò nec sufficere Constitutionem Synodalem fuit declararū in d. *Baren. seu Neapolitana coram* R. P. D. *meo Roias.*

Prout non officit exceptio periurij, quia vltrà,
17 quod in casu, † vbi agitur de iuramento apposito in obligatione facta in carceribus non videtur esse necessaria absolutio per ea quæ tradūt *Rolan. à Valle cons. 2. num. 76. & seqq.* & præcipuè *nu 82. lib. 1. Guttier. de iuram. confirmat. par. 1. capit. 57. num. 16. vers. sed pro contraria,* & sentit Rot. *in decis. 26. num. 49. par. 6. rec.* cessat penitus difficultas ex absolutione obtenta, de qua in hodierno summario num. 5. & quidem omnium iuramentorum in dicta obligatione contentorum, ibi, petijt, obtinuit à iuramento, seù iuramentis in dd. instrumentis præstito, seù præstitis tot quot sint cuiusuis generis, & speciei ad effectum agendi tantùm absolui &c. adeo, quòd dubitari non pos-
18 sit quin † adsint tot absolutiones quot iuramenta prout requiritur *ex Felin. in cap. constitutus, num. 14. de rescript. Paris. cons. 99. num. 18. Rolan. cons. 240. num. 5. lib. 1. Rota penes Zacch. post trac. Gallcs. de obligat. Cameral. dec. 29. num. 3. & 4.*
19 & † quod sufficiat absolutio verbis generalibus concepta tenet *Marescot. variar. resol. lib. 2. c. 84.*
20 *num 6. & seqq.* & † licèt absolutio obtenta fuerit post latam sententiam ab A. C. super inualiditate carcerationis, & obligationis in carceribus factæ

adhuc tamen Ioan. Thomas est audiendus, quia nunquam fuit oppositum de periurio ante absolutionem obtentam ex benè ponderatis per *Surd. consil. 299. num. 2 1. & 22. Crauet. consil. 199. n. 12. vers. tertio respondeo facit Marescott. loco supra citato num. 16.* & sequitur *Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 7 glos. 2. par. 7. num. 7.*

21 Deniquè non facit, quod principi, nisi competat manutentio ob inualidam carcerationem, & obligationem sui debitoris, competat saltem retentio pro suo credito ex allegat. *per Surd. in dec. 46. num. 12. & 13.* quia quicquid sit, an hæc exceptio possit admitti in hac disputatione, certum est quod creditum D. Principis non est omnino liquidum, immò est impugnatum, ac litigiosum cum reus conuentus obtinuerit ab A. C. sententiam reuocatoriam litterarum executorialium quas pro credito prædicto Princeps reportauerat

22 quando † autem creditum non est ita liquidum, vt contrarium non possit probari in petitorio, tùc non competit retentio, vt decidit eadem decisio *Surd. 46. in fin. & decis. 184. nu. 6.* sequitur *Grat. discept. 774. nu. 13. & seq. Rota in decis. 1455. nu. 1. coram Card. Seraphino, & in decis. 539. num. 5. & 6. coram Card. Coualerio.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

R. P. D. CERRO.

Baren. seu Nullius Pecuniaria.

Veneris 26. Iunij 1645.

SVMMARIVM.

1 *Concedenda venit manutentio ei, de cuius anteriori possessione constat.*

2 *Non priuatur quis possessione per immissionem concessam a Iudice, qui nulliter processit.*

3 *Si quis fuerit citatus pro audientia, quæ erit tali die, si illa die non fuit audientia facienda est noua citatio, aliàs decretum de factum absque citatione, & sic nulliter.*

4 *c. Consuluit de offic. de legat. declaratur.*

5 *Defectus citationis suppletur per comparitionem partis.*

6 *Instrumenta dotalia de iure non habent executionem paratam. Declara num. 7.*

8 *Transactio de sui natura habet executionem paratam.*

9 *Decretum si in vna parte sit appellabile est in totum appellabile quod fuit sub vnica verborum structura conceptum.*

10 *Subhastatio, & deliberatio facta post interpositam appellationem à decreto, quod appellationem admittebat, dicitur nulla, & attentata.*

11 *Executio facta post præsentatam inhibitionem A. C. est attentata.*

12 *Clericus non potest se submittere Constitutionibus Laicalibus in præiudicium ecclesiasticæ libertatis.*

13 *Quod procedit, etiamsi interuenerit iuramentum.*

14 *Leges Laicales nullo modo possunt clericos ligare.*

15 *Clericus sicut non potest submittere se statuto laicorum, etiam interueniente iuramento, ita neque illorum foro.*

16 *Clericus potest consentire quod contra eum procedatur executiuè & poterit vigore talis consensus executiuè conueniri secus quando se obligat relatiuè ad aliquod statutum laicale faciendo de illo mentionem.*

17 *Priuilegio concesso vniuerso ordini Clericorum nõ possunt particulares persona renunciare.*

18 *Clericus consentiens simpliciter via executiuæ, non dicitur se subijcere iurisdictioni Laicali.*

19 *Clericus potest voluntariè vti statuto Laicali, sibi, vel Ecclesiæ fauorabili. Declara n. seq.*

20 *Statutum Laicale faciens expressam mentionem Clericorum est nullum, licet sit illis fauorabile.*

21 *Doctrina Abb. in cons. 33. sub nu. 2. vers. respectu secunda partis lib. 2. declaratur.*

22 *Clericus licet non possit in Iudicem laicum consentire potest tamen compromittere in arbitrũ Laicum, & quare.*

23 *Clericus potest ex pacto se subijcere Constitutioni Laicali, dummodo inde non lædatur priuilegium Immunitatis Ecclesiasticæ.*

24 *Ritus Magnæ Curiæ criminaliter procedi mandans contra debitorem periurum.*

25 *Per carcerationem criminalem ex causa periurij irrogatur infamia.*

26 *Iudicium inductum à Ritu Magnæ Curiæ ex causa periurij dicitur iudicium famosum, nec potest à filio contra patrem exerceri.*

27 *Clericus non potest voluntariè se subijcere actui famoso ob præiudicium ordinis Clericalis.*

28 *Iudices sæculares Regni non permittunt in eorũ foro practicari formam obligationis Cameralis imò puniunt Laicos ita se obligantes, & notarios recipientes huiusmodi obligationes.*

29 *Laici possunt prorogare forum Ecclesiasticum eique se subijcere.*

30 *Obligatio Cameralis practicatur in Curijs Ecclesiasticis Regni Neapolis.*

31 *Possessio amittitur etiam ex contractu nullo. Declara vt n. 33.*

32 *Exceptio metus non admittitur in Iudicio possessorio summarissimo, sed reijcitur ad petitorium.*

34 *Obligatio facta per iustè carceratum valida est.*

35 *Retentio bonorum, quæ nulliter ad manus alicuius peruenerunt non datur, nisi creditum sit ita liquidum, vt controuerti non possit.*

36 *Retentio pro aliquo credito tunc datur, quando de illo constat per confessionem partis, aut rem iudicatam.*

DECISIO CLXXX.

DECISIONEM informante tantùm Continisio emisã sub die prima Iulij 1644 hodiè vtraque parte informante DD. confirmarunt, quia cum † anterior eius possessio non possit in dubium reuocari, & concludenter probetur ex Instrumento dationis insolutum, & subsequuta exequutione, subhastatione, & deliberatione bonorum ad fauorem Mirti, sibi concedenda est manutentio vulgato, *§. retinendæ Inst.*

1

2 *de interdict.* Non † obstante immissione per D. Nuncium eidem Mirto concessam, cum hæc vti manifestè nulla non priuauerit Continisium sua anteriori possessione *Iustè possidet ff. de acquir. poss.*

post cum alijs in prima decisione allegatis.

3 Nullitas † enim ex defectu citationis satis probatur, quia decretum fuit interpositum sub die 6. Iulij, & tamen citatio cadebat sub die prima eiusdem, qui defectus euitari non potest ex eo, quod citatio fuerit executa pro prima Congregatione, quæ tamen, vt asserebatur, non fuit habita, nisi die sexta, quia dum citatio cantat pro prima Congregatione, quæ erit die 1. Iulij, si ea die non fuit habita Congregatio, erat iteranda noua citatio pro Congregatione alia die facienda, & in omnem casum, qui prætendit Congregationem non fuisse habitam, nisi die 6. contra expressionem in citatione factam, tenetur hanc negatiuam concludenter probare, alias defectus est inexcusabilis, quia decretũ remanet interpositum post sex dies à die cadentis

4 citationis, quo casu non † intrat dispositio *cap consuluit de off. deleg* quæ locum tantum habet, quando reo non comparente in termino citationis & accusata contumacia per alteram partem, Iudex die immediatè sequenti sententiam tulit, secus si plures labantur dies, vt declarando dictum Textum, explicat *Alex. in l. si finita § Iulianus num 4 ff de damn. infect. cum alijs latè deductis in prima decis. vers Nullitas autem, &c.*

Prout etiam nulla fieri potest vis in eo, quod decretum emanauerit auditis partibus in contradi-

5 ctorio iudicio, quia licet † ex comparitione Partis suppleatur defectus citationis, cuius finis est comparitio, *vt not. Bald. in l. si consentaneum sub numer. 36. C quomod. & quand. Iudex, Vant. de nullit. ex def. ci. cita. num. 17. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. num. 118. Card. Seraph. decis. 1141. num. 4.* Hic tamen non probatur Continisium ea die quæ cadebat citatio comparuisse, quia non constat cõtradictorium fuisse ea die habitum, vti en m notũ est contradictoria solent etiam fieri extra diem citationis ad libitum Iudicis, & partium; vnde cũ possit esse, quod alia die fuerit habitum, quam ea, sub qua cadebat citatio sublatus non remanet defectus citationis ad notat. per DD. *in l. 1 ff. de fer.*

Præterea, vt al as dictum fuit, nullitas est euidens ex alio capite, quia scilicet processum fuit exequutiuè contra Continisium, contra quem tamen exequutiuè procedi non poterat quantumuis

6 debitum prouenit et ex causa dotis, cum de † iure Instrumenta dotalia non habeant exequutionem paratam *Angel. in l. si cum dotem numer. 2 ibique Alex. numer. 6 ff. sol. matr. Reuerendiss. Vrgellen.*

7 *decis. 37. num. 4. & 6.* quicquid † in contrarium dicendum sit, quando agitur ad fructus dotis, qui cum succedant loco alimentorum habent priuilegium viæ executiuæ, in quibus terminis loquitur decisio *Hydruntina pecuniaria 26. Iunij 1641. coram bon. mem. Merlino*, & latè dictum fuit in alia decisione.

Non releuant duo, quæ obijciebantur, alterum, scilicet, quod huiusmodi debitũ proueniat ex causa

8 transactionis, † quæ de sui natura paratam habet executionem *l. non minorem C. de transact. & fuit dictum in alia Baren seu Neapolitana pecuniaria 12. Decembris 1642. coram R. P. D. meo Rojas.* Alterum quod Continisius se obligauerit iuxta formam Ritus Magnæ Curiæ, & expressè consenserit, quod Instrumentum ab eo celebratum haberet paratam executionem, vt sunt verba clara, ibi, *Et si defecerint à prædicta solutione &c. liceat præsens Instrumentum liquidare pro tota summa, &c. seruata forma laudabilis Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, & dicta Regia Nouella Pragmaticæ prima de censibus, &c. Quinimo voluerũt & se contentauerunt &c. quod præsens Instrumentum. in omni sui parte promptam, & paratã, liberam, & explicitam haberet executionem contra præfatos debitores, &c. vt Summ. prima positionis Continisij nu. 2.*

Quantum enim ad transactionem cum ea contineat solam partitam scutorum 400. *Summ. Mirti num. 3.* non poterat executiuè agi pro tota summa, sed solum pro portione in transactione compræhensa; Dum igitur pro tota summa fuit actũ,

9 † Decretumque D. Nuncij sub vnica structura ad integram summam executiuè condemnet, negari non potest, quin ratione indiuiduitatis in totum esset appellabile, *vt notat Franch. in c. si duobus num. 7. de appellat. Alber. in l. etiam § 1. numer. 3. ff de minor. cum alijs late congestis in Viterbien. fideicommissi, seu attentorum 13. Maij 1644. corã*

10 *me.* Ideoque † subhastatio, & deliberatio facta post interpositam appellationem fuit notoriè nulla, & attentata, *cap ad audentiam, & cap. dilecti de appellat. Lancellott. de attent. appellat pend. an phat 17. num. 4. & seqq.* Eoque magis, quia ad eam deuentum fuit, nedum post interpositam appellationem, sed etiam post præsentatam inhibi-

11 tionem † A.C. qua stante erat interim abstinendũ ab executione, nec vlterius procedi poterat absq; incursu attentatorum, *vulg cap. non solum de appellat. in 6. Rota coram Sanct. mem. Grigor. decis. 251. nu. 2. & decis. 305. nu. 1.*

Quod autẽ attinet ad cõsensum, & obligationem Continisij seruata dicta forma Ritus, DD. firmiter adhæserunt responsioni traditæ in alia decisione,

12 quod cum Continisius sit Cleri us † non potuit se submittere Cõstitutionib laicalibus in præiud ciũ Ecclesiasticæ libertatis, *arg. tex in c. si quis Clericus, & c. si delegati, vbigl & Doct. de for. compet.*

13 † etiamsi pactũ iuratum interuenerit, vt post alios tenent *Morla in empor. iur. part. 1. tit de legib. q. 16. num. 4. Marta Doctor. Neapolit. de iurisdict. par. 4. centur. 1. casu 100. num. 1. cum seqq.* Leges

14 † enim laicales nullo modo possunt ligare Clericos si iuxta illorum formam contrahere profitean-

15 tur, vt semper tenuit Rota. A † pari enim ambulant submitti Statuto, & Foro *Alexand. cons. 211. num. 5. in fin. lib. 2. Rimin. sen. cons. 268. num. 23. lib. 3. Surd. cons. 2. num. 14. in fin. vers. nam paria sunt, & cons. 301. num. 16. cum seqq. Rota coram Card. Seraph. dec. 1018. nu 6. & in recent. dec. 42. nu. 6. par. 6.* Vnde sicuti Clericus, etiam volens, per pactum iuratum non potest se submittere foro laicali *per tex. in d. cap. si diligenti*, Ita neque cum eodem pacto iurato poterit se submittere statuto laicorum, *vt in his terminis arguit Mart. vbi supra casu 100. nu. 3.*

16 Nec iuuat replicare posse † Clericum consentire viæ executiuæ, seu quod contra illum executiuè procedatur absque quod lædatur libertas Ecclesiastica, cum eo casu non conueniat ur vigore statuti, vel Constitutionis, sed potius vigore conuentio-

uentionis; & pacti, quod Clerico non est prohibi-
tum, vt bene ratiocinatur, *Abb.cons. 33. sub nu-
mer.2. vers. respectu secunda partis lib.2.* Repli-
catio enim procedit, quando simpliciter Clericus
paciscitur, vt contra eum executiuè procedi pos-
sit, in quibus terminis loquitur *Abb. loco citato*.
Secus quando relatiuè ad statutum se obligat ex-
presse de illo mentionem faciendo, & iuxta illius
formam se obligando, tunc enim videtur se sub-
mittere Constitutioni laicali, Ideoque semper in-
trat præiudicium, & læsio Clericalis ordinis eius-
17 que prinilegij, quod † cum toti ordini sit conces-
sum, non potest eidem à particularibus personis
renunciari, *d.cap. si diligenti, & cap. contingit de
sent.excomm. Abb. vbi supra d.num. 3. & in Ba-
ren. seu Neapolitana pecuniaria 24. Maij 1641.
coram R.P.D.meo Rojas.*

Ratio autem diuersitatis est, patens, quia vbi
18 † Clericus simpliciter consensit viæ executinæ,
non suppoluit se Iurisdictioni laicali, minusque illã
prorogat, prout illam prorogat, quando profite-
tur se contrahere iuxta illius formam, Ideoque in
primo casu nõ læditur libertas Ecclesiastica, prout
19 læditur in secundo, sic enim in simili, licet † Cle-
ricus possit voluntariè vti lege, vel statuto laicali,
20 sibi, vel Ecclesiæ fauorabili, si tamen † lex præ-
fata licet fauorabilis mentionem expressam faciat
Clericorum nulla est, & Clerici etiam volentes
non possunt illa vti; quia in effectu expressa illa
mentio sapit quid Iurisdictionale, & tanquam tra-
hens secum subiectionem in laicalem Iurisdictionẽ
est immunitati Ecclesiasticæ præiudicialis, & in-
fensa *text. est in cap. Ecclesia S.Mariæ de Constit.
Surd.cons.2.& cons.391.num. 13. Carol. de Grass.
de effect. Cleric.effect.2. num.43. cum seqq. & 488.
bene R.P.D.meo Sperell in decis. For.Eccles.decis.
10.num.32.cum seqq. & decis.11.num.30.*

21 Ideo † non refragatur dictum Abb. quia, vt di-
ctum est, loquitur in primo casu, quando scilicet
Clericus stipulatur, vt certo modo conueniri
possit nulla facta mentione laicalis Constitutio-
nis; Nihil autem dicit, quando Clericus se obli-
gat iuxta formam legis, vel statuti laicalis, imò
ex rationibus per eum adductis, deducitur con-
trarium sentire in hoc secundo casu, dum *sub n.1.
vers. & diuersitatis ratio*, admittit, Clericum
22 † consentire non posse in Iudicem laicum, nec
illius iurisdictionem prorogare, ideoque posse
comptomittere in arbitrum laicum, non autem
consentire in Iudicem laicum, ex quo Iudex ha-
bet Iurisdictionem, quam non habet Arbiter, &
quatenus Abb. aliter loqueretur, eius dictum non
esset tutum, nec sequendum tanquam habens in
contrarium tot Authores, & Rotæ resolutiones
supracitatas, & tanquam de directo contrarium
libertati Ecclesiasticæ, in qua materia etiam vm-
bra præiudicij est vitanda *ad not. per glos. & Doct.
in d.c. Ecclesia S. Mariæ de constit.*

Comprobatur hoc fundamẽtum, quia, vt inquit
23 idem Abb. potest † Clericus ex pacto se subijce-
re laicali Constitutioni, dummodo inde non læda-
tur priuilegium Immunitatis, nec præiudicium
inferatur Ordini, vel Collegio Clericali, *vt babe-
tur sub num.2. vers. dummodo talia sint*. In hoc
autem casu ex consensu præstito iuxta formam Ri-
tus Magnæ Curiæ Vicariæ præiudicium infertur
24 toti ordini Clericali, quia † Ritus hic continet
quoddam Iudicium criminale ratione periurij
exercibile contra debitorem illum in carceres
detrudendo, & in pecuniariam pœnam condem-
nando, vt habetur ex Ritu 166. vsque ad 190. &
*aduertit Carauit. super Ritu 171. num.6. Afflict.
decis 46.num.2. Franch.dec.192. sub num. 6. vers.
pro parte facit, & num.17. Ronit. super Pragm. 4.
de Instrum. liquid in fin. num.33. Capic. Latr. Con-
sult.49.num.9. cum seqq. & decis 45.num.10. Ric.*
25 *decis.170.nu.3.par.3.* Per † carcerationem autem
criminalem ex causa periurij irrogatur infamia
*cap. Infames 9. quæst.4. cap. querelam, vbi glos. &
Canonistæ communiter de Iure iur. l. si quis maior,
vbi Doct. C. de transact. Rip. in cap. ex parte num.2.
de rescript. Couarr. cap. quamuis part.1. §.7. nu.4.
de pact. in 6. Seraphin. de priuileg. Iuram. priuil.1.
numer.36. Menoch. de arbitr. casu 319. numer.3.*
& magis in terminis *Franch. d.decis.162. num.8.*
26 Vbi quod † hoc iudicium via Ritus Magnæ Cu-
riæ est iudicium famosum, quod proinde exerceri
non potest à filio contra Patrem; Dum igitur ex
hoc iudicio oritur dedecus, & infamia lædit totũ
Ordinem Clericalem, *iuxta tex. in d cap. contingit:*
27 Vbi † expressis verbis statuitur, non posse Cleri-
cum voluntariè se subijcere actui famoso ob præ-
iudicium totius Ordinis.

Et tanto libentius DD. fuerunt hanc senten-
28 tiam amplexi: Quia † Iudices Seculares Regni
nullo modo permittunt in eorum foro practicari
formam obligationis Cameralis contra laicos,
quamuis ex pacto, & voluntariè ita se obligaue-
rint, immo puniunt laicos, ita se obligantes, &
Notarios recipientes huiusmodi obligationes, vt
notum est versatis in dicto foro, & tamen laici
29 † possunt prorogare forum Ecclesiasticum, eique
se subijcere. Vnde æquum est, & rationi consen-
taneum, vt pariformiter non permittatur Cleri-
cos se obligare iuxta formam laicalium Constitu-
tionum, quibus certum est non posse se subijcere
ex Iuribus supra allegatis, cum præsertim nulla
necessitas cogat permissionem huius Iudicij con-
tra Ecclesiasticos, dum adsunt alia remedia execu-
30 tiua, & præcipuè † illud obligationis Cameralis,
quod practicatur quotidie in Curijs Ecclesiasticis
totius Regni.

His positis non iuuat allegare Continisium fa-
31 cto proprio cecidisse a possessione, quæ † etiam
ex contractu nullo amittitur, & in alium transfer-
32 tur, quodque † meius exceptio reijci debeat ad
petitorium, nec sit discutienda in hoc summarijs-
mo possessorio, pro quo sufficit sola renunciatio ex
adductis *per Rot. in Ciuitatis Castelli bonorum
5. Maij 1632. coram R.P.D. meo Ghisilerio, quæ*
33 *est 122. num.6. part.6. recent.* Conclusio † enim
non procedit, quando actus est nullus ex defectu
consensus, prout est quando per metum celebra-
tur, tunc enim possessio non transfertur, nec
amittitur cum sine animo nec amitti, nec trans-
ferri valeat, vt probat *Bart. in l. non dubium nu-
mer.15. Cod. de legibus, & fuit dictum in* Neapoli-
*tana Domorum 13 Maij 1641. coram Eminentis-
simo* D.*Card. Verospio, cum alijs adductis in alia
decisione*. Quibus addi possunt *Rota coram Sact.*

mem.

memor. Gregor. decis. 194. num. 28. & coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 155. nu. 23.

Decisio verò in causa Ciuitatis Castelli bonorū non aduersatur, quia eo casu carceratio erat iusta, vt habetur *ibidem num. 7.* Ideoque bene infertur,

34 quod obligatio † facta per iniustè carceratum valida sit, hic autem carceratio est iniusta, vlteriùs ibidem non aderat antecedens protestatio, quæ concurrit hoc casu, hæc enim cum remoueat cōsensum ab actu, impossibile est, quod actus ille fit habilis ad transferendam possessionem ex authoritatibus supra adductis, & latius in prima decisione.

35 Quod † autem saltim concedi debeat retentio licet nulliter hæc bona deuenerint ad manus Mitti, Dominis non placuit; quià, cum eius creditum non sit ita certum, & liquidum, vt contrarium in petitorio probari non possit, non intrat retentio, *vt bene declarat Surd. decis. 46. in fin. & decis. 148. num. 5. Rota apud Posth. de manutent. decis. 323. num. 24. & coram Cardin. Caualer. dec.*

36 *539. num. 5. & 6.* Quod † ad effectum, vt competat retentio requiritur confessio Partis, aut res iudicata, *& fuit dictum in supracitata Reginen. seu Salernitana coram R.P.D. meo Carillo, & in Romana retentionis Domorum 23. Maij 1642. coram R.P.D. meo Ghislerio, & in Senogallien. bonorum 15. Maij 1645. coram me.*

Et ita vtraq. &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Pecuniaria.

Luna 9. Iunij 1636.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio, non solum si concludenter probetur; verum etiam, si legitimis coniecturis iustificetur infringit vim obligationis Cameralis.*

2 *Simulatio probatur leuioribus probationibus arbitrio Iudicis, si non agatur de simulatione fraudulenta, quæ contineat delictum.*

3 *Simulatio de persona ad personam, non est iuris exosa ubi seclusa sit fraus contrahentium.*

4 *Simulatio de persona ad personam probatur etiā si non doceatur de causa simulationis.*

5 *Satisfactio, & quietantia tollunt quamcumque obligationem.*

6 *Ex instrumento, in quo fuit nominata ficta persona nullum ius illi acquiritur; sed tantum vero contrahenti.*

7 *Simulationis præsūptio oritur, si contrahens erat in necessitate tempore contractus in quo exponere debebat magnam pecuniarum summam.*

8 *Simulatio conijcitur ex ratione propria vtilitatis, & existimationis tuenda, & cohonestādi contractum.*

9 *Simulatio probatur ex eo quod causa sit probabilis, & à contrahentibus tantum pro vera opinata.*

10 *Simulatio arguitur ex eo quod quis soleat simulatè contrahere, & num. 11.*

12 *Simulatio arguitur ex consanguinitate, & familiaritate personarum, sub quarum ficto nomine contrahitur.*

13 *Simulatio personæ in contractu quando præsumatur.*

14 *Fides extraiudicialis licèt regularitèr fidem non faciat fallit tamen quando fuit facta ab aliquo Magnate.*

15 *Fides adhibenda venit vnico testi attenta qualitate personæ, & informatione negotij, ac de facto proprio deponenti.*

16 *Fides licet sit priuatæ personæ, tamen si sit adminiculata & concurrat verisimilitudo probationem facit.*

17 *Testi deponenti de facto proprio maior fides adhibenda venit.*

18 *Libri alicuius probant contra ipsum.*

19 *Fœminæ sunt auarissimæ.*

20 *Matronas Ianuenses non est præsumendum, retinere pecunias otiosas, repugnant enim mores Patriæ.*

21 *Genuæ mulieres se in mercimonijs exercent nec pecunias otiosas detineant.*

22 *Diuturna creditoris taciturnitas est præsumptio simulationis.*

23 *Simulatio arguitur ex ingenti summa inuerisimiliter soluta.*

24 *Iudex dicitur legis auxilium.*

25 *Iudex controuersias à lege non diffinitas arbitrio suo a probabilibus argumentis, & coniecturis regulato terminare debet.*

26 *Simulatio contractus apparere solet ex qualitate personarum, ac facti circumstantijs.*

27 *Exceptio nullitatis, quando apparet ex ipsa lectura instrumenti retardat executionem obligationis Cameralis, & cuiusuis iudicij executiui.*

28 *Ad hoc vt dicatur satisfactum statuto Vrbis lib. primo cap. 151. requirenti quòd exprimatur iudici causa contractus, necesse est, quòd causa expressa non sit generalis, sed specialis, & quare?*

29 *Causa generalis expressa in obligatione, seu alienatione bonorum mulieris, vel pupilli non sufficit, nec substinetur decretum Iudicis, quod nisi super vero indiuiduo actu specialiter interponatur non dicitur habere fomentum Iuris.*

30 *Decretum Iudicis in contractibus Mulierum, & minorum interponen. non debet fundari super incertis, & futuris contingentibus, quæ non patet de tempore contractus?*

31 *Decretum Iudicis approbans contractum non extenditur de vno actu ad alium, nec de maiori ad minus.*

32 *Decretum Iudicis non substinetur, nisi bene discusserit, An causa allegata pro celebratione contractus sint vrgentes & iusta.*

DECISIO CLXXXI.

IN vim instrumenti, quod Camerali obligatione vallatum est, Auditor Cameræ decreuit mandatum contrà Hæredes bon. mem. Excellentissimæ D. Ducissæ Sforriæ, pro cambio sc. 3000. ad fauorem D. Isabellæ Sauliæ, à quo interposita appellatione, Signatura mihi causam commisit, vt procederem ad legitimam executionem: Et pluries discusso articulo, An esset procedendum ad vlteriora in executione, tandem hodiè Domini responderunt negatiuè.

Insi-

Insistens potissimum super simulatione contra-
1 ctus cambij, quæ, † vbi probatur, solet infringe-
vim obligationis Cameralis, nedum si per Testes
vel ex inspectione Instrumenti patens sit, sed etiam
si ex legitimis coniecturis & præsumptionibus Iu-
ris, aut hominis concludenrèt iustificetur, vt scrip-
serunt *Socc. senior cons. 27. num. 30. lib. 4. Galles. de*
oblig. Cam. quæst. 18 n. 5. Farin. de simulat. q. 162.
num. 64. Rot. apud Cæsar. de Graß decis. 16. nu. 10.
de probat. & in decis. 25. num. 2. ac decis. 116. n. 3. &
decis. 150. nu. 14. post eund. Galles. de oblig. Camer.
2 Prout † coniectutis, & præsumptionibus, & ijs
quidem leuioribus arbitrio Iudicis selectis, con-
cludentèr probari etiam contra publica Instrumē-
ta, vbi non agitur de simulatione fraudulenta, quę
contineat delictum, sed de simulaatione de persona
ad personam, nemini ex contrahentibus pernicio-
sa; docuerunt *Crauett. cons. 156. numer. 7. & 13.*
Aecc. cons 52. num. 45. Aldobrand. cons. 95. num. 2.
lib 1, Odd. cons. 100. num. 4 Bellon. Iun. cons. 20 n: 1.
Rota decis. 802. nu. 1. & 5. par. 4. diuers. & decis 99.
num. 5. par 5. diuers. & in decis. 29. num. 1. post 1.
vol. cons. Farinac. & in recent. decis. 741. num. 5. &
6. par. 3. atque in terminis similis Cambij *Anel.*
3 *decis. Neap. 20. num. 6.* Immo † duas tantum suf-
ficere coniecturas ad hanc probationem simula-
tionis de Persona ad personam, quia Iuribus non
est exosa, vbi seclusa sit fraus contrahentium, tra-
dunt *Becc. d. cons. 52. nu. 47. Farinac. de simulat. q.*
162. nu. 106. & cons. 201. num. 54. & cons. 133. nu.
14. & 27. Grat. discept. foren. cap. 950. num 46. Rot.
4 *in rec. decis. 283. num. 13. par. 5. recent.* Adeò † vt
neque opus sit in hoc genere simulationis proba-
bare ad fuisse causam simulandi *Card. Mantic. de*
Tacit. lib. 8. tit. 25. num. 34. & lib. 13. tit. 35. num. 7.
Farinac. de simulat. d. q. 162. num. 139. Grat. discep.
foren. cap. 878. num. 19. & 950. num. 46. & 47. quæ
tamen causa hic non deficit, vt infrà ostendetur.

Hancque simulationis exceptionem, eò magis
amplexi sunt Domini, quia ex ea, quotiescumquè
legitimè probatur, animaduersum fuit resultare
etiam exceptionem satisfactionis, & quietantiæ,
5 † quæ proculdubio tollit quamcumque obligatio-
nem §. 1. *Institut. quibus modis tollitur oblig. Rot.*
apud Card. Seraph. decis. 814. num. 1. & alibi pas-
6 sim † Cum enim ex dicto Instrumento non fuerit
acquisitum ius vllum D. Isabellæ personæ fictæ, &
suppositæ; sed D. Thomę vero contrahenti iuxtà
tradita per *Bald. in l cum precibus num. 3. in fine*
C. de probat. Franc. Marcb. decis. 46. num. 5. par. 1.
Grat. discept. foren. cap. 878. numer. 19. & cap. 950.
num. 46. Bim. cons. 136. num. 6. & cons. 255. nu. 18.
Rot. apud Card. Seraph. decis. 660. num. 5. & decis.
1210. num. 6. consequentèr dum idem D. Thomas
de anno 1632. fecit amplissimam quietantiam in
fauorem D. Ducissæ pro quibuscumque creditis, &
contractibus cum eadem D. Ducissa gestis pro hoc
etiam cambio ad ipsum spectante, quietasse cen-
setur eandem Ducissam.

Constare autem de simulatione, & quòd reue-
ra contractus, & pecuniæ spectarent ad D. Tho-
mam, non autem ad D. Isabellam, & deprehen-
debant DD. ex multis coniecturis.

7 Prima, † & præcipua, quæ pro causa etiam si-
mulationis deseruit, ea fuit quod D. Thomas ære
alieno valde grauatus erat coactus mercaturam
deserere, foroq cedere, & a Creditoribus, & Fi-
sco acriter vexabatur, Vnde è re sua non erat pu-
blicè exponere tam ingentem pecuniarum summā
& præbere ansam suspicioni suæ integritatis, ma-
gisque ei consultum erat sub nomine Matris pe-
cunias locare, cuius tanquam Viduæ & ingenuæ
Matronæ causa erat speciosior, & fauorabilior
8 quod † propriæ vtilitatis, & existimationis tuen-
dæ motiuum, ac ratio cohonestandi contractum
magnam præbet coniecturam, & causam simula-
tionis, & quidem veram iuxta tradita per *Calcan.*
cons. 26. num. 17. vers. est etiam alia Roland. cons.
40. num. 37. lib. 2. Crauett cons. 156. num. 18. Rota
decis. 99. num 4. par. 5. diuers. cum tamen ad hunc
9 effectum † sufficiat causam esse probabilem, & à
contrahentibus tantum pro vera opinatam, vt cē-
suerunt *Crauett. cons. 88. num. 15. Farinac. de si-*
mulat. quæst. 162. num. 138. D. Camill. Gypsius ad
decis. Bonon. 75. vers. 3 absentia Rot. in decis. 140.
num. 4 post 1. vol. cons. Farinac. & in recent. decis.
decis. 813. num. 1. par. 2. Adden. ad Sant. mem. Greg.
XV. decis. 157. num. 27. vers & talis causa, & fuit
dictum in Auenionen. Simulationis 29. Ianuarij
1635. coram R: P. D. meo Panzirolo.

10 Secunda insurgit coniectura ex eo, quòd † Tho-
mas solitus erat Cambium exercere sub alieno no-
mine, vt constat ex Testium, & Notariorum de-
positionibus, & datur Instrumētum pro sc. 10000.
sub nomine D. Caroli fratris, qui tunc erat ado-
lescentulus, & Ioannis Bosij familiaris eiusdem
D. Thomæ, quod Instrumentum respectu Bosij
visum fuit valdè suspectum, cum certum sit Bo-
sium tam notabilem pecuniarum summam nō po-
tuisse exponere ad Cambium, nec non etiam pro-
batur eundem Thomam contraxisse aliud Cambiū
scutorum 4000. sub nomine Petri fusim Præfecti
Domus D. Ducissæ, atque Societatem Officij cum
D. Comite Cæsare Tassono sub nomine eiusdem
11 D. Ducissę, in † hac autem materia simulationis
mores vniuscuiusque, & instituta, ac solitum con-
trahendi sunt plurimum perpendenda, vt monue-
runt *Capoll. in tract. de simul. contract. num. 149.*
Farin de simul. quæst. 162. num. 159. Menoch. præ-
sumpt. 122. num. 100. lib. 3. Rot. decis. 71. num. 6. post
12 *1. vol. consil. Farinac.* Ponderando † etiam qua-
litatem consanguinitatis personarum sub quarum
ficto nomine contraxit, ex qua simulationem etiā
argui voluerunt. *Paris. cons 143 numer. 22. lib. 4.*
Annell. decis. Neap. 20. num. 7. Bellon. iun. cons. 20.
num. 7. Rot. decis. 68. num. 4. & decis. 237. nu. 8. p. 5.
diuers. & decis. 71. num. 7. post 1. vol. cons. Farinac.
13 Tertia † vrget coniectura, quæ multum mouit
Dominos, deducta ex attestatione Excellentissi-
mi D. Ferdinandi Vrsini, qui interfuit instrumen-
to Cambij, tanquàm proximior consanguineus;
is enim affirmat, dum diffidia quædam suborta
essent inter eandem D. Ducissam, & D. Thomam
ipseque, D. Ferdinandus mediator constitutus
fuisset. *Esso Signor Tomasso* (sunt verba D. Fer-
dinandi) *mi disse che ogni volta, che detta Signo-*
ra Duchessa hauesse aggiustato il suo cōto, nel qual
pretendeua di restar Creditore di più di 2000. scu-
di, hauerebbe cassato l'instromento del Cambio di
5000. scudi fatto à fauore della Signora Isabella,
e che

e che essa teneua ancora acceso questo instromento per contrauuolo al suo preteso credito, e se lo (nempe idem D. Ferdinandus) *hauesse voluto l'hauerebbe cassato all'hora, purche io poi fossi Arbitro delli suoi pretesi interessi.* Si ergo tam audacter D. Thomas pollicebatur se abolicurum esse Instrumentū Cambij scutorum 5000. & distulisse asserebat vsq. tunc, vt contraponeret *al suo preteso credito di 2000. scudi*, ergo Cambium illud scutorum 5000. non spectabat ad D. Isabellam, sed ad eundem D. Thomam, & conferunt tradita per *Rotam dec. 74. num. 7. p. 3. recent.*

Et quamuis attestatio hæc D. Ferdinandi iurata
14 quidem, & recognita sit, † sed extraiudicialis, & regulariter fides non faciat fidem, *Cas. de Grass. decis. 2. num. 12. de sponsal. Rota coram Card. Seraphin. decis. 106. num. 3. & apud S. mem. Greg. XV. decis. 214. num. 2.* tamen cum versemur in attestatione Magnatis, cuius præcipua integritas, & animi candor æquè respondet Inclytæ generis Nobilitati, plurimum videtur attendenda ad notata per *Bald. cons. 248. num. 3. lib. 1. Gabr. cons. 51. n. 8. lib. Rot. apud Cardin. Mantic. decis. 325. num. 1. in fine, & in Auenionen. Simulationis 29. Ianuarij 1635. coram R. P. D. meo Panzirolo*, in quibus decisionibus pro simulatione præsumenda magni facta fuit attestatio extraiudicialis Rectoris Societatis IESV, & Præpositi Theatinorum; Cum
15 † & vnico Testi attenta Personæ qualitate, & informatione negotij, ac de facto proprio deponenti fidem esse adhibendam censuerit *Rota apud S. mem. Greg. XV. decis. 537. num. 2. & in Romana Pecuniaria de Astallis 1. Februarij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Pirouano.* Præsertim vero
16 qui † eadem attestatio nedum est suffulta adminiculis, quibus concurrentibus, iunctaque verisimilitudine, fidem etiam simplicem alicuius priuati probationem facere dixit *Rota decis. 122. n. 7. par. recent. & in decis. 323. num. 2. par. 5. diuers. & in Caetana Beneficij 9. Februarij 1618. coram bo. me. Buratto*; sed etiam Testium depositionibus innitur. Primus enim Testis ait, *La Signora Duchessa Sforza mi hà detto, che io facessi instanza al Signor Tomasso, che essendo stata pagata la somma del Cambio di 5000. scudi, e 1500. scudi douesse cassare detto Instromento, detto Signor Tomasso mi rispose, che era il douere*; & paulò post. *Finalmente hauendole io più volte fatto instanza, & importunatolo à nome di detta Signora Duchessa, mi disse detto Signor Tomasso liberamente, che non lo volena cassare, perche lui haueua cert'altre pretensioni con la Signora Duchessa, e che voleua tenere accesi i Cambij per sua sicurezza.* Et quintus testis inquit. *Due mesi auanti, che morisse la Signora Duchessa Sforza, auanti al Sig. D. Ferdinando Orsini, io in nome di detta Signora Duchessa feci instāza al Signor Tomasso, che volesse consentire alla cassatione del Cābio di 5000. scudi, conforme ne haueua dato parola delli scudi 10000. mi rispose, che desideraua esser auanti, & doppo, che fu stipulato l'instromento seruitore di detta Signora Duchessa, e mi mostrò vn Bilancio, che haueua dato in mano al Signor D. Ferdinando, e, se ben mi ricordo, pretendena 2500. scudi in circa. Io le replicai, che non haueua da fare questa partita di scudi 5000. con quella, lui si risolse al Signor Don Ferdinando, che hauesse procurato la sua sodisfattione, che haurebbe cassato l'instromento delli scudi 5000.* Et paulo post subdit idem Testis. *Et vn'altro giorno detto Signor Tomasso disse à detto Sig. D. Ferdinando, se Vostra Eccellenza commanda, ch'io cassi detto Instromento di scudi 5000. lo casserò, con rimettere ogni cosa in sua mano*; quæ depositiones respondent ad vnguem attestationi eiusdem D. Ferdinandi, cui etiam consonat similis attestatio D. Antimi Vrsini omni exceptione maioris. Et dicta horum Testium magnificienda esse videbantur, cùm sint de toto hoc negotio apprimè instructi, alter enim erat Præfectus Domus D. Ducissæ, cuius consilio, & opera in contractibus gerendis eadem vtebatur; alter verò est Notarius,
17 qui Instrumentum excepit, Vnde † tanquam de facto proprio deponentes maiorem fidem merentur, *Rota apud Caputaq. decis. 271 par. 3. & coram Card. Seraph. decis. 1163. num. 6. & apud S. mem. Greg. XV. decis. 521. num. 2. & seqq.*

Ex quibus Domini deprehenderunt, nedum Cambium scutorū 5000. verè spectasse ad D. Thomam, sed etiam fuisse, extinctum in illo Cambio scutorum 10000. attentis præsertim verbis attestationum DD. Ferdinandi, & Antimi, quibus subdunt, D. Elisæum Bartholum Iudicem ad interponendum in contractu decretum, interrogasse, in quam causam essent eroganda illa scuta 10000. & responsum fuisse, *che si pigliauano per pagar Creditori, cioè per 1500. scudi di vn Cambio, doue era obligato io* (idest D. Ferdinandus) *& 5000. altri scudi per vn'altro Cambio.* Et quia Instrumentum Cambij scutorum 5000 erat sub nomine D. Isabellæ Matris D. Thomæ. *Il Signor Tomasso disse, ma bisogna venire la procura di mia Madre, & lo casserò.* In quo concordant etiam duo prællegati Testes; Primus enim ait, *che essendo stata pagata la somma de i Cambij di scudi 5000. & 1500. doueuan cassarsi detti Instromenti, detto Signor Tomasso rispose, che era il douere, & che li hauerebbe fatti cassare*: & Quintus Testis idem etiam deponit, vt ex lectura apparet.

Quartam recensebant DD. coniecturam, quòd dum ageretur de componendis diffidijs inter Ducissam, & Thomam à Viuentio Calculatore exhibitus fuit calculus, continens partitam Cambij scutorum 5000; sub credito Thomę, desumptam
18 ex libris eiusdem Thomæ, quos † contra ipsum probare veritatem descriptionis non est dubium, *l. quaedam §. nummularios, & ibi glos. ff. de edendo, Bart. in l. admonendi num. 26. ff. de iur. iur. Hond. cons. 39. num. 54. lib. 2. Rota apud Card. Caualerin. decis. 626 nu. 1. & 3.* & sic simulatio nominis Isabellæ euincitur.

Quintam gignit coniecturam magna inuerisimilitudo, quòd Isabella, quam nullis officijs, vel amicitia sibi deuinxerat D. Ducissa, dederit istas pecunias, absque vllius fideiussoris accessione, & quòd est intolerabilius, per annum etiam fructus
19 remiserit, quod † maximi pendendum est in fœmina cuius sexus auarissimus est *l. sed si ego vbi DD. ff. ad Velleian. Castren. cons. 343. nu. 3. lib. 1. Card. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit.*

20 tit. 17. num. 1. & † in Matrona Ianuensi, cuius
Patriæ mores non suadent hanc liberalitatem, atq.
vt notabilem pecuniarum quantitatem otiosam
per annum retinuerit, vt in puncto aduertit Rota
21 Ianuensis decis. 159. num. 9. vbi quòd † Genuæ ip-
sæ etiàm Mulieres, nè momento quidem tempo-
ris, permittunt pecunias remanere otiosas; sed
mercimonijs lucra aucupantur. Præsertim dum
Thomas eius filius magno ære alieno laborabat;
ipsa verò D. Isabella marito orbata pro repeten-
dis suis dotibus, Creditores vrgebat, ità vt eò
minus censendum sit, illam æquo animo passam
fuisse iacturam lucri pecuniarum, ex traditis per
Alex. cons. 183. num. 17. vers. & hanc partem l. 6.
Surd. decis. 105. nu. 3. Rot. decis. 813. numer. 8 par. 1.
diuers. & illi omninò ignota erat D. Ducissa, &
absens, quod ad effectum simulationis ponderant,
Paris cons. 54 n. 70. lib. 1. Farinac. de simulatione
quæst. 162. num. 180. Rot. decis. 116. num. 5. par. 2.
diuers. quæ rationes non ita vrgent in D. Thoma,
qui facilè potuit mutuare istas pecunias D. Du-
cissæ, à qua pluribus cumulatus fuerat beneficijs.

Sextà omissis alijs, concurrit coniectura, quòd
per multos annos non constat de litteris Cambij,
dell'andata, e del ritorno solemnitèr confectis, nec
quòd legitimè fructus fuerint soluti, & licèt modo
petatur tantùm sors, tamen ex eo quod fructus nō
fuerint per annos soluti, vehemens resultat præ-
sumptio, vel quod Cambium scutorum 5000 verè
fuit extinctum in illo Cambio scutorum 10000.
iux. attestationes Excellentissimi D. Ferdinandi,
& D. Antimi de Vrsinis, & Testium depositio-
nes, vel quod verè Cambium spectaret ad D. Tho-
mam, qui propter commoda, quæ reportabat ab
eadem D. Ducissa, potuit negligere rigorem con-
22 tractus, & exactionem, & † certum est diuturnam
Creditoris nempe Isabellæ taciturnitatem inferre
crediti simulationem, Menoch. præsumpt. 126. n 6
lib. 3. Giurb. decis. 22. nu. 18. Annell. decis. Neap. 20
num. 7 par. 5 diuers. & decis 59. nu. 13. & 14. post
Cinc. de censib tom. 2. Et probandum esset, quo-
modo ad Vrbem, magnam hanc pecuniarum quā-
titatem D. Isabella transmiserit, quod dum est
prætermissum, simulatum paritèr infertur Cam-
bium, ad trad. per Aald. cons. 249. nu. 3. vers. Item
23 vnde sunt lib. 1. & † ingens summa inuerisimili-
ter soluta simulationem arguit Rota in Immolen.
Pecun. 3. Iulij 1628. coram bon. mem. Card. Virile,
& in Auenionen. Simulationis 29. Ianuarij 1635.
coram R. P. D. meo Panzirolo.

Epistola vero, quæ datur ad ostendendum, quod
etiam post Instrumentum Cambij scutorū 10000.
vigeret primum Cambium scutorum 5000. visa
fuit DD. non sufficienter recognita, & multum
affectata, in qua caracter D. Ducissæ legitur solum
in calce subscriptionis eius nominis, & cognomi-
nis, tenor vero Epistolæ totus videtur conscriptus
manu eiusdem D. Thomæ, & subscriptio Excellē-
tissimæ D. Ducissę, est in extrema folij parte,
quod non congruere videbatur eius dignitati, &
auget inuerisimilitudinem Epistolæ, iuncto etiam,
quod dicebatur D. Ducissam consueuisse tradere
D. Thomæ folia huiusmodi in albo subscripta, &
tot alijs supra deductis simulationem Cambij sua-
dentibus. Cumque vim, & pondus coniecturarum
Doctor. ponant in prudentia, & æquo Iudicis ar-
24 bitrio † qui tanquam auxilium legis prout illum
appellat Eguinard. de diuidu. cap. 4. numer. 11.
25 directione rationis ad veritatem obscuras † facto-
rum controuersias sub lege non comprehensas, ex
probabilibus argumentis deffinire debet, & quanti
sint faciendæ coniecturæ solerter rimare, vt monue-
runt Menoch. præsumpt. lib. 1. q. 5. nu. 8. & 10. q. 7.
num. 26. Surd. decis 23. num. 7. Farinac. de simulat.
q. 162. num. 105. Bursat. cons. 175. num 17. Bellon.
Inn. cons. 20. num. 2. Rot. decis. 68 num. 1. ad fin. p. 5.
diuers.
26 Domini omnibus † insimul ponderatis coniec-
turis supra expressis, nec non etiam qualita-
te personarum, circunstantijs facti, ac serie totius
negotii prout hæc omnia coaceruatim in hac ma-
teria simulationis perpendenda consulere, Gabr.
cons. 51. num. 10 lib 2. Becc cons. 52. n. 83. Farinac.
con 201. num. 59. Rota decis. 71. num. 8. post 1. vol.
cons. Farinac. & in Auenionen. simulationis. 29. Ia-
nuarij 1635. coram R. P. D. meo Panzirolo, Cen-
suerunt satis constare de simulatione contractus
Cambij, de quo agitur, ita vt non sit procedendū
ad vlteriora in executione.

Quam Instrumenti executionem, amplius ex
abundanti aliqui ex Dominis existimabant retar-
dandam esse, exceptione nullitatis, ob non ser-
uatas in contractu istius Cambij solemnitates,
quas statutum Vrbis in contractibus mulierum
27 requirit lib. 1. cap: 151. quæ † nullitatis exceptio,
vbi ex instrumenti inspectione apparet absque alia
extrinseca probatione, admittitur contrà obliga-
tionem Cameralem, & in quocumque alio execu-
tiuo Iudicio, vt docuit Gall. s. de oblig. Cam. q. 3.
num. 3. & 4. & ibidem Zacch. n. 4. Honded. cons. 17
num. 5. lib. 2. & pluries respondit Rot. vt in dec. 27.
num. 2. & decis. 36. num. 2 post eundem Galles. & in
Rom. Hæreditatis de Agazzarijs 11. Aprilis 1622.
coram bon. mem. Remboldo.

Defectus autem solemnitatum desumebatur ex
28 defectu causæ, quia † Statutum Vrbis cap. 151.
lib. 1. requirit, vt Iudici inscriptis causa exprima-
tur, insinuetur, & plenè discutiatur, in hoc verò
Instrumento Cambij nulla est adiecta causa, nisi
genericè pro suis indigentijs, quæ tanquàm nimis
vaga, & generalis non videtur sufficere, quia non
est satisfactum intentioni statuti, requirit enim
discussionem causæ, vt si deindè tractu temporis
detegatur eam fuisse erroneam, contractus possit
impugnari, quæ facultas impugnandi adimeretur,
si non exprimatur causa particularis, vt bene ob-
seruat. Picus ad statutum Vrbis dicto cap. 151.
glos. 22. num. 4. & censuit Rot. in Rom. releuationis
indemnitatis, coram Ortembergo, quæ est apud
Marches. de commission par. 1. fol. 903. in fine, in
Romana donationis de Cassanis 3. Aprilis 1620. co-
ram bo. mem. Card Sacrato, & in Romana Hære-
ditatis de Agazzarijs 11. Aprilis 1622. coram bon.
29 mem. Remboldo & † regulariter in casu alienatio-
nis, vel obligationis bonorum minoris, aut mu-
lieris, non sufficit exprimere in genere, & decre-
tum generale non sustinetur, cùm genus inducat
obscuritatem, sed necesse est, vt motiua specialiter
in causæ cognitionem, & decretum deducantur,
cùm ipsa causæ cognitio non in genere, sed super
certo

certo indiuiduo actu specialiter, & limitatiuè interponi debeat, ad hoc vt decretum dicatur habere fomentum iuris, ita eleganter dixerunt *Adden. ad Roman. singular. 217. & sequitur Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. sub num. 95. vers. altera est ratio, & lib. 2. tit. 5. num. 51. Manent. decis. 22. num. 12. & 13.* Neque suffragari videtur, quòd in alio Instrumento pro alio cambio celebrato, fuerit declaratum indigentias esse occasione itineris in Galliam, quòd tunc meditabatur D. Ducissa, quia huiusmodi expressio facta fuit in diuerso instrumento, coram alio Iudice, & alijs testibus post

30 multos dies confecto, decretum † autem Iudicis non potest fundari super incertis, & futuris contingentibus, quæ de tempore contractus non patent, *l. item eorum, §. sed si ita, ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine, & aduerterunt Bero. cons. 183. num. 2. lib. 1. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 39. Bardell. cons. 58. nu. 37. & 38. Manent.*

31 *decis. 7. num. 29.* stricteq. adeo † agitur in hac materia decreti Iudicis circa approbationem contractuum, vt non sit facienda extensio, seu illatio de vno actu ad alium, nec de maiori ad minus, *l. si pupillorum, §. si prætor. ff. de reb. eorum, & benè Ad-*

32 *den. ad Rom. singular. 247.* Et † quotiescumque deprehenditur non fuisse per Iudicem adhibitam diligentem causæ cognitionem, scrutando fortunas & statum contrahentis de illo tempore, inquirendo super eius redditibus, & an contrahere expediat, & discutiendo causas allegatas, an sint vrgentes, & iustæ pro ære alieno faciendo, vt præcipitur *in l. magis puto, ff. de reb. eorum,* tunc decretum Iudicis non substinetur tanquam sine debita causæ cognitione interpositum, vt declarant *Alex. cons. 218. num. 9. & 10. lib. 2. Paris. cons. 98. number. 19. lib. 1. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. num. 8. & 9. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 9. num. 47. & seqq. & dixit Rot. apud Card. Cauall. decis. 257. num. 10 & in Rom. nullitatis contractus 5. Decembris 1633. coram me,* prout in casu præsenti de omissione huiusmodi causæ cognitionis apparet, dum nec explicatæ fuerunt causæ, quas discutere potuerit Iudex.

Et ita vtraque parte pluries informante resolutum fuit non esse procedendum ad vlteriora in executione.

R. P. D. MERLINO.

Romana nullitatis obligationis.

Veneris 31. Ianuarij 1625.

SVMMARIVM.

1 *Causa ciuilis præiudicat criminali si vna sit exclusiua alterius, & sententia lata in vna pariat exceptionem rei iudicatæ in altera.*

2 *Et ad hunc effectum sufficit sola possibilitas præiudicij.*

3 *Minoris obligatio facta sine debitis solemnitatibus, & præsentia tutoris est nulla.*

4 *Ætas probatur ex fide Baptismi.*

5 *Statutum Vrb. cap. 151. habet locum nedum in iuramento promissorio, sed etiam in assertorio.*

6 *Minor eadem facilitate præsumitur inductus ad iurandum se esse maiorem, sicut contrahen.*

7 *Minor omissis solemnitatibus iurans se maiorem non potest criminaliter puniri.*

DECISIO CLXXXII.

COMMISSA in gradu appellationis mihi causa super inualiditate obligationis per Bartholomæum contracta sub die 28. Iulij 1623. in fauorem Alphonsi occasione societatis officij scutorum 1000. fuit ex parte dicti Alphonsi porrecta coram A. C. querela criminalis contra ipsum Bartholomæum sub prætextu, quòd ob falsam assertionem factam, & iuratam in instrumento, se esse maiorem annorum 21. plectendus esset de periurio, ad quam criminalem vexationem euitandam, & ne vlterius impediretur prosequi iudicium ciuile ad sui instantiam ceptum super nullitate propriæ obligationis, idem Bartholomæus habuit recursum ad Signaturam, quæ rescripsit, vt constito; quòd causa ciuilis esset præiudicialis criminali inhiberem Iudici criminali, & interim in causa supersederetur, vndè præmissa supersessoria dubitaui, an causa ciuilis esset præiudicialis criminali.

Et Domini responderunt esse præiudicialem.

1 Regula enim est, † tunc vnam causam alteri esse præiudicialem, quandò vna est exclusiua alterius, & sententia lata in vna absorbet ius in ea deductum, itaut pariat exceptionem rei iudicatæ in altera. *l. fundi quem. ff. de except. l. final. de ordin. cognit. gloss. magna in l. edita, & ibi Bart. numer. 14. Saliect. num 20. Castrens. num. 11. Dec. num. 60. & de communi Cagnol. num. 101. C. de eden. Crauet. cons. 280. num. 1. Natt. cons. 138. num. 2. Surd. cons. 139. num. 2. Menoch. cons. 301. num. 25. & Rota in Terdonen. Capellaniæ 17. Iunij 1605. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Et in specie, quòd in casibus prædictis causa ciuilis dicatur præiudicialis criminali tradunt *Salicet. in l. vnica nu. 9. C. quando ciuil. act. criminal. praiud. Ias. in §. præiudiciales sub num. 2. instit. de act. Natt. d. cons. 138. num. 3 Crauett. d. cons. 280. num. 2. latè Farinac. in prax criminal. quæst. 100.*

2 *num. 79. & num. 130.* vbi † quòd sufficit possibilitas præiudicij, *Put. decis. 98. & decis. 275. num. 2. lib. 1. Cas. de Graff. decis. 3. num. 2. de except. Rot. diuers. decis. 25. num. 1. & 2. & decis. 228 num. 2. lib. 3. par. 3. apud Reuerendiss. D. meum Decanum decis. 123. num. 3. & seqq. in Romana de Stoebi 9. Martij 1598. coram Gypsio, quæ est decis. 124. post consil. Farinac. lib. 1. in Romana pecuniaria 28. Iunij 1604. coram Illustriss. D. Card. Millino, quæ est decis. 217. post lib. 2. eiusdem Farinac. in Brittonorien. iurispatronat. 2. Decembris 1611. & in Calaguritana de Nagera 5. Maij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Hic autem visum fuit non posse dubitari quin si terminaretur causa ciuilis ad fauorem Bartholomæi crimen ei obiectum ratione periurij, & deductum in querela, indè omninò dilueretur, itaut controuersum præiudicium propterea euidenter detegatur, quoniam Bartholomæus, qui iudicium ciuile priùs intentauit, atque ad cautelam priùs obtinuit se absolui à iuramento habet fundata n suam intentionem in actione ciuili super eo, quod

3 ipsius obligationis † facta sine præsentia, & con-
sensu matris, & tutricis, duorumq. proximiorum,
ac decreto Iudicis non sustineatur ex dispositione
Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. Nec deficientibus
huiusmodi solemnitatibus sibi obstat iuramentum,
quo in instrumento asseruit se esse maiorem annis
21. cum tamen minimè excederet 18 vt deducitur
4 ex nota † libri Baptismalis de mense Februarij
1605. quæ probat ætatem ex allegatis in *Nepesi-
na Canonicatus 28 Februarij prox præt. coram-
me*, statutum enim vbi suprà expressis verbis an-
nullat, & irritat omnes, & quascumque obliga-
tiones minorum cōtractas absque solemnitatibus
prædictis, etiàm iuratas, & declarat esse nullius
roboris, ac momenti, & iuramentum præsumi de
parte contrahentis cum minore dolo extortum,
nihilq. operari.

Et hæc statuti dispositio locum habet nedum in
5 iuramento † promissorio, & obligatorio ad tradita
per *Bart. in l. omnes populi num. 25. ff. de iust. &
iur. Castren. in auth. sacramenta puberum nu. 11.
vers sed si quæritur. C. si aduers. vendit. Hononded.
cons. 5. num. 40. lib. 2. Rolan cons. 99. num. 18. lib. 3.
cum alijs allegat. per modern. Roman. disceptat fo-
6 rens. cap. 513. num. 2. & 3.* Verum † & procedit
quoque in iuramento assertorio, quià statutum
præsumit minorem in eadem facilitate, ac doli cō-
trahentis fuisse seductum ad iurandum se esse ma-
iorem, qua inductus fuit ad promittendum sub iu-
ramento obseruationem contentorum in instru-
mento obligationis, *Io. Andr. in addit. ad specul.
tit. de sentent. §. 6 incipien. vt autem, verbo ad hæc,
vers. non obstat etiam quem sequuntur, Roman.
cons. 13. num. 5. Castren. cons. 53. num. 3. par 2.
Alex. cons. 122. num. 1. lib. 6. Curt. iun cons. 118.
num. 9. & latius cons. 199. num. 1. & sub num. 6.
& seqq. lib. 1. Mandos ad I ap. allegat. 24. litter. D,
Odd. de restitut & in integr. par. 1 quæst. 24. art. 4.
nu. 26. vers. in contrarium, Rot. Auenionen. de-
cis. 78. num. 7. & seq.* & in terminis Statuti Vrbis
vbi suprà, *Rot. decis. 54. num. 1. part. 1. recent. &
modern. Rom. ad Statutum Vrbis glos. 7 nu. 193.
& seq. & num. 301. & gloss 23. num. 9*

7 Vnde sit † declarabitur in rota dictam obligatio-
nem Bartholomæi esse inualidam non obstante as-
sertorio iuramento consequenter, etiàm nulla po-
terit coerceri pœna in foro criminali. ipse Bartho-
lomæus ratione obiecti periurij; alias enim dispo-
sitio statuti parum, aut nihil prodesset, dictum-
que iuramentum valdè operaretur contrà ipsius
statuti mentem, si minor contrahens omissis sta-
tutarijs solemnitatibus iurans se maiorem posset
criminaliter puniri, vel pœna periurij, vel de cri-
mine stellionatus, iuxta *cons. Bald. 15. lib. 1. &
Farinac. latè in pract. crimin. tit. de falsitat. quæst.
160. num. 147. & seqq.*

Non obstat, quod ipse minor dolosè induxerit
sub tali iuramento Alphonsum ad secum contra-
hendum, quià immo vt suprà fuit ponderatum Vr-
bis statutum præsumit dolum in ipso contrahen-
te, cum minore sine solemnitatibus non obstante
quolibet iuramento.

Et ita vtraque parte informante resolutum
fuit &c.

R. P. D. OTTHOBONO.

Romana Societatis officij.

Ven. 1. Iulij 1644.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio filijfamilias existen. sub patris potestate est nulla, etiamsi interuenit iuramentum ex dispositione Statuti Vrb. lib. 1. cap. 152. declara vt num. 13.*

2 *Fallit tamen quādo filius iurauit se viuere seorsum à patre, declara vt num 3. & 7.*

4 *Filius præsumitur eadē leuitate inductus ad iurandum, qua fuit ad contrahendum inductus.*

5 *Renunciatio facta generalitèr omnibus statutis ad sui fauorem facien. si vnum tantum adsit statutum, illi censetur renunciatum.*

6 *Contrahens cum aliquo vti filiofamilias fatetur illum esse talem.*

8 *Cautela insolita, & superflua arguit malam fidem eius, qui illam requirit.*

9 *Ignorantia eius, quod publicum est allegari non potest.*

10 *Locus, & tempus contractus attendendi veniunt in iudicanda eius validitate.*

11 *Maior fides adhibenda venit depositionibus testium, quæ habent pro se assistentiam iuris, & percutiunt tempus contractus, quam alij.*

12 *Filiusfam. quandò dicatur habitare seorsum à patre?*

13 *Ratificatio non inducitur ex actu, qui præsumi potest factus alio nomine, quàm ratificandi.*

14 *Ratificatio ad hoc, vt inducatur non sufficit quilibet, sed requiritur, vt idem actus eo animo fiat.*

15 *Ratificationem excludit qualibet iusta causa, & actus contrarius.*

16 *Compensatio æquiparatur solutioni.*

17 *Solutio debiti non inducit illius approbationem vltrà quantitatem solutam.*

DECISIO CLXXXIII.

PROPOSVI dubium, an esset exequendum mandatum A.C. relaxatum contra D. Carolum de Aste pro sorte, & fructibus vnius societatis officij scut. 2120. monetæ ad fauorem hæredum Danielis Stamburger, & Domini responderunt exequendum non esse, moti ex nullitate obligationis eiusdem Caroli, omisso articulo simulationis, & nullitatis mandati ex defectu legitimæ deputationis curatoris.

1 Inualiditas obligationis euidentèr resultat † ex
Statuto Vrbis cap. 152. lib. 1. quo cauetur filios
familias ex nullo contractu posse se, aut sua bona
quoquomodo obligare, & obligationes ab eisdem,
& eorum fideiussoribus factas esse nullius roboris,
vel momenti, etiamsi contractus prædicti quouis
iuramento firmati fuerint; vndè cum Carolus de
tempore initæ societatis officij cū Daniele Stam-
burger; esset sub patria potestate constitutus, abs-
que dubio eius obligatio corruit ex clara disposi-
tione d. statuti, vt in specie dixit *Rot. coram Greg.
decis. 182. per tot. in rec. decis. 283 num. 2. par. 5. &
in Romana fideicommissi 14 Iunij 1638. coram
bon,*

bon.mem. Merlino, §.penultimo.

Neque † obstat, quòd Carolus in huiusmodi contractu asseruerit medio iuramento se viuere seorsum à patre, quo casu cessare dispositionem eiusdem statuti, & filios validè obligari dixerunt *Bart. Angel Castren. Alex. & Ias. in l. qui eum se. num.2. ff de re iudic. Cyriac. controu.387. num.8. Gratian. discept 667. num.1. & seq. Rota in Romana mercium 19. Ianuarij 1639. coram Eminentiss D. Card. Verospio.*

Quia † cum versemur in actu prohibito, non sufficit sola filijfamilias assertio iurantis se viuere seorsum à patre, sed vlterius requiritur, quòd creditor, qui intuitu talis iuratæ affertionis contraxit crediderit eum verè seorsum viuere, & ex alia iusta causa inductus fuerit ad id credendum, quàm ex assertione ipsius filij, vt est textus apertus *in l.1. ibi, eiusque affirmationi credidiste te iusta ratione edocere potes, C. ad Macedon. Gomes. var resol. tom.2. cap.6. sub num.2. lim.4 Paschal. de patr. potest. par.1. cap.6. num.7. vers. nec creditur. Caesar Manent. decis.171. nu.2. & 3. Rota in Romana societatis officij* 10. *Aprilis* 1641. *coram* R. P. D. Peutingero; præsumitur † enim filium eadem leuitate contraxisse, & iurasse se exemptum à patria potestate, vt benè aduertunt *Bart. l. doli nu.3 ff. de nouat. Soccin. sen. cons.13. num.13. lib.4. Afflict. decis.-20. num 6. Cephal. cons. 142. num.57. Pecus ad statut. Vrbis gloss.7. nu.194. Cyriac. contr.321. num.12 Rota in d. Romana fideicommissi 14 Iunij 1638 coram bon. mem. Merlino, eod. §. penult.* & si iuramentum simpliciter vim statuti adimeret, statutum ipsum facilè circumscriberetur, & euanesceret.

Verùm hæc credulitas, quòd Carolus viueret seorsum à patre cadere non poterat in Danielem, dum voluit, quòd † idem Carolus renunciaret non solum beneficio *l.1. & 2. C. quod cum eo,* sed etiam omnibus statutis, & priuilegijs quomodolibet ad fauorem filiorum familias introductis, & cum Romæ, vbi fuit celebratus contractus non adsit aliud statutum ad fauorem filiorum familias, nisi d cap.152. prohibens ipsis ne contrahant, perindè est, ac si fuisset eidem statuto 152. specificè renunciatum ad *text. in l.2. ff de lib. & posth. Franc. Becc. cons.34. num.14. Surd. cons.267. num.28. & seq.* ex quo palàm fit Danielem non contraxisse contemplatione dictæ assertionis, sed potius † tanquam cum filio familias existente sub patria potestate, & obnoxio dispositioni statuti; nam alioquin superflua fuisset dicta renunciatio, quam fieri procurauit, ad tradita per *Decium cons 665. numer.2 Neuizan cons.17. num.8. Surd. decis.133. num.17. & seq Caesar. Manent. decis 71. num.6.* & in puncto respondit *Rota in alia Romana societatis officij 19. Ianuarij 1643. & 27 Ianuar. 1644. coram R.P.D. meo Peutingero.* Quibus † stantibus assertio, etiam iurata, facta à Carolo in actu stipulationis contractus, quod vinebat seorsum à patre, nihil prodest Danieli, per *text. in l. minor 5. annis 33. vers. planè curatores, ff de minorib. & ibi Bart num.3. Castr. cons.53. num.3. vers. sed primum dictum lib 2. Lamberteng. de contractib. dos. 8. num.66.*

Nec releuat quòd renunciatio statutis, priuilegijs &c. fuerit facta per verbum', *nihilominus*, &
8 sic ex abundanti; quia † cautela hæc alioquin superflua, & insolita arguit malam fidem Danielis, *Bald. cons.125. nu.1. vers. item ex successiuis lib 1. Decius cons.399. num 8. Neuizan. cons.8. num.63.* & optimè *Aldobrandin. cons.24. num.162. & seqq. lib.2.* Iuncta maximè publica voce & fama probata per testes summ. num.8. quod ille viuebat cum patre, & pro filio familias habebatur, & ob id aliquos renuisse cum eo contrahere, ex quo pariter
9 excluditur credulitas Danielis, qui † allegare non potest ignorantiam eius, quòd publicum erat in Ciuitate, vt est *text. in l. regula, vers. quid enim. ff. de iuris, & facti ignorant. Roman. cons.127. nu.2. Surd decis.240. num.16.*

Et licet Testes examinati pro Daniele contrarium dicant, tamen non sunt attendendi in hoc casu, quia deponunt de annis 1616. & 1617, quibus Carolus habitabat Albinganæ, & de opinione currente in dicta Ciuitate, ex quibus inferri non potest ad contractum, de quo agitur, qui fuit celebratus de anno 1634. Romæ, vbi publica vox, & fama ferebat, quòd Carolus viueret vna cum pa-
10 tre, & sub patria potestate, cum semper † attendendum sit tempus, & locus contractus ad eius validitatem iudicandam, *l. semper in stipulationibus 35. ff. de regul. iuris. Franc. Becc. cons.3 nu.19. Surd. cons.249. num.23 Rota coram Comitulo decis.99. num.10 & in Romana saluiani 20. Aprilis 1640. coram Eminentiss. Card. Panzirolo, §. tum*
11 *quia.* Et vlterius maior † fides adhibenda est testibus examinatis pro Carolo, quia habent pro se assistentiam iuris, quia filij præsumuntur viuere cum patre, & percutiunt tempus contractus, *Ias. cons. 81. num.29 lib.3. Hieron. Grat. respons. 81. nu.70. lib.2. Laderch. cons.181. num.22. vers. septima est.*
12 Et † in omnem casum non sufficit habitatio seorsum per duos, vel tres annos, quibus Carolus fuit Albinganæ, quando simplex adest præsũptio, quòd pro patre familias se gereret, sed est necessarius cursus longi temporis, vt dixerunt *Caesar Manent. decis.71. num.4. Gregor. decis.182. num.5. & 8. & in d. Romana societatis officij 19. Ianuarij 1643. §. penultimo.*

Quod verò pecuniæ redactæ ex hac societate officij versæ fuerint in causam alimentorum, ad quam pater tenebatur, & sic non esse locum statuto excipienti in verbis, *obligationem factam à filiofamilias, quando acceptam pecuniã vertit in id, quod oneribus patris incumbit.* Tollitur ex facto cum debita, quæ in dictam causam cesserunt fuerint soluta à Io. Baptista patre Caroli, & ex ipso instrumento apparet pecunias prædictas cessisse non in causam alimentorum, sed in extinctionem alterius debiti contracti cum Saulo ex causa emptionis cuiusdam nominis debitoris, & mercium.

Demum non obstat, quòd Carolus in Tribunali fabricæ petierit compensationem crediti ex dicta societate officij, cum alio credito sibi à fabrica cesso contra hereditatem Danielis pro concurrenti
13 quantitate, per † quam petitionem compensationis factã à mortuo patre videtur suam obligationem ratificasse, quod sufficere dixit *Rota decis.527. num.11. par.1. rec.* Quia cum petitio compensationis prædictæ fieri potuerit ob aliam causam,

nempè vt Carolus euitaret executionem mandati imminentis, nullo modo induci potest ratificatio, quæ semper cessat, quoties actus præsumi potest factus alio nomine, quā ratificandi, *Gabr. cons. 180. num. 17 lib. 2. Caball. cons. 45. num. 125. lib. 1. Cyriac. controu. 139. num. 35. Rota decis. 535. num. 13.*
14 *par. 1. recent.* Ad † effectum enim inducendæ ratificationis, non sufficit quilibet actus, sed vlteriùs requiritur, vt idem actus, eo animo fiat, vt inde necessariò ratificatio sequatur, *Auendan. lib. 4. tit. de las exceptiones num. 39. Valenzuel. cons. 173. numer. 108. lib. 2.* Animus vero, & voluntas huiusmodi omninò defuit in Carolo, dum apertissimis verbis protestatus fuit se non intendere, ex hac compensationis petitione ipsam societatem officij ratificare, quod omnem tollere difficultatem dixerunt *Lucas de Penna in l. fin. num. 27. C. de prad. Decurion. lib. 10. Lanar. cons. 33. num. 14. & seq.*
15 cum aliàs quilibet † contrarius actus, & alia iusta causa sufficiat ad ratificationem excludendā *l. mater 19. §. cæterum, ff. de inoff. testam. Cyriac. d. controu. 139. num. 36. Rota d. decis. 535. num. 13. par. 1 recent.*

Præterquam quod aliqui ex Dominis considerabant, quod petitio, & confessio Caroli fabricæ porrecta, est restricta ad concurrentem quantitatem legati pij, ideò vltrà eam nihil operatur sicuti
16 ipsa debiti solutio † cui compensatio æquipatatur, *l. si debitor. ff. qui potior. in pig nor. habeatur Surd. decis. 117. num. 1. & decis. 191. in fin. Afflict. decis.*
17 *121. num. 4.* † non operatur approbat onem debiti, vltrà quātitatem solutam, *gl. in l. fin. C. ne uxor. pro marit. & in l. non dubium, verb. agnouerit, vbi Bartol. Salic. & alij. C. de testam Natta cons. 77. num. 6. Surd. cons. 212. num. 25. & cons. 522. nu. 16. Buratt. decis. 174. num. 15.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Societatis officij.

Luna 19. Ianuarij 1643.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata post desertionem causæ appellationis est nulla.*
2 *Filijfamilias obligatio est nulla attento Stat. Vrb. lib. 1. cap. 152.*
3 *Producens scripturam censetur illam approbare.*
4 *Pater potest exigere dotem filij existentis in eius potestate.*
5 *Facta prævalent verbis.*
6 *Confessio probat quoad confitentes, secus verò respectu tertij.*
7 *Renunciatio l. 1. & 2. ff. & C. quod cum eo requiritur tantummodo in filio existente in potestate patris, secus autem in emancipato.*
8 *Credulitas, quod quis contraxerit cum filiofamilias excluditur ex contrarijs actibus.*
9 *Scientia non præsumitur nisi probetur.*
10 *Qualitas est inseparabilis ab ipso actu.*
11 *Ad inducen. communem & publicam reputationem, vltrà plures actus requiritur etiam cursus temporis.*

DECISIO CLXXXIV.

EX duplici fundamento Domini dixerunt non constare de re iudicata sententiæ per R. P. D. Borromæum latæ ad fauorem .o. Baptistæ Grifoni contrà Benedictum Costam occasione Societatis officij de anno 1634. ab ipso initæ in sorte scutorum 4000. Primo, quia R. P. D. Borromæus pronunciauit post sex annos à die primæ sententiæ latæ pro Benedicto, & sic nulliter postquàm essent lapsa fatalia, & appellatio deserta, *Gabr. cons. 54. num 1. lib. 1. Buratt. decis 130. num. 12. Seraphin. decis. 507. num. 1.*

Secundo, quià idem per suam sententiam dedit
2 executionem contractui à † Benedicto filiofamilias inito, quem tamen annullat Statutum Vrbis lib. 1. cap. 152. ex quo nullitatem obligationis sæpiùs firmauit *Rota præsertim corā Greg. decis. 182 & in rec. dec. 283. num. 2. par. 5. & in Romana fideicommissi 14. Iunij 163 coram bon. mem. Merlino.* Nam limitationes per scribentes pro Grifono allatæ visæ sunt non applicari in præsenti casu.

Non prima quòd Benedictus Octauio patre sciente aliàs contraxerat, prout inferebatur ex mandato procuræ à Benedicto in personam patris facto ad dotem sibi debitam exigendam, vbi fuit assertum, quod ipse Benedictus sciente, & non contradicente patre publicè negotiabatur, nam tacitus patris consensus sufficit absque expresso, *l. sed Iulianus. §. quamquam ibi nam si sciit negotiari, l. si tamen sciente. ff. ad Maced. l. si filius familias, l. si permittere. C. eod. Rot. dec. 527. num. 4. par. 1. rec.* Et in casu præsenti prætendebatur expressus dum pater d. mandatum in Archi-
3 uio exhibuit, † einsq. vigore dotem exegit, quod specificam mandati cum ibi enunciatis approbationem inducit iuxta veriorem opinionem de qua per *Addent. ad Greg. dec. 238. num. 15. vers. sed à prima.* Maximè quando verbis enunciatiuis opus est ad actum, qui geritur, vt per *Ossaseh. decis. 39. num. 30.* prout in hoc casu dicebatur, vt filij mandatum in personam patris subsisteret, cum aliàs cum patre contrahere non posset *Rota d. dec. 527. num. 1. part. 1. rec.*

Quia si benè ponderetur supradicti mādati filij à patre facta acceptatio, apparebit illationem per scribentes pro Grifono factam non procedere. Nam actus exactionis dotis, ex quo acceptatio patris infertur, est gestus ab Octauio patre, vti habente filium in potestate siquidem dotem etiam
4 proprio nomine † accepit, quam ita exigere non potuisset, nisi cum supposito patriæ potestatis iuxta terminos *l. si cum dotem, §. transgrediamur. ff. soluto matrim.* dum igitur Grifonus insistere vult dictæ acceptationi patris qualificatæ, consequenter oportet, vt stet etiam probationi patriæ potestatis, vti qualitati inseparabili ab acceptatione, iuxta tradita per *Bartolum in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de liberat. leg.*

Et sic cessat enunciatiua, quod patre sciente publicè negotiabatur, tum quia facto ipso fuit à patre reiecta, dū nihilominùs Octauius dotis promissionem, ac respectiuè cessionem pro illius exactione recipiendo pro patre familias habente filium in potestate se gessit, & consequenter, ac si filius

5 lius publicè non negotiaretur, & factum † verbis prævalet *l. 3. C. plus valere quod agitur, Rot. decis. 700. num. 15. par. 1. rec. cum alijs allegatis in Mutinen. plebis 25. Februarij 1625. coram bon. mem. Cerrino, quæ est dec. 102. impress. apud modernum Pissaur de iurepatr.* Tum etiam, quia d.
6 enunciatius inter Octauium, † & Benedictum Grifono tanquam tertio nih.l prodest, *Surd. dec. 250. num. 6. Baratt. decis. 200. num. 9. Coccin. decis. 321. num. 2. Cephal. cons. 397. num. 61.* Immò dum ipse Grifonus expressè contraxit cum Benedicto tanquam existente sub patria potestate, & qui publicè non negotiaretur consentiente patre, & in quo propterea intraret titulus, quod cum eo, & Statutum Vrbis, ista propria assertio in eodem contractu prævalet absque dubio dictę enunciatiuæ inter alios.

Minus secunda limitatio ad dictum Statutum per scribentes pro Grifono allata Dominis placuit, quòd scilicet Grifonus creditor habuerit iustam causam credendi Benedictum publicè nego-
7 tiari. Primo quia d. Grifonus † contraxit expressè cum Benedicto tanquam filio Octauij sub eius potestate existente illum renunciare faciendo *l. 1. & 2. ff. eo, C. quod eo,* quæ non applicantur filio emancipato, sed existenti tantùm in potestate, vt ex lectura, & per *Giurb decis. 43 num. 21. vers. quibus & 25.* necnon statutis Vrbis in fauorem filiorum familias etiam procurando obligationem de ratificando contractum post obitum patris, cū tamen respectu alterius filij familias, qui se insolidum obligauit voluerit contrariam assertionem, quòd esset emancipatus à patre, sequitur dum expressè contraxit cum existēte sub patria potestate non posse deduci aliquam credulitatem contra-
8 hendi cum † publico negociatore *Bald. in d. l. 3. in 1. notab. ff. ad Maced. Manent. dec. 7. num. 6.* & facit *Surd. dec. 134. num. 17. & 18.* & tunc releuare iustam credulitatem quando filius asseruit se emancipatum, seu viuere seorsim à patre, & publicè pro patre familias reputari dixit *Rota in Romana societatis officij 10. Aprilis 1641. coram me.*

Secundo, quia hoc credere non potuit, dum
9 non probat supradicti mandati † procuræ scientiā habuisse, cum illud non produxerit, nec allegauerit in prima instantia, in qua Benedictus obtinuit sententiam absolutoriam, sed solùm eo visus est elapso ferè sexennio post dictam sententiam, & tamen ad exclusionem doli prçsūpti à statuto probari debet quem suisse ex causa motum ad sic contrahendum, *Surd. de alim tit. 4. q. 15. num. 54.* & quatenus habuisse scientiam eiusdem mādati ab Octauio patre acceptati habuisset simul scientiam
10 d. acceptationis qualificatæ, & † contrariæ assertioni factæ in mandato.

Neque duo vel tres actus gesti à Benedicto cū simili enunciatiua, quòd publicè pro patre familias se gereret pro iusta credulitate sufficiunt, quiā vltrà quod non sunt actus, qui cadere non possint in eo, qui non est pater familias, vt requirit *Greg. dec. 182. num. 5* semper intrant dictæ duæ responsiones, quod ipse Grifonus contraxit expressè tāquam cum existente sub patria potestate, & quod non probat scientiam dd. contractuum, quodque ea credulitate motus fuerit, sed immò prorsus ex-
11 cluditur † credulitas ex dicta certa scientia, & specificatione contraria, & actus etiam debent esse plures, ac vlteriùs accedere cursus longi temporis, qui deficit, *Bart. in l. mariti, §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. Rota Ianuen. dec. 95. nu. 11. Iacobus Gallus cons. 46. num. 15.* & in terminis statuti requirentis copulatiuè habitationem seorsum à patre, quod requiratur cursus temporis *Greg. d. dec. 183. num. 5. & 8.*

Quibus omnibus accedunt testes deponentes, Benedictum nunquam gessisse aliquam negotiationem semperq. vixisse sub patria potestate, qui veritatem, & continuationem patriæ potestatis adminiculantur.

Et ex his Domini dixerunt non constare de re iudicata vtraque &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Societatis Officij.

Mercurij 10. Aprilis 1641.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 152. excipit casus, in quibus non habet locum Macedonianum.*
2 *Filiusfamilias si asserat viuere seorsū à patre, & creditor iustā habuerit credendi causam, tunc non est locus Macedoniano, & num. 10.*
3 *Filijfamilias assertio, nec ipsi, nec patri nocet, nisi ex parte creditoris concurrat iusta credendi causa, & num. 11.*
4 *Filiusfamilias nō iuuatur Macedoniano si iuret, se viuere seorsum à patre, ac tacitè emancipatū.*
5 *Filiusfamilias in quibus casibus habeatur pro patrefamilias, & num. 6. & 7.*
8 *Instrumentis publicis est magis creden. quam testibus.*
9 *Filiusfamilias quando possit contrahere ratione peculij Castrensis*

DECISIO CLXXXV.

DOMINI dixerunt mandatum A.C. tanquā iustum esse exequen. neque obstare Statu-
1 tum Vrbis lib. 1. cap. 152. annullans † generaliter omnes obligationes filiorum familias, quia excipit casus, in quibus nō habet locum Sen. Consult.
2 Macedonian. cui locus non est † vbi filiusfamil as asseruit se viuere seorsum à patre ac tacitè emācipatum, & creditor iustam hăbuit causam credendi huiusmodi assertioni, vt est *test. clar. in l. 1. ibi cuiusque affirmationi credidisse se iusta ratione edocere potes. C. ad Macedon. Gomes. var. resolut. tom. 2. cap. 6. nu. 2. limitat. 4. Mantic. de tacit. lib. 8.*
3 *tit. 7. num. 20.* quamuis sola assertio filij, † nec ipsi nec patri noceat, sed vlterius concurrere debeat aliunde iusta causa credendi, vt supra citati, & præcipuè *Gomes. d. limit. 4. Cas. Manent. dec. 71. num. 2. & seq.* Ac resolutionis difficultas solùm in eo residet an Caselesius iustam habuit causam credendi Franciscum Rosolinum filiū familias viuere seorsum à patre, ac esse tacitè emancipatum prout asseruit, cuius assertionis veritas resultabat ex seqq. coniecturis, *Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 6. num. 132. Menoch. præsumpt. 55. num. 27. & seq.*

4 *lib 6.* Primo ex Iuramento† *Gomes.in princ. c. 6.*
num.2.limit.4.ibi vel iurauit Ciriac.controuers.
forens.387.nu.34.& seqq.Gratian.in puncto Sta-
tut. Vrb. discept.667 n.2.Rota in Romana merc.
19. Ianuarij, 1639. coram R.P.D. meo Verospio
§ & visum qua decisio in §.fin.vers etenim. Sta-
tutum distinguendo tradit quod iuramenta dolo-
sa præsomuntur in certis casibus, quos ex vi re-
gulæ in statuto firmatæ voluit esse à regula exce-
5 ptos. Secundò ex eo, quòd† ante contractum cum
Caselesio plures alios cõtractus publicè celebra-
uerat, *vt in summ. Caselesii nu. 5. ita tradit glos.*
in l.1.iuxta ratione ibi, quia publicè pater fami-
lias habebatur. *ff.ad Macedonian. Manen.dec.71.*
num.5. Mantic.de tacit.lib.8.tit.7. nu. 21. eo ma-
gis quia Franciscus proprias pecunias in emptio-
nem officiorum erogauerat *summ. Caselesii n.11.*
& 12. & Hieronymus Francisci pater fideiussor
emptioni accesserat, quod manifestum est signum
emancipationis, alias enim inter patrem, & fi-
lium contractus non cadit; prout in specie fideius-
sionis patris pro filio Rota *in Bononien nullitatis*
contractus 20.Nouembris 1513 coram ba. mem.
Seleucien impr ssa apud Marches.de commis.p.2.
6 *fol.200.n.3.& p.1.recent. dec.527.*† Tertio quod
Franciscus publica notariat. officia ostariatus
Cancellariæ absque vlla decreti reseruatione si-
bimet acquisierat, & liberè administrauerat, vt
deponunt testes. *Sum Caselesij num. 9.* quem
casum in statuto exceptum *dixit Rot. in terminis*
officij notariatus in Romana census 18. Februarij
7 *1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*† Quarto
iusta causa credulitatis eo facilius admittatur in
creditore forense Rota *in d. Romana mercium*
§. & visum fuit. vltra quod Franciscus habebat
vxorem, & filios, atq. erat ætate maior, quæ conie-
cturæ simul iunctæ probant iustam credulitatis
causam *Bald.cons.3.num.4 lib.3.Soccin.Iun.cõs.*
32.nu.24.cons.39.num.14.lib.2. Roman. *cons. 7.*
num.3. Ciriac. controuers.291. num. 21. Coccin.
decis.297.num.2.
8 Non obstat, quòd testes pro Rosolino exami-
nati deponant pecunias in emptionem officiorũ
erogatas fuisse patris, eidemq. à Francisco red-
ditam fuisse singulis mensibus rationem de emo-
lumentis officiorum, quia testibus huiusmodi cõ-
tradicunt d. cta publica instrumenta, quibus
magis creditur *l. census ff. de probat. gloss. in*
capit.3. loco in verb. testib. eodem titulo. Roman.
consil. 319 numero.1. & fuit dictum in Augusta-
na decimarum. 17 Iunij 1629. coram D. meo Bi-
chio, nec ea quæ inter domesticos parietes à pa-
tre & filio inuicem inter se geruntur elidere pos-
sunt supradicta signa exteriora tacitę emancipa-
tionis, ex quibus oritur publica opinio, & con-
sequentèr iusta credulitatis causa.
Minus facit, quòd officia tanquam profectitia
filio non censeantur donata Rota *decis. 703. nu.7.*
9 *& 13* †& quod filius non possit contrahere ratio-
ne peculij Castrensis nisi in causam eiusdem pe-
culij *Paschal. d. cap. 6. num. 125.* nam officia for-
san empta fuerunt de peculijs filij dotalibus, ac
officia non considerata sunt tanquam peculium
Castrense, sed deseruiunt pro argumento quo cre-
ditor assertioni filij rectè credere potuit.

10 Nec releuat, si dicatur creditorem assertioni fi-
lij credere non debuisse, sed inquirere qualitates,
quæ quidem Statutum ne dum prohibet, sed etiã
annullat contractus *Gram.decis.12.nu.9. & seqq.*
& videtur sensisse *Ciriac.d controuers. 387. n.55.*
quia Statutum, vt dictum est supra expresse ex-
cipit casus, in quibus locum non habet Mace-
donian inter quos enumeratur assertio debitoris
concurrente in creditore iuxta causa credẽdi *iux.*
tex. in l.1.C. ad Macedonian.
11 Deniq; non obstat, quòd filij falsa assertio non
noceat patri, quominus obligatione filij pro suo
interesse pater impugnare non possit *Paschal.d.c.*
6.sub num.14.vers notant.autem, nam hoc mi-
nime procedit, quando adest in creditore iusta
causa credendi, neque in hoc casu aliquod pater
videtur habere interesse, dum exequutio in bonis
filij, & non patris est facienda, & filius ipse sibi
imputet, quod hic sub dolosa assertione creditorẽ
induxit ad secum contrahendum *Ciriac. dicta cõ-*
trouers.387.num 1.& seqq.
Ex quibus DD. vtraque parte informante di-
xerunt mandatum A.C. esse exequendum.

R. P. D. CERRO.

Anconitana Dotis.

Veneris 24. Aprilis 1643.

SVMMARIVM.

1 *Per relaxationem mandati executiui dicitur iã capta executio.*
2 *Contra Tertios non potest agi via executiua, maximè quãdo fuerunt protestati, ne super eorum bonis fiat executio. Limita num. 8.*
3 *Exceptiones turbidæ, & illiquidæ in executiuis non retardant executionem, & nu.7.*
4 *In hæredes transeunt omnia iura tam actiua, quam passiua.*
5 *Agi potest executiue contra hæredes debitoris quando contra illum executiue agi poterat.*
6 *Bona fideicommisso Ascendentis subiecta possunt alienari si non adsint alia bona libera pro restitutione dotis.*
9 *Priuilegium prælationis, quod competit mulieri pro sua dote non transit in extraneos.*
10 *Nec transit nisi ad filios hæredes ipsius mulieris.*
11 *Hypotheca, & actio petendi dotem competens mulieri vigore auth. res quæ C. commun. delegat. transit ad hæredes.*
12 *Maximè quando iudicium restitutionis dotis ab ipsa muliere viuente fuit incohatum.*

DECISIO CLXXXVI.

POSTQVAM ad Instantiam Franciscæ Lan-
franconæ obtentum fuerat mandatum exe-
cutiuum contra bona hæreditaria q. Hieronymi
Fanelli sui viri pro restitutione dotis, & præuijs
pluribus decisionibus coram me firmatũ D. Fran-
ciscam non teneri ad restitutionem mobilium quę
prætendebantur ab hæredibus d. Hieronymi, vt in
decisione die 4. Iulij 1640. confirmata sub diebus
19. Aprilis 1641. & 7. Februarij 1642. obijt Frã-
cisca

cisca relicta sibi hærede Diana Masseria matre quę d. creditum cessit Demetrio Pieritio in satisfactionem tot debitorum Francisci defunctæ, vnde Demetrius pro consecutione sui crediti producta in actis cessione institit disputari dubium An esset procedendum ad vlteriora, & DD. affirmatiuè responderunt, † quia cum per relaxationem mãdati execut. ni fuerit iamdiu cœpta executio, *Rota in Burgen. decimarum de Scalante 28 Octobr. 1586. & in Carthaginen. Decanatus 18 Decembris 1587 coram Bubalo cum alijs relatis in Cornetana pecuniaria 1621. coram bon. mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio, quæ est decisio 826. sub nu. 1. vers. in casu vero de quo agitur par. 4 diuers.* consequens est ad vlteriora procedi, vt finis tandem litibus imponatur, *l. quidam existimarunt in fin ff si cert. pet.*

Nec obstat obiectum hodie excitatum, quòd bona reperta in hæreditate Hieronymi sint subiecta Auito fideicommisso Galeatij, & vti talia possideantur ab Equite, & fratribus de Fanellis, adeo vt proindè contra ipsos tanquam tertios non possit † executiuè procedi iuxta Theoricam *Alex. in l. a Diuo Pio §. si super rebus num 28 vers. & benefacit. ff de re iudic.* cum præsertim sequendo cautelam *Angeli in d. § si super rebus num.* 1. protestati fuerint, ne super his bonis vlla fieret executio, vt post *Bart. in l. ob maritorum. num. 5. vers. quaro non quid pendente d. protestatione, l. ne vxor pro marito, dixit Rot. in S. Seuerini laudi 23. Ianuarii 1638. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Cessat enim difficultas, quia cum non iustificetur nec doceatur omnia, & singula corpora reperta in hæreditate Hieronymi absorberi ab huiusmo di fideicommissia, minusque fuit discussum, quæ bona sint subiecta fideicommisso Galeatij, & quæ fideicommisso Francisci Senioria, nec demùm, An ex persona Hieronymi possint super illis fieri detractiones: Exceptio† fideicommissi tanquam turbida, & illiquida non impedit vlteriorem executionem, vt firmauit *Rot. coram Card. Seraph. dec. 1200 nu. 5. & 9. & in Romana legatorum de Columna 27. Ianuarij 1601. coram Sacrato impress. post Paris. post tract. de saluian. interdict. decis. 83. num. 10. cum seq. & alibi sæpe.* Præsertim quia ex datis in Summario Pieritij apparet Fanellos esse hæredes Hieronymi, & cœpisse possessionem bonorum ab eo relictorum cum mandatis de immittendo obtentis, tàm hæreditario nomine ipsius Hieronymi, quàm etiam fideicommissario Galeatij, & semper in hoc iudicio vti tales comparuisse, vnde † cum in hæredes transeant omnia iura, actiua, & passiua *l. pro hæreditarijs C. de hæred. act.* † Eadem via executiua, qua agi poterat contrà Hieronymum potuit etiam agi contra illius hæredes, *Gall. de oblig. Camer. quæst. 4. num. 1. & 12 Rot. in recent. decis. 630 num. 1. par. 1. & decis. 97. num 12. par. 7.*

Et quatenus etiam hæc omnia iustificarentur non releuarent, quia cum simus † in fideicommisso ascendentis, & sit inconfesso inter partes nulla alia adesse bona libera, vtique eo non obstante distrahi poterant huiusmodi bona pro dotis restitutione, *Auth. res quæ C. commun. de legat Bart. ibid. num. 4 Ias. n. 12. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 6. n. 10. vers. propter illud. Rot. diuers. decis. 37. num. 2. p. 1. & in recent decis. 314. num 2. p 5.* vbi in specie loquitur de bonis Aui, vnde sicut ipsi fratres de Fanellis vti successores Galeatij tenentur ad huiusmodi restitutionem, ita multò minus per exceptionem huiusmodi fideicommissi possunt impedire vlteriorem executionem in istis corporibus, quæ ipsimet vocarunt hæreditaria Hieronymi, & fideicommissaria Galeatij.

Contraria vero procedunt, quandò bona possidentur alio titulo, quàm hæreditario, vel quando possessor non habet causam à debitore, in quibus casibus locum habet Angeli cautela, & loquuntur omnes allegati in dicta Sancti Seuerini laudi, vel vbi non agitur de restituenda dote ex fideicõmisso ascendentis, vel saltem vbi adhuc probatum non est alia bona non extare, tunc enim pendente probatione supersedetur in executione; vbi verò, prout hic, agitur pro rehabenda dote aduersus fideicommissaria ascendentis, & ex propria confessione hæredum probatur non existentia aliorum bonorum exceptio fideicommissi tanquam incõtinenti detecta irreleuans non impedit processum ad vlteriora. nec facit fideicommissarios legitimos

7 contradictores, † cum imo ad hunc effectum sufficiat, quòd incontinenti non doceatur de fideicõmisso claro indubitato, & releuante, vt dixit *Rot. coram Card. Seraph. decis. 757. num. 1. & 2. & dec. 83. num. 11. post Pacif. de salu. interd. cum alijs relatis in decis. 185. num. 5 & 7. cum seqq. par. 5. rec.* & ita quotidiè seruatur in praxi in omnibus Tribunalibus, & in hoc præcipuè relaxantur mandata executiua contrà bona hæreditaria debitorũ nec mandata relaxata exequantur contrà bona, quæ ipse possidere allegat iure fideicommissi, dotis donationis, & similium, nisi doceatur de fideicommisso, dote, vel donatione, quæ sit efficax ad impediendam executionem, & quæ nullam patiatur difficultatem, mandatur ad vlteriora procedi dicta exceptione, protestatione, & inhibitione non obstantibus, vt dictum fuit in *Senogallien. pradij 10. Iunij 1619. coram R. P. D. meo Pirovano, & in alijs pluribus relatis in Romana, seu Aesina donationis 23. Martij 1640. corã R. P. D. meo Ghislerio.*

8 Idque † Domini faciliùs amplexi fuerunt, quia DD. de Fanellis in toto hoc iudicio restitutionis dotis semper, & in quolibet actu fuerunt citati, vnde licet essent tertii ex hoc solo posset contrà illos executiue procedi iuxta celebrem Theoricam *Castrens. in l cum fil. fam. sub num. 3. vers. ex quibus similiter. ff. de oblig.* Quam probarunt *Dec. cons. 69 num. 32. lib. 2. Ruin. cons. 34. in fin. vol. 5. Surd. cons. 334. numer 12. Rot. plures referens in Narnien. successionis 18. Iunij 1631. coram Eminentiss. Verospio, quæ est impress. post Posth. in ordine dec. 325. & in Ciuitatis Castelli polij 7 Maij 1638. & 10. Maii 1641. coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Nec facit quòd hodie restitutio non petatur à muliere, vel filio, sed à Diana Masseria, seu De-

9 metrio Pieritio illius cessionaria, † quę licet in hæredem extraneum, & singularem successorem non transeat priuilegium prælationis solis mulieribus, & filijs competens ex dispositione, *l. assiduis*

dois, verſ. exceptis. C qui pot in pign. hab. vt ad-
uertit *Alex. conſ. 58. nu. 4. lib. 7.* vbi quod priuile-
gium conceſſum mulieribus, vt in ſuæ dotis hy-
10 poteca præferatur † non tranſi mortua muliere
niſi ad filios quem ſequitur *Facchin. controu. iur.
lib. 10. c. 30. §. priuilegium circa med. verſ. ad hæ-*
11 *redes*, nihilominus tranſit hypoteca, † & actio pe-
tendi dotem competens vigore, *d. Auth. res quæ,
Gozzad. conſ. 97. numer 10. Add. ad* Alex. *d. conſil.
58. num. 4. lib. 7.* & diſtinguendo dixit *Rot. coram
Card. Seraph. deciſ. 678. num. 10. & ſeq. & in Ro-
mana Saluiani de Caſalibus coram me 24. Iunij
1641. §. & in omnem caſum, verſ. & ea abſolutè
eſt vera confirmata ſub 11. Martij præteriti co-*
12 *ram R. P. D. meo Peutingero*, † maximè quando
prout hic, iudicium reſtitutionis ab ipſa muliere
viuente fuit inchoatum, vt eleganter præ cæteris
conſuluit *Menoch. conſ. 33. num. 8. & 42. cum ſeqq.
Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 10. n. 48.
cum ſeqq. Card. Seraph. deciſ. 618 nu. 11.* & plenius
*in Rom. dotis 14 Februar. 1642. coram Reueren-
diſſimo D. meo Decano*

Et ita vtraq. &c. reſolutum fuit procedendum eſſe ad vlteriora non obſtante fideicommiſſo Galeatij ſenioris Aui &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZET.

Nunc S. Rotæ Decano.

Sancti Seuerini dotis, ſeu Saluiani.

Veneris 4. Maij 1640.

SVMMARIVM.

1 *Requiſita ad obtinendum in iudicio Saluiani.*

2 *Promittens ponere in tutum aliquam pecuniariã ſummam, ſi non adimpleat tenetur ad damna & intereſſe.*

3 *Obligatio Cameralis continet hypothecam omniũ bonorum præſentium, & futurorum.*

4 *Quod procedit etiam ſi dicta obligatio non fuerit appoſita in inſtrumento, ſed in apoca, quam partes voluerunt habere vim publici Inſtrumenti.*

5 *Inſtrumentum acquiſitionis probat poſſeſſionem acquirentis.*

6 *Clauſula conſtituti appoſita in Inſtrumento donationis probat poſſeſſionem donantis contra donatarium.*

7 *Poſſeſſio probatur ex litis ſubſtentatione maximè concurrentibus adminiculis.*

8 *Quantitas crediti venit concludenter probanda per eum, qui agit in iudicio Saluiani.*

9 *Remedium Saluiani non competit contrà creditorem anteriorem, & potiorem.*

10 *Ceſſionarius cenſus dicitur dominus nõ minus, quam eſſet ipſe cedens & num. 13.*

11 *Cenſus poteſt in alium traſferri, etiam titulo ceſſionis.*

12 *Etiam cum hypotheca anteriori, Ceſſionario, nã que eadem competit hypotheca, quæ competebat cedenti de tempore ceſſionis, ſiue talis hypotheca proueniat ex generali, ſiue ex ſpeciali bonorum obligatione.*

14 *Qui eſt prior in tempore pro ſorte eſt etiam potior pro fructibus, qui poſtea acceſſerunt.*

15 *Ceſſionarius creditoris habentis hypothecam anteriorem poteſt excludere creditores poſteriores.*

16 *Ceſſionario maximè ex titulo oneroſo competunt omnia iura, quæ competebant cedenti & nu. 18.*

17 *Sola ſolutio creditoribus anterioribus ſuffragatur ad effectum retinendi ſeu exigendi aduerſus creditorem poſteriorem abſque alia ceſſione, licet ſecus ſit ad effectum agendi & num. 29.*

20 *Expenſæ funeris habent anteriorem hypothecam in bonis defuncti, & præferuntur quibuſcumq. creditoribus habentibus hypotecam, non ſolum tacitam, ſed etiam expreſſam.*

21 *Imo etiam mulieribus habentibus expreſſam hypotecam ex cauſa dotis.*

22 *Et prædicta concluſio procedit, tam ſi expenſæ fiant à defuncto, quam ab extraneo.*

23 *Expenſæ factæ pro infirmitate defuncti, qui ex illa deceſſit æquiparantur expenſis funeris, gaudentque eodem priuilegio anterioris hypotecæ contrà quoſcumq. creditores anteriores, etiam ex cauſa dotis.*

24 *Diuiſio hæreditatis paternæ probat aditionem paternæ hæreditatis inter ipſos diuidentes, & ab eis cauſam habentes.*

25 *Hæredis bona, qui adiuit hæreditatem ſunt obligata pro debitis defuncti,*

26 *Maximè quando Teſtator pro debito obligauit ſe, ſuoſque ſucceſſores, & bona quæcumq. cum obligatione Camerali, quæ regulariter comprahendit etiam bona hæredum.*

27 *Confeſſio debiti in certa quantitate habet vim rei iudicatæ.*

28 *Filij primi gradus tàm maſculi, quàm fœminæ ſuccedunt matri in æquali portione.*

29 *Obligatio mariti pro reſtitutione dotis vxoris, afficit etiam hæredes.*

30 *Pro ſalarijs famulorum, maximè in teſtamento relictis, & competit hypoteca ſuper bonis defuncti illa ſunt ante omnia deducenda.*

31 *Bona Teſtatoris dicitur obligata Legatario pro Legato ſibi à teſtatore facto.*

32 *Aes alienum ante omnia eſt deducendum ex bonis Teſtatoris*

23 *Altèrnatiua in dubio alternat æqualia vel pariã diſtantia.*

34 *Legatum per ſinendi modum relinqui poteſt.*

35 *Verba, eſto contentus tali re, in teſtamento appoſita inducunt legatum, aut fideicommiſſum.*

36 *Verba mulieri directa, ſit contenta tali dote, cenſetur illa dos ipſi mulieri legata aut fideicommiſſa.*

37 *Bona illius, cui erat onus dotandi mulierem, tranſeunt ad hæredes cum eodem onere, maxime quãdo dos fuit legata.*

38 *Actus in dubio præſumitur potiùs emanaſſe ex cauſa præcedenti neceſſaria, quàm voluntaria.*

DECISIO CLXXXVII.

VT alias dictum fuit in cauſa iſta Maria Seruantia obtinuit à Rota mandatum executiuum in ſumma ſcut. 975. pro reſiduo dotis Liuiæ matris prædefunctæ contra bona hæreditaria Alphonſi Seruantij, Verum quia dictum mandatum exe-

exequi fecit super nonnullis bonis, quæ tempore execut onis non erant in hæreditate d. Alphonsi, sed possidebantur à Bartholomæo Bono marito Constantiæ sororis eiusdem Alphonsi; Ideo Critia filia & hæres d. Bartholomæi interim prædefuncti se opposuit dictæ executioni, ac præuijs tribus decisionibus emanatis sub diebus 23. Ianuarij, & 8. Nouembris 1638. & 19. Ianuarij 1639. quibus fuit resolutum non esse procedendum ad vlteriora in dicta executione, obtinuit manutentionem super eisdem bonis.

Quocircà Maria, relicto huiusmodi iudicio executiuo mouit ex integro iudicium Saluiani contrà dictam Critiam præuio Signaturæ rescripto, cum clausula, refectis expensis: Vnd dedi dubium, An intraret Saluianum. In cuius dubij iterata positione Informantes pro Maria prætendebant illam probasse extrema † in hoc iudicio Saluiani requisita, nempe cred tum ipsius Mariæ agentis, hypothecam super bonis, de quibus agitur, possessionem Alphonsi de tempore dictæ obligationis, vel posteà ac possessionē Critiæ Reæ conuentæ, quibus concurrentibus dicebant intrare Saluianum *Menoch. de adipisc. remed. 3. q. 29. num. 161. & seqq. Put. decis. 20. num. 2. lib. 1. in correct. Rot. dec. 324. num. 3. vers. sustitta sent. ntia, & dec. 456. num. 1. par 2 rec. Greg XV. decis. 491. num. 6. Reuerendis. Vrgellen. dec. 401. nu. 1. & passim in alijs.*

1 debant illam probasse extrema † in hoc iudicio

Creditum siquidem ipsius Mariæ pro residuo dotis maternæ deducebatur ex apoca matrimoniali confecta vsque de mense Decembris 1605. inter Fuluium Seruantium patrem d. Liuiæ ex vna, & Alphonsum, aliosque fratres dicti Clearci, excepto Antonio Francisco, partibus ex altera, in qua dicti Alphonsus, & fratres promiserunt insolidum ponere in tuto dotem scut. 3000 promissam d. Liuiæ, cumque dicta dos, vt dicebatur, non fuerit posita in tuto pro d. rata scut. 975. inferebatur Liuia n, & consequenter Mariam eius filiam, & hæredem remansisse creditricem eiusdem Alphonsi pro dicta rata loco damnorum, & interesse *Marescot. var. resol lib. 1. cap. 90. nu. 3. vers. sed agendum est Grattan. discept. 301. nu. 1. & seqq. Greg XV. decis. 88. num 3.*

Hipotheca vero desumebatur ex ventre eiusdem Apocæ, quam dictæ partes voluerunt habere vim publici Instrumenti Camerali obligatione
3 vallati, † quæ quidem obligatio Cameralis continet hypothecam omnium bonorum præsentium & futurorum *Zacch. post Galles. de oblig. Camer. q. 5. num. 31. Rot. post eumdem Zacch. decis. 140. num. 1. & decis. 241. num. 3 Gratian. discept. 391. num 48.* ac etiam stipulationem pro damnis, &
4 interesse *Zacch. d. dec. 140. in princip* Etiā † quod d. obligatio Cameralis non fuerit adiecta in publico Instrumento; enim sufficiat illam fuisse appositam in apoca prædicta, quam partes voluerunt habere vim publici Instrumenti *Gratian. d. discept. 391. n. 48. Rot. post Zacch. de oblig. Cam. decis. 9. per tot. & decis. 114. nu. 6. Buratt. decis. 719 num. 7.*

Possessio autem eiusdem Alphonsi quoad bona de quibus agitur, post d. obligationem acquisita, nempe domum positam in Ciuitate S. Seuerini, Prædium detto il Giannino, seu Cardatello, & aliud Prædium similiter il Giannino nuncupatum & quandam Vineam probatur non solum ex Instrumentis acquisitionum factarum tàm proprio, quàm cōmuni nomine respectiuè à dictis Alphonso, & Antonio Francisco, qui reliquit hæredem
5 eundem Alphonsum, † Instrumentum enim acquisitionis probat possessionem acquirentis *Peregr. de fideicomm. art. 41. nu. 4. Natt. cons. 235. num. 11. Fusar. de substit. quæst. 618. num. 4. Rot. decis. 360 num. 6. vers. & prædicta coadiuuantur par. 5. recent.*

Verum etiam ex Instrumento donationis eorumdem bonorum factæ per ipsum Alphonsum ad fauorem d. Constantiæ sororis cum clausula con-
6 stituti, quæ † probat possessionem eiusdem Alphonsi constituentis, tàm contrà ipsam Constantiam Donatariam, quàm contra Critiam vti habentes causam ab illo *Pacific. de salu. inspect. 1. c. 6 num. 15. Seraph. decis. 1415. num 2. Greg. XV. dec. 491. num. 10. Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 401. num. 6.*

7 Possessio † denique Critiæ Reæ conuentæ probatur ex litis sustentatione, iunctis alijs adminiculis ponderatis in prædictis decisionibus fauore ipsius emanatis *Pacif. de salu. d. inspect. 1. cap. 6. num. 5. Verall decis. 369. par. 2. Greg. XV. dec. 491. num. 11. Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 401. n. 10.*

His tamen non obstantibus DD. in contrariā inclinarunt sententiam, nimirum Mariæ non competere Saluianum.

Nam esto, quod extrema requisita in Iudicio Saluiani essent probata sufficienter in casu isto, cuius contrarium tueri conabantur Informantes pro Critia, quoad primum extremum, scilicet creditum Mariæ pro residuo dotis maternæ saltē,
8 quoad illius quantitatem, † quam esse con cludenter probandam per eum, qui agit in iudicio Saluiani firmant *Rolan. cons. 14. nu. 13. lib. 1. Pacif. de Salu. d. inspect. 1. cap. 3. nu. 5. Gratian. discept. 22. num. 1. Rot. dec. 688. nu. 4. & dec. 743. n. 9 p. 3. rec.* cū alijs relatis *in Imolen. Saluiani 1. Maij 1635. in §. Prima enim exceptio coram Reuerendissimo Macchiauello*, Nihilominus aduertebant Domini plures detractiones, seu potiùs retentiones cōpetere ipsi Critiæ super eisdem bonis, tàm ex persona Bartholomæi sui patris, & authoris, quàm ex persona Constantiæ matris pro creditis anterioribus, seu potioribus, pro quibus non est dubium, quin Critia possit eadem bona retinere, & excludere Mariam agentem vigore Saluiani
9 pro credito posteriori, cū † d remediū non competat contra creditorem anteriorem, aut potiorem ad regulam qui prior de *reg. iur. in 6. l. potior 11. & l. creditor. 12. ff qui pot. in pign. hab. Pacif. de salu. inspect. 3. cap. 2. num. 165. & inspect. 5. cap. vnic. nu. 6. Mant. decis. 69. nu. 1. Buratt. decis. 858. num. 1. & 2.*

Detractiones siquidem, seu potius retentiones competentes ex persona Bartholomæi sunt plures.

Prima est scut. 45. pro sorte vnius Census impositi vsq. de anno 1589 per Hortensiam Theofilam super quadam eius possessione sub fide iussione Augustini Patris vti principalis, principaliter

liter, & insolidum ad fauorem Antoniæ Buccauratæ. quandoquidem dictus Augustinus, siue eius Creditores de anno 1617. vendiderunt domum controuersam dictis Alphonso, & Antonio Francisco, qui ad computum pretij accollarunt in seipsos dictum Censum, quem postea vna cum fructibus decursis, & non solutis Lucretia Tardola filia, & hæres d. Buccauratæ cessit translatiuè, non extinctiuè priùs ipsi Bartholomæo, & dein-
10 de Critiæ illius hæredi, † quæ propterea vigore huiusmodi cessionis euasit domina dicti Census in sorte, sicut erat ipsa Lucretia cedens *Gaspar Roderte.tract.de ann.redd.lib.2.q.17.nu.11. & seqq.* quem refert, & sequitur *Cenc.de cens.par.2.c.2.*
11 *quæst.2.art.1.num. 3.* † Census enim potest in alium transferri etiam titulo cessionis. *Paris.cons.75.nu.35 lib.4. Redoan.in tract. de reb. Eccles non alien.tit.de constit.ann.cens.num.6. cum alijs relatis à Cenc.de cens.d.par.2.cap.2 q.2. art.*
12 *6.num.12.* Et † quidem cum priuilegio eiusdem hypothecæ anterioris, cum Cessionarius succedat etiam in hypotheca, quæ competebat cedenti de tempore cessionis ex relatis à *Neguf. de pig. 3.membr.5.par.num.23.Reuerendiss.Vrgellen. d. decis.401.num.4.* siue hypotheca competat, prout hic, ex generali obligatione bonorum siue ex speciali *Bald in l.insolutum 6.in princip. C.de act.& oblig.Negusan,de pign.d.5.par.numer.23. vers.& istud. procedit.*

Altera detractio est scut. 82 b. 80. pro fructibus eiusdem census decursis, tàm à die accollationis factæ per Alphonsum, & Antonium Franciscum vsque ad diem prædictæ cessionis, cum isti fuerint in specie cessi vna cum sorte, quàm à die eiusdem cessionis citrà vsque ad mensem Augusti huius anni, quia cum cessio dicti cẽsus facta fuerit translatiuè, & non extinctiuè, non operatur illius extinctionem, sed solum translationem iu-
13 ris exigendi fructus illius in Cessionarium, † itaut sicut Lucretia cedens potuisset agere contra debitores pro fructibus illius, ita pariter Bartholomæus, seu Critia Cessionaria, vt in specie dixit, *Rot.coram Reuerendiss.Vrgellen.d.decis.401.nu.4.decis.183.nu.4 post cenc.de cens. iuxta primam impress.& decis.366.n.4.post eumdem Cenc.iuxta Modern.impress.idem Cenc.in eod.tract. q. 72. numer. 13. vers.aduertendum tamen est fol.194.* Vnde Critia remansit etiam creditrix anterior
14 pro dictis fructibus, † cum prior in tempore pro sorte, sit potior etiam pro fructibus, qui postea accreuerunt *l.lucius Titius 18.ff. qui pot in pign.*
15 *vel hipothec.hab. &c.* consequẽter † ex huiusmodi iure sibi cesso a creditore habente hypothecam anteriorem potest excludere Mariam Aduersariam agentem pro credito posteriori *Ruin.consil.146.num. 4.vers. nisi ipse secundus creditor lib.1. Borgnin.decis.3.nu.36.vers.sed antequam par.1. Mantic.dicta decis.69.num.1.vers.constat autẽ.*

Tertia similis detractio est scut, 142. nempe scut.50. pro sorte, & aliorum scut.92. pro fructibus alterius Census impositi de anno 1603 per eumdem Theofilum ad fauorem Perdonatæ Vxoris Lucæ Antonij Thomæ, quem pariter Censum dicti Alphonsus, & Antonius Franciscus sibi accollarunt in emptione eiusdem domus, illumque deinde dictus Lucas Antonius cum subsequuta ratificatione dictæ Perdonatæ suæ Vxoris cessit pariter translatiuè, & non extinctiuè eidem Bartholomæo, qui proindè non solum euasit dominus dicti census in sorte cum eadem hypotheca anteriori, sed etiam remãsit creditor anterior pro fructibus eiusdem census decursis, & non solutis ascendentibus a die dictæ accollationis vsq. ad mensem Augusti huius anni ad prædictam sũmam scu. 92. Sicuti fuisset idem Lucas Antonius
16 cedens ex iuribus supra allegatis † cessionarius namque ex titulo præsertim oneroso repræsentat personam cedentis & succedit in omnibus iuribus illi competentibus iuxta doctrinam *Bald. in l.emptor 5. in primo notab.* C. *de act. vel hared. vend.Tob.Non.cons.84.num.1.Rimin.Iun. cons.291.num.40.lib.3.Surd.cons.22.nu.15.& seq. & cons.82.nu.13.& seq.& decis.308 nu. 1. Cenc. de cens. dicta par.2 q.2. art.1.nu. 4. Rot.post d.tract. decis.68.num.3.*

Quarta est scut.75. & b. 60 pro fructibus alterius census impositi de eodem anno 1603. à Benedicto Testa super Prædio Cardarelli ad fauorẽ Dianæ Acchilleæ, dictus enim Benedictus de anno 1619. vendidit dictũ prædium eisdem Alphonso, & Antonio Francisco, qui pariter ad computum pretij accollarunt in seipsos dictum censum, ac promiserunt illum extinguere, ac fructus soluere, quos deinde maturatos successiuis temporibus vsque ad prædictam summam scut.75. b. 60. partim soluit Bartholomæus tàm Dianæ, quàm Iuniperæ hæredi partim vero soluit ipsa Critia dictæ Iuniperæ, reportata iurium cessione: Vnde Critia potest retinere ista bona pro dicta quantitate soluta pro extinctione huiusmodi æris alieni anterioris non solum, ex persona Bartholomei sui
17 Authoris, qui simpliciter soluit, cum † sola solutio facta creditori anteriori suffragetur ad effectũ retinendi, seu excipiendi aduersus creditorẽ posteriorem absque alia cessione, licet secus sit ad effectum agendi *l.1.& ibi glos. in ver. desiderabit ff.quib.mod.pign.vel hipoth.solu.Castren.cons.15. num.3. vers.breuiter licet quoad actionem par.3. Surd.cons.183.num.18 lib.2. Mant. de tacit. lib. 11.tit.29.num 4. vers. sed diuersa sententia Gratian.discept.734.num.18.Rot. coram Mant. dicta dec.69.num 3. vers. diuersum est autem.* Verum etiam ex persona propria vigore cessionis, quam ipsa in actu solutionis reportauit a Iunipera cre-
18 ditrice anteriori, † cum ob dictam cessionem successerit in locum illius quoad omnem effectum *l.si potiores 3.C.de hi. qui in prior.credit. loc.succed. Mant.de tac.d.lib.11.tit.29.nu.5.& seqq.Reuerendiss.Decan.decis.359.num.1.& seqq. & fuit dictum in dicta Imolen. Saluiani 11.Maii 1635. §.primo enim obijciebatur coram Reuerendissimo Macchiauello.*

Quinta est scut.72. quæ Bartholomæus partim soluit, partim vero promisit soluere Ecclesiæ Beatæ Mariæ Luminum Donatariæ q. Laurẽtij Lauri, qui vsq. de anno 1596. donauit etiam sub obligatione Camerali cuidam Cappellæ dictæ Ecclesiæ florenos 400. soluendos infra certa statuta tempora decurrenda post illius obitum, & successiuè dicti Alphonsus, & Antonius Franciscus hæredes

hæredes eiusdem Laurētij promiserunt pariter sub obligatione Camerali soluere omnia debita relicta, ac legata pia illius. Vnde Critiæ competit quoque retentio pro ista concurrenti quantitate debita pro extinctione huius æris alieni anterioris tam ex persona Bartholomei, qui simpliciter soluit, ac respectiuè soluere promisit, absque alia cessione, quam ex persona propria vigore cessionis, quam ipsa reportauit ab eadem Ecclesia Donata-
9 taria, cum † vtrumq; scilicet, tàm solutio facta creditori anteriori absque alia cessione, quam cessio habita ab eodem creditore suffragetur ad effectum retinendi rem obligatam aduersus creditorem posteriorem ex iuribus supra allegatis.

Sexta est scut. 52. quæ Critia docet fuisse soluta ab eodem Bartholomeo pro necessarijs expēsis funeris ipsius Alphonsi, pro quibus competit etiam
0 retentio † cum expensæ funeris habeant hipothecā super bonis defuncti, & præferantur quibuscunq; creditoribus quātumuis anterioribus habentibus hypothecam non solum tacitam, sed etiam expressam, vt in specie concludunt *Roland. cons. 14. num. 20. in fin. vers. item etiam de alia parte, & nu. seq. & signanter num. 24. Herman. de præf. credit. lib. 2. tit. 2. de priuil. impens. funer. num. 6. lib. 1. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 297. num. 10. & seq. Facchin. controu. Iur. lib. 12. cap. 49. per totum Garz. de expens. & melior. cap. 8. numer. 23. vsque ad 28 Grat. discept. 94. num. 2. & seq. Merl. de legit. lib. 2. tit. 15. quæst. 15. num. 1. & 2. Rodriquez de priuil. credit. priu. 1. art. 3. num. 4. Gast. de credit. cap. quæsito 12 num. 1921. & seq Borgnin. Caualc. dec. 32. n. 3 & seq. Surd. dec. 112. num. 3. & seq. & dec. 255. n. 6. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 78 numer 22. Add. ad Greg. XV. dec. 421. nu. 15. vers. contrarium tamen*
1 *defendit* Rot. *decis. 399. n. 16. par. 2. rec.* Imo † etiā mulieribus, siue illius hæredibus habentibus hypothecam anteriorem, siue tacitam, siue expressā ex causa dotis *Rolan. d. cons. 14. numer. 22. vers. & etiam dotem* Carpan. *ad Stat. Mediol. d. cap. 297. numer 11. vers. etiam uxori in dote* Grat *d. discept. 94. num. 7. vers. etiam dotis expressam hipothecam habenti Borgn. d. dec. 32. num. 7. vbi & alios refert. Ioseph. Lud. d. dec. 78. numer. 22. vers. etiam priuilegiatis, quod etiam videtur sensisse* Rot. *d. decis. 399. num. 15. & 16. p. 5. rec.*

2 Idque † procedere, siue huiusmodi expensæ fiāt ab ipsomet herede defuncti, siuè, vt hic, ab alio extraneo tradit *Surd. pluribus relatis d. decis. 255. num. 9. vers. Senatus itaque,* & hanc esse magis n. quam & veriorem opinionem dicit *Gratian. dicta discept. 94. vers. quia verior est opinio.*

Septima est scu. 11. & b. 29. quæ idem Bartholomeus soluit Aromatario pro expensis vltimæ in-
3 firmitatis Antonij Francisci, † expensæ siquidem factæ pro infirmitate defuncti, qui ex illa decessit, æquiparantur expensis funeris, gaudentque eodem priuilegio hipothecæ, ac prælationis contra quoscunque creditores anteriores habentes hypothecā siue tacitam, siue expressam etiam ex causa dotis dotis *Roland. d. cons. 14. num. 25. vers. item etiam dd. bona Carpan. ad Stat. Mediolan. d. cap. 297. n. 10. vers. sed quod creditor Merlin. de leg. d. lib. 2. tit. 1. quæst. 15. num. 23. Grat. d. discept. 94. num. 14. Borgnin. Caualc. d. decis. 32. nu. 3. & 7. Surd. d. dec. 112. n. 7. & decis. 255. nu. 25. & seqq. Add. ad Greg. XV. d. decis. 421. num. 14. in fine. vers. & hoc idem priuilegium.*

Rursus eidem Critiæ visæ fuerunt competere super eisdem bonis vti olim spectantibus ad Antonium Franciscum aliæ detractiones ex persona Cōstantiæ matris, quæ dum nupsit Bartholomeo dedit illi scut. 2000. pro dote super bonis, de quibus agitur sibi donata ab Alphonso, ac vlterius illi cessit omnia Iura sibi competentia.

Prima siquidem erat scut. 117. nempe scu. 25. pro sorte, & scut. 92. pro fructibus decursis, & nō solutis vnius census, quem Camillus pater, & author dictorum Alphonsi, & Antonij Francisci imposuit vsque de anno 1599. ad fauorem Hortentij Seruantij, cuius fuit hæres, ac donataria vniuersalis ipsa Constantia, vt liquet ex iuribus datis in summario Critiæ, quæ ideo ex persona Constantiæ matris potest retinere ista bona saltim prorata spectante ad ipsum Antonium Franciscum tamquam obligatum pro isto credito anteriori, sicut retinere posset ipsemet Hortensius creditor, seu Constātia eius hæres, quæ idem creditum cessit ex Iuribus supra allegatis.

Nec dicatur dictum Antonium Franciscum non fuisse hæredem Camilli patris, ideoq; non fuisse obligatum pro d. censu. Quia contrarium elicitur ex testamento eiusdem Antonij Francisci, qui in eo fatetur se diuisisse bona Camilli patris præ-
24 defuncti cum alijs fratribus, † quæ diuisio bonorum paternorum probat aditionem hæreditatis paternæ inter ipsos diuidentes, & habentes causam ab illis *Greg. XV. decis. 371. num. 8. & 9.*

25 Minus † dicatur quod bona hæredis non sint obligata pro debito defuncti. Quia cum ex prædictis appareat dictum Antonium Frācifcum adiuisse hæreditatem paternam, neque exaduerso doceatur dictam aditionem fuisse factam cum beneficio legis, & inuentarij, sequitur ipsum Antonium Franciscum remansisse debitorem pro d. censu, sicuti erat ipsemet Camillus defunctus, vt expressè tradit textus *in l. postulante 44. ff ad Sen. consul. Trebell. & fuit dictum in Viterbien. Castrorum 10. Maij 1614. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Bononien. Legati 7. Febr. 1629. coram me.* Etiam insolidum *l. fin. §. si vero. & §. si quis vbi Albert. in princ. vers. sed hoc non videtur Cane. nu. 3. in fin. C. de iur. delib.* Rot. *decis. 136. n. 5. post Pacif.*
26 *de Salu. & decis. 39. num. 11. par. 6. rec.* † Præsertim cum Camillus pater in Instrumento impositionis d. census obligauerit e. suosque successores, & bona quęcunq; quę verba comprehendunt etiam bona hæredum ex relatis à *Grat. de dict. dict. 206. num. 1.* Dictumq; Instrumentum contineat etiam obligationem Cameralem; quæ regulariter comprehēdit etiam bona ipsorū hæredum *Zacch. post Galles. de oblig. Cam. quæst. 4 num. 7. Rota dec. 16. num. 10. & dec. 83. in princip vsque ad num. 1. impress. per eundem Zacch. post Galles. de oblig. Cam. Add. ad Buratt. dec. 564. nu 5.*

Altera vero est scut. 100. nempe scut. 50. pro sorte, & aliorum scut. 50. pro fructibus alterius census, in quibus idem Antonius Franciscus fatetur in eius testamento se esse debitorem ipsius Cōstantiæ vti heredis dicti Hortensij Seruantij, quæ con-

confessio debiti in certa quantitate habet vim iudi-
cati *l. certum 6 in princ. & ibi glos. in eodem verb.
certum ff. de confess.* Et consequenter Ceitia ex per-
sona eiusdem Constantiæ cedentis potest retinere
ista bona olim spectantia ad Antonium Franciscum
pro satisfactione dicti crediti, & excludere Mariam
Aduersariam, quæ pro dote materna non habet
hypothecam anteriorem super bonis eiusdem An-
tonij Francisci, cum iste nequaquam se obligaue-
rit pro securitate eiusdem dotis, vt initio dictum
fuit.

Tertia est scut. 75. spectantium ad Constantiam
pro decima parte dotis scut 750. Critiæ Senioris
eius matris, quæ cum decesserit ab intestato reli-
ctis post se decem filijs, videlicet sex masculis, &
quatuor fœminis, negari non potest quin ipsa Cō-
stantia vna ex dictis filijs agnoscens hæreditatem
matris successerit illi saltem pro decima parte di-
28 ctæ dotis † cum de iure filij primi gradus tàm ma-
sculi, quam fœminæ succedant æqualiter matri ab
intestato defunctæ *l. si matre 11. C. de suis & legit.
§ intestatorum instit. de hered. quæ ab intest. defe-
runt. Graff. de success. §. successio ab intestato q. 2.
num. 1.* Vnde Ceitia potest retinere eadem bona
pro dicta quantitate vti spectantia pro rata ad An-
tonium Franciscum, qui tamquam hæres Camilli
patris tenebatur restituere Constantiæ sorori ratam
29 dotis maternæ, cum † obligatio mariti pro resti-
tutione dotis eius vxoris afficiat etiam illius hære-
des. *l. vnica C. vt action. & ab hered. & contr. he-
red. Surd. cons. 240. num. 8. circa finem vers. adde-
bant quod Maritus.*

Quarta erat pro salario consueto, quod idem
Antonius Franciscus in eodem testamento manda-
uit solui Mariæ eius famulæ, quæ cum deinde di-
cto salario sibi adhùc non soluto decesserit, institu-
ta hærede ipsa Constantia, Critia ex illius persona
potest quoque retinere ista bona pro satisfactione
huiusmodi crediti, sicuti posset ipsamet Maria
Legataria, aut Constantia hæres, & eius auctrix,
30 † cum pro salarijs famulorum præsertim in testa-
mento relictis competat hypotheca super bonis
Domini defuncti, illaque sint ante omnia dedu-
cenda *Tiraq. de retract. lignag. §. 15. num. 7. Pacif.
de salu. inspect. 3. c. 4. n. 233. vers. quod etiam in sa-
lario famulorum Rota in Acheruntina fructuum
coram Seraphino, quæ est decis. 63. nu. 2. impressa
post eumdem Pacific. de Saluan.*

Quinta denique est scut. 1000. pro medietate
scut. 200. quæ Alphonsus donauit Constantiæ so-
rori pro dote percipienda ex bonis, de quibus agi-
tur, non solum vti proprijs, sed etiam vti hæredita-
rijs dicti Antonij Francisci, qui cum in eius testa-
31 mento reliquerit Constantiæ dotem, † bona eiusdē
Antonij Francisci remanserunt obligata ad fauorē
Constantiæ pro legato eiusdem dotis *l. 1. C. com. de
legat. §. nostra instit. de leg. Couar. in c. Raynutius
§. 10 num. 2. de test. Surd. cons. 209. num. 4. Rota
coram Buratt. dec. 286. n. 14. & ibi latè Add. nu. 19.*
Vnde Constantia, siue Ceitia ex illius persona ratione
huiusmodi hypothecæ sibi competentis pro legato
d. dotis super istis bonis tamquam hæreditarijs An-
32 tonij Francisci Testatoris *l. dict. emancipati 2. vers.
illud autem ff. de collat. bonor glo. in l. vltim. §. & si
præfatam in verb. accommodare C. de iur. delib. cū*
*alijs relatis à Caual. dec. 41. n. 2. & seq. Burat. decis.
286. n. 8. & 9. & ibidem Add. n. 19.*

Quod autem Antonius Franciscus reliquerit
dotem ipsi Constantiæ apertè colligitur ex verbis
testamenti eiusdem Antonij Francisci, qui ad illius
fauorem per hęc verba disposuit *E più lascio à Co-
stanza altra mia sorella rimasta in casa da me
amatissima per la seruitù fattami con molta carità
& amore la metà della biācheria, se però nō si ma-
riterà, perche in tal caso sarà contenta della sua
dote.* Ex quibus verbis nō obscurè colligitur testa-
torem reliquisse Constantiæ sorori in casu nuptia-
rum congruam dotem, nam sicut ipse in primo ca-
su alternatiuę, quo Constantia non nuberet reliquit
illi iure legati dimidiam partem linteaminum, ita
etiam in secundo casu alternatiuè, quo scilicet ea-
dem Constantia nuberet, prout nupsit, censetur illi
reliquisse congruam dotem, ad hoc, vt casus alter-
nati pariformiter determinentur iuxta naturam
33 alternatiuę, † quę in dubio alternat ęqualia, vel pa-
rum distantia *l. t. ff. de reb. dub. Rota decis. 264. n. 2.
vers. non obstat p. 2. recent.*

Attentis præsertim illis verbis (*sarà contenta
della sua dote*) quę vti prolata per modum sinen-
di, idem operari videntur, ac si testator iussisset, vt
Alphonsus hæres sineret Cōstantiam communem
sororem tunc indotatam in casu nuptiarum habe-
re suam dotem, & consequenter inducunt legatū
dotis, perinde, ac si testator illam expresse reli-
34 quisset, † cum legatum etiam hodie possit relinqui
per modum sinendi, prout in specie tradunt *Bald.
cons. 20. n. 1. col. 2. post med. vers. & præmittendum
est lib. 1. Ruin. cons. 25. n. 7. vers. sed prædictis non
obstantibus lib. 7 Mant. de coniect. lib. 8. tit. 1. n. 4.
vers. porro licet antiqua solemnitas,* & in proximis
35 terminis, † quod verbo, *esto contentus illa re*, indu-
cant legatum aut fideicommissum tradit *text. in l.
peto 69. ff. de legat. 2. & l. fideicommissa 11. §.
cum esset vers. si quis ita scripserit in fine ff. de legat.
& fideic. 3. Mant. de coniect. d. lib. 8 tit. 1. n. 11. vers.
item si quis ita scripserit,* & in specie, quòd propter
36 † verba directa mulieri, esto contentus tali dote,
censeatur ei legata eadem dos, aut fideicommissa
est *tex. in l. cum quis decedens 37 §. nuptura in fine
ff. eodem tit. de leg. & fideic. 3*

Idq. suadetur etiam ex verbis, quibus vsus fuit
idem Alphonsus in assignatione dotis per eum fa-
cta ipsi Cōstantię super bonis, de quibus agitur, ibi,
*De bonis hæreditarijs q. Antonij Francisci Ser-
uantij communi, fratris ad ipsum Alphonsum de-
uolutis vigore testamenti, titulo libera, & irreuo-
cabilis donationis, vt ipsa Constantia nubere pos-
sit donauit &c. seu 2000. moneta &c.* quę verba
indicant Alphonsum constituisse d. dotem non vt
omnimodam liberalitatem exerceret, sed etiam vt
37 eximeret se obligatione, ad † quam vti hęres An-
tonij Francisci tenebatur, sicque in satisfactionem
prędicti legati dotis per ipsum Antonium Franci-
scum eius authorem eidem Constantiæ relicti ad *l.
huiusmodi 84. § si Sempronius vbi glos. in verb. re-
pelli ff. de leg. 1. Bald. in l. Nesennius 34. n. 5. vers. Ex
hoc inducitur ff. de neg. gest. Sim. de Prat. cons. 161.
nu. 57. cum alijs relatis a Rot. dec. 28. nu. 1. p. 5. rec.*
38 Cum regulariter † actus præsumatur in dubio po-
tius emanasse ex causa præcedenti necessaria, quam
volun-

voluntaria, *Grat. conf. 106. num. 8. & conf. 149. num. 12. Ciriac. contr. 535. num. 47. & seq.*

Quæ omnes detractiones, seu retentiones infimul coaceruatæ nō solum adæquant; sed imò excedunt creditum prætensum à Matia, & valorem bonorum, de quibus agitur vltra alias detractiones deductas pro parte eiusdem Critiæ, de quibus dicebant Domini posse videri in alia disputatione, quatenus opus esset.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. VEROSPIO.
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Quarti dotalis.
Veneris 15. Maij 1635.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio iuris in quo differat à quæstione facti.*
2 *Ius est certum, & finitum, factum vero potest esse ignotum, & incertum.*
3 *Existentia bonorum probatur per illorum descriptionem factam in inuentario.*
4 *Possidens domum præsumitur possidere etiam mobilia, quæ in ea reperiuntur.*
5 *Confessio testatoris præiudicat legatario.*
6 *Iuramentum in litem datur ei, cui competit actio ad exhibendum, amplia vt num. 7.*
8 *Iuramentum in litem fundatur præcipuè in dolo.*
9 *Legatum factum vitrico, aut nouercæ contra dispositionem l. hac edictali, C. de secund. nupt. non intelligitur in totum sublatum, sed in ea tantùm parte, in qua consistit excessus.*
10 *Excessus legati facti vitrico, seu nouercæ contra dispositionem l. prædicta tollitur admittendo filios primi matrimonij ad participationem legati.*
11 *Ille dicitur possidere bona, cui fuerunt tradita, donec non constet de abdicatione.*
12 *Opiniones diuersæ DD. super intelligentia alicuius legis non possunt eius dispositionem dubiam reddere in sua essentia, licet possint illius veritatem offuscare.*
13 *Filius primi matrimonij habere debet legitimam in bonis matris, vltrà summam, quam petere potest in portionibus relictis vitrico.*
14 *Filius priùs detrahit legitimam ex bonis matris, quam maritus lucrum dotale.*
15 *Per statutum, vel pactum derogari potest dispositioni l. hac edictali, C. de secund. nupt. declara vt num. 16.*
17 *Pro cōsequatione legati agēdū est via ordinaria.*
18 *Cessionarius potest agere executiuè contra obligatos in forma Cameræ sicut poterat principalis debitor.*

DECISIO CLXXXVIII.

CVM in dubio, quod hodie proposui, agetetur de confirmatione decisionis, in qua sub die 15. Decembris anni proximi præteriti fuit coram me decisum, quod concedenda erat executio mandato relaxato ad fauorem Catharinæ in Tribunali A. C. DD. omissis nullitatibus, quæ opponebantur eidem mandato, quibus visum fuit plenè satisfactum in eadem decisione, aliqua considerarunt super iustitia eiusdem mandati, ex quibus etiam potuisset impediri illius executio, & quia difficultas tota restringebatur ad excessum, & hic excessus dicebatur consistere in exceptione plurium creditorum, quorum causa hæredes Damiani, contra quos dicta executio dirigi debebat, negabant se esse debitores eius summæ, ad cuius solutionem fuerunt condemnati, iterum DD. examinari voluerunt veritatem eorum creditorum, cum ex ijs visa fuisset pendere iustitia huius executionis.

Et pro faciliori cognitione eorum, quæ infetius dicentur, necessarium putarunt iterum in hoc dubio repetere seriem huius facti, quia Catharina, cui Cæsar legauit scuta bis mille, & quingenta, quæ ipse lucratus fuit post mortem Cæciliæ vxoris, agit hodie pro consecutione eius summæ sibi legatæ contra hæredes Damiani ex conditione adiecta in eodem legato, in quo declarauit Cæsar illos debitores Cæciliæ in summa longè maiori. Cum vero suam defensionem constituerent ijdem hæredes in alijs creditis, quæ ipsi è contra habebāt aduersus hæreditatem Cæciliæ; hinc nata est occasio dubitandi super dd. creditis, quorum cognitio visa fuit pendere ex duplici quæstione, facti scilicet, & iuris, cum aliqua ex eis negarent scribentes pro
1 Catharina probari ab hæredibus Damiani, † in quo quo potissimum distingui solet quæstio facti à quæstione iuris, *vt in l. mora, ff. de vsuris, & in l. idem erit, ff. de statu hominum*, plura ex ijs negarent subsistere, eo quia ad Hieronymum filium, & hæredem Damiani verè non pertinerent plures summæ, quarum causa idem se faciebat creditorem hæreditatis Cæciliæ, & in illis visa fuit consistere quæstio iuris, in qua non amplius dubitatur an factum quid fit, sed solum quid, aut quale fit idem
2 factum, vnde † ius certum, ac finitum esse tradit *Iureconsultus in l. 2. ff. de iur. & fact. ignorant.* cum factum è contra possit esse ignotum, & incertum *notat gloss. in l. si ex plagis, §. in cliuo Capitolino, ff. ad l. Aquil. & in l. vlt. §. si autem, ff. de iure iurando, Bald. conf. 292. num. 3. lib. 2. & conf. 67. num. 1. lib. 3. Aegid. conf. 48. num. 15.*

Primum igitur creditū, quod Hieronymus petebat ab hæreditate Cæciliæ erat scutorum duorū millium, quæ dicebat esse pretium aliquorum bonorum mobilium, quæ in inuentario facto ab eadem Cæcilia probabantur fuisse Damiani patris cum de hoc credito dubitatum fu.sset in præterita decisione, visum fuit DD. non obstare exceptionem, quam eidem dabant informantes pro Catharina, vt potuerit Cæcilia retinere eadem mobilia ratione fructuum dotalium, quorum causa erat creditrix hæreditatis Damiani. Hodie vero nonam exceptionem proponebant ex facto, quod non probaretur existentia, aut valor dd. bonorum.
3 Sed non visa fuit posse negari hæc † existentia, quia præter probationem, quæ sequi videbatur ex inuentario, quod eadem Cæcilia confecerat hæreditatis Damiani, in quo eadem bona descripta erant, ea ipsa bona mobilia dederat illa primum in dotem Cæsari, ac deinde eidem legauerat in testamento, vt propterea hæc existentia non visa fuerit indigere vlteriori probatione.

Neque superesse poterat dubium respectu idēntitatis eorū bonorum, quia post mortem Damiani permansisset Cæcilia in illius domo, in qua etiam

etiam continuauit vsque ad obitum, & post obi
tum eiusdem Cæciliæ Cæsar, cui illa ex duplici ti-
tulo dotis, & legati dedit omnia bona mobilia,
4 quæ habebat, rectè † ex possessione domus infere-
batur ad possessionem mobilium, quæ erant in ea-
dem domo *argumento text. in l. ob maritorum, C.*
ne vx. r. pro marito, & in l. clauibus, ff. de contra-
hen. empt. & eorum iuriũ auctoritate notat *Bald,*
in l. de his num. 2. C. de furt. & ser. corrupt. & in
cap. ex parte vestra num. 4. de consuetud. Decian.
cons. 41 n. 11. lib. 2. Quanquam neque videretur
opus esse hac præsumptione, dum aderat confessio
5 † Cæciliæ, quæ in legato facto fauore Cæsaris, ex-
pressè declarauit contineri in eo mobilia, quæ re-
liquerat Damianus, ea enim confessio apta erat
præiudicare etiam Cæsari, dum ipse eadem mobi-
lia habebat ex dispositione ipsius Cæciliæ *ex not.*
in l. cum à matre, C. de bon. mater. & per Ioannem
Andr. in addit. ad specul. in tit. de teste. §. nunc
tractemus in glos. 18. vers. vero, Rim. cons. 4. n. 20.
Aret. cons. 112 num. 1.

Quod vero attinet ad valorem eorumdem bo-
norum verè non poterat hic valor firmari in certa
aliqua quantitate, quia cum Hieronymus filius, &
hæres Damiani, sequuta morte Cæciliæ matris pro
curasset illorum æstimationem, fuit hoc illi inter-
dictum à Cæsare sub eo prætextu, quòd omnia ea
bona ad se spectarent; sed visum fuit DD. succur-
rendum in hoc esse Hieronymo per iuramentum
6 in litem, † quod semper datur ei, cui cõpetit actio
ad exhiben. *ex notat in l. 3. ff. ad exhiben. & in*
l. non ignorabit, C. eodem tit & in l. actionibus, ff.
7 *de in litem iuran.* Præsertim † cum ex parte ip-
sius Hieronymi, cui deferri debebat id iuramen-
tum, concurreret coniunctio sanguinis, & diutur-
na consuetudo, atque habitatio in eadem domo
per totum id tempus, quo vixit Damianus; Ex
quibus cẽseri poterat verisimiliter informatus de
valore eorumdem bonorum, vt considerauit Rota
pro causa deferendi id iuramentum in vna *Roma-*
na legatorum de Vitellis 1. Iuly 1547 coram Bu-
balo, & in Romana legati della Porta 1. Iunij
1601. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & con-
currere videbatur ex parte Cæsaris dolus in ne-
gando exhibitionem eorum bonorum, qui illi suf-
8 fragari non debet, sicut † super eodem dolo funda-
ri præcipuè id iuramentum *probat text. in d. l. in*
actionibus ff. de in litem iuran. & notat ibi glos.
& Bart. in princ. & sub num. 22. Ias. num. 25 &
tenuit Rota in d. Romana de Vitellis corã Bubalo.

Secundum creditum, quod in hac disputatione
deducebatur fauore Hieronymi erat propter alia
mobilia, quæ Cæcilia legauit Cæsari ex proprijs
bonis, præter ea, quæ spectabant ad hæreditatem
Damiani, cuius legati, siue illius valoris dixerunt
DD. constituendum esse Hieronymum credito-
rem pro dimidia, vt seruaretur inter eum, & Cæ-
sarem æqualitas requisita ex dispositione legis hac
edictali, C. de secud. nupt. iuxta interpretationem,
9 quam eidem legi assignant DD. vt dum † in ea
prohibetur relinqui vitrico, aut nouercæ aliquid
amplius, quam filijs primi matrimonij non intel-
ligatur in totum sublatum legatum factum contra
prohibitionem eiusdem legis, sed solum in ea par-
10 te, in qua consistit excessus, qui † excessus bene

tollitur admittendo ad participationem talis le-
gati filios primi matrimonii, & hanc interpreta-
tionem præter relatos in alia decisione tenuerunt
Angel in l. quoniam, C. de secund. nupt. & in cons.
285. num. 2. Cyn super eadem lege hac edictali nu-
mer. 6. Albericus num 2. Surd. cons. 422. num. 8.
& 9 Boer. decis. 10 num. 4.

Neque visum fuit dubitari posse de existentia
eorum bonorum, eo quia Cæsar nullum fecisset in-
uẽtarium hæreditatis Cæciliæ, sicut illud fecit hæ-
11 reditatis Damiani, quia † cum constet de tradi-
tione eorum bonorum facta Cæsari in instrumento
dotali, deberet ostendi illorum restitutio, vt pos-
sessio eorumdem bonorum dici posset abdicata à
Cæsare, aut transisse in hæredes Cæciliæ iuxta ter-
minos *l. dotis actione, C. solut. matrimonio, & quæ*
notant ibi Angel. num. 1. Bald. in princ. Dec. in
l. dotis num 2. C. de collat. Surd. cons. 225. num. 17.
Rot. decis. 600 num. 6 par. 1. recent. & respectu
eorum bonorum visa fuit vrgere etiam confessio
Cæciliæ, dum in testamento reliquit Cæsari non
solum bona, quæ continebantur in hæreditate
Damiani, verum etiam propria, præsertim ad effe-
ctum, de quo agitur, qui est, vt medietatem huius
legati habere possit Hieronymus, cum ad hunc
effectum potuisset satis esse sola dispositio Cæciliæ
fauore Cæsaris; quamuis verè non fuisset illi acqui-
situm idem legatum, vt notat *Bertrand. super ea-*
dem lege hac edictali in §. si vero plus sub nu. 22.
quam sequuti fuerunt *Surd. cons. 250. n. 22. Boer.*
in addducta decis. 201. num. 6.

Reliqua credita non admittebant hanc dubita-
tionem facti, dum non controuertebatur illorum
probatio, sed solum, an deberentur Hieronymo
12 † propter varias Doct. sententias super interpre-
tatione eius legis hac edictali, quæ tamen non po-
terant reddere dubiam dispositionem eius consti-
tutionis in sua essentia, licet posset illius veritas
ignorari secundum *Bald. in l. scire legem, ff. de leg.*
& per Bart. Socin. in rubr. ff. de rebus dubijs Ea
vero credita in noua propositione huius dubij vi-
sa fuerunt consistere in tribus partitis, quarum
prima erat ratione legitimæ debitæ eidem Hiero-
nymo in bonis maternis, super qua duplex diffi-
cultas mota fuit, quia dicebatur, vel quòd illa non
poterat detrahi ante lucrum dotale debitum Cæ-
sari, cum etiã illud reputari deberet inter æs alie-
num Cæciliæ, vel saltem quòd eadem legitima
connumeranda esset in constituenda ea portione,
quam Hieronymus habere debebat æqualem cum
Cæsare ex dispositione dictæ legis hac edictali.
Sed respectu posterioris huius difficultatis non pu-
tarunt Domini recedendum esse ab opinione fir-
13 mata in decisione præterita, quòd scilicet † filius
illam habere debeat vltrà summam, quam petere
potest in portionibus relictis vitrico, cum eadem
opinio nitatur auctoritate huius Tribunalis, in
quo semper illa recepta fuit, vt sequendo decisio-
nem *Crescentij 4. de testam.* sæpius tenuit Rota,
& præter decisiones relatas in prædicta decisione
in vna *Rauennaten. laudi 28. Iunij 1613. coram*
Eminentiss. D. meo Card. Verospio. & in Bononien
indemnitatis 23. Martij 1624. coram Reuerendiss.
Seleucien. atque etiam coniuncta videatur cum
ratione, cum eam legitimam non capiat filius ex
dispo-

dispositione materna, sed potius ex dispositione
iuris. Respectu vero primæ difficultatis visa fuit
verior opinio Doctorum, qui pro filio tenuerunt,
4 vt † prius detrahenda sit legitima, pro qua opi-
nione concurrebat tam ratio, quã auctoritas Do-
ctorum, cum hoc lucrum videatur marito deferri
ex causa lucratiua, quia si illud detraheretur fa-
uore vitrici ante legitimam filiorum, non solum fi-
lij respectu eius portionis fierent inferiores vitri-
co contra dispositionem legis *hac edictali*, sed ne-
que consequerentur integram legitimam, & hinc
5 volunt Doctores, quod licet † ex dispositione par-
ticulari statuti, aut pacti, in quibus concedatur
marito id lucrum, derogari possit dispositioni eius
5 legis, non † tamen sufficere quamcumque dero-
gationem, sed requiri, quod illa fiat expressè, aut
saltem id, quod continetur in eodem statuto, aut
pacto, non se compatiatur cum dispositione eius-
dem legis, vt tradiderunt *Roland. de lucr. dot.
quæst.* 26. *num.* 15. *Phanuc. eodem tract. glos.* 5.
num. 35. *§. verum, & alij relati per Thes. in decis.*
164. *num.* 4. *& in Imolen. lucri dotis* 10. *Maij*
1622. *coram* R. P. D. *meo Merlino*, in qua decisio-
ne fuit opinio firmata tanquam magis communis,
prout illam etiam talem esse testantur, *Rol. eodem
tract. quæst* 27. *num.* 3. *&* 4. *& cons.* 29. *lib.* 4. *Cu-
man. cons.* 110. *num.* 4. *Surd. cons.* 401. *num.* 30.

Altera etiam difficultas proponebatur contra
hanc detractionem ex facto, quia quando diffi-
cultates propositæ non obstarent, dubitatum fuit
super quantitate eius legitimæ, causa vero dubitã-
di oriebatur ex deductis in decisione prædicta, cum
negaretur in computatione eius legitimæ haberi
posse rationem bonorum mobilium, siue eorum
valoris, cuius dictum fuit debitricem esse hæredi-
tatem Cæciliæ. Et ratio huius dubitationis erat,
eo quia per restitutionem eius æris alieni, quo ea-
dem Cæcilia tenebatur hæreditati Damiani, non
poterat dici diminuta dos, cuius illa erat creditrix
Cæsaris, sed non visa fuit subsistere hæc exceptio,
quia licet verum sit, quod ratione eius debiti non
potuerit diminui creditum dotis fauore Cæciliæ,
satis est tamen, quod hanc diminutionem patere-
tur illius hæreditas, ex qua petebatur ea solutio;
neque obstare poterat, quod ea hæreditas consi-
steret in sola dote, quia cum solutio valoris dd. mo
bilium fieri deberet de tempore, quo dissoluto ma-
trimonio per mortem Cæciliæ, fuit ea dos effecta
proprium patrimonium mulieris, soli illius hære-
ditati poterat adscribi id debitum.

Alia duo credita, quæ supererant, consistebant
in iure, quod competebat Hieronymo super por-
tionibus relictis Cæsari, vt seruaretur æqualitas,
quam lex requirit, & hinc dixerunt teneri Cæsa-
rem primum cũ eo communicare legatum, quod
à Cæcilia sibi relictum fuerat in summa scutorum
mille & cẽtum, & deinde quicquid detractis om-
nibus partitis superesset ex illius hæreditati, quæ
tamen summa visa fuit reddi hodie incerta prout
etiam quãtitas legitimæ propter incertitudinem
valoris bonorũ mobilium, qui restituen. erat hæ-
reditati Damiani, quia cum pretium dd bonorum
deducendum prius esset ex hæreditate Cæciliæ ex
eo pẽdere debebat tam liquidatio legitimæ, quam
æstimatio residui dictæ hæreditatis.

Et hæc DD. firmarunt super creditis vtriusque
huius hæreditatis, & earum debitis respectiuè, ve
substineri posset legatum factum à Cæsare Catha-
rinæ. Pro ea verò summa, in qua facta æstimatio-
ne dictorum bonorum mobilium detegetur hære-
ditas Cæciliæ creditrix Damiani, visum fuit DD.
posse Catharinam agere via executiua recedendo
in hac parte à decisione præterita, cum id residuũ
17 petere possit Catharina non solum iure legati, †
quo casu cogeretur agere via ordinaria; verum
etiam ex iure, quod habet propter cessionem sibi
factam à Cæsare crediti, quod competebat Cæci-
liæ suæ debitrici contra hæredes Damiani, & ita
18 cum † pro tota ea summa, cuius ipsa Cæcilia erat
creditrix dd. hæredum, haberet illos sibi obligatos
obligatione Camerali, prout etiam Cæsar agere
potuisset exequutiuè contra Cæciliam pro conse-
quutione lucri dotalis sibi promissi in instrumento
dotali sub eadẽ obligatione, ita effectus eius obli-
gationis transire potuit in Catharinam cessiona-
riam *ex reg. l. emptor. C. de hæred. vel act. vend. &
notat ibi glos. & in l. si cum emptore. ff. de pactis,
Benedict. de Barz. de guarantig. quæst.* 9. *in fine,
vers. item quod agenti nomine alieno. Galles. ad
form. Cam. oblig. par.* 2. *quæst.* 2. *num.* 1.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Romana Saluiani de Casalibus.

Veneris 21. *Iunij* 1641.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non datur sine hypoteca.*
2 *Obligatio Cameralis non potest extendi ad ea
quæ non fuerunt.*
3 *Donatario non acquiritur ius nisi secuta accep-
tatione donationis.*
4 *Donatio attentata stipulatione Notarij est irre-
uocabilis, & vigore illius acquiritur actio per-
sonalis absenti.*
5 *Iuramentum nõ supplet defectum acceptationis.*
6 *Acceptatio donationis post factam alienationem
non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui in-
terim fuit ius quæsitum.*
7 *Hypoteca cum priuilegio prælationis competit in
subsidium super bonis fideicõmisso subiectis pro
dotis restitutione.*
8 *Dispositio Auth. res quæ, habet locum, tam in fi-
deicommisso vniuersali, quam particulari, &
sinè illud sit factum in vltima voluntate, sinè
inter viuos.*
9 *Clausula pro quibus omnibus iuncta cum obliga-
tione Camerali refertur etiam ad enunciata.*
10 *Obligatio Cameralis continet sub se hypotecam.*
11 *Hypoteca ex sola voluntate, & ex verbis genera-
libus imò indefinitis constituitur.*
12 *Ad inducendam hypotecam admittitur etiam in-
terpretatio extensiua.*
13 *Obligatio Cameralis continet in se stipulationem
pro omnibus quorum interest.*
14 *Donatio facta præsenti, & acceptanti suffraga-
tur etiam condonatarijs, & venientibus ex ea-
dem donatione.*
15 *Donatio vt censeatur acceptata sufficit quod do-
natarius habuerit de ea notitia.*

16 *In lucratiuis scientia habetur pro acceptatione.*
17 *Acceptatio præsumitur in actu vtili.*
18 *In his quæ afferunt commodum scientia succedit loco acceptationis.*
19 *Præsumptio ex alia præsumptione non oritur.*
20 *Fallit quandò venit in consequentiam alterius.*
21 *Scientia probatur præsumptionibus, & coniecturis.*
22 *Prout etiam acceptatio præsumptionibus, & coniecturis probatur.*
23 *Voluntas non solum ex verbis, sed etiam ex factis declaratur.*
24 *Verisimilitudo attenditur in materia probatiorum, & operatur quòd illa probent, quæ alias non probarent.*
25 *Venditio, quæ non fuit sortita effectum non est habenda in consideratione.*
26 *Voluntas ad actum nõ producta nihil operatur.*
27 *Hypoteca ad effectum retentionis debet esse anterior vel potior.*
28 *Creditores ex causa onerosa præferuntur creditoribus ex causa lucratiua.*
29 *Declara, vt hoc procedat in habentibus solum personaliter, secus vero in ijs qui habent etiam hypotecariam.*
30 *Bona exempta à fideicommisso auctoritate Apostolica remanent libera.*
31 *Creditor, qui consentit distrahi bona libera in posteriores, non potest agere contra bona subiecta fideicommisso vigore auth., res quæ, & num. 34.*
32 *Remedium Auth. res quæ est subsidiarium, nec competit existentibus bonis liberis.*
33 *Creditor consentiendo alienationi aliquorum bonorum sibi non præiudicat quominus possit satisfieri in cæteris.*
35 *Obligatio de restituen. prioribus, & potioribus operatur, quod pecunia dicantur extare.*
36 *Cessionarius plus iuris habere non potest quam ipse cedens.*
37 *Creditoris potest exercere omnes actiones, quæ competunt suo debitori.*
38 *Et quod possit exercere hypotecariam.*
39 *Actio subsidiaria competens vigore Auth. res quæ non transit ad hæredes extraneos, vel singulares successores, & num. 40.*
41 *Saluianum non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

DECISIO CLXXXIX.

DECISIONEM emanatam coram bon. mem. Buccabella sub die 17. Nouembris 1637. in qua dictum fuit DD. de Casalibus immittẽdos esse ex remedio saluiani in possessionẽ domus possessæ à R.P.D. Prospero Caffarello tanquam creditores Bernardini Caffarelli in scut. 4000. hodie DD. confirmarunt. Nam creditum cum hypoteca, quòd est necessarium antecedens in hoc iudicio clarè probatur ex publico Instrumento donationis factæ à Bernardino, in quo deficiente linea masculina Marij Caffarelli eius donatarij vniuersalis mandat solui dicta scuta 4000. Michaeli de Casalibus eius consanguineo, & illius filijs, ac descendentibus, pro cuius donationis, ac omnium in ea contentorum obseruantia tam ipse donator, quam Marius donatarius sese hæredes, & bona quæcumque in ampliori forma Cam. Apost. obligarunt. Et quod defecerit linea masculina Marij, & sic euenerit casus quo donator voluit solui d. scuta 4000. quodq. illi de Casalibus, qui agunt pro illorum solutione sint de descendentibus Michaelis ad quorũ fauorem donator disposuit plenè firmatur in d. decisione prout etiam in ea cõcludenter probatur possessio tam Bernardini, donantis quàm D. Prosperi contra quem dirigitur saluianum, quæ sunt requisita in hoc iudicio, nec ista in hac positione causæ fuerunt ab altera parte controuersa.

Solùm impugnabatur qualitas, & essentia crediti, quòd non suffragari ab informantibus ex tribus.

1 Primò, quià deest hypoteca finæ qua non competit saluianum, † vt latè probat *Statil. de saluian. inspect. 1. cap. 4. num. 107.* Defectus autem deducebatur ex eo, quia licet donator, & primus donatarius in instrumento donationis pro illius obseruatione obligauerint se, hæredes, & omnia eorum bona in forma Cameræ; attamen dicebatur huiusmodi hypotecam fuisse appositam pro obseruantia eorum, quæ vnusquisque ipsorum ex parte sua promiserat ad effectum, vt in casu conuentionis eorum bona essent obligata pro implemento promissorum, non autem pro obseruantia, & executione eorum, quæ erant præstanda ab vltimo masculo lineæ Marij, vel ab eius hærede, quorum factum neuter ipsorum promisit, ac propterea ad eos extendi non posse, sed esse restringendum ad ea,
2 quæ vnusquisque † eorum ex parte sua promisit ex traditis per *Giouagnon. cons. 34 num 43. vers. non obstat cum num. seq. lib. 2.* & latè *Ger. Spin. cons. 54. à num. 18. vers. sed dicimus vsque ad 52. vers. verum.* quod prius etiam sensisse videtur *Soccin. sen. cons. 115. num. 13. post med. vers. nec contra possessores lib. 4.*

Secundo ob jciebatur, quòd concesso etiam, quòd in Instrumento donationis adesset hypoteca, illa tamen non erat experibilis super domo, de qua agitur, quia cum donatio fuisset facta ad fauorem Casalium absentium, & ante illorum acceptationem domus fuisset alienata in D. Caffarellum singularem successorem, non poterat contra eum intentari salnianum cum ante acceptationem non acquiratur ius reale, & actio hypotecaria vtilis, quæ requiritur ad effectum vt saluianum intentari
3 possit contra† tertium in quem res debitoris titulo singulari peruenit iuxta *cons. Honded. 25. à numer. 40. vsque ad fin. præsertim à nu. 57. lib. 2.* qui dicit ita fuisse iudicatum absoluendo possessorem, eum sequitur *Scapuccin. de salutan. interd. lib. 2. quæst. 16. n. 11. maximè sub vers. & in fortioribus.*

Nec releuare dicebatur, quòd interuenerit stipulatio Notarij nomine Casalium, quia licet per hanc stipulationem contractus reddatur irreuocabilis ex parte promissoris, & acquiratur absenti actio personalis, & hypotecaria directa ad illam accessoria, quæ exercentur contra obligatum, & illius hæredes, & successores vniuersales, non ta-
4 men acquiritur ius reale, †neque actio hypotecaria vtilis experibilis contra singularem successorẽ, *Alciat. in cap. cum contingat num. 332. in fin. & seqq. de iur. iur. Couar. in rubr de testam. par. 3. num. 13.*

num 13. vers. nec item refert bene Honded. d. cons. 24. num. 44. & 45. lib. 2. Cephal cons. 440. num. 30. & seqq. præsertim num. 49. Giouagnon. d. cons. 34. num. 40. Vegg. cons 51. sub num. 36. Laderch Imolen. cons. 76. num. 1. Bero. cons. 4. nu. 34. & 35 lib 1. Ciriac. controuers. 322. num 2. vers. mihi vero cum seqq. & alios refert *Anton de Amat. Panormitan. variar. resolut. tom. 1. resol. 30. num. 6. & Rot. decis. 683 num. 4. par 1. diuers. quæ est decis. Card. Seraph. inter eius impress. 474. num. 4. & in recent. 14 num. 6. par. 4. & coram san. mem. Greg decis. 567. num. 3. & add. ad eiusd. decis. 97. sub num. 8. & coram bon. mem. Buratt. decis. 773. num. 2. & decis. 98. num. 6. & fuit dictum in Ariminen. donationis 22. Iunij 1640. coram R. P. D. Panzirolo*

Prout etiam non suffragatur interpositum fuisse
5 iuramentum, † quia illud non supplet defectum acceptationis requisitæ ad effectum acquisitionis realis, & dominij, *Abb. in cap. sicuti il 3. num. 5. de iur. iur. Alciat. in d. cap. cum contingat nu. 335. in fin. cum seqq. Purpurat. cons. 478. nu. 28. Gutier. cons. 41. per tot. Honded. cit. cons. 25. num. 46. & duob. seq Rot. decis. 583. num. 4. vers. & procedit etiam, & decis. 27. num. 11. cum seqq par 7. recent. & fuit dictum in Romana census 25. Iunii 1640. coram R.P.D. meo Bicho.*

Nec minus acceptatio superuenta post factam
6 alienationem † suffragari potuit, quia non præiudicat, nec retrotrahitur in præiudicium tertij, cui interim ius, & dominium est quæsitum, *Alex. in l. quod meo num 5. ff. de acquir. poss. Dec. in l. contractus num. 20 ff. de reg. iur. Couar. d. rubr. 3. nu. 13. vers. est tamen necessaria de testam. Castr. cons. 195. num. 3. par. 2. Bero. cons. 164. num. 1. & seqq præsertim num. 6. lib. 1. Purpurat. cons. 396. num. 58. Curt. iun. cons. 74 nu. 9. & cons. 76. nu. 6. Menoch. cons. 858. nu. 2 Bellon. iun. cons. 38. nu. 13. & cons. 69. num 47 Honded. d. cons. 25. num. 25. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 48. num. 17. Rot. decis. 124. num. 10. post Zacch. de obligatione Camer. & coram Cardin. Seraph. dicta decis. 472. num. 6.*

Tertia oppositio in eo cõsistebat, quòd Marius Caffarellus iunior à quo D. Prosper emit d. domũ habet hypotecã anteriorem, vel certè potiorem, vnde sicuti ipsi competijsset retẽtio aduersus Casales, *Rot. dec. 303. num. 2. & 3. par 4. recent. & coram Buratt. decis 854. num. 3.* & contra eum habentem potiora, & anteriora iura cessaret saluianum *l. 2. ff. qui potior. in pign. hab. habeant Mant. decis. 69. num. 1. Buratt. decis. 844. num. 1.* Ita etiam cessare debeat contra D Prosperum emptorem, qui vtitur eodem iure defensionis, *l. inuitus. §. plerumq. ff de reg. iur. Bald. in l. emptori in princ. C. de euict.* & potest se tueri eadem exceptione retentionis tanquam illius cessionarius, & singularis successor *l. si potiores, C de his qui in prior credit. loc. success. Surd. cons. 4. num. 8. Statil. de saluian. inspect 2. cap. 2. num. 229. Rot. coram Card. Caual. dec. 652. num. 1. & coram R.P.D. meo Verospio decis. 318. num. 26. par. 6. rec.*

Potioritas autem desumebatur ex eo, quia cum Marius esset creditor dotis Faustinæ matris scut. 9000. & pro illius satisfactione elegisset hanc domum fideicommissariam Bernardini vigore *Auth.*
7 *res quæ, C. comm. de leg.* ex quo non † aderant alia bona libera euaserat potior, & erat præferendus Casalibus cum pro restitutione dotis facienda in vim d. Auth. competat hypoteca cum priuilegio prælationis in bonis subiectis fideicommisso, & alienari prohibitis si bona libera mariti non extant, vel non sufficiunt, vt in specie tradunt *Castr. in l. mulier 22. §. cum proponeretur sub num 3. ff. ad Trebell. Curt. in l. filius familias, §. Diui numer. 171. ff. de leg. 1. Padill in d. auth. res quæ numer. 47. Goz. ad. cons. 97. num. 10. Castrens. cons. 15. num. 2. vers. his non obstantibus, & cons. 219. numer. 3. vers. & sic dicendum par. 1. Dec. cons. 519. per tot. Roland. cons. 85. à num. 29. vsque ad 34. lib. 1. Didac. variar resolut. lib. 3. cap. 5. num. 10. vers. 4. non tantum, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 190. num. 1. & seqq. & de arbitrar. iud. cas. 182. num. 69 Peregr. de fideicom. art. 42. numer. 13. & 81. Odd. de fideicom. ex prohib. alienat. quæst. 44. art. 8. num. 138. & seqq Cancer. variar. resolut. par. 1. cap. 9 num 175 in vltim. impress. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 18. num. 91 & seqq. Thesaur decis. 151. per tot. Viu. decis. 18 num. 8. lib. 1. Rota coram Seraph. decis 678. num. 5. & decis 37. num. 4. par. 4. diuers. & in Romana dotis 30. Martij 1618. coram Eminentiss. Card. Pamphilio impress. post Fenzon. ad stat. Vrbis decis. 92. & in Anconitana fideicommissi coram Card Blanchetto post Merlin. de legit. decis 33. sub num. 6. & 7. & in recen. decis. 154. num 4. coram Reuerendiss. D. meo Pirouano Decano, & decis 312. à num. 13. vsque ad 18. coram R. P. D. meo Merlino par. 6. & fuit dictum in Romana dotis 13. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Panzirolo cum alijs relatis per Add. ad Buratt decis. 641. num. 23. & seqq.*

Cuius *Auth.* dispositio procedit, tam in fidei-
8 commisso facto in vltima † voluntate siue illud sit particulare siue vniuersale, vt post *Bald Castrens. Ruin & alios quos referunt, & sequitur Peregr. de fideicom. art. 42. nu. 54. Canc. vbi suprad. cap. 9. num. 365. Fusar. de subst. d. quæst. 571. num. 58. firmant Ias. in d. auth num. 32. vers. o. extende. Decian. cons. 18. num 28. lib. 2 & Rota coram R. P. D. meo Merlino d. decis 312. num. 35. par. 6. recent.* Quàm in conuentionali facto in contractu inter viuos, vt post *Franc. Tigrin. de Pisis & Vircdutium de Perusio firmat Baptista de S. Blasio in tract. de priuil. dotis cent. 4. priuil. 341. num. 41. inter tract. magn. tom. 9. fol. mihi 460. Ambros. de Opilonibus inter repetẽtes in l. filius familias, §. Diui nu. 121. vers. & pondera omnium. ff. de leg. 1. Curt. iun. in d. auth. res quæ num. 35. Lup. in rubr. de donat. §. 16. num. 14. vers. pater, Ias. cons. 157. nu. 21. vers. huic difficultati, vsque ad fin. lib. 2. Bero. cons. 38. numer. 35. vers. non aduersatur tertium, & num. seq. lib. 1. Fontanell de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. par. 2. num. 94.* vbi istam opinionem rationibus firmat, & à contrarijs vendicat, & alij relati per *Fusar. d. quæst. 531. nu. 81.* & Rota nostra licet contrariam opinionem communem dixerit coram *Card. Seraph. decis. 374. num. 3.* Tamen ibidem subdit non esse opinionem omnium tutã, & seueram, & partes esse vlterius super articulo audiendas cum

æquè in vno atque in alio casu militent rationes, *Auth. res quæ*, & demum in hac sententia vltimo loco resedit coram *Card. Virili dec. 128. num. 2. & seqq. par. 5. recen*

Tamen hæc non obstare dixerunt Domini, & propterea steterunt in decisis.

Ad primum enim fuit responsum, quod quicquid sit de opinione, quam subtiliter disputāt Gronagnon & Gerius Spin. in præcitatis locis, An scilicet hypoteca simpliciter apposita in contractu donationis, censeatur apposita solùm pro obseruātia donatoris, & non donatariorum inter se, in hoc casu visa fuit cessare hæc difficultas, cum hic non solum donator, sed etiam donatarius generaliter promiserint obseruantiam omnium contentorum in donatione, *vt patet ex instrumento summar.* Casalium num. 1. nec dubitari potest, quin hypoteca fuerit adiecta etiam pro obseruantia eorum, quæ fuerunt disposita ad fauorem Casalium, quibus donator mandauit solui dicta scut. 4000. in defectu lineæ masculinæ Marij: tum quia in hoc consistit obseruantia donationis ex parte do-
9 natariorum: tum quia in † instrumento adest clausula, pro quibus omnibus, & obligatio Cameralis, quæ referuntur ad omnes dispositiones in instrumento principaliter, vel accessoriè, seu incidenter contentas, & trahuntur etiam ad enunciata, vt de clausula, pro quibus omnibus tradunt *Alex. cons. 17. num. 2. lib. 3. Ruin. cons. 137. nu. 6. lib. 1. & cons. 103. num. 11. lib. 4. Paris cons. 97. nu. 91. lib. 1. Rot. dec. 731. num. 2. par. 1. diuer. & dec. 69 nu. 4. post Zacch. de oblig at. Cameral.* Et de obligatione Ca-
10 merali continente sub se † hypotecam, quod exerceatur etiam pro enunciatis in instrumento, *Rot. decis. 70. num. 9. par. 1. recent. & apud Statil. de salarian. dec. 308. quæ habentur etiam apud Zacch. vbi supra altera decis. 5. num. 10. & altera dec. 85. num. 1. & 2.*

Et in hanc sententiam facilius iuerunt Domini cum id suadeat etiam verisimilis mēs, & intentio donantis. Quia dum ille in instrumento donationis apposuit hypotecam, & deindè expresse mandauit, quòd in defectum lineæ Marij primi donatarij soluerentur Casalibus scuta 4000. adiectis tot clausulis, & obligatione Camerali, vt facilius, & efficaciùs dictum relictum consequi possent, verisimiliter etiam censetur voluisse ad hoc vt huiusmodi effectus iuxta eius votum sequeretur, quod eius bona illis essent hypotecata. Quæ verisimilis mens, & intentio sufficit ad hoc, vt hypoteca constituta dicatur etiam pro ista obligatione, & obseruantia donatariorum ad fauorem Casalium, cum
11 hypoteca ex sola voluntate, & ex † verbis generalibus, immò etiam indefinitis constituatur *Bursatt. cons. 39. num. 37. Cephal. cons. 41. num. 19. Riminald. senior. cons. 299. num. 10. & 11. lib 2.* Sufficit enim verisimilis mens ad eam inducendam *text. in l. creditor la prima §. post diuisionem ff. qui potior. in pign. habeant*, & admittit *Ger. Spin. dicto cons. 54. num. 35. in fin. & num. 36. ante finem vers. erit igitur verum.*

Quod procedit etiamsi aliqua extensione opus esset cum interpretatio extensiua ad hypotecam
12 inducendam † admittatur, *vt per Bald. in dicta l. final. C. quæ res pignor. oblig ar. post: Fulgos. cons. 83. num 2. vers. fin. Ger. Spin. dicto cons. 54. nu. 36. d. vers. erit igitur verum.*

Et cessat omnis difficultas cū obligatio Came-
13 ralis † habeat in ventre stipulationem pro omnibus quorum interest, quæ operatur, vt cuilibet absenti interesse habenti acquiratur ius, & actio, vnde dubitari non potest, quin fuerit aquisita Casalibus, de quorum interesse, & quidem principali apparet ex præmissis latè *Zacch. de oblig. Camer. quæst. 5. num. 6. & Rota post eum decis. 86. nu. 29. num. 199. num. 7. & 137. num. 1. & in recent. decis. 285. num. 9 & 10. par. 6. & coram R. P. D. meo Dunozetto decis. 46. num. 7. par. 7. & coram bon. mem. Buratto decis. 788. num. 3.*

Secundum verò quod ante acceptationem ex sola stipulatione Notarij non acquiratur absenti ius reale, & actio hypotecaria vtilis experibilis contra singularem successorem, visum fuit cessare in facto ex duplici fundamento. *Primò* quia cum donatio fuerit Mario præsenti, & acceptanti, illius acceptatio suffragatur etiam Casalibus condonatarijs, vt per *text. in l. quoties, C. de donat. quæ sub modo firmauit, Rot. decis. 683. num. 8. par. 1. diuers.*
14 Ipse enim censetur † acceptasse nomine omnium, *Ciriac. contro. 312. num. 89.* Immo cum de illo tempore quoad descendentes Michaelis impossibile esset, quod ipsi donationem acceptarent, ex quo nondum erant nati, lex admittit eam acceptationem, quæ secundum naturam fieri potest, vt ex *Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 2. num. 75. vers. in secundo firmat, Ciriac. controu. 312. nu. 89. & seq.*

Secundo quia agitur de donatione, quæ cum sit
15 actus lucratiuus, † & fauorabilis sufficit sola scientia, vt censeatur acceptata *Bart. in l. quo enim §. 1. num. 1. vers. aut geritur, ff rem rat. hab. Aretin. in l. qui absenti sub nu. 4. ff de acq. possess. Crauett. cons. 261. num. 5. Dec. cons. 558. nu. 2. vers. imo ex eo, Menoch. cons. 229. num. 62.* Rota decis. 262. *num. 6. par. 1. recent. & coram bon. mem. Buratt. decis. 47. num. 2.* Etiam probata & coniecturis, & præsumptionibus *Bursatt. cons. 33. num. 5. Roland. cons. 19. num 34. & seq. lib. 1. & cons 4. num. 31. lib. 2. Cephal. cons. 33. num. 19. Borgnin. Caualcan. decis. 42. num. 24. & 25. par. 1. Thesaur. decis. 70 num. 12. vers. quinimmo videtur, Rota decis. 142. num 7. vers. immo solis coniecturis part. 4. recent.*
16 in his enim † lucratiuis scientia habetur pro acceptatione, *Surd. decis. 111. nu. 12. in fin. nu. 13.* vbi reddit rationem, quia est actus delectabilis, & *decis. 206. num. 11.* vbi inquit acceptationem præsumi ex quo actus affert vtilitatem, *Ioseph. Ludou. decis. Perusin. 29. num 8. Anchar. iun. quæst. famil. lib. 2. quæst. 23. num. 23. Rimnal. iun. cons. 88. numer. 13.* vbi quod semper præsumitur consensus,
17 quando actus est † concupiscibilis, *Ciriac. cōtrou. 314. num. 27. & latè Rota d. decis. 142. nu. 7. par. 4. recent. Add. ad Gregor. decis. 97. num. 8. in fin.* vbi
18 quod ex sola † scientia constare dicitur de acceptatione in his, quæ afferunt commodum.

Non subsistere dictum fuit hoc habere locum, quandò scientia probatur verè, secus autem si pro-
19 betur præsumptiuè, † cum ex vna præsumptione

alia

alia extri non possit secundum *Vlass. in l. 1. C. de dat. permiss. Rum. cons. 90. num. 4. vers. secus au. tem si tutorem lib. 3* quia vltrà quod regula præ-
20 dicta fallit quando vna præsumptio † venit in consequentiam alterius vt declarat *Christoph. Castillon. interpret. l sciendum num. 9. ad fin. de verb. oblig. et Bartol in l. fin. qui pro emptore num. 71. ff. de vsucap. Rota in Elboren. iuris confrendi 4 Iulij 1640. coram* R.P.D. *Carillo*, & in his indiuidualibus terminis respódendo huic obiectioni, *Rota coram Mantica decis. 21. num. 2.* Respondetur obiectum cessare, quia licet scientia probetur coniecturis, & præsumptionibus, vt intra dicetur *dicitur tamen scientia vera, & concludenter probata*, cum aliud sit scientiam esse præsumptam, aliud
21 eam probari præsumptionibus, & † coniecturis ex quibus scientia vera probatur *Aymon. cons. 73. num. 19. & 178. num. 1. coram Card. Seraph. decis. 1459. num. 4. & 5.* vbi quod per coniecturas probatur scientia vera concludenter.

Coniecturæ autem ex quibus huiusmodi scientia probatur visæ sunt concurrere, & quidem relevantes.

Prima desumpta fuit ex eo, quod donatio fuit facta Michaeli, & eius descendentibus, cum pacto quod ipsi nihil petere, aut prætendere possent cótra bona, & hæreditatem quondam Isabellæ auiæ maternæ Bernardini donatoris, vt claré legitur in donatione d. summ. nu. 1. Vnde cum nec Michael nec illius descendentes aliquid io posterum petierint contra dicta bona, & hac acquiescentia, & nó petitione inducitur tacita acceptatio dictæ donationis, quasi agnouerint † onus illi iniunctum.
22 Acceptatio enim tam ex facto, quam ex non facto probatur *Aymon. in puncto cons. 91. num. 10 Menoch. cons. 313. num. 3 Rot. decis. 647 num. 3. par. 4.*
23 *diuers.* Et non solum † ex verbis, sed etiam ex factis declaratur voluntas *l. Paulus respondit, ff rem ratam hab. Soccin. sen. cons. 125. num. 1. lib. 1. Dec. cons. 58 num. 1. in fin. Grauett. cons. 130. sub n. 10. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 13. in fin.* & qualis ab initio fuerit facta subsecuta ostendunt *l. quadam in princ. ff. de reb. dub. Mantic. decis. 313. Greg. decis. 653. num. 3.* Non enim verisimile est, quod Michael remisisset hanc prætensionem ita magnificatam à donatore, nisi quia nolebat sibi præiudicare in donatione sibi facta sub ista conditione vt argumento *l. cum de indebito, ff. de prob. probat Tiraquell. in l. si vnquam in verbo donationem largitus num. 206. cum seqq. C. de reuocand. donat.* & hoc argumento non fuit in simili *Rota in Romana census 25. Iunij 1640. §. respondetur primo coram R. P D meo Bicho.*

Secundo insurgit ex eo, quòd Bernardinus fecit dictam donationem ad fauorem plurium consanguineorum cum magno apparatu, & pompa ad eorum animos sibi conciliandos, vnde maxima hinc oritur coniectura, quod deuenerit ad notitiá eorundem consanguineorum, & sic Michaelis, & aliorum, quibus donator gratificari voluit, quam coniecturam in hac specie præsumendæ scientiæ ad effectum acceptationis magni faciunt Doctores, *Bursat. d cons. 93. sub nu. 5. Cephal. dicto cons. 33. nu 19 Roland. à Val. dicto cons. 4. num. 31.* vbi inquit, quod ista coniectura est adeo efficax, quód transfert onus probandi contrarium in partem aduersam, quod ante eum dixerat *Guidopap. cons. 23. num. 20. vers. & ista præsumptio, Soccin. iun. cons. 67. num. 11. lib. 3. Menoch. cons. 371. sub numer. 19 Borgnin. Caualcan. d. decis. 41. num. 24. par. 1. Surd. decis. 111. num. 13. Rota d. decis. 142. nu. 7. in fin. par. 4.* præsertim cum agatur de summa notabilis quantitatis, *Roland. d. cons. 4. sub num. 33. vers. & tanto magis.*

Tertio his accedit, quód Michael habitabat in Vrbe, vt colligitur ex instrumento fideiussionis per ipsum factæ ad fauorem donantis per annum ante donationem summ. nouo Casalium num. 1. & erat Ciuis Romanus, vt apparet ex dicto instrumento fideiussionis, vbi talis enunciatur, & ex inscriptionibus notorijs in Capitolio, de qua habitatione iuncta coniunctione sanguinis, & alijs supra ponderatis solet argui scientia rei notabilis prout erat dicta donatio facta à consanguineo, vt præter Doctor. supra allegatos aduertit *Rota in Romana diuisionis 15. Iunij 1640. vers. eo magis concurrente coram* R. P. D. *meo Bicho*, & currentis mensis *vers. præsertim quia rationabiliter coram me*. Ex quibus omnibus saltem simul iunctis visum fuit Dominis probari scientiam, quæ sufficiat ad hunc effectum concurrente etiam cum his verisimilitudine elicita ex supra perpensis, quæ in illa præsumenda inspici debet, *Mandel. Alban. cons. 299. numer 18. lib. 2. Honded. cons. 80. num. 50 lib. 2.* Ve-
24 risimilitudo enim tanquam † amica naturæ omnem probationem cócludit, & operatur quod probent illæ quæ alias non probarent *san. mem. Greg. XV. decis. 245. num. 8. & 9.*

Tertium verò quod Marius iunior elegerit dictam domum pro dote Faustinæ matris vigore *Auth. res quæ, C. commun. de leg.* eamq. vendiderit D. Prospero, ac proinde quemadmodum ipsi competeret retentio ratione potioritatis hypothecæ, ita etiam competere debeat eidèm D. emptori dictum fuit cessare etiam ex facto. Quia venditio prædicta, cui D. Prosper innititur, non habuit effectum vt est in confesso apud partes, & patet etiam ex eo, quod eadem domus post Marij obitum fuit in illius hæreditate reperta, & ad creditorum instantiam subhastata, ac ipsimet D. Prospero tanquam vltimo, & maiori oblatori deliberata, vt firmatur *in decis. quæ renidetur, §. neque obstat*, Vnde nullum in ex potest fieri fundamentum cum
25 paria sint venditionem nó esse † factam, & effectum sortitam non fuisse, *Surd. decis. 51. num. 21. & 22.* saltem ad effectum inferendi præiudicium tertio. Hæc inde argui potest voluntas Marij eligendi dictam domum pro dote materna, quia dum hoc ad actum non deduxit, effectuando venditionem, perinde est ac si non habuisset animum eligendi, nam
26 voluntas † ad actum non producta nihil operatur, nec in iure est considerabilis, *l. iubemus, §. seruus, & ibi Bald. num 1. C. de Episc. & Cleric. Rota coram Card. Cauaier. dec. 535. num. 1. & dec. 150. num. 1. post Scatil de salutan. interd.*

Et visa fuit cessare difficultas, quia etiamsi venditio fuisset effectum sortita, non ideo tamen D. Prospero potuisset competere retentio ex persona Marij, quia cum hypotheca competens Mario, cuius ratione prætenditur retentio, sit tacita vt in- troducta

troducta à lege Statil. de saluian. inspect.3. cap.4.
num.1. Rota dec.17. num.7. par.2. diuer. & com-
petat solum à die mortis Bernardini fideicommit-
tentis, vt fuit dictum in Romana dotis 3. Februa-
rij 1640. coram R.P.D. meo Panzirolo. Non po-
test parere exceptionem retentionis aduersus hy-
potecam Casalium, quæ cum sit conuentionalis ex-
pressa, & anterior est potior, & præferenda, vt per
gloss communiter approbatam in l. assiduis in
verb. licet anterioris circa fin. vbi etiam Bald. nu-
mer.9. Salicet num.4. C. qui potior. in pign. habeant.
Ias in l.1. in secunda lectura num 9. & 10. & ibi-
dem Ripa num.27. ff. solut. matrim. Neguf. de pi-
gnor. in 4. memb.2. par. num.98. vers. tamen mu-
lier, Mantic. de tacit. lib.11. tit.22. num.30. Sta-
til. de saluian. inspect.3. cap.4. num.6. vers. versa
vice, & num.122. hypoteca enim ad effectum re-
27 tentionis debet †esse anterior vel potior, Rota
in recent. dec.303. num.2. & 3. par.4. & coram Re-
uerendiss. Vrgellen. dec.412. num.1.

Idq. procedit etiam non obstante, quod credi-
tum Casalium proueniat ex titulo lucratiuo dictæ
donationis, quia licet creditores ex causa onero-
28 sa præferantur †donatarijs, qui tuentur ex titulo
lucratiuo, Cuman. in l. priuilegia nu.10. vers. aliud
est, ff de priuil. credit. Cephal cons.555. nu.11. Ca-
29 ssic. dec.78 num.7. Tamen hoc intelligitur † de
creditoribus ex titulo lucratiuo, qui habent solum
personalem actionem, secus autem quando habent
etiam hypotecariam, vt in hoc casu tunc enim
præferuntur posterioribus etiam ex causa onerosa,
Mant. de tacit lib 11. tit.22. num.23. & seq. Sta-
til. eadem inspect 3. cap.2. num.469 & duob. seq.

Immò nulla videtur potuisse competere hypo-
teca Mario vigore d. auth. res quæ super prædictis
bonis fideicommissarijs Bernardini cum adessent
bona libera super quibus illa dos detrahi poterat.
Aderant enim bona, quæ san. mem. Paulus Quin-
tus speciali Chirographo permisit alienari ad effe-
ctum satisfaciendi diuersis creditoribus Maximi-
30 liani illius †patris ascendentia ad valorem scuto-
rum 25. mill. Necnon 54. loca mõtium, quæ idem
Pontifex simili Chirographo cõcessit posse distra-
hi ad effectum soluendi dictam dotem, quæ bona
vti exempta à fideicommisso auctoritate Apostoli-
ca remanserunt libera, Rota in recen. dec.209. n.3.
par.1. & decis.312. num.46. par.6. & fuit dictum
in Romana, casalis Aguzan. 27. Iuny 1640. vers.
responderunt Domini coram R.P.D. meo Royas. Et
vlterius Mario fuerant assignata annua scuta 360.
super Palatio pro eodem credito dotis maternæ,
& fuit dictum in Romana dotis 2. Martij 1635.
coram R.P.D. meo Dunozetto, quæ habetur in 7.
par. recent. decis.24. num.20. vers. quo vero ad se-
cundam partem, quæ decisio iuxta stylum huius
Sacri Tribunalis est supponenda, vnde vel præsu-
mitur, quòd Marius se satisfecerit ex dictis bonis,
vel non habuerit notitiam dictæ donationis, & de
omnibus in ea contentis, vt patet ex dictis Chiro-
graphis, & ex alijs in decisione, quæ reuidetur põ-
deratis, & non curauerit ex pretio dictorum bono-
31 rum satisfieri, †sed alijs creditoribus longè poste-
rioribus solui consenserit, ei est imputandum, nec
potest hodie in præiudicium Casalium, & aliorum
fideicommissariorum habere regressum ad bona

fideicommissi vigore d. auth. res quæ, quia consen-
tiendo alienationi, & distractioni prædictorum
bonorum ab eius beneficio remanserit exclusus, vt
præter Curt iun. Ias. Bursatt. Menoch. & Fusar.
allegatos in dec. §. propterea firmant Padill. in d.
auth num.121. in fin. Paris. cons.63. nu.45. lib.2.
Cephal. cons.344. num.35. Federic. Scot. respons.
tom 2. respons. 4. num. 21. lib.1. Peregr. de fidei-
com. art 41. sub nu.16. Intrigliol de substit. cent.3.
quæst.13. nu.391. Fusar. eodem tract quæst.532.
32 nu.30. remedium enim d. auth est†subsidiarium,
& competit quando non adsunt bona libera DD.
in eadem auth. & innumeros refert Fusar. quæst.
531 num.121. & d quæst 532. num 35. & sæpius
Rota firmauit, vt post Merlin de legitim. dec.124.
in princ. & coram san. mem. Gregor. XV. dec.266.
num.10. & coram Buratto dec.641. num.1. & ibi
Add. num.19. qui alias cumulat.

Nec releuat responsio, quod in primo Chiro-
grapho alienatio fuerit concessa præcisè ad effe-
ctũ soluendi pretium nonnullis creditoribus Ma-
ximiliani in supplicatione nominatis, inter quos
ipse non erat descriptus, facultas vero distrahen-
di dicta 54. loca montium concessa in secũdo Chi-
rographo, haberet insertam conditionem, quòd in
primis, & ante omnia erogarentur scuta 2000. au-
ri in auro in extinctionem census similis summæ
debiti per eundem Maximilianum q. Christopho-
ro Rotigno, ac propterea cesset, nedum præsum-
ptio, sed etiam possibilitas, quod Marius potuerit
inde satisfieri, quia dempto pretio bonorum alie-
natorum soluto creditoribus nominatis, iuxta for-
mam Chirographi, quæ adunguem erat seruanda,
& demptis scutis 2000. auri ex pretio locorum
montium, erogatis in extinctionem census Roti-
gni, non remansit pro Mario nisi residuum pretij
locorum montium, quod erat scut. 3200. quibus
etiã detractis ex credito dotis maternæ scut 9000
Marius adhuc remanebat creditor in scutis 5800.
absorbentibus valorem domus, qui non excedit
scut. 5000. iuxta id, quod vendita fuit.

Quia vltra quod dicta Chirographa sunt manife-
stè subreptitia, vt fuit dictum in d. decis.24. à nu-
mero 20. vsque ad fin. par.7 recent. Responsum
fuit, quod licet Pontifex mandasset, vt ex pretio
dictorum bonorum, & locorum montium satis-
fieret creditoribus in supplicatione nominatis,
hoc tamen nõ facit quominùs Marius posset age-
re pro credito dotis maternæ, & in concursu alio-
rum posteriorum obtinere illius satisfactionem,
quia Papa hoc ius illi non abstulit, imò expresse
reseruauit, disponẽs, quod creditores quibus pre-
tium dictorum bonorum destinauerat, tenerentur
in actu receptionis dare idoneam cautionem de
illud restituendo prioribus, & potioribus, vt ap-
paret ex lectura Breuium summ. D. Prosperi nu.2.
Vnde cum posset, nec curauerit satisfieri ex pretio
dictorum bonorum permittendo illud solui poste-
rioribus sibi præiudicauit, nec potest amplius ha-
bere regressum ad bona fideicommissi vt dictũ est.

Nec refragatur, quod creditor dotis cõsentiẽdo
33 alienationi aliquorũ bonorũ † sibi nõ præiudicet,
quominùs possit satisfieri in cæteris, Surd. cõs.513.
n.25. Rota dec.229. n.9. p.5. rec. Quia fuit respon-
sum conclusionem istam non procedere quando
in-

intentatur remedium subsidiarium *Auth. res qua* Tunc enim si creditor dotis culpa sua, & facto proprio facit quominus satisfieri possit ex bonis liberis, illa dissipando, vel consentiendo, eorum alienationi admittit subsidium d. Auth. nec ei est succurrendum, tamquam quia sua sponte in ne-
34 cessitate † se posuit *Castrens. in d. Auth. res qua num. 11. & ibidem Ias. nu. 34. in 14. limit. Peregr. d. art. 42. numer. 72. Fusar. de substit. d quaest. 151. num. 155. Menoch. de praesumpt. lib. 4. 190. nu. 47. & duob. seqq.* Alias esset in potestate descendentium alienare bona libera in fraudem fideicommissariorum, & deinde sub praetextu detrahendi dotes euertere fideicommissum quod non est dicendum.

Sed tollitur amaritudo, quia cum praedicti creditorea quibus praetenditur fuisse solutum pretium dictorum bonorum, & locorum montium teneren tur dare cautionem de restituendo prioribus,
35 & potioribus † iuxta legem praescriptam in dictis Chirographis perinde est, ac si solutio facta non fuisset, & precium adhuc extare dicitur ad beneficium potiorum & anteriorum, *vt per tex. in l. ex facto in fin ff. de pecul. & in l. procuratoris 9. fin. ff. de trib. & act. firmant Castrens. cons. 286 in princ. vers. nec obstat, quod creditores lib. 1. Strace. de decoct. par. vltim. sit qui potior in bonis decoct. habeant num. 25. Franc. decis. 75. num. 9. & dec 200. num. 4. Giurb. & plures referens dec. 4. num. 40. & firmauit* Rota *in rec. dec. 48. num 5. par. 3. & dec. 133 num 11. post Pacific. de Saluan. & fuit dictu in Romana pecuniaria de Gallis 15. Maij 1609. coram Iusto. & in Romana census seu 18. mill. 16. Nouembris 1620 coram bon. mem. Coccino.* Vnde quatenus creditum dictae dotis sit antertua, & potius vt D. Prosper praetendit actio dirigenda est contra d. pretium, nec potest intentari remedium susidiarium *Auth res qua* cum illud nō competit quando adsunt bona libera vt supra probatur.

Et ex his tollitur etiam quod D. Prosper ex cessione reportata à Creditoribus Marij vti possit retentione caeterisque actionibus Mario cedenti competentibus, quia cum ex supra deductis talis hypotheca Mario non suffragaretur, multo minus † potest suffragari D. Prospero cessionario, qui plus iuris habere non potest, quam habeat cedens *l. nemo plus ff. de reg. iur.*

Et in omnem casum retentio si quae potuisset competere Mario non tamen posset competere illius creditoribus à quibus D. Prosper reportauit cessionem. Quia licet † creditor creditoris habeat ac exercere possit omnes actiones quas eius debitor habeat, ac exercere potest *l. nomen & ibi DD. C. quae res pign. oblig. poss.* cum pluribus alijs ad propositum relatis *in Romana Domus 25. Febr. 1641. coram me.* Et non solum personales, sed etiam hypothecarias vtiles quando istae fuerunt ibi obligatae, vel saltem adest obligatio omnium bonorum, † vt saluando gloss communiter impugnatam quatenus indistinctè firmat creditori creditoris competere hypothecarias *in d. l. nomen in verb vtilibus & in l. Grege §. cum pignori in verb. solut. ff de pign. Distinxerunt Salic. in eadem l. nomen sub nu. 1. circa med. & in d. l. Grege §. cum pignori nu. 3. & 4. Castrens. in l. si conuenerit la seconda num. 2. ff de pignorat. act. Socein. sen. cons. 158 num. 29. & 30. lib. Negus. de pign. 3 memb. 2. par. num. 24.* Attamen haec conclusio non proce-
30 dit † in huiusmodi actione subsidiaria deducta ex dispositione *auth res qua* quia haec actio non trāsit ad haeredes extraneos nec ad singulares successores iuxta veriorem opinionem quam probarunt *Curt. iun. in d. Auth. num. 22.* vbi ostendit quod in hoc casu cessant rationes omnes eiusdem Auth. & eum sequitur *Padill. ibid. nu. 71. Petr. de fideicom. quaest. 8. nu 447. & seq. Peregrin. eod. tract. art. 42. num. 43. & 44.* vbi in fine dicit quod extra filios
40 difficile † esset in practica obtinere *Menoch. de praesupt. lib. 4. praes. 189. numer. 194. Thesaur. iun. quaest forens. lib. 1. quaest. 5. nu. 5. vers. Placuit enim Senatui & alios refert Fusar. de substit. quaest. 531 num. 46. & num. 47. in fine,* dicit quod haec opinio sibi magis placet, & ea absolutè est vera quoad priuilegium praelationis quod indubitanter non transit ad singularem successorem, nec ad haeredes extraneos, quicquid sit an transeat hypotheca, vt aliquibus placuit *Ias. in § fuerat num 84. Instit de act. Rip in l 1. num. 33 ff. solut. matrim. Alex. cons. 58. num. 4. lib. 7. Negu. ant. de pignor. in 4. membr. 2 par. num. 94. Bald. Nouel. de Rose p. 10. num. 26. Statil. de Saluan. interd. inspect. 3. cap. 4. num. 67. & admisit* Rota *coram* Card. *Seraph. dec. 678. n. 3. & 11.* Cessante autem praelatione cessat etiam retentio ex supradictis.

Ex quibus videtur penitus excludi exceptio retentionis aut saltem negari non potest, quin rema-
4t neat valde turbida & offuscata, quod sufficit, vt Casalibus non possit impediri immissio in Saluiano, quae in hoc iudicio per huiusmodi exceptiones dubias, & altiorem indaginem requirentes non retardatur, *vt per Statil. vbi supra inspect. 2. cap. 1. num. 71. & cap 2. num. 42. & 254.* vbi plures Rotae decisiones cumulat.

Et ita resolutum vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Romana fructuum census.

Luna 11. Decembris 1645.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum ser. ser. vigore oblig. Cam. est exequendum.*
2 *Defectus iuramenti calumniae reddit mandatum nullum.*
3 *Defectum iuramenti calumniae non reddit processum nullum quando fuit actum vigore oblig Cam. & constat de bono iure actoris.*
4 *Res empta ex pecunijs dotalibus non efficitur dotalis, nec acquiritur vxori sed ei cuius nomine fuit empta Declara vt nu. 5.*
6 *Vxor si exigat fructus census à marito empti praesumitur maritum pro vxore censum acquirere voluisse.*
7 *In contractibus inspiciendum est potius, cui contrahentes acquirere voluerint quam nomen instrumento appositum.*
8 *Obligatio minoris absque solemnitatibus Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151 licet sit nulla, tamen tenet*

si minor

si minor effectus maior obligationem ratificauit.

9 *Testator qui in periculo mortis constitutus mãdat solui omnia debita præsumitur voluisse intelligere non solum de debitis, ad quæ ciuili obligatione adstringi poterat; verum etiam de omnibus alijs, ad quæ naturali tantum ratione, & scientia impellente se obligatum intelligebat, & nu. seq. vbi assignatur ratio.*

11 *Obligationis Cam. effectus non extẽditur contra non nominatos in instrumento.*

12 *Obligatio Cam. continet stipulationem Notarij pro omnibus quorum interest, quæ suffragatur omnibus habentibus causam a personis in instrumento nominatis,*

13 *Decis. coram Reuerendiss. Vrgellen. 27. num. 13. & 287. coram eodem & decis. 33. post Genc. de censib. declarantur.*

14 *Omnis actio vtilis directa competens debitori exerceri potest ab eius creditore.*

15 *Executiuè vigore oblig. Cam procedi potest contra debitorem debitoris ita obligatum.*

16 *Obligatio fideiussoris regulatur ab obligatione principalis debitoris.*

17 *Obligatio possessoris rei extinguitur per illius dimissionem, & transit in tertium possessorem. Declara vt nu. 19.*

18 *Venditor non dicitur rem dimittere si reseruat sibi dominium donec conditio aliqua adimpleatur conditione namq; non adimpleta dominium rei remanet penes venditorem.*

20 *Creditor census recipiẽdo fructus ab Accollatore, seu alio quocumque non censetur liberare principales obligatos, nisi interuenerit expressa delegatio.*

21 *Stante pacto extinguendi censum intra tantum tempus, si lapso tempore creditor census non petit fructus arguitur effectiua census extinctio.*

22 *Præscriptio non currit contra non valentem agere.*

23 *Præscriptio contra contractum iuratum de iure communi non constituitur, nisi spatio quadraginta annorum.*

24 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. non comprehẽdit contractum census.*

25 *Vnica præscriptio non sufficit in censibus, sed tot requiruntur, quot sunt solutiones.*

26 *Minori succurritur per restitutionem in integrum aduersus præscriptionem.*

DECISIO CXC.

IOANNES Baptista Fonciallus de Anno 1576. imposuit super quibusdam eius domibus annuum censuum scut. 32. quem pretio scut. 400. vẽdidit Antonio de Pisauro, & Cæciliæ Marchesiæ coniugibus.

Idem Ponciallus de anno 1594. condidit Testamentum in quo sibi scripto vniuersali hærede Ven. Hospitale S. Iacobi Incurabilium, reliquit iure Legati Propertio Fontanellæ duas ipsius Vineas petiarum 15. circiter, onere adjecto quod Fontanella Legatarius pro pretio Vinearum sibi legatarum teneretur intra duos annos erogare sc. 2100. in dissolutionẽ tot legatorum, & debitorum Testatoris, residuum vero si quod superesset exbursare Hospitali hæredi. Pro quotum adimplemento cum fuerit per Hospitale actum contra Fontanellam tandẽ die 5. Iunij 1599. deuenerunt ad transactionem, in qua Fontanella acceptando Legatum sibi relictum promisit ad bonum computũ supradicti pretij soluere debita, & legata Poncialli, quæ de iure veniunt soluenda, extinguere omnes, & singulos census quibus dicta hæreditas reperiebatur grauata infra terminum sex annorũ quolibet biennio ratam, soluere illorum fructus decursos à die obitus Poncialli, & decurrendos, indemnè conseruare Hospitale ab omnibus molestijs, necnon dictæ transactioni accessurum q. Tiberium Astallum, prout die 17. eiusdem vti principalis principaliter, & insolidum accessit, & fideiussit *Sum. Sacconarij nu. 1. 2. 3. & 4.*

Ioannes Franciscus, & Ioannes Fontanelli hæredes Propertij legatarij die 14. Augusti 1612. vendiderunt Iosepho Lisciano prædictas Vineas per Ponciallum legatas pretio scut. 1650. ad quorum computum Liscianus emptor, ita mandantibus venditoribus, inter cætera assumpsit in se onus soluendi scut. 400. dictæ Cæciliæ Marchesiæ pro sorte principali prædicti census vna cum fructibus vsque tunc decursis, & decurrendis, *Sum. num. 5.*

De anno 1623. Cæcilia condito testamento, reliquit iure legati, & institutionis respectiuè censum, vt supra per Ponciallum sibi venditum Io: Baptistæ Ridolfetto, Cæciliæ, Antoniæ, & Lauiniæ de Gabicijs eius Nepotibus, qui hæredes, & legatarij respectiuè mediante persona Francisci Berghigni eorum Procuratoris substituti die 26. Aprilis 1644. illum cum omnibus fructibus, tunc decursis vendiderunt Fuluio Sacconario pretio scut 800, *d. Sum num. 7 8. & 9.* qui citatis DD. Petro, & alijs fratribus de Astallis vti filijs, & hæredibus q. Tiberij Astallij fideiussoris mandatum executiuum contra bona hæreditaria dicti Tiberij reportauit pro fructibus dicti census decursis, & non solutis, à quo cum fuisset pro parte dd. de Astallijs interposita appellatio, causaq; per Signaturam mihi commissa cum clausula si quid exequen proposito dubio per duas vices, hodie

1 DD. responderunt † mandatum esse exequendum cum fuerit relaxatum pro fructibus census sec. ser. vigore Instrumenti Camerali obligatione Vallati, quod executioni est demandãdum vulg. iuribus.

Nec releuant longa serie deducta per informãtes pro Astallis tam contra validitatem, quam cõtra illius iustitiam.

Nullitas enim quæ primo loco deducebatur ex

2 † defectu iuramenti calumniæ, qui reddit processũ nullum ex adductis per *Rot. coram S. mem. Gregor. decis. 209. num. 3. vbi Add. num. 6.* facilè tollitur,

3 † quia cum actum fuerit vigore obligationis Cameralis, & constet de bono iure Sacconarij actoris, & nullitas non sit de tribus, non est attendẽda, vt benè relatis auctoritatibus concludit *Add. ad dictam decis. Sanct. mem. Gregor. 209. d. num. 6. circa medium, & in fin. Rota in recent. decis. 45. num. 6. par. 1. & decis. 456. nu. 3. in fin. par. 4.*

Secunda vero quæ deducebatur ex defectu legitimationis personarum tàm ex parte agentis, quã ex

ex parte eorum corruit ex facto, respectu enim agentis constat ex instrumentis superiùs recensitis Cæciliam reliquisse hunc censum Ridolfetto, & Gabicijs, qui illum Sacconario cesserunt respectu vero reorum producta fuit quædam fides publica Summario Sacconarij dato in prima responsione *nu.* 2. in qua Petrus, & alij fratres de Astallijs vocant se filios, & hæredes dicti q. Tiberij, & eo nomine contrahunt. Quæ confessio licet suffragar non possit pro portione Fuluij prędefuncti, cuius hæredes non fuerunt citati; satis tamen esse potest pro tribus portionibus Petri, Hieronymi, & Ioan. Baptistæ, aliorum fratrum legitimè in toto processu citatorum.

Tertia denique nullitas ducta ab excessiuitate mandati, ex quo census per Ponciallum impositus fuerat venditus tàm Antonio viro, quam Cæciliæ vxori, & licet emptus cum pecunijs dotalibus, nihilominùs pro medietate spectabat ad Antonium emptorem, † cum res empta ex pecunijs dotalibus non efficiatur dotalis, *l. pecunia dotali C. de iur. dot.* nec vxori acquiratur, sed marito, vel ei, cuius nomine fuit empta *DD. in l. 1. & l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi cum alijs allegat. per Rotam coram bon. mem. Coccin. decis. 498. n. 5.* pariter tollitur, quia prædicta † procederent si Antonius Vir censum emisset cum pecunia dotali non expresso, quod esset dotalis, nec interueniente consensu vxoris, secus quando; prout hic maritus in contractu declarauit se emere de pecunia dotali, & mulier fuit præsens, ac consensum prestitit, hoc enim secundo casu non intrat dispositio *d. l. pecunia*, sed emptum efficitur dotale, & totum spectat ad uxorem per claram dispositionem alterius, *Textus in l. res quæ dotali ff. de iur. dot.* quos textus cum hac distinctione benè conciliat *Alex. in l. si cum dotem. §. vltim. nu 4 vers. adde quod ff. sol. matrim. Guttier. pract. quæst. lib. 5. q 87. nu. 4. Mant. de tacit. lib. 12, tit. 27. nu. 4. & 6.*

Idque † multo magis, quia ex quietantijs datis in Summario de Astallijs *num. 6.* apparet Cæciliam illiusq; hæredes die 24. Augusti 1613. vsque per totum annum 1625. exegisse à Liscianis fructus integri census, ex illa enim continuata exactione præsumitur, vel censum post obitum viri sequutum de anno 1612. fuisse per illius hæredes assignatum Ceciliæ vxori in diminutionem sui crediti dotalis, vel vsque, & ab initio de voluntate viri emptum fuisse pro vxore, & dominium eidem à principio quæsitum, vt habetur *in d. l. multum interest in fin. C. si quis alteri, vel sibi, Modern. Mantuan. contr. for. contron. 524. nu. 1. cum alijs ad propositum benè congestis per* Rotam *in decis. 262. num. 4. par. 1. recent.* Magis † enim inspicitur cui contrahentes voluerint acquirere, quam cuius nomen in instrumento acquisitionis fuerit appositum *l. qui mihi donatum ff. de donat.*

Quo vero ad iustitiam non † releuat quod agatur de obligatione contracta hic in Vrbe per Ponciallum minorem 18. annorum sine solemnitatibus statutarijs, quæ per statutũ Vrbis lib. 1. c. 151. annullatur, & irritatur, quia cum Ponciallus effectus maior per tot annos fructus istius census sine vlla reclamatione persoluerit, ex ista enim acquiescentia cum subsequutis solutionibus contractus remansit ratificatus *per text. apertum in l. fin. C. si maior fact. Grat. cons. 47. n. 21. lib. 1. Rota decis. 306. nu. 53. par. 7. recent.*

9 Eoque magis †; quia Ponciallus constitutus in maiori ætate, & morti proximus in Testamento mandauit ex pretio vinearum legatarum solui per Fontanellam legatarium omnia ipsius debita dicto Sum. Sacconarij *num. 1.* Hinc enim præsumi debet, quòd in extremo articulo ductus de salute animæ suæ cogitans, ita disponendo voluerit, vt ea omnia debita soluerentur, ad quæ non solum ciuili obligatione astringi poterat, verum etiam omnia alia, ad quæ naturali tantum ratione, & conscientia impellente se obligatum intelligebat *ex doctr. Bald. in l. id quod pauperib. num. 22. C. de Episc. & Cler. & in l. 2. num. 4. C. de fideicom. Aret. cons. 93. num. 47. Sanch. cons. moral. lib. 4. cap. 1.*

10 *dub. 3. num. 3.* Testator † enim sic mandans videtur disponere pro exoneratione conscientiæ, & tanquàm memor salutis æternæ præsumitur comprehendere ea, quæ aliàs forsan non comprehenderentur, vt benè ad propositum pluribus auctoritatibus, & doctrinis ponderauit *Rota in Vrbeuetana census 22. Iunij 1635. coram bo. me. Motmanno, quæ est decis. 62. ferè per tot. par. 7. recent. confirmata coram eodem die 17. Decembris eiusdē anni, & 18. Aprilis 1636. in eadem par. 7. recent. decis. 81. nu. 7. & 8. & decis. 110 nu. 2.*

Et ex his tollitur alterum fundamētum nixum in obligatione Fontanellæ restrictæ ad debita Pōcialli, quæ de iure venirent soluenda ex quo prætendebatur Fontanellam non intellexisse de censu, de quo agitur, quia cum ex superius deductis census remanserit in suo robore, & validitate tam de iure, quam de facto erat soluendus, & ideo DD. dixerunt non applicari deducta pro limitatione ad auctoritates quibus nititur, *Rota ad Vrbeuetana census.*

Prout nec releuat, quod obligatio Tiberij solũ respiciat fauorem Hospitalis, ibi, penes dictum Archihospitale, & propterea suffragari non possit Sacconario in instumento non nominato, cum

11 † effectus Cameralis obligationis non extendatur ad tertias personas in contractu non expressas *ex doctr. Ias. in l. iurisgentium §. prætor ait nu. 9. ff. de part. cum alijs per informantes pro Astallijs late deductis.*

Dupliciter enim fuit responsum, Primo ponderando, quod obligatio cui Astallius accessit duo continet, alterum releuare indemnè Hospitale hæredem Poncialli debitoris, alterum extinguere census, illorumque fructus à die obitus Testatoris decursos, & decurrendos soluere, promissio autem extinguendi census illorumque fructus soluendi necessario refertur ad fauorem creditorum quibus, & non Hospitali facienda est solutio, & extinctio; Vnde eis quoque prodesse deber, stan-

12 te † maximè stipulatione Nōtarij pro omnibus quorum interest in obligatione Camerali contenta, quæ suffragatur omnibus habentibus causam à personis in instrumento nominatis, vt sæpius resoluit *Rota post Zacch. de oblig. Cam. decis. 86. n. 2. decis. 97. num. 1. decis. 99 num. 7. & dec. 137. nu. 1. in rec. dec. 285. nu. 9. & 10. par. 6. & decis. 49. nu. 7. par. 7. coram bon. mem. Buratt. dec. 788. num. 2. &*

in

in Romana saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641.
coram me, vers. & cessat omnis difficultas.

Et hinc non applicantur decisiones pro altera
13 parte † allegatæ *decis. enim 23. num. 13. coram Re-*
uerendiss. Vrgellen. loquitur in casu, quo volens
vti, dicta stipulatione de tempore contractus nul-
lum habebat interesse *decis. verò 287. coram eod.*
& 33. post Cenc. de Censib. loquuntur in casu quo
obligatio fuerat restricta ad personam stipulantis,
vt apertè ibidem habetur quod idem repetit *Grat.*
discept. 723. num. 4. & 5. qui non est casus noster,
cum Fontanella, vltrà releuationem indemnitatis
promiserit extinguere census, & soluere fructus,
quæ promissio satis superq; ostendit obligationem
non esse restrictam ad solum Hospitale, sed con-
cernere etiam interesse creditorum.

Secundo quia Saeconarius hodie creditor cen-
sus agere potuit contrà Astallios fideiussores tam-
quam contra debitores Hospitalis sui debitoris,
14 cum † omnis actio vtilis directa competens debi-
tori exerceri possit ab eius creditore, *l. nomen 4.*
& ibi gloss. in verb. vtilius, & scriben. communiter
C. quæ res pign. oblig. poss. Surd. cons. 4 nu. 33. cum
alijs cumulatis per Rotam in Panormitana pensio-
nis, 24. Martij 1642. coram Reuerendiss. D. meo
15 *Decano*, & quidem † via executiua vigore Ca-
meralis obligationis hinc inde inter contrahentes
stipulatæ, cuius effectus est, vt omnes in ea com-
prehensi executiuè conueniri possint, *Coller. de*
process. exequutiuo par. 2. cap. 3 nu. 485. iuxta nou.
impress. Zacch. ad Gall. § de oblig Camer. quæst. 5.
num. 30. Rota post eund. dec. 7. nu. 1. Add. ad bo. me.
Buratt. dec. 793 nu. 10.

16 Nec refragatur, quod † obligatio Fontanellæ à
qua regulanda venit promissio Astallij fideiussoris
videatur emissa contemplatione pretij Vinearum
sibi ab impositore census relictarum, cum onere
soluendi debita, & ideo cum hæredes Fontanellæ
dd. Vineas Lisciano vendiderint, ab eoque repor-
tauerint obligationem soluēdi fructus, & promis-
siones indemnitatis, tàm ijdem hæredes, quàm
etiam Astallius remanserint liberati, & satis sit,
quod cedant creditori census actiones contra Li-
17 scianos accollatarios, cum † re dimissa, obligatio
dimittentis cesset, & transeat in secundum posses-
sorem *per Bald. in l. creditor 28. sub nu. 1. ff. si cert.*
pet. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 7. sub nu. 5. vers.
etiam deducitur Castr. cons. 47. num. 1. lib. 2. cum
alijs per Modern. Mantuan. controu. 448. num. 16.
& 17.

18 Primo, quia hæredes † Fontanellæ nondum di-
miserunt Vineas, ex quo in prædicta venditione
adest reseruatio dominij vsque ad integram satis-
factionem, quæ satisfactio non sequuta operatur,
vt dominium remaneat penes venditores *per tex.*
clar. in l. quod vendidi ff. de cōtrah. empt. Decian.
cons. 10. num. 26. lib. 1. & cons. 13. numer. 81. lib. 2.
Grat. discept. for. cap. 923. numer. 1. Magon. decis.
Florentin. 91. nu. 8. & dec. Lucen. 31. in addit. post
litt. H. Surd dec. 157. nu 2. & dixit Rota in Lau-
retana domus 14. Decembris 1643. coram R.P.D.
meo Bichio.

19 Secundo, quia conclusio † procederet si posses-
sio esset auocata ex causa necessaria trahente ori-
ginem aliundè, quam ex facto proprio illius, qui
obligationem contraxit, secus tamen quando; pro-
ut in præsenti casu possessio fuit dimissa ex causa
originata ex mero facto voluntario obligati, quo
casu non cessat obligatio, sed adhuc durat etiam
possessione dimissa, vt optimè distinguit *Castr. in*
l. cum mulier 45. num. 3. vers. interdum illud emo-
lumentum, & notant ibid. Imol. & Alex. ff. solut.
matrim. Anton. de Amat. var. resolut. lib. 1. resolut.
21. num. 5.

Nec vis facienda est, quod Fontanella promise-
rit soluere fructus de pretio, seu valore Vinearum,
& quod auctores Saeconarij illos per plures annos
receperint à Liscianis accollatarijs, quia non pro-
indè argui potest liberatio Fontanellæ, nec illius
20 fideiussoris cum † creditor recipiendo fructus cē-
sus ab Accollatore, vel ab alio quocumque num-
quam censeatur liberare principales obligatos, ni-
si interuenerit expressa delegatio, textus est aper-
tus *in l. vbi quis pro alio ff. de constit. pecun. Alex.*
cons. 173 numer. 2. & 3. lib. 7. Gail de credit. cap. 2.
tit. 7. num. 2381. Rota in recent. decis. 392. nu. 31.
part. 5.

Nec obstat vltimò, quod in trāsactione inita in-
ter Fontanellam legatarium, & Hospitale hæredē
legatur pactum, huiusmodi censum extinguendi
21 infra biennium, ex † qua pactione, & taciturnita-
te in petendis fructibus arguitur effectiua dicti cē-
sus extinctio ex deductis *in Cornetana reintegra-*
tionis 26. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Bichio.

Quia aduertendum est simile pactum extinguē-
di stipulatum non fuisse cum Cæcilia domina cen-
sus, sed cum Hospitali Fontanelli hærede, vndè, sicut
22 † Cæciliæ, ex illa stipulatione nulla fuerat actio
quæsita, ita nec potuit contra eam extinctio præ-
sumi, seu præscriptio inchoari, *Rota post Cenc de*
Censib. decis. 264. num. 1. decis. 265. num. 5. & decis.
303. nu. 9.

Eoque minus, quia cum fructus soluti fuerint à
die creationis census vsque ad annum 1626. nulla
23 potest allegari præscriptio, non † quidem de iure
communi, quæ aduersus contractum iuratum non
constituitur, nisi spatio 40. annorum *l. nam postea*
§. si is qui temporali, vbi Bart. & Castr. ff. de iur.
iuran. Aym. cons. 71. num. 2. Rota coram bon. mem.
Buratt. decis. 457. num. 1. Prout nec minus de iu-
24 re municipali cum Statutum † Vrb. lib. 1. c. 158.
expressè excipiat census *Fenz in addit. ad d. Stat.*
d. cap 158. num. 51. cum seqq. Grat. discept. forens.
cap. 490. nu. 2. & 3. & cap 883. sub nu. 15. Rot post
Pacisc. de saluian. decis. 303. nu. 1. & 2. & post Cenc.
25 *de censib. decis. 302. num. pariter 1.* In † censibus
enim vnica præscriptio non sufficit, sed quot sunt
solutiones tot requiruntur præscriptiones, & fru-
ctus peti possunt per spatium 30. annorum, *Rot.*
post Pacisc. de saluian. d. decis. 303. nu. 3. & in Ro-
mana census 15. Iunij 1640. coram R. P. D. meo
Bichio.

25 Vltra quod, cum † hæredes Cæciliæ essent mi-
nores, & sub patria potestate, esset illis succurrē-
dum per restitutionem in integrum ex capite pro-
babilis ignorantiæ, *Gregor. dec. 489. nu. 14. Burat.*
decis. 774. nu. 3. ibique Addent litt. A.

Ex quibus cum appareat de validitate, & iusti-
tia mandati A.C. DD. pro nunc resoluerunt esse
exequen. pro tribus ratis relicta in suspenso rata
spectan.

spectan. ad Fuluium cuius hæredes non fuerunt in processu causæ citati.
Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana Census, seu Depositi.

Veneris 26. Ianuarij 1646.

SVMMARIVM.

Iudex deputatus in causa ad instantiam alicuius habet iurisdictionem pronunciandi super his, quæ à reo conuento opponuntur.
Iurisdictio Iudicis commissarij extenditur, etiam ad rem, de qua commissio non loquitur, quandò à partibus, non opponitur exceptio iurisdictionis.
Aequalitas in iudicijs inter reum, & actorem seruanda venit.
Procurator in causa constitutus non potest, lite contestata, absque causa reuocari.
Depositum factum sub conditione, quòd non possit leuari absque consensu Titij, non potest eo non consentiente in aliquid erogari, & nu. 8.
Pro rescissione contractus requiritur consensus vtriusque contrahentis.
Depositarius non, potest propria auctoritate expēdere pro eo, qui fecit depositum, licet expenderet in eam causam, in quam deponens dixit velle pecunias erogare.
Depositarius dum depositi legem non seruat dicitur deponentem spoliare.
Depositarius si soluat non seruata forma depositi, non liberatur etiamsi soluerèt de mandato Iudicis.
Obligatio cameralis, dicitur habere in ventre stipulationem pro omnibus quorum interest.
Stipulatio pro omnibus, quorū interest intelligitur de habentibus interesse principaliter, non autèm secundariò.
Depositarius tenetur tantum de dolo, & culpa.
Depositarius si non seruata forma depositi restituat depositum, dicitur in culpa, & non liberatur.
Citatio quando sit solum ad effectum scientiæ sufficit, quod exequatur domi dim. copia & nu. 20.
Citatio debet esse personalis quandò agitur de præiudicio citando.
Iudicium depositi est exequutiuum, & habet executionem paratam.
Citationes in Iudicio executiuo de stylo Tribunalis A.C. fiunt domi dim. cop.
Per comparitionem partis sanatur quilibet defectus citationis.
Depositum re integra & ante acceptationem eius, ad cuius fauorem fuit factum reuocari potest ab eo, qui illud fecit.
Renunciare quilibet potest ijs, quæ fuerunt ad sui fauorem introducta.
Depositi dominium remanet apud deponentem, & non transit in depositarium, & num. 25.
Notificatio, seu disdicta fieri potest per procuratorem legitimum, licet non habeat ad id speciale mandatum.
Solutio facta non adimpletis conditionibus, cum quibus facienda erat, non sustinetur.
27 *Tutor est creditor, si contrà res suas actiones exercere potest, quam si contra persona.*

DECISIO CXCI.

EMANARVNT in hac causa duæ Decisiones coram me vna sub die 13. Martij 1643. Altera vero sub 28. Iunij 1645. primo loco fuit resolutum mandatum relaxatum contra Baccellios à R.P.D. Farnesio super transportatione Depositi scutorum sex millium ad Sacrum Montem Pietatis non esse exequendum eo sub prætextu, quòd licet depositum huiusmodi fuerit factum ad creditum Caroli, & Petri Nappij Episcopi Polignanen. tamen cum intentio deponentium fuerit, vt de isto deposito extingueretur rata alterius census scutorum decem millium, prout fuit extincta ab eisdem Baccellis absque participatione tamen eorumdem de Nappijs, dum huiusmodi Depositum reperiebatur apud eosdem Baccellos huiusmodi extinctio impediebat exequutionem dicti mandati. Secundo loco fuit recessum à decisis, & resolutum, mandatum esse exequendum, quia licet Depositum fuerit solutum, pro extinctione d. ratæ Census, tamen quia ante talem extinctionem Nappij deponentes mutarunt voluntatem facien di talem extinctionem, non poterant Baccellij, inscientibus, vel renuentibus depositarijs, ad talem extinctionem deuenire, cum mutatio voluntatis in materia depositi admittatur antequàm fuerit acquisitum ius illis, ad quorum fuit factum depositum. Repropositio sub hac die dubio, An esset standum in primo, vel vltimo loco decisis confirmarunt Domini secundam decisionem non obstāte, quod contrà eam sunt quatuor hodie per eosdem Baccellos fuerint opposita. Primo, quod R.P.D. Farnesius non habuit iurisdictionem pro relaxatione dicti mandati. Secundo, quod Procurator illorum de Nappijs de tempore relaxationis mādati fuisset reuocatus. Tertio, quod idem R.P.D. Farnesius non potuerit decernere citrà vitium iniustitiæ transportationem huius depositi à bāco eorumdē de Baccellis ad Montem Pietatis. Quarto, quod mutatio voluntatis eorumdem de Nappijs circà extinctionem huiusmodi census nō fuerit personaliter Baccellis intimata &.

Primo, quoad sufficientem iurisdictionem Reu.
1 P. D. Farnesij non est ambigendum, quia† licet ipse ad instantiam eorumdem de Baccellis fuerit Iudex deputatus in hac causa, habet tamen etiam iurisdictionem pronunciandi super his, quæ per Nappios reos conuentos fuerunt opposita, *l. penult. C. de sent. & interloc. omnium iud l. penult. & Auth. & consequenter C. eod. tit. & ibi Doctor. c. 1. & 2. ibique gloss. final. vers. sic nota quod per renunciationem extr. de mut. pet. vbi Barbos. Felin. in cap. ex litteris eod. tit. Abb. in cap. præcedentiam. §. si vero, num. 2. de offic. deleg. Lap allegat. 3. nu. 1. & ibi Add. litterā A. Menoch de arbitr. cas. 43. n. 7,*
2 *Giurb. decis. 3. nu. 6.* maximè † quando pars iurisdictionis exceptionem non opposuit, quia tunc iurisdictio extenditur etiam ad rem, de qua non loquitur commissio, *l. de quare 74. §. 1. ff. de iudic.*
3 cum † in iudicijs inter reum, & actorem sit seruan-

da æqualitas, *l. fin. C. de fruct. & lit. expens. cap. nouit de iudic. cap. non licet de reg. iur. in 6. Grat. discept. for. cap. 103. num. 2. & 531. num. 16. & d. decis. 3. num. 4. coram Giurba, Couar. pract. quæst. cap. 31.*

Circa secundam obiectionem de reuocatione
procuratoris facta in hac causa ab illis de Nappijs,
benè ex facto illa tollitur, quia in summario eo-
rumdem de Nappijs dato in hac propositione
num. 2. exhibetur particula instrumenti reuoca-
tionis talis mandati procuræ, ex qua apparet talē
reuocationem non fuisse generalem, sed tantum
restrictam ad illa negocia, in quibus idem Procu-
rator non comparuerat, vnde non comprehendit
hanc causam, quam priùs ipse introduxerat, &
data etiam tali reuocatione, in iure non substine-
4 retur, cum † Procurator post litem contestatam
non possit absque causa reuocari, *l. Procuratori-
bus 22. & ibi gloss. & Doctor. C. de procur. l. post
litem 17. eodem cap. 2. de procur. in 6. Rot. dec. 288.
num. 1. & 8. & decis. 341. num. 1. coram bon. mem.
Coccino, & decis. 193. nu. 1. & 2. par. 2. & 510. n. 3.
par. 3. rec.*

Quod attinet ad tertiam difficultatem circa po-
testatem transportandi huiusmodi depositum, fa-
cilis est responsio, quia si attendamus qualitatem
depositi, conditiones in eo appositæ non fuerunt
tractatæ, nec concordatę cum Baccellis, quibus,
nec vllus fuit datus ordo, vèl directum mandatum
soluendi has pecunias in extinctionem dicti cen-
sus, sed fuerunt determinatæ inter ipsos Nappios
5 & Aspruch tantummodò, vnde † dum Baccelli
extinxerunt ratam census, de quo agitur absque
consensu R.P.D. Nappij ex forma depositi requi-
sito, cum staret ad eius dispositionem, talis extin-
ctio non poterit afficere eosdem Nappios, & As-
6 pruch., cum † eorum consensus pro reuocatione
contractus inter eos solos initi omninò require-
retur, *l. si diuersa ff. de transact. Castr. in l. si mihi
& tibi. §. in legatis sub num. 2. ff de leg. 1. Cenc. de
censib. par. 2. cap. 1. quæst. 1. ar. 5. nu. 20. Vrgellen.
decis. 285. num. 142. & decis. 69. num. 2. par. 2. rec.
& decis. 76. nu. 3. coram Papa Greg.* Et per conse-
quens dum Reu. P. D Farnesius agnouit, quod
huiusmodi depositum fuerat restitutum non serua-
ta illius forma absque vitio, ac nota iniustitiæ po-
tuit decernere transportationem asserti dèpositi
ad Montem Pietatis, Ex hac enim trasportatio-
ne per modum prouisionis decreta in nihilo gra-
uati remanserunt Baccelli, quia semper deducere
poterunt iura sibi competentia ad effectum, vt pe-
7 cuniæ erogentur in causam destinatam, nec † Bac-
celli poterant propria auctoritate expendere pe-
cunias pro Nappijs etiamsi Nappij promiserint
in hanc causam illas erogare, *Duard. de cens. tit de
pretii census constitutione. §. 2. q. 1. num. 35. Put.
decis. 270. num. 2. lib. 2.*

Non obstat, quòd Baccelli haberent interesse
tàm in hoc secundo censu ad fauorem Aspruch,
quam in primo ad fauorem Roberti Primi, & per
consequens licet huiusmodi depositum fuerit fa-
ctum ad commodum, & dispositionem R. P. D.
Nappij intentio tamen deponentium fuerit vt ex-
tingueretur, rata primi census scutorum decem-
millium, & propterea poterant Baccelli extingue-
re dictam ratam census absque alio ordine eiusdem
R.P.D. Nappij maximè cum in huiusmodi depo-
sito fuerit etiam habita ratio interesse habentium,
vt fuit resolutum *in Rom. depositi 16. April. 1627.
coram Card. Verili*, quia in hac decisione firma-
tur pecuniam pro extinctione illius census fuisse
relictā ad creditum q. Raphaelis Quintij, & alio-
rum creditorum eiusdem census, & sic capserius
non potuit, nisi de ordine dicti Raphaelis Quin-
tij, & mandato aliorum creditorum soluere, At
8 cum † summa scutorum 6000. fuerit depositata
in banco Baccellorum ad dispositionem R. P. D.
Nappij vtique erat soluenda de solo ipsius ordine,
*l. 1. §. eleganter, & §. sed si duo, vbi Castr. ff. depos.
l. qui hominem. §. si nullo ff de solut. l. si ex pluri-
bus §. 1. ibique Bart. ff. eod. Cenc. de cens. par. 2. c. 1.
q. 1. art. 5. num. 20. Curt. iun. cons. 24. num. 7. Me-
noch cons. 258. num. 3. Franc. decis. 206. numer. 4.
Surd decis 60. num. 1. & 2, & decis. 187. num. 3 &
seq & in rec. decis. 31. par. 3. num. 5. Seraph. decis.
1130. num. 1. Roman. census seu depositi 8. Martij
1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Depo-
9 sitarius † enim dum depositi legem non seruat di-
citur deponentem spoliare, *Dyn. in cap. qui ad
agendum de reg. iur. in 6. Bald cons. 384. nu. 2. lib.
1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 10. tit. 10. num. 7.*
10 & in isto casu etiamsi solutio facta fuisset de man-
dato Iudicis, non tamen diceretur liberatus de-
positarius, vt inquit *Seraph. in d. decis. 1130. n. 1.
vers. tamen id non releuat, Rota in d. Romana cen-
sus, seu depositi.* maximè dum stipulatio pro om-
11 nibus, quorum interest † quam habet in ventre
obligatio Cameralis posita in instrumento intelli-
12 gitur † de habentibus interesse principaliter, non
autem secundario, & sic principalium contrahen-
tium, non autem fideiussorum, *Zacch. in addit. ad
tract. de oblig. Camer. impress. apud tract. de societ
offic. q. 5. num. 3.* & in terminis fideiussorum, *Du-
ran. decis. 27. num. 12. & seq. cum alleg. in præce-
denti decis. Iunii 9. & quatenus.*

13 Non obstat, quod † Baccelli in hoc dolum, seu
culpam non commiserint, & per consequens non
teneantur hoc depositum restituere, siue ad Mō-
tem Pietatis transportare iuxta formam mandati,
R.P.D. Farnesij, *Ciriac. controu. 358. num 22. &
14 27.* quia † hoc non procedit, quandò depositarius
restituit depositum cōtra formam ipsius depositi,
cum in tali casu non liberetur, vt superiùs fuit fir-
matum, immò Baccelli dicuntur in culpa dum
transgressi fuerunt eorum officium, *Bart. in l.
quod Nerua nu. 17. & 18. ff deposit. Menoch. cons.
1194. nu 18, & 30. Cusentin. beneficij 4. Decem-
bris 1637. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Remouetur etiam quarta obiectio, in qua di-
cebatur, quod erat necessaria intimatio personalis
mutationis voluntatis eorumdem de Nappijs, &
Aspruch, quia cum ageretur de sola mutatione
voluntatis circa solutionem depositi in quo Bac-
cellis nullum fuerat ius quæsitum ex quo non erat
15 ad eorum commodum factum non requirebatur
citatio ad effectum præiudicij, sed ad effectum
scientiæ, quo casu sufficit citatio domi dimissa co-
16 pia, & † tunc esset necessaria citatio personalis,
quandò ageretur de præiudicio citandi, *cap. causā
vbi Alb. nu. 5. de dol. & contum. Anchar. in clem. 1.
num. 5.*

numer.5.ad fin.de iudic. Tiraq. de retract. lignag.
§ 9 glos 2 num.6. Innoc.in cap.vlt.de eo qui mitt.
in poss. Gratian discept.for.cap.145.num.12.c 707.
num.9.& c p.725.num.15.Pacif. de Saluiano de-
cis.149.num.22.& seqq Put,decis.171.lib. 1. in
17 *nou. impress.* Animaduerten.est etiam,quòd † iu-
dicia exequutiua, quale est illud depositi habent
18 exequutionem paratam, vnde † citationes ex no-
torio stylo A.C.fiunt domi dimissa copia *ex pract.*
Salust Tyber.c.51.n.1.lib.1. quæ citatio quatenus
in casu isto etiam non fuisset valida eo quia non
19 fuerit personaliter exequuta, cum † tamen Bac-
celli post talem citationem domi dimissa copia in
hoc iudicio semper comparuerint quilibet defe-
ctus citationis remãsit sanatus *glos.in l.1. in verb.*
sententia valebit ad fin.de ferijs & dilat.Gratian.
discept.for.c.156.n.1. Ruin.cons.111. n. 5.Dec.cõs.
449.visis duobus n 8.Seraph.dec.1094.n.4.Adden.
ad dec.27.n.9.coram Papa Greg. XV.Bonon. paro-
chialis 24.Iunij 1611. n. 3 corã Sacrato impressa
apud Marches.par.1.§.1.fol 963.Put. decis. 271.
lib.2.& decis.149. num.22. post tract. de Saluian.
Tiber.in praxi cap.51.num.1.lib. 1. Doctores ve-
ro allegati per informantes pro Baccellis scilicet
Gratian. discept.for.cap.829.num.8. Rota decis. 7.
nu.5. vers quia fuit, & num.6.inter impress. post
Zaceh. de soc. offic. firmantes ad effectum patefa-
cien. huiusmodi voluntatis mutationem requiri
citationem personalem si rectè considerentur lo-
20 quuntur in casu, in quo vt dicebam agitur de ma-
gno præiudicio citandi, sed hic Baccelli erant sim-
plices depositarij, nec de eorum præiudicio age-
batur, & per consequens sufficiens fuit d. citatio
domi dimissa copia,vt inquit *Zaceh.de oblig.Cam.*
q.27.num.13.Put.decis.172.lib. 1. in nou. impress.
21 Quod autem ijdem Nappij potuerit huiusmo-
di depositum re integra, & ante acceptationem
creditoris,ad cuius fauorem fuit factum,reuocare,
necnon pecunias depositatas repetere est *Text. in*
l.accepta in fine, vbi gloss. Bart. & Bald. num. 5.
Salic.num.2.C.de vsur.Negus.de pignor.in 2.p.3.
membr.5.p.princ.n.28.Mantic.de tacit. & ambig.
lib. 10.tit.4.num.7.Tiraq.de retract.conuent.§.4.
glos.9.num.1.Ceph.cons.603.num.33. lib. 4. Surd.
cons.383.num.3. Dec. cons.543.num. 21. Mantic.
decis.42.num.2. Nam cum fauore deponentis fiat
depositum, ad eius quoque libitum reuocari po-
22 test,quilibet † enim potest renunciare ijs, quæ ad
sui fauorem sunt introducta *l. si quis conscribendo*
in fine.C.de pact.& idem Mantic.lib.10. tit.4.n.7.
23 *in fine, Rota decis.59.nu.11.par.4.rec.* cum † do-
minium depositi remaneat apud deponentem,nec
transit in depositarium, *l. licet. §. rei.ff. deposit.*
Corn.cons.39.num.2.lib.1.Rota decis.31.num.3.in
fine par.3.rec.

Non obstat, quod notificatio talis mutationis
fuerit facta per Procuratorem non habentem spe-
24 ciale mandatum, quia † ad effectum, de quo agi-
tur non requiritur tale mandatum, sed sufficit
quod talis notificatio fuerit facta à legitimo Pro-
curatore,vt inquit *Cenc.de censib.par.3. cap.1.q.3.*
art.9 num.7.

Nec releuat, quod huiusmodi depositum fuerit
erogatum in causam destinatam,nempe in extin-
ctionem census,alias per Alexandrum impositi ad
fauorem Roberti Primi, & sic Baccelli deposita-
rij remaneant liberati,quia cum huiusmodi depo-
situm fuerit factum in fauorem Caroli,& Petri de
Nappijs ad dispositionem tamen R.P. D. Nappij,
non poterant, nec debebant Baccelli de illo dispo-
25 nere, maximè Nappijs contradicẽtibus,cum † de-
positum, tàm quoad dominium, quam quoad pos-
sessionem spectaret ad eosdem Nappios deponẽ-
tes, *iuxta text.in l licet §.1. ff. depos. Bald. cons.*
105.vers.ex quibus lib. 1. Corn.cons 39 nu.3.lib.1.
Rota in Maceraten.dotis 19. Decemb. coram Mã-
zanedo.

Nihilq. refert, quòd Baccelli sibi ipsis soluisse
prætendant vti causam haben. ab Ariolis & Bri-
gnolis, dum illis tanquàm creditoribus Roberti
Primi fuisset per D.Thesaurarium assignata tanta
pars dicti census pro æquali quantitate scutorum
6000. quia cum assignatio huiusmodi facta fuerit
non solum sub conditione de restituendo priori-
bus,& potioribus, & de contribuendo cum æqua-
libus creditoribus dicti Roberti, sed etiam,quòd
eueniente casu extinctionis, seu reemptionis dicti
census precium deponi deberet penes Montem
Pietatis, vt colligitur ex summario illorum de
26 Baccellis num.7. & 8. ex † quo conditiones hu-
iusmodi adimpletæ minimè fuerunt sustineri ne-
quaquam potest solutio facta Brignolis, & Ariolis
siue ab eis causam habentibus, vt in specie probãt
Merend.controu.iur.lib.1.cap.6.numer.2. & seq.
Gratian.discept.forens.cap.45.sub num. 26. cum
alijs relatis per *Giurb.decis.79.num.46.*

Et licet præsupponant Baccelli, Brignolos, &
Ariolos se obligasse iuxta formam decreti Thesau-
rarij, ac vlterius promisisse de euictione ex qui-
bus infertur eos adimpleuisse, quæ ex eorum
parte erant adimplenda omisso, quod hæc non
fuerunt probata, licet etiam constaret de promis-
sione euictionis hæc tamen non sufficeret cum
non æquiualeat inuestimento precij, quòd fieri de-
bebat ex præscripto Thesaurarij in casu redem-
ptionis, & extinctionis census, & valde intere-
rat Nappijs & Aspruch, creditoribus Roberti
Primi, quod inuestimentum fieret, quia tutior
27 † est actio creditorum si rebus magis incumbere
possunt, quam si contra personas debitorum age-
gere valent, *l.plus cautionis ff. de reg. iur. cum*
vulg.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. CORRADO.

Anconitana Mannæ.

Veneris 13.Maij 1644.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum vigore Instrumenti obli-*
gatione camerali vallati dicitur iustum, & est
exequendum.
2 *Instrumenta inter contrahentes habent vim le-*
gis, & rei iudicatæ.
3 *Tutor, & curator possunt efficaciter suos pupil-*
los obligare, & nu.13.
4 *Et hoc maximè quando tutor recognouit bonam*
fidem.
5 *Tutor Testamentarius, si ex Statuti dispositione*

tenetur fideiussores præstare pro administratione tutela cessat dicti statuti dispositio, quando Testator hanc fideiussionem ipsi tutori remisit.

6 *Confessio de recepto facta a tutore testamentario iunctis adminiculis probat contra pupillum, & num.17.*

7 *Constitutio Aegidiana cum Additione Cardinalis Carpensis in vers. Declarantes &c. an habeat locum in contractibus minorum, qui sunt mercatores.*

8 *Ea est natura declarationis, vt restringatur ad terminos dispositionis cui adheret.*

9 *Dispositio inducta ad declarationem, & limitationem alterius operari non debet contrarium effectum; scilicet illius extensionem.*

10 *Per statutum speciale, non derogatur generali, sed vtrumq. operatur in suo casu.*

11 *Statutum habilitans minores, vel filios familias publicos mercatores ad contrahendum quomodo veniat intelligendum.*

12 *Aegidiana Constitutio non procedit in illis locis, in quibus particularia vigent statuta disponentia de solemnitatibus in contractibus minorum adhibendis.*

14 *Appellatione Curatoris impropriè venit etiam Tutor.*

15 *Minoris contractus celebratus in executionem ordinationis paternæ substinetur etiam sine solemnitatibus.*

16 *Emere quis præsumitur proprio ære.*

18 *Obligatus cogitur præcisè ad factum, quando adimplementum dependet a propria potestate, maximè stante iuramento.*

19 *Mercator ratione officij mercaturæ tenetur conficere libros rationum, & si illos non confecit in eius damnum talis negligentia referenda est.*

20 *Præscriptio non currit, non valenti agere.*

21 *Præscriptionis beneficio, quis uti non potest nisi appareat de lapsu temporis necessarij.*

22 *Præscriptione sexdecim annorum à Statuto Vrbis lib.1.cap 158. inducta vti non potest ille, qui debitum negauit, dictum enim Statutum existentiam debiti præsupponit, ac illius præsumptam solutionem.*

DECISIO CXCII.

CONVENIT Matinus de Fanis coram A.C. Petrum de Petrobellis Mercatorem Anconitanum filium, & hæredem Pauli ad reddendam rationem Mannę eisdem hæredibus consignatæ ad effectum eam vendendi; Et mandatum obtinuit ad factum pro redditione rationis petitæ, à quo interposita pro parte dicti Petri appellatio per signaturam mihi commissa fuit cum clausula *si quid exequendum*: Quare proposito hodie dubio, An dictum mandatum A.C. sit exequendum, Domini affirmatiuè responderunt.

Nam illius validitas non controuertitur; Iustitia verò probatur ex publico Instrumento inter partes celebrato die 3. Decembris 1613. in quo hæredes dicti Pauli confessi fuerunt recepisse a dicto Marino caplas viginti vnam, & cados viginti duos Mannæ, quas idem Marinus asseruit esse ponderis librarum nouem millium æstimatæ pretio ducat bis mille centum septuaginta duorum ea lege adiecta, *con patto espresso, che venduta, che sarà detta Manna, ò parte di essa dalli detti Signori hæredi, ò da altri per loro, siano tenuti, & obligati consignare al detto Sig. Marino la sua parte per rata del speso da lui*. Quod etiam in hac parte fuit repetitum, & confirmatum in alio Instrumento sub die 28. Aprilis 1614. & in vtroque partes se obligarunt ad obseruantiam conuentorum sub ampliori forma Cameræ Apostolicæ.

1 Ex † quibus sane Instrumentis iustificatur dictum mandatum, vt dixit Rot. *in Romana Census 27. Ianuarij 1603. coram bo:me: Card. Sacrato, & in Esina Pecuniaria 9. Iunij 1614 coram bon. me: Card. Caualerio in recent. decis. 60. sub num. 1. & decis. 620. num. 1. par. 1.* † Illa enim inter ipsas partes vim legis habent, vt inquit, *Bald. in cons. 215 Proponitur, quod Inuestitura antiqua sub num. 3. vers. quia vbi est casus Instrumentorum &c. lib. 2. Crauet. cons. 31. sub num. 7. vers. de aliis, & consil. 317. sub num. 1. Ceph cons. 480. num. 10. & consil. 520. num. 8. Bero. cons. 74. num. 19. Surd. cons. 134. num. 3 Rot. penès bo: me: Card. Mant. decis. 47. sub num. 2. & decis. 302. sub numer. 2.* Et rei indicatæ. *Bald. in cons. 233. sub Instrumenta sub nu. 1. vers. quia Instrumenta lib. 1. Dec. cons. 582. In causa Domina Lucretia a num. 1. & seqq Cephal. consil. 218. sub num. 2. & cons. 651. sub nn. 10. Surd. cons. 186 sub num. 7. Rot. decis. 446. sub num. 2. & decis. 771 sub num. 1. par. 2. recent.*

Non obstat, quod non fuerint celebrata cum ipsis hæredibus, sed cum Andrea Saronio.

Quia, primum illud sub die 3. Decembris anni 1613. fuit celebratum cum eisdem heredibus, vt ex eo appatet; Alterum autem 28. Aprilis 1644. fuit quidem celebratum cum dicto Saronio,

3 sed nominibus eorumdem hæredum, † quorum Tutor, & respectiue Curator generalis à Paulo eorum patre in eius testamento 16. Martij 1612. fuerat nominatus, ac etiam à Iudice solemniter confirmatus (*iuxt. l. 1. in fin. ff. de confir. tut. vel curat gloss fin. in l. penult. C. de test. tutel.*) per publicum Instrumentum, quod fuit in processu productum, quo nomine potuit dd. hæredes efficaciter obligare *l. apud Iulianum ad fin. vers. ego puto & ff. quib. ex caus. in poss. eat. Surd. decis. 297. sub num. 5. vers. pupillus enim &c.* & in istis terminis probauit *Rota in Romana laudi seu pratense participationes 17. Aprilis 1617. coram bo. me. Burat. inter eius impress. decis. 259 & in recent. dec. 452. sub num. 2. vers. imo &c. par. 4.*

4 Præsertim † agnoscendo bonam fidem ergà alium Mercatorem, cum quo fuerat contractum, & cuius effectus ad eosdem hæredes peruenerant, *Rot. penes eumdem Buratt. decis. 49. nu. 19. & seq. & decis. 154. sub num. 3.*

5 Nec † officit, quod dictus Andreas non dederit fideiussores idoneos pro administratione tutelæ, vt tenebatur, licèt testamentarius esset, ex dispositione Stat. Anconæ Collat. 2. Rubr. 20.

Quia hęc fideiussio illi fuit expresse remissa per dictum Paulum in eius testamento, in quo illum sub amplis verbis, & prohibitionibus ab eiusmodi onere liberauit, quo casu cessat allegata Statuti dispo-

dispositio, vt in eo eaueatur *in §. & dare fideiussores, in vers. nisi expressè in testamento &c.*

Nec releuat, quod intentio Marini probetur ex sola confessione de recepto per Sarouum facta in dicto Instrumento 28. Aprilis 1614.

Nam illa principaliter instificatur ex antecedenti Instrumento sub die 3. Decembris 1613. cum dd. hæredibus inito, in quo ipsi declararunt eam Mannæ quantitatem ab illo recepisse, quod deinde fuit repetitum, & confirmatum in prædicto alio subsequenti cum Sarono celebrato; † Præterquam illius confessio, ac declaratio fuisset sufficiens in proposito casu ad illos obligandum, per ea, quæ trad. † *Rot. in d. decis. 452. sub num. 1. & 2. par. recent.* & infra dicetur.

7 Non etiam obstat, † quod in dicto Instrumento 3. Decembris 1613. non interuenerint solemnitates requisitæ ex Aegidiana Constitutione lib. 1. cap. 25. quæ videntur seruandæ etiam in contractibus initis per Mercatores, quando sunt minores 20. annis vigore *Additionis bo. me. Card. Carpensis in vers. declarantes &c.*

Primo, quia Aegidiana Constitutio non comprehendit minores, qui publicè mercaturam exercent, & contrahunt super negotijs ad eam spectantibus, vt probatur, tùm ex verbis eiusdem Constitutionis, quæ attentè considerata, non videntur posse applicari Mercatoribus ipsis, quoad eorum proprios contractus, & negotia mercaturam concernentia; Tum ex ratione, quia scilicet illi præsumuntur industrij, atque sagaces, & ideò aliorum auxilio, & prudentia non indigent, vt præseruentur à læsione, ac deceptione, qui est finis illius, ac similium Constitutionum, vt not. *Bar. in l. 1. sub num. 4. vers. Et eadem ratione putarem, &c. & Bald. pariter sub num. 4. vers. & eadem ratione dicit. Bart. & alij ibid. Scrib. C. qui, & aduers. quos.* Et quia aliàs publica impedirentur commercia, & contrahentes cum illis facili negotio sub publica fide remanerēt decepiti *contr. tex. in l. 1. C. de his qui ven. atat. impet.* quibus hanc conclusionem probauit *Rom. cõs. 318. incip. Quæritur etiam &c. sub num. 2.* quem sequuta fuit *Rot. in Romana negotiat. 5. Iulij 1576. coram bon. mem. Robusterio, quæ habetur impressa penès Marchis. de Commiss. tom. 1. fol. 728. & in Bonon. pecuniaria 19. Martij 1610. coram Card. Sacrato, vers. tertio dicebatur, &c. in recent. decis. 267. sub num. 2. vers. tertio p. 3.* & rursus *in probat. Strace. de mercatur par. 3. à num. 29. & sub nu. 39. vers. ex contraria occurrit, ac seq. & alii relati per Virgin. Bocat. in Commentat. ad d. Constit. gloss. sub num. 32. vers. sequitur in textu,* & per *Modern. Roman. in Comment. ad stat. Vrbis lib. 1. cap. 151. gloss. 7. in Addit. a num. 291. & seqq. vers. Respondendum esse censui, &c.* & alium *Modern. Roman. discept. 76 n. 46. & seq. vers. septima Cõclusio &c.*

Vndè infertur, quòd, & Additio Card. Carpēsis, qua limitando prædictam Constitutionem declarauit illam non procedere in contractibus celebratis per Mercatores maiores viginti annis, qui Apothecam mercium habent, intelligenda videtur in eisdem terminis, & de eisdem contractibus, de quibus loquitur ipsa Constitutio, non autem à contrario sensu extendenda ad contractus & negotia mercantilia, quæ sub illa Constitutione

8 non comprehendebantur: Tum quia hęc † est limitationis, & declarationis natura, vt restringatur ad terminos dispositionis principalis cui adhæret *l. generaliter §. Vxori,* ibique not. *Bart. sub num. 3. vers. Item nota, quod licet exceptio &c. & alij ff. de vsufr. legat. Roman. cons. 498.* In casu quo quæritur *sub nu. 21. vers. Sed respondeo &c. Rot. penes bo. me Card. Seraph. decis. 1251. num. 23. vers.* † *Non obstat exceptio, &c. & prius decis. 980. nu. 7. & sanct. me. Greg. decis. 544. num 26. & decis. 144. num. 6 par. 1. & decis. 110 num. 3. & decis. 580 sub num. 2. par. 2. & decis. 196. sub numer. 15 par. 5. ac decis. 29 sub numer. 12. part septima recent.* Tùm

9 quia dispositio † inducta ad declarationem, & limitationem, alterius operari non debet contrar um effectum, scilicet illius extensionem *l. cum tale § fin. ff. de condit. & demonstr. l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. l. legata inutiliter, ff. de adim. leg.* & in proximis terminis arguit *Bald. in l. 1. sub num. 1. & seq. vers. r. tio quia ordinatum C. de inutil. stipul.* quem sequuta fuit *Rot. penès Buras dec. 116. nu 10. & seqq vers. Quoad statutum Tudertinum &c. & Horat. Carpan. ad stat. Mediolan. c. 452. sub num. 22. in verb. ex quo habuerit annos viginti completos.*

Nec ideò declaratio, & limitatio prædicta erit inutilis, sed seruanda in contractibus communibus per ipsos minores, licet mercatores ineundis, In alijs autem proprijs mercantilibus seruanda videtur præd. sta DD. sententia ex ipsis legibus comprobata, & communi hominum vsu recepta,

10 quæ † per dictam Additionem censeri non debet reuocata, iuxta ea, quæ tradit *Roman. in d. cons. 318 à num. 3. vers. In proposito tamen casu vsque ad fin. & Strace. d. par. 3 sub dicto num. 30. vers. ex contrario &c. & num seq.* & comprobatur ex traditis per *Rotam in decis. 776. sub num. 1. & seq. par. 2. recent.*

11 Et licet alij Doctores existiment, † quòd statutum habilitans minores, vel filios familias publicos mercatores ad contrahendum, intelligi debeat quoad contractus, qui mercaturam concernunt ne npè *Bald in l fin. num. 8. vers. Quæro hic statutum est, &c. C. ad S. C. Maced. Rom. d. consil. 318 sub n. 1. & 2. Strac. de Mercat. par. vlt. particul. 1. num. 40. vers. declarat, etiam Iason. &c. & num seq. Cassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 1. in gloss. en quel cas sub num. 1. vers. Aduerte in hoc &c. fol. 131. col. 3. Steph. de Federic. de Interpr. iur. par. 3 sub num. 24. vers. Item dixit &c.* & alij, quos in hac specie induceit *Boccac. d. gloss. 7 sub numero 36. vers. Quod si iste minor &c.* eumque alij recentiores sequuntur. Hæc tamen DD. opinio (quicquid autument Recentiores prædicti) intelligenda videtur, quando statutum procedit per viam principalis dispositionis, non autem, quando per modum limitationis, & declarationis alterius, qualis est d. Additio Card. Carpensis, vt in ea legitur in dicto *vers. Declarantes locum non habere, &c.* nam hoc casu interpretari, atque restringi debet secundum terminos illius, eni accedit *Rot. decis. 407 sub num. 9. vers. & obstabit conclus. par. 3. recent. cum aly supra relatis.*

Secundò, quia in omnem casum visa fuit cessare

t 3

ſare in hac facti ſpecie omnis difficultas, quia in
prædicto Inſtrumento 3. Decembris 1613. inter-
uenit præfatus Saronius Tutor, & Curator te-
ſtamentarius dd. hæredum, quo caſu non requi-
runtur aliæ ſolemnitates in contractibus mino-
rum, attenta diſpoſitione ſtatuti Anconæ Collat.
2. rubr. 42. de Contract. minor. quæ principaliter
ſeruanda eſt in Inſtrumentis in ea Ciuitate cele-
12 bratis, † nam Aegidiana Conſtitutio non proce-
dit in illis locis, in quibus particularia vigent
ſtatuta diſponentia de ſolemnitatibus in mino-
rum contractibus adhibendis, vt fuit reſolutum
*in deciſ. 381. par. 1. & deciſ. 330. par. 2. diuerſ. ac
penès Card. Seraph. deciſ. 343. et Burat. deciſ. 333.
num. 5. et ſeqq. verſ. Secundo moti fuerunt Domi-
mini, etc.* & probat *Eugen. conſ. 45. num. 45. verſ.
Tertio dato, etc. et Modern. Roman. diſcept. 474.
num. 2. et ſeqq.*

Tertiò quia concurrit aliud Inſtrumentum ſu-
13 pra relatum 28 Aprilis 1614. † in quo idem Sa-
ronius prædicta omnia comprobauit, quod per
ſe ſufficiens eſſet contrà dd. hæredes, tanquam
celebratum ab eo, qui non ſolum Tutor, atque
Curator generalis illorum erat, vt dictum eſt,
verum etiam totius negotij adminiſtrationem,
& complementum habebat, vt Teſtes deponunt.
Atq. ideò validè potuit vtroque titulo, illos obli-
gare, licet etiam fuiſſent pupilli, vt plenè hæc
omnia complectens probauit *Rot. in d. Romana
laud. ſeu pratenſ. participat. 17. Aprilis 1617. corã
Burat. in recentior. dec. 452. ſub num. 1. et ſeq. p. 4.
vbi num. 1.* ad rem noſtram concluditur, præ-
miſſa magis eſſe admittenda inter Mercatores,
inter quos bona fides debet exuberare.

Et licet in dd. Inſtrumentis præfatus Saronius
fuerit nominatus Curator, non autem Tutor dd.
hæredum, nihil tamen id officit validitati geſto-
rum, nam cum vtrumque haberet titulum, præ-
ualet ſubſtantia veritatis huiuſmodi denomina-
14 tioni † quæ plerumque confunditur, vt reſpon-
dit. *Rot. deciſ. 72. num. 3 et ſeqq. verſ. prout non
obſtat. etc. et deciſ. 454 nu. 2. et ſeqq. verſ. ſed pla-
cuit reſponſio etc. par. 5. recentior.*

Prædicta verò faciliùs procedunt, quia nego-
tium prædictum concernebat ipſam mercaturam,
quam Paulus Pater dd. hæredum in dicto eius te-
ſtamento expreſsè ordinauit, atque præcepit cõ-
15 tinuari, quo caſu dici poteſt, quod † quicumque
huiuſmodi contractus, cautiones, & obligatio-
nes emanauerint pro executione dicti præcepti,
& ordinationis paternæ, ſeu ſaltem ab illa tan-
quam ſua cauſa originali prouenerint; Ideoque
merito illa attenta ſuſtineri debent, etiam ſi de-
ficerent ſolemnitates aliàs neceſſariæ iux. trad.
per *Alex. in conſ. 215.* Ponderatis, narratis in
Themate *ſub num. 6. et 7.* & priùs *à numer. 1. et
ſeqq. lib. 6.* quem ſequuta eſt *Rot. in deciſ. 172.
num. 41. verſ. Quare cum conſenſu maioris, etc.
par. 7 recent.* & fuit etiam conſideratum *in dicta
deciſ. 322. ſub num. 8. et deciſ. 552. ſub nu. 2. verſ.
Tantò magis, etc. par. 4. recent.*

Præterea non ſubſiſtit, quod manna cenſeri de-
beat empta de pecunijs proprijs dd. hæredum,
ex quo conſtat ex alio Inſtrumento ſub die 7. Iu-
lij eiuſdem anni 1613. quod Marinus recepit à
præfatis hæredibus ſcut. mille ducentos ad effe-
ctum illos erogandi ad commune commodum
in emptione olei, mannæ, & aliarum mercium,
neque probatur, An, & quam ſummam de pro-
prio impenderit in emptione mannæ, de qua
agitur.

Quia, cum certum ſit, quod hæc mannæ quã-
titas, quam præfati hæredes confeſſi fuerunt in
dicto Inſtrumento 3. Decembris anni 1613. re-
16 cepiſſe à d. Marino fuerat ab eo empta, & ad Ci-
uitatem Anconæ traiecta, præſumitur proprio
eius ære comparata iux. *l. cum proponas*, ibique
no. *Bart. num. 2. et 3. verſ. et multum notandum,
etc. C. pro ſoc. Bec. conſ. 113 num. 27 et ſeq. et Rot.
deciſ. 220 ſub num. 4 par. 1. et deciſ. 566. ſub nu. 2
par. 4. ac deciſ. 286. num. 3. par. 5 recent. ac deciſ.
286 num. 3. par. 5. recent. ac deciſ. 221. num. 1. pe-
nès bon. me. Card. Caual.*

Et licèt in dicto Inſtrumento 6. Iulij eiuſdem
anni 1613. d. Marinus confeſſus fuerit recepiſſe
a dd. hæredibus ſcut. mille ducentos ad effectum
ibi enunciatum; Tamen ex alio prænarrato ſub-
ſequenti 28. Aprilis 1614 conſtat, quod ipſe
conſignauit eiſdem hæredibus pecunias, & mer-
ces valoris ducat. 2379. quæ ſumma excedit aliã
prædictam illi anteà ſolutam; Atque ideo in hoc
poſteriori Inſtrumẽto reſeruatum fuit ſolum ne-
gotium mannæ, de qua agitur, & ſpecialitèr, ac
diſtinctè ab alijs omnibus conuentum, quod fa-
cta illius venditione vnicuique partium aſſigne-
tur eius portio iuxtà aliam conuentionem iam
antea ſuper hoc initam in dicto antecedenti In-
ſtrumento 3. Decembris 1613.

Nec refert, quod receptio dd. ducat. 2379. nõ
probetur contrà hæredes, niſi ex confeſſione vo-
luntaria d. Saroni in præfato Inſtrumento anni
1614. 28. Aprilis.

17 Quoniam † illa ſufficiens eſt; Tùm quia ema-
nauit ab eorum Tutore, & Curatore, & admini-
culatur ex alijs Inſtrumentis antecedentibus cũ
ipſis hæredibus celebratis, ſcilicet reſpectu olei,
ex d. Inſtrumento diei 3. Decembris 1613. & re-
ſpectu alterius quantitatis mannæ eiſdem hære-
dibus anteà conſignatæ per d. Marinum ex In-
ſtrumentis 16. Octobris 1612. & 3. April. 1613.
*Rot. dec. 177. num. 4. et ſeq. par. 2. diuerſ. et penès
ſanct. mem. Greg. deciſ. 506. ſub nu. 1. verſ. Atta-
men etc. et ſeq. et Burat. deciſ. 239. num. 2. ac dec.
350. ſub num. 5. par. 3. et decis. 305. ſub num. 2. p. 5.
et deciſ. 28. ſub num. 8. part. 7. recent.* Tùm quia
ab eo, qui habebat, vt dictum eſt totius negotij
adminiſtrationem, & complementum *Rot. dict.
decis. 322. ſub num. 7. et ſeq. et dicta decis. 452. ſub
num. 1. et 2. par. 4 recent.*

Minùs obſtat, quod Marinus non potuerit
agere præcisè ad factum contrà dictos hæredes,
ſed dumtaxat ad damna, & intereſſe, quorum
nulla præceſſit liquidatio, & ideò iniuſtum fuerit
mandatum ab A. C. relaxatum.

Nam, pro reſponſione diſtinguendi ſunt duo
18 caſus; † Alter ſcilicet, quando factum eſt tale,
cuius præſtatio, & implementum ab ipſius obli-
gati; Alter verò, quando ab alterius poteſtate
dependet; Et primo quidem caſu cogitur præci-
sè, quia ex natura rei promiſſæ relata ad perſonã
pro-

promissoris hoc tacite actum videtur, *vt notat gl. in l. stipulatio, §. opus autem in verbo, siue* (vbi, quòd cogi potest præcisè ad factum per retentionem personæ, vel agi ad interesse si hoc malit stipulator) *ff. de oper. nou. nunt* & explicat *Bald. in l. si § 22. sub num. 1. vers. aut intelligis C. locat.* vbi, quòd cogi potest præcisè captis pignoribus, & multa indicta, quoties id suggerit æquitas, quia scilicet alius nesciat, vel non possit tale factum præstare, & sequitur *Parlador. rer. quotid. lib. 2. c. fin. par. 5. § 2. nu. 6. vers. Aut verò &c. fol. 230.* & probatur ex traditis *per Rotam Genuens. dec. 116. & per Modern. Roman. discept. 852. num. 25. & seqq. vers. Verùm in casu de quo agimus &c.* estque in praxi receptum in Tribunali A. C. vt habetur penès *Salust. in prax lib. 1. cap. 59. num. 8. vers. Verum &c.* Idque fortius procedit aduersus eos, qui iure iurando se obligarunt, vt dixit *Rota penès Card. Seraph. decis. 805. sub nu 3. & 4. et alij relati in Add. ad decis. Sanct. mem. Greg. 241. sub num. 7. vers. hoc non procedit*; Posterior autem casu procedunt ea, quæ in contrarium adducuntur, vt benè distinxit *Rota in Perusina Dotis 5. Decembris 1607. coram bon. mem. Ortembergo sub nu. 4. vers. Deindè visum etiam fuit etc. impress. penès Marches. de Commiss. tom. 2. fol. 588. et seq.* & in eisdẽ terminis loquitur *Rota in d. decis. 241. à num 1. et seqq. penès Sanct. mem. Gregor.*

Non enim visa fuit admittenda excusatio, quod in Libris dd. hæredum nulla reperiatur scripta partita hoc negotium concernens.

9 Quia † prorsus inuerisimilis est, cum illi tenerentur ratione officij mercaturæ, quod exercebãt, & eius obligationis, quam particulariter susceperant mediante dicta conuentione, libros habere, in eisque fidelem compotum prædictorum omniũ describere, & ità per alios mercatores communiter seruari soleat, ideò præsumendum est idem fuisse per eos factum. & in omnem casum ipsis imputanda, & ad eorum damnum referenda esset huiusmodi negligentia, non autem præiudicare posset Marino, qui cum illis contraxit, ac eorum fidei credidit *ad l. si quis ex argentarijs ff. de edend. Bart. in l. 1 num. 5. vers possumus ita dicere, etc. C eod. tit.* & latè probat *Stracc. de mercat. par. 2. à num. 51. et seqq vers solent, et debent mercatores et nu. 68. vers. si in reddenda ratione negarent etc. Petr. de Vbald. de duob. fratr par. 12. sub num. 5. et seq. vers. et breuiter etc. Socin. cons 24. num. 38. vers. et ideo dicunt iura, etc. lib. 1. Rota Genuen. decis. 187. nu. 2. Garz. de expens. cap. 20. num. 22. versicul. Quomodo autem administratores etc. et nu. seqq. Munoz. de ratiocin. cap. 10. à numer. 1. et seq.* Quod si de tali omnimoda impossibilitate modò allegata legitimè constiterit, tunc erit locus præstationi interesse, quod, An ad sortem principalem ducat. 2172. pretij dictæ mannæ liquidati in eodẽ Instrumento 3. Decembris 1613. taxari debeat iuxta theor. *Bald. in l. si traditio nu. 7. vers. quarto quæro etc. C. de act. empt.* quam sequuta fuit *Rota decis. 741. sub nu. 1. et seq. part. 1. diuers. et in d. Perusina dotis num. 4. ac in alijs*, vel ad aliam summam, Dominorum erit iudicium.

Non obstat tandem allegata præscriptio sexdecim annorum ex Statuto Vrbis libro primo cap. 158. sub rubrica de Præscriptionibus.

Quia (cæteris prætermissis illa non probatur ex computatione temporis à die 8. Aprilis anni 1614. quo fuit celebratum posterius Instrumẽtum prædictum, ad diem 20. Nouembris 1632. quo Mari-
20 nus incepit agere coram A. C. † nam cum ille vigore præfati Instrumenti, ac etiam alterius antecedentis diei 1. Decembris 1613. statim agere nõ posset, sed postquam manna vendita fuisset, vt in vtroque legitur, ideò ab eo tempore solum, quo manna vendita fuit deduci posset (nisi alia obstarent) d. præscriptio, cum nec anteà imputari posset negligentia Marino, nec præsumi facta illi solutio pretij ex venditione retracti *l. vbi autem ff. de in diem addict. l. 1. in princip. vers. et quidem ff. de diuers. et temp. præscript. l. sicut §. quæ ergo C. de præscript. 30. ann. Cran. cons. 201. sub numer. 29. Decian. cons. 33. sub num. 26. lib. 5. Petr. Rebuff ad Constit. Gall. tom. 2. tit. de mercat minutat. vendit. art. 1. gloss. vlt. sub num 2. vers sexto non procedit, cum alijs relatis per Bon de Stat. Vrb. præscript. gloss. 19 num 254 et seqq. vers. Vigesimo quinto limitatur etc. et per Galganet. ad d. Statut. in 7. limit. Rota penes Buratt. decis 511. sub nu. 2. et decis. 629 sub num. 4 et Reuerendiss. Vrgellen. decis. 426. num. 6. et seq. et decis. 407. num. 13. et decis.*
21 *425. nu. 21. par. 5. recent.* Vnde † meritò cum non probetur per allegantem d. præscriptionem initium temporis successiuè decursi ad illius complementum necessarij, eius beneficium ipsi prodesse non potest *ad l. si in diem in princip. ff. de condit. et demonstr. Bald. cons. 150.* Casus actualiter de facto emergens *sub num. 7 vers. quoniam aduertendum est etc. lib. 2. Curt. iun. cons. 181. sub numer. 4. et 5. vers. nec ei potest opponi etc. Crau. d. cons. 201. sub num. 32. et seqq. vers. Rursus etc Rota decis. 21. à num. 11. et seq. vers. Quantum attinet ad præscriptionem etc. et decis. 279. nu. 13. par. 7. recent.*

22 Rursus ex alio etiam non † potest Petro Bellus huiusmodi præscriptionis beneficio iuuari, quia scilicet debitum hoc constanter negauit, asserens d. mannam fuisse proprijs pecunijs Marino traditis comparatam, quo casu cessat illius Statuti dispositio, quod cum præexistentiam debiti præsupponat, ac illius præsumptam solutionem inducat non habet locum ad fauorem illius, qui debitum præcessisse contendit, vt fuit decisum *in Ianuen. pecuniaria 20. Nouembris 1581. coram bon. mem. Card. Lancellott. seu et in Rauennaten. census 27. Iunij 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. minus obstat, etc. et 26. Nouembris eiusdem anni in §. nec dicatur, vers. placuit Dominis, etc. ac rursus in eadem 26. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Bichio, in vers. Quare cum Rauenna, etc.*

Et ita fuit resolutum: vtraque parte informante, &c.



R.P.D.

R. P. D. CELSO

Fauentina Societatis.

Lunæ 16. Aprilis 1646.

SVMMARIVM.

1 *Socius potest obligare consocium durante societate.*
2 *Socius censetur habere mandatum, & consensum tacitum ad obligandum consocium in ijs quæ ad societatem spectatur.*
3 *Etiam sub obligatione Camerali.*
4 *Ad effectum vt socius remaneat obligatus sufficit contractum initum fuisse nomine societatis.*
5 *Quod procedit etiamsi socius in contractu nomen socij non expresserit.*
6 *Expressio enim causæ operatur idem ac si contractus fuisset celebratus sociali nomine.*
7 *Præsumptio quod socius contrahere voluerit nomine proprio tollitur coniecturis.*
8 *Socius qui solebat in contractibus societatis proprium nomen expendere, contrahens proprio nomine societati acquirere voluisse præsumitur.*
9 *Consuetudo namq; & obseruantia plurimum in hoc attenditur.*
10 *Socius emens rem ad societatem spectantem societati acquirere voluisse præsumitur.*
11 *Disdicta nihil releuat dum non constat, quod fuerit executa, & reproducta.*
12 *Confessio suspecta non venit attendenda.*
13 *Retrotractio non fit in præiudicium eorum, quibus medio tempore fuit ius quæsitum.*
14 *Disdictam non fuisse factam probatur ex reuolutione actorum.*

DECISIO CXCIII.

CVM inter Matthæum Montanarium, & Franciscum Vichium quædam Societas artis figuli vsque de anno 1633. inita fuerit, fratres de Maiolis, qui eidem Vichio præposito, & administratori prædictæ Societatis plures merces tradiderant, obtinuerunt ab A.C. pro pretio illarum duo mandata executiua contra Io. Paulum dicti Matthæi hæredem, alterum pro lib. 3049. 13. alterum vero pro lib. 3541. vnde proposito dubio, an illa essent exequenda, DD. affirmatiuè responderunt.

Et quo ad primum res visa fuit transire sine difficultate, quia relaxatum fuit pro debito contracto de annis 1634.36.37. quo tempore societas nō controuertitur, & pro quo Vichius non solum se ipsum, sed etiam Matthæum consocium insolidum
1 † obligauit, prout facere potuit *ad tex. in l. 1. §. fin. & l. si tamen plures ff. de exerc. act. Bald. in l. cum te in galliam sub num. 2. vers. aut sunt plures, & ibi Salyc. circa fin. C. si cert. pet. Rot. decis. 246. n. 8. & seqq. part. 6. rec. & fuit dictum in Romana Societatis de Ro. ignis 19. Iunij 1645 coram R.P.D. meo Ghisilerio.*
2 Socius † enim censetur habere mandatum, & consensum tacitum ad obligandum consocium in ijs, quæ spectant societatem *Surd. decis. 213. nu. 2. & 8. Gratian. discept foren cap. 279. numer. 2.* vbi
3 loquitur in specie *de oblig. Cam. & cap. 967. nu. 40. Rota in Clarauallen. grani 22. Iunij 1590. coram Orano, & coram S. mem. Greg XV. decis. 302. numer. 1.*

Quo vero ad aliud mandatum pro lib. 3541. & pro quo acrius insistebant informantes pro Montanario, responderunt pariter DD. pro executione, quia prouenit ex precio mercium receptarum pro vsu exercitij Figulariæ & pro seruitio apothe-
4 cæ, quam constat esse socialem, nam † ad effectū vt socius remaneat obligatus, sufficit, quod contractus fuerit factus intuitu, & contemplatione societatis, *iux gloss in l iure societatis 82. vbi Bald. vers. & ista lex ff pro socio, Bart in l. post mortem §. tutor nu. 3. ff quando ex fact. tut. Decian. in l. si socius 15. num. 3. vers. & hoc declaratur ff. si cert. pet. & cons. 98. num. 2. vers quia etiam Aym. cons. 159. nu. 8.*
5 Quamuis fuerit initus nomine proprio, & nomen socij non fuerit expressum *Castr. cons. 242. num. 2. vers. prædicta procedunt lib. 1. Roncbegall. in l. eandem num. 195. in fine vers licet sit contractū ab vno ff de duob reis, Rota Lauuen. decis. 14. num. 13. vers. 4. inter alia & num seq. & firmauit Rota in Rom. prætensæ societatis 12. Iunij 1645. coram R P. D. meo Ottbobono.*
6 Expressio † enim causæ operatur idem ac si cōtractus sociali nomine celebratus fuisset, *Bart. in l. 1. §. non autem nu. 2. vers. 2. nota ff. de exerc. act. & in l. post mortem §. tutor num. 3. vers. expressio*
7 *enim causæ ff quando ex fact. tut.* Cum talis † coniectura, quod socius contraxerit nomine proprio non sit adeo vrgens, quin tolli possit Leuioribus præsumptionibus. *Rota in Romana Societatis lignorum 22. Martij 1638. coram bon. mem. Cocino.*

Idque facilius dicendum venit in præsenti casu,
8 Tum † quia Vicchius erat solitus expendere proprium nomen, dum contrahebat occasione societatis, vt apparet ex declaratione per ipsum facta, in instrumento rogato sub die 19. Augusti 1638.
9 *Summ. Fratrum de Maiolis num. 1.* quæ † consuetudo & obseruantia, resultans ex actibus socialibus, plurimum in hac materia operatur *Bald. in l. si patruus num. 4. in princ. & num. 5. vers. nam si consueuit C. commun. vtr. Iud. Petr. de Vbald. de duob fratrib. par. 5 num. 3. vers. nec obstat, quod emit nomine proprio Felic. de societ. cap. 3. num. 51. Rota dec. 220 num. 4. vers. & tanto magis part. 4. tom. 2 rec.*
10 Tum etiam quia † merces per eum a Maiolis receptæ, & pro quibus fuit relaxatum mandatum pertinent ad artem, & exercitium Figulariæ, vt bene considerat idem *Petr. de Vbald. de duob. fratrib. par. 5 num. 3. vers. an vero non causa lucri, Monach. decis. Bonon. 51. numer. 9. vers. & hoc eo magis, Milanen. dec. Sicil. 11. num. 54. & 55 lib. 1. Rota in Rom Saponis 13. Febr. 1634. coram Eminentiss. D. Panzirolo.*

Non obstat, quod huiusmodi debitum fuerit contractum de anno 1640. quo tempore non durabat societas, attenta disdicta emanata de anno
11 antecedenti, quia † huiusmodi disdictam non cōstat, nec fuisse executam, nec reproductam, & propterea non releuare ex defectu primi requisiti firmat *Castrens. cons. 81. num. 3. lib. 2. & plures cumulat*

lat Mandat. ad reg. 34. de Annal. q. 35. num. 5. vers. tertium est, & ex defectu secundi, Felic. de Societ. cap. 35. num. 24. Gratian. discept forens. cap 715. nu. 1. & seqq.

Et quamuis socij in Instrumento Concordiæ inito 14. Maij 1642. fassi fuerint illam fuisse intimatam Francisco Vichio sub die 10. Febr. 1639. de mandato D. Vicarij Generalis Fauentiæ, & in illius actis reproductam, ad quam propterea se retulerunt inserendo in instrumento tenorem eiusdem intimationis; Nihilominus huiusmodi

12 † confessionem tã quam suspectam dixerunt Domini non esse habendam in cõsideratione ex trad. per Soc. sen. cons. 78. num 4. lib. 4. Rota decis. 104. numer. 1. & seq. coram Buratt. & in Rom. Vineæ seu Saluiani 1. Iulij 1610. coram Manzanedo;

13 Nec † potuisse retrotrahi in præiudicium creditorum, qui medio tempore contraxerunt ad text. in l. qui Balneum & l. potior ff qui pot. in pign hab. Rota coram Greg. XV. dec. 227. numer. 2. Duran. dec. 463 num. 8.

14 Præsertim † cum ex actorum reuolutione nullo modo de illa appareat, Bart. in l. bi qui ad Ciuilia num. 4 vers. & hic aduerte C. de appell Menoch. de præsumpt. præs. 22. num. 1. lib. 2. Vant. de nullit. ex def. Etu citationis num. 14. Rot. dec 167. numer 42. par. 1. recent. & coram Caualer. decis. 35. numer. 2. & fuit dictum in Pampilonen. Pensionis 14. Maij 1612. coram Sacrato, et in Romana legati 10 Februarij 1620 coram Vbaldo.

Et ita decisum vtraq; parte informante &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Casalis.

Luna 11. Ianuarij 1638.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à patre filio existenti in eius potestate regulariter non valet, limita vt nu. 3. et 4.*

2 *Pater donans filio videtur sibi ipsi donare ex quo donatio acquiritur patri.*

3 *Donatio facta à patre filio valet attento iuramento.*

6 *Iuramentum semper est seruan. si id fieri potest sine dispendio salutis æternæ et nu. 13.*

7 *Stipulatione Notarij an acquiratur ius absenti sine ratificatione, et acceptatione est valdè controuersum in iure, et quid stante iuramento num. 10.*

8 *Donatio est irreuocabilis respectu donantis, licet ex ea non acquiratur ius absenti, nisi post acceptationem.*

9 *Decis. 262. num. 5. par. 1. recent. quomodo sit intelligenda.*

11 *Pactum iuratum de obseruan. et adimplen. donationem excludit omnem facultatem illam reuocandi.*

12 *Iuramentum appositum in donatione reddit illã irreuocabilem.*

14 *Stante obligatione camerali quæritur actio ex stipulatione Notarij, etiam sine cessione.*

15 *Obligatio Cameralis continet promissionem cum hypotheca.*

16 *Per alienationem rei donatæ non infertur præiudicium Donatario habenti hypotecam anteriorem.*

17 *In pluribus substitutionibus etiam vna caducata remanent alia.*

18 *Quot sunt substitutiones in donatione adiecta, tot dicuntur donationes.*

DECISIO CXCIV.

IACOBVS Vacca titulo donationis irreuocabilis inter viuos donauit Antonio eius filio Censum in sortem scut. 300. monetæ, & annalis redditus scutorum 35. cum hac scilicet conditione, *Che mancando detto Antonio auanti li vent'anni compiti, in suo loco succeda Catherina figlia d'esso Iacomo*; necnon etiam ad effectum, vt nullo vnquam tempore pœnitere valeret medio iuramento illam animo deliberato fecisse declarauit cum omnimoda priuatione, & abdicatione à se ipso proprietatis, & vsusfructus huius Census donati, ipsamq; donationem, abdicationem, & priuationem habere ratas, & inuiolabilitèr obseruare sub vinculo eiusdem iuramenti, & cum obligatione Camerali promisit omnibus donatarijs licet absentis &c. Notario tamen præsente, & stipulante, ac Procuratorem constituit ad insinuandum, pro vt cum effectu ipsa donatio insinuata remansit.

Cæterum quia sequuto obitu Antonij prius quã ad prædictam ætatem annorum 20. peruenisset, Iacobus dictum Censum vendidit, Catherina loco Antonij prædefuncti subrogata prætendens factum fuisse locum donationi ad eius fauorem, introduxit causam in Rota contra possessores Casalis possessi per Iacobum donatorem, ideo de consensu partium dedi dubium. An donatio de qua agitur sustineatur, & ad cuius fauorem esset purificata.

Quo proposito, quo ad primam partem Domini affirmatiuè responderunt, eo præcipuè fundamento, quod quamuis regulariter † donatio emanata à Patre ad filij fauorem, qui est in ipsius potestate, non valeat *ad text. in l. 1. §. si pater, ff. de inoff. donat.* vbi expressè dicitur talem donationem esse nullã, *et in l. 2. C. de inoff. donat. ac in l donationes quas parentes, C. de donat. inter vir. et vxor.* ex ratione *glos. in d. l. 2. in verb. in potestate, versic. olim autem, C. dè inoff. donat.* Quia si prædicta donatio sustineretur patri acquireretur, *vt in l. placet, ff. de acquir hæred.* cum perinde sit, acsi pater sibi ipsi donasset, hacq; ratione in vim illius nulla eius obligatio resultet *ad not. in l. si quis pro eo, §. item si ipsius, ff. de fideiuss. et in l. qui sic soluit, ff. de solut.* † nisi morte confirmaretur secundum *glos. in d. l. 2. in d. verbo in potestate, ante fin. vers. nisi morte. Dec. cons. 432. numer. 3. Clar. in §. donatio, q. 8. nu. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 8. nu 6. & 42.*

4 Attamen † stante iuramento confirmatorio huius donationis non potest dubitari de illius validitate, tam ad fauorem Antonij filij, quam Catherinæ, pariter filiæ Iacobi donantis ex communiori Doctorum sententia, qui mouentur ex eo, quod licet ratio fundamentalis quare donatio inter patrem, & filium non sustineatur, sit propter patriã potestatem, & acquisitionem, quæ ex ea causatur, cum quicquid acquirit filius ex bonis patris ipsi

patri

patri acquiratur tamquam peculium profectitium
d.l pla. et ff de acquir. hæredit. l. 1 ff si à parent. quis
fuerit manumiß. & l cum oportet, in princ. C. de
bon. quæ liber. ac instit. per quas personas nob. ac-
quir. in princ. Bald. in l 2. num. 1. C. de inoff. donat.
5 nihilominùs cesset † quociescunque interuenit iu-
ramentum, ex quo non consideratur in hoc casu
ius patriæ potestatis inductum a iure ciuili, l. item
in potestate, ff de ijs qui sunt sui vel alien. iur. sed
dumtaxat ius naturale seu gentium, quia patria
potestas non curatur in materia spirituali, prout
est iuramentum, cap. & si Christus de iur. iur c. si
annum quartum decimum de iud. lib. 6. & latè tra-
dit, ac infinitos cumulat Gutter. de iur. confir. p. 1.
cap. 4. nu. 1. & seqq. Ita in specie Bald. in repet. l. 2.
num. 125. in fin. vers. & idem credo, ff. de iur. iur.
& in l. vlt. nu. 6. vers sed quid si fuit. C. de vsucap.
pro donat. Ias. de communi in repet. l frater à fratre
num. 44. ante fin. vers. septimo limita, ff de condit.
indebit. & de communi etiam Dec. d. cons. 432.
num. 4. & sub num. 5. vers. quia respondetur. Surd.
plenè de communi cons. 75. num. 9. lib. 1. Gabr. de
communi & magis communi de donat. concl. 4.
num. 1. & copiosè Clar. in §. donatio, d. q 8. num. 8.
vers. sed quaro tu scis. Seraph. de priuil. iuram.
priuil 72. num. 1. vbi infinitos recenset. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 21. tit. 8. num. 6. vers & tamen,
& num. 42 vers. sed si iuramentum. Marescot. va-
riar. resol. lib. 2. cap. 27. num. 1. Franc. Molin. de ri-
tu nupt. lib. 3. quæst. 12. nu. 7. & quæst. 86. num. 20.
Paschal. de virib. patr. potest part. 1. cap. 4. num. 63.
Thesaur. decis. 32. num. 10. Rota coram Seraphin.
decis. 1184. num 7. vbi de magis communi Docto-
rum sententia coram Mantic. decis. 166. nu. 5. corā
Cauaber. decis. 947. num. 9. & coram Reuerendiss.
D. meo Decano decis. 379. nu. 4. cum seqq. Iuramen-
6 tum † enim semper est seruandum, si seruari po-
test absque dispendio salutis æternæ, cap. debitores,
cap. veniens, & c. Quintauallis de iur. iur.

Maior autem difficultas consistere videbatur
in eo, An Iacobus donator potuerit deinde hanc
donationem reuocare, prout saltem tacitè eam
reuocasse apparet ex alienatione huius Census per
ipsum post eamdem donationem sequuta, in qua
quæstione cum inter Doctores magna sit conten-
7 tio, an per stipulationem, & acceptationem † No-
tarij nomine absentis in donationibus, obligatio-
nibus, & in alijs dispositionibus statim irreuoca-
biliter acquiratur ius absenti absque ipsius ratifi-
catione de qua latissimè Rota decis. 12. part. 1 in
recent. vbi infinitè hinc inde cumulantur Docto-
res. Placuit tamen distinctio alias seruata per Ro-
8 tam, quòd, aut agitur † ad effectum, quod sit acqui-
situm ius, aut dominium absenti, & tunc requiri-
tur ipsius absentis acceptatio; aut ad effectū quod
non possit ante ratificationem absentis ille, qui se
obligauit pœnitere, & tunc non est necessaria acce-
ptatio; Ita distinxit Rota decis. 683. num. 4. part. 1.
diuers. vbi constituitur regula valere donationem
ad effectum ne reuocari possit, necessariam tamē
esse acceptationem ad effectum acquisitionis do-
minij, vel possessionis, ex Didac. Tiraquell. & ex
alijs ibidem allegatis. Idem in recent. decis. 369.
num. 3. vbi de veriori sententia, & dec. 488. nu. 6.
in fin. par. 2. & coram Sanct. mem. Greg. XV. decis.
97. vbi adden num. 8. & decis. 567 num 3. ac in
recent. decis. 270 num. 1. part. 5 Roman. cons. 171.
sub num. 7 diffusè Menoch. cons. 1153. nu. 48. qui
& nu. 54. post plures Doctores congestos firmat
donationem factam absenti stipulante Notario
reuocari non posse lib. 12. Sanchez. de matrim.
lib. 1 disput. 7. num. 3. & num 6 cum seqq. Amat.
variar. resol 30. num. 6 & alij relati per Molin. de
Hispan. primog. lib. 4. cap 2. nu 67. vsque ad nu. 70.
9 Cum qua distinctione † conciliatur decis. 262. n. 5.
par. 1. recent. vbi firmatur, quòd magis communis
opinio est, quod per stipulationem Notarij acqui-
ratur eius absenti etiam sine ratificatione cum su-
pradicta decis. 12. ead. par. 1. recent vbi sub num. 3.
pro negatiua contraria tamquam de iure veriori,
& reuera magis communi concluditur, quæ absq;
dubio amplectenda est; atque propterea stante hu-
iusmodi distinctione, cum in hac causa interuene-
rit stipulatio Notarij pro absentibus, necessariò
sequitur Iacobum donatorem pœnitere nequaquā
potuisse; ita vt, quamuis alienando censum dona-
tum tacitè dici posset donationem reuocasse, atta-
men id fieri ab ipso in præiudicium donatariorum
10 non potuisse, cum † iam illis vltra huiusmodi sti-
pulationem Notarij ratione Iuramenti in ipsa do-
natione appositi fuerat acquisita actio, etiam absq;
alia cessione iuxta cons. Roman 76. ante num. 1.
cum ibidem per Mandos. additis in verb. Iuramēti
& præter eos idem tradunt Natt. cons. 262. nu. 17.
cum seqq. lib. 2. Gabr. de verb. oblig. concl. 1. nu. 70.
& hanc opinionem sequuta fuit etiam Rota coram
Sanct. mem. Greg. XV. d. decis. 97. num. 4. & nu. 5.
Idque eo magis cum idem donator in eadem do-
natione medio iuramento, etiam Notario stipu-
lante promiserit perpetuam, gratam, & ratam hāc
donationem habere, & inuiolabiliter obseruare,
adimplere, contràque non facere, dicere, oppone-
re, vel venire sub quouis prætextu, & obligatione
Camerali, & alio iuramento tactis &c. Ex quibus
verbis apparet non tractari de simplici assertorio
11 Iuramento; sed de promissorio, quod † efficaciùs
excludebat omnem facultatem reuocandi huius-
modi donationem, secundum distinctionem Bald.
in repet. d. l. 2. num. 133. vers iuxta prædicta, ff. de
iur. iur. vbi reddit rationem, quod quando dona-
tor specialiter iurauit non reuocare donationem,
ius fuit quæsitum ei, ad cuius fauorem illa emana-
uit, l. vbi ita donator, ff. de mort. caus. donat. & ca-
pion. Mantic. latè de tacit. et ambig. lib. 21. tit. 9.
num. 5. ante fin. vers. et quidem, ac num. 6. et nu. 10.
vers. et hanc sententiam, Thesaur. alias plures ci-
tat d. decis 32. num 7. vers. Nam aliqui, et decis. 70.
nu. 8 vers. pro concordia, vbi mota quæstione re-
ducit ad concordiam Doctores, cum distinctione,
videlicet, quod stante solum Iuramento assertorio
donatio possit reuocari, secùs vero concurrente
promissorio Iuramento de non reuocando, nam
12 † Iuramentum eius virtutis esse nemo nescit, vt
quoad donationem faciat actum irreuocabilem
per ea, quæ pulchrè dicit Didacus variar. resolut.
lib. 1. cap. 14. num. 13. vers. Nihil esse hoc in casu, &
ita distinxit Rota coram Seraph. d. decis. 1184 nu. 6.
vbi Iuramentum promissorium semper esse seruā-
dum, & si per iuramentum illa, quæ de sui natura
sunt reuocabilia, ergo multo magis, quæ natura-
liter

13 liter irreuocabilia sunt, † vt est donatio inter vi-
uos; actus sui natura regulariter irreuocabilis, quæ
nec pœnitentiæ donantis subiacet, vt eam sine iusta
& legitima causa reuocare valeat, *l. perfecta*, C. *de*
donat. Roman. d. cons. 171. sub num. 7. vers. secun-
dum quia regula, cum alijs per Mandos. *ibidem in*
verbo irreuocabilis, ac per *Menoch. d. cons. 1153.*
num. 48 lib. 12. Rota d decis. 270. num. 2. cum seqq.
14 *par. 5. recent.* Præsertim † accedente obligatione
Camerali, qua mediante fuit pariter quæsita actio
ex Notarij stipulatione, etiam sine alia cessione
perinde, ac si immediatè donatarijs fuisset facta
promissio non reuocandi donationem, *Bart. in*
l. possessio, & S. si possessio, num. 3. ff. de acquir. pos-
sess. & cons. 71. ante num. 1. vers. præterea dictum
instrumentum, & num. 1. lib. 1. Roman. d. cons. 76.
ante num. 1. vers. & hoc operatur, vbi Mandos. alios
retenset in verbo Gulielmus, & Gabr. de verb. obli-
gat. d. conclus. 1. num. 103. Grat. qui in puncto obli-
gationis Cameralis, seu guarantigia dicit hoc cō-
muniter teneri *cons. 12. nu. 10 cum seqq lib. 1.* Rur-
15 sus etiam, † quia Cameralis obligatio habet in
ventre promissionem cum hypoteca, vt alias cen-
suit Rota *apud Seraphin. decis. 935. num. 1. ac post*
16 *Gall. s. de oblig Camerali decis. 141. num. 5.* † &
ratione similiter hypotecæ anterioris lōgè minus
præiudicium inferri potuerit ipsis donatarijs me-
diante posteriori alienatione rei donatæ, vt in indi-
uiduo donationis egregiè probat *Paris. cōs. 69 nu-*
mer. 156. cum seqq. lib. 5. & in fortiori de sola pro-
missione donand. facta à patre cum iuramento, &
hypoteca *Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 8.*
num. 30. cum seqq.

Quantum vero ad secundam partem, firmarunt,
quod ex deficientia Antonij primi donatarij ante-
quàm ad ætatem annorum viginti perueniret, quā-
17 uis † donatio quoad ipsum caducata extiterit, ve-
rumtamen caducate, nullatenus remanserint cæ-
teræ substitutiones *ex l. quoties, C. de donat. quæ*
sub modo absq; alia traditione census donati, Castr.
cons. 384. sub nu. 1. lib. 1. Decian. cons. 55 num. 2.
18 *cum seqq. lib. 3. Seraph. decis. 472 num. 13.* † cum
tot sint donationes, quot sunt substitutiones, &
quilibet donatarius veniat suo iure, *Molin. de His-*
pan. primog. lib. 1. cap. 1. num. 17. Vnde necessario
sequitur iuxta resolutionem Dominorum hāc do-
nationem censeri purificatam in fauorem Cathari-
næ in ipsa donatione substitutæ ex deduct. per *Ro-*
lan. cons. 15. sub num. 3. lib. 4. Menoch. cons. 49. nu-
mer. 113. lib. 2. cons. 304. num. 12. lib. 4. & d consil.
1153. num. 2. cum seqq. lib. 12. Seraphin decis. 416.
num. 18. & decis. 542. num. 1. Rota decis. 194. nu-
mer. 35. in fin. cum seqq. & d. decis. 270. num. 7.
par. 5. recent.

Ex quibus vtraque parte informante fuit con-
clusum constare de valida donatione purificata ad
fauorem Catharinæ.

R. P. D. V B A L D O.

postea S.R.E. Cardinali.

Bonoñ Pecuniaria.

Veneris 3. Iunij 1633.

S V M M A R I V M.

1 *Filius beneficio l. 2. ff. &, C, quod cum eo non*
tenetur nisi in quantum facere potest, dedu-
cto ne egeat.

2 *Conuenta præstatio alimentorum haberi debet*
pro sufficiente, nec illorum augumentum præ-
tendi potest.

3 *Executio, seu hypoteca non impeditur super fru-*
ctibus bonorum fideicommisso subiectorum.

DECISIO CXCV.

HAEC causa fuit pluries proposita super du-
bio An D. Gaspari suffragetur priuilegium
l. 2. ff. & C. quod cum eo, & nunquam potuit capi
resolutio propter varias Dominorum sententias,
hodie vero iterum proposito dubio, facilis fuit re-
solutio, quia D. Alexandra, quæ vult exequi man-
data pro suo credito cōtra Gasparem, qui se obli-
gauit in transactione inita cum eius patre, solùm
petijt exequutionem contra bona in eadem tran-
sactione relaxata, & quæ eidem hypotecata re-
manserunt donec esset integraliter satisfacta de
suo credito libr. 4. mil. non enim intendit ampliùs
facere exequutionem contra personam eiusdem
Gasparis, & libras 240. sibi vt infra reseruata. Et
ideo Domini dixerunt beneficium l. 2. suffragari
Gaspari tantùm quoad personam, & quoad libr.
240. quas idem Gaspar sibi reseruauit in donatio-
ne omnium bonorum facta fratri, hoc enim modo
vtrique parti consultum fuit, vt Alexandra procu-
1 rare possit satisfactionem sui crediti, & Gaspar † iu-
uetur priuilegio *d. l. 2.* vt non teneatur quoad per-
sonā ne carceretur, & quoad d. lib. 240. ne egeat,
vt disponitur *in d. l. 2.* & ibidem trad. *Paul. de*
Castr. in fin. C quod cū eo, quem sequitur *Frāch.*
dec. 70. num 2. & 3. Vrsill. ad Afflict. dec. 308. nu-
mer. 20. Giurb. dec. 42. num. 1. cum alijs congestis
per *Moder. Rom. discept. forens. cap. 799. num. 1. &*
seqq. & num. 69. & tenuit *Rota in Anconitana*
pecuniaria 1. Iulij 1622. coram bo. mem. Rembol-
do. Prædicta vero summa libr. 240. visa est suffi-
ciens pro substentatione dicti Gasparis, cum ipse-
met transferendo bona prædicta in fratrem post-
quam effectus fuit maior, & sui iuris supradictam
quantitatem annuam in donationem omnium bo-
norum sibi reseruauit vti sufficientem pro sua sub-
stentatione, asserendo, quòd ea mediante sperabat
residuum eius vitæ degere magis pacificè, & quie-
tè vt sunt verba donationis in summ. Alexandræ
num. 1. vnde ex declaratione ipsiusmet Gasparis
2 satisfactum censetur dispositioni *d. l. 2.* vt † præsta-
tio conuenta loco alimentorum illi debeatur, & ea
pro sufficienti haberi debeat, nec maiorem quan-
titatem prætendere possit *l. si quis in conscribendo,*
C. de pact. l. cum census, ff. de tut. cur. & ole. leg.
Natt. cons. 211. num. 16. & trad. supradict. Moder.
post alios discept. 613. num. 21. & 25 & seq.

Non obstat, quòd bona prædicta dicantur subie-
3 cta fideicommisso † pro medietate Gaspari tangen-
te, quia eo viuente non propterea impeditur exe-
quutio, & hypoteca super illorum fructibus *l. in*
fideicommissariam, vbi Doct. ff. ad Trebell. Molin.
de

de primog. lib.1. cap.20. num.11. & 12. Peregr.de fideicomm.art 40.num.110.

Et ita vtraque parte sæpiùs informante resolutum fuit &c.

R. P. D. CARRILLO.

Anconitana Dotis.

Lunæ 20 Aprilis 1643.

SVMMARIVM.

1 *Contra tertium non potest procedi via executiua.*
2 *Quando agitur pro consecutione dotis vigore Statutum Vrbis lib.1. cap.85. procedi potest executiuè,etiam contra tertium.*
3 *Statutum Vrb.lib.1.cap.85.tanquam decisorium seruatur in omnibus Constitutionibus.*
4 *Creditum dotis iustificatum remanet ex instrumento dotali,maximè si sit obligatione Camerali vallato.*
5 *Clausula Cõstituti bene probat possessionem constituentis contra singularem successorem causam ab eo habentem.*
6 *Per spatium triginta annorum intrat præscriptio vel præsumptio solutionis dotis.*
7 *Maritus non præsumitur negligens in exigenda dote dum substinet onera matrimonij.*
8 *Præscriptio constante matrimonio non currit cõtra mulierem, prout nec etiam contra pupillum currente pupillari ætate.*
9 *Pupillo datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ aduersus temporis cursum.*
10 *Surd.decis.105. declaratur.*
11 *In obligatione generali omnium bonorum non comprehenduntur bona emphyteotica Ecclesiæ, stante pacto de non alienando,etiam latè sumpto vocabulo.*
11 *Clausula Pro se, & hæredibus quibuscumque æquiparatur clausula, Quibus dederit.*
13 *Clausula Quibus dederit si apponatur in inuestitura operatur, quòd includantur quicumque hæredes etiam extranei.*
14 *Et quod concessio dicatur alienabilis irrequisito Domino, & sine eius consensu.*
15 *Primus acquirens potest liberè disponere de re emphyteotica, etiam in præiudicium aliorum vocatorum.*
16 *Emphyteusis hæreditaria comprehēditur sub vniuersali dispositione.*
17 *Verba,* ò ad altra persona prohibita, *denotant similitudinem inter omnes.*
18 *Via executiua concessa pro consequutione dotis, agi potest etiam contra rem emphyteoticã, quando non agitur super validitate inuestituræ, aut super comprehensione.*
19 *Rigor & formalitas iudiciorum non attenditur stante paupertante agentis.*

DECISIO CXCVI.

MANDATVM A.C. relaxatum ad fauorem Petri Eutitij creditoris in scutis 500. monetæ occasione dotis maternæ contrà Dominicum Lucatellum possessorem vineæ hæreditatiæ, Rosati
dotis promissoris dixerunt DD. exequendum foré;
vti validum, & iustum.
Validitas enim apparet ex reuolutione proces-
sus, nec ea potest infringi ex eo, quòd d. Eutitius
egerit executinè contra Lucatellum dictæ vineæ
1 emptorem, quasi † quòd contrà eum vti tertium
possessorem non potuerit dari via executiua, iuxtà
notat. per *Alex. in l.à Diuo Pio, §. si super rebus,*
num.28. vers. & pro hoc bene facit, ff.de re iudic.
Aretin.cons.86.in fine, Rota coram Greg.XV.decis.
330.*nu.2.& decis.50 num.1.coram Durano.* Quia
2 hoc cessat † quandò, prout hic fuit actum pro con-
sequutione dotis, pro qua Statutum Vrbis in cap.
85.lib.1. concedit in spec.e viam exequutioam,
etiam contra tertium, *Rota decis.161.nu.4 par.4.*
3 *recent.* Quod † quidem Statutum cum sit deciso-
rium seruatur in omnibus Vrbis Tribunalibus, vt
de stylo testatur *Salust.Tib.in prax.A.C.lib.2.cap.*
35 *nu.13.* & ad effectum, de quo agitur dixit *Ro-*
ta in Romana dotis de Mellinis 17 Februar.1578.
coram Robusterio, quæ est la 51.in ordine inter im-
press.per Modern glossat Brasichellen.ad stat.Vrb.
& magis de recenti fuit dictum *in Romana dotis*
14.*Februarij superioris anni coram Reuerendiss.*
P.D. meo Dunoz. Dec.
4 Iustitia vero probatur ex eo, † quod creditum
dotis scutorum 500. promissæ à Rosato Margari-
tæ eius sorori, ex qua natus est Eutitius, vt plenè
concludunt testes iustificatur ex publico instru-
mento dotali, obligatione Camerali vallato, di-
ctumq. Rosatum possedisse vineam, de qua agitur
pariter probatur ex instrumento venditionis factæ
5 per eum d.Lucatello, † cum clausula constituti, quę
benè probat possessionem cõstituentis contrà sin-
gularem successorem causam ab eo habentem. *An-*
gel.in l quadam mulier, ff.de rei vendic. Tiraq.de
iur.constit. par.3.lim.1.num.11. in fin. & nu.23.
Rum.cons.169.in fin.lib.1. Grat. cons.42.num.12.
*& 13.lib.2.*Natt.*cons.439. num.3. Rota coram*
Greg.XV. decis.362. num.1. & 2. coram Durano
decis.49. num.3.
6 Non obstat, † quod ab anno 1604. quo fuit ce-
lebratum instrumentum dotale vsque ad annum
1641. quo fuit mota lis, effluxerint anni 30.& vl-
tra, & sic intret præscriptio, *l sicut in rem 3. cum*
concordan. C. *de præscript. 30. vel 40. annor.* vel
7 præsumpta dotis † solutio, cũ non præsumatur ma-
ritus negligens in exigēda dote dum sustinet one-
ra matrimonij, ex allegatis per *Surd.in decis.*105.
nu.2. Quia matrimonium durauit ab anno 1604.
vsque ad annum 1614. de quo tempore obijt ma-
ritus superstite dicto Eutitio filio tunc in infantili
8 ætate constituto, quapropter sicut † præscriptio
currere non potuit contrà mulierem constante
matrimonio, *l.in rebus, §.omnis,* C.*de iur.dot.Ful*
gos.cons.216.nu.1. vers.secundum vero, Abb.con-
sil.32.num.1.vers.ad dicam lib.1. Alex.,cons.83.nu-
mer.11. vers:bene fateor lib 6. Rota *coram Caua-*
9 *ler.dec.213.nu.7.* † ita nec valuit aduersùs pupil-
lum *d.l.sicut de præscript.30. vel 40. annor. vers.*
sed pupillari, cum ibi notatis per DD. & quate-
nus cucurrisset, daretur aduersus eam restitutio in
integrum ex capite ignorantiæ, *Rota decis.573.*
num.1. in fin. par.3. recent. & coram bon. mem.

Coc-

Coccino decis.50.num.10. & fuit dictum in simili-
bus terminis *in Spoletana salutani 3. Iuly 1639.*
coram bon.mem. Merlino.
10 *Surdus vero in dicta decisione* 105. & † cæteri
DD. per eum congesti non fundantur in sola ne-
gligentia mariti, sed in alijs pluribus, & quidem
vrgentibus præsumptionibus, & coniecturis solu-
tionem dotis pernecesse concludentibus, & ideo
non applicantur huic casui vbi tales præsumptio-
nes, & coniecturæ non adsunt.
11 Nec † aduersari visum fuit, quod vinea de qua
agitur sit sub directo dominio Ecclesiæ, & in in-
strumento inuestituræ adsit pactum de non alie-
nando, etiam latè sumpto vocabulo, & propterea
non potuerit comprehendi sub generali obligatio-
ne omnium bonorum Rosati, vt in terminis dotis
ait *Rota in decis.555. num.1. par.1. recent.* Quo-
niam inter cæteras responsiones datas per infor-
mantes placuit illa nempe, quòd in præsenti ver-
samur in primo acquirente, ac in emphyteusi me-
12 rè hæreditaria cum sit concessa † cum clausula
(pro se, & hæredibus quibuscumque,) quæ æqui-
paratur clausulæ quibus dederit *Rip. in l.quæsitũ,*
§. si quis nu.5. de priuil.credit. Rolan. cons.69. nu-
13 *mer.34.lib 1. Seraph. decis.559.num.8.* † clausula
autem quibus dederit facit, vt in concessione in-
cludantur quicumque hæredes extranei, *Curt.iun.*
cons.4 num.4 cum alijs relatis per *Caldas. de no-*
minat.emphyt.lib.2. quæst.10.nu.14. & quæst 23.
num.30. & 31.eod.lib. Rot.decis.50. num.2.par.3.
14 *rec. & dec.293. num.2. coram Caualerio,* & † con-
cessio dicatur alienabilis irrequisito Domino, &
sine eius consensu, *Dec.cons.390. num.8. Soccin.*
cons.7.num.24 lib.3. Paris. cons.2. num.23. & 29.
lib.1. Mantic.de tacit & ambig.lib.22. tit.19. nu-
mer.24.Gratian discept. foren.cap.481. num.60. &
15 † ideo benè potuit primus acquirens eam obliga-
re etiam in præiudicium aliorum vocatorum. *Me-*
noch.cons.401.num.46. & 47 Surd. cons.305.nu-
mer.32.35. & seqq. Caualer decis.219. num.15. &
in terminis obligationis dotis, *Corbul. de iur. em-*
phit.de caus priuat ob alienat. limit.20.nu 4. & 5.
Gratian discept.forens. cap.511. num.10.

Idque procedit etiamsi obligatio fuerit genera-
lis omnium bonorum sine expressione huius vineę
16 emphyteuticæ, quia emphyteusis † hæreditaria
comprehenditur sub vniuersali dispositione, *Me-*
noch.cons.129.num.15. Mantic.de coniect. vlt.vo-
lun.lib.7.tit 9.num.5. in fin. Caualer.d decis.293.
num 1. vers. & sic erat Absque quod releuet pa-
ctum de non alienando in contrarium appositum,
cum illud concernat solum fauorem Domini dire-
cti, qui de hoc in pręsenti non opponit, nec est in
lite, nec ob dictum pactum alteratur natura em-
phyteusis hæreditariæ transitoriæ ad quoscumque
etiam extraneos, itaut impediatur primus acqui-
rens, que illam obligare possit maximè fauore dotis
ex superiùs allegatis, & tradit *Andr. decis 105.*
num 13.

Vlteriùs prohibitio huiusmodi non videtur ab-
solutè concepta quoad omnes personas, sed solũ,
quo ad personas prohibitas ponderando illa verba
17 † *à altra persona probibita*, quæ denotant simili-
tudinem inter omnes, *Alex. cons.76. num.4. vers.*
non obstant illa verba lib.4. Vsase.decis.167.nu.7.
Surd.cons 21.num.14. & ideo quoad alias perso-
nas non videtur expressè prohibita, vt tradunt
Alex.cons 173.nu.5. in fine, & nu 6. lib.2. Ruin.
cons.213.num.6. lib.1. Rota in Cæsenaten. emphy-
teusis 14.Decembris 1635.coram bon.me. Merlino.
18 Quod autem via † executiua concessa à Statu-
to pro dote procedere possit etiam contrà rem
emphyteuticam visum est satis subsistere, cum non
fuerit actum super inualiditate inuestituræ, aut su-
per comprehensione, vel actione reali, sed super
credito dotali, qui articulus est ab ipsa inuestitu-
ra, & re emphyteotica satis alienus itaut inttet
decis.296. nu.14 & seqq. par.5.rec. maximè stan-
te paupertate agentis, quo casu non videtur æquũ
attendere ad vnguem rigorem, & so. malitatem
iudiciorum ad tradit. per *Rot.decis.72.nu.7.par.1.*
diuers. Et ita vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Ciuitatis Castelli spolij.

Ven.7. Maij 1638.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio stat pro Iudicis decreto.*
2 *Allegantj nullitatem, & iniustitiam sententiæ in-*
cumbit onus probandi, & hæc nullitas, seu iniu-
stitia debet esse talis, vt nulla ratione velari
possit.
3 *Per subbastationem, & deliberationem auoca-*
tur dominium.
4 *Habens obligationem Cameralem potest variare*
de vno iudicio ad aliud donec sit integrè satis-
factus.
5 *Pactũ in instrumento appositum quod possit ca-*
pi possessio propria authoritate operatur etiam
contra tertium, & num.8.
6 *Via executiua non competit contra tertium.*
7 *Fallit quando iudicium executiuum motum cõ-*
tra debitorem fuit directum etiam contra ter-
tium, eoq; citato pro quocumque suo iure, &
interesse.
9 *In spolio iudiciali fructus debentur tantummodo*
à die mota litis.
10 *In acquisitione fructuum non requiritur bona*
fides, sed sufficit malam fidem abesse.
11 *Inter bonam, & malam fidem datur medium.*

DECISIO CXCVII.

DEVOLVTA ad Rotam causa appellationis
interposita per Longinos à sententia lata
ab A.C. ad fauorem illorũ de Leonibus super re-
integratione ad possessionem prædij S. Anastasij
siti in Territorio Ciuitatis Castelli, iuxta sua no-
uissima latera cum condemnatione ad restitutio-
nem fructuum à die occupationis citra ex eodem
prædio perceptorum, vsque ad illius dimissionem,
& in expensis, postquam iuxta formam Rescripti
Signaturæ, cum clausula, quatenus sit locus Aegi-
dianæ, per particularem decisionem coram me fa-
ctam 5.Decembr.1629. fuit resolutum non esse lo-
cum Aegidianæ tam ex eo, quod duo ex fratribus
de Longinis reis conuentis essent Clerici, vnus
Professus Societatis IESV, alter vero Canoni-

eius Ecclesiæ Cathedralis Ciuitatis Castelli, quo
casu Aegidiana non habet locum ex defectu illius
Conditoris, qui non habebat facultatem circa bo-
na, & personas Ecclesiasticas, quàm etiam ex capi-
te nullitatis, & notoriæ iniustitiæ sententiæ latæ su-
per spolio, hodie disputato articulo super confir-
matione, vel infirmatione dictæ sententiæ, Domini
illam censuerunt infirmandam.

Quia cum Eleazarij à quibus Longini causam
habent, fuerint immissi in possessione prædij au-
thore Prætore per viam iudicialis subhastationis
pro vero, & concurrenti credito, quod habebant
1 cum Fucciolis, stat † præsumptio pro Iudicis de-
creto, *l. iustè possidet, ff. de acquir. poss. gloss. fin. in
fin. cap. præsentium 7. q. 1. vbi Archid. & sequun-
tur DD in cap. conquerente, de restit. spoliat. vbi
Abb. num. 8. Felin. in cap. dilectus il primo, num. 1.
de rescript. & Ruin. cons. 49 sub num. 11. vers. &
hac ratione lib. 4.* dicit negari non posse, quòd sen-
tentia Iudicis non faciat præsumptionem etiam
2 contra tertium non citatum, † & alleganti nulli-
tatem, & iniustitiam incumbit onus probandi de
tali, quæ sit notoria, & euidens, vt nulla ratione
velari possit, *Franch. in cap. dilecto num. 55. in
fin. vers. ex quibus de appell. Felin. in cap. inter ca-
teras num. 7. de re iudic. Corn. cons. 10. nu. 3. lib. 4.
Rot. in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. corã
bon. mem. Card. Sacrato, & in Romana prætensi
spolij 12. Iunij 1633. coram Eminentiss. Card. V-
baldo*, talis autem nullitas, vel iniustitia subhasta-
tionis non probatur per Leonios propterea non
iustificato spolio sententia condemnans Longinos
ad restitutionem prædij non potest substineri.

Nec facit, quod cum Eleazarij fuerint immissi
in possessionem ex saluiano, quod importat vt sibi
ipsis satisfaciant de fructibus, per quod remedium
auocatur sola possessio ex iusta immissione non
potest deueniri ad subhastationem, & deliberatio-
3 nem † per quam auocatur dominium, vt tenet Ro-
ta reprobata opinione *Couar. var. resol lib. 3. cap.
18. num. 4.* & multo minus executiuè agere con-
tra tertium possessorem. Quia aduertendum est
duo iudicia fuisse intentata per Eleazarios, primũ
super immissione, secundum vero exequutiuum
non vti dependens à primo ex eisdem actis immis-
sionis, sed independenter, & ex integro vigore
obligationis Cameralis, cum citatione ad dicen-
dum contra in cuius termino fuit repetitum solũ
instrumentum venditionis, non autem sententia,
neque aliud quidquam gestum in iudicio immissio-
nis, sicut constat ex repetitione solius instrumenti
habentis obligationem Cameralem, & ex citatio-
4 nibus factis in iudicio exequutiuo, quo † casu Elea-
zarij habentes obligationem Cameralem potue-
runt variare de vno iudicio ad aliud, donec sit ip-
sis integrè satisfactum, nedum ex latè traditis in
terminis saluiani in pluribus Decisionibus factis
coram R. P. D. meo Pirouano in Romana dotis
5 pro D. Domitilla Cæsia, contra † Iuliam Balleu-
nam, verum etiam ex speciali pacto, & facultate
capiendi possessionem propria authoritate apposi-
tis in instrumento census, quæ præbent exequu-
tionem paratam etiam contra tertium, *Bald. in
l. si Titius in princ. ff. de seruitut. Bart. & Saly-
cet. in l creditores, C de pignor.* latè *Cæsar Barz.
decis. Bonon. 108. num. 35. & 36. post Galles. ad
form. oblig. Camer. par. 3 q. 5. num. 3.* cum alijs cu-
mulatis per *Gratian. discept. 926. num. 21.*

Minus facit subhastationem non substineri ex
6 quo † fuit actum contra tertios possessores, contra
quos non poterat exequutiuè procedi, vt in specie
xit *Rot. dec 66.* penes *Laeth. de oblig. Camer.* quia
iudicium exequutiuum motum contra debitorem,
afficit quoque tertium, quando prout hic in casu
nostro ille tertius fuit citatus pro omni suo iure, &
interesse, iuxta theoricam *Castr. in l cum filiusfa-
mil. sub num. 3 vers. ex quibus similiter, ff de verb.
oblig. Dec in l. 15. apud quem num. 44 C de eden.
Menoch. cons. 421. num. 67. Dec. cons 181. num. 2.
Crauett. cons. 12. num. 8. lib. 1. Dec. cons. 69. nu. 52.
lib. 2. Ruin cons. 34. in fin. vol 5. Surd. cons. 334.
num. 12. Borgn* qui multos congerit *decis. 45. nu-
mer. 70. par 1. Ioseph. Ludou. decis. 56. nu. 3. par. 1.*
Vltra quod Iudex procedendo via exequutiua, &
non ordinaria, non dicitur notoriè grauare par-
tem, & illam sui possessione spoliare tanquam per-
sona priuata, quia non ex hoc fuit sublata fundi-
tus defensio, sed tantum variatus ordo, & modus
defensionis, quod non operatur notorium graua-
men, præsertim quando, vt fuit dictum supra, in-
strumentum habet pactum exequutiuum, & facul-
tatem ingrediendi possessionem propria authori-
tate per quæ bona dicuntur affecta, adeo vt possit
8 † etiam contra tertium exequutiuè procedi, maxi-
mè quando ille contra quem fuit processum, non
appellauit, prout in casu nostro, in quo Leonij nũ-
quam reclamarunt spatio 25. annorum, & vltra
per quam omissionem appellationis censetur ac-
quieuisse ordini iudicij.

Non obstat excessus in subhastatione pro maio-
ri summa, & plus debito stante perceptione fru-
ctuum post immissionem in saluiano medio tem-
pore. Quia cum immissio in hypotecaria fuerit
concessa de mense Iunij 1596. subhastatio fuit fa-
cta de anno sequenti, sic non intercesserit trien-
nium, fructus non præsumuntur consumpti. Vnde
immissus adhuc remanebat creditor integræ sũmæ.

Præterea etiam ex alio capite censuerunt DD.
sententiam infirmandam, quia Longini bonæ fidei
possessores non poterant cõdemnari ad restitutio-
nem fructuum, nisi à die motæ litis, non autem à
die possessionis per eos captæ, cum non ageretur
de spolio violento, sed iudiciali, iuxta supradictam
resolutionem in hac causa factam, quo casu po-
tuerunt facere fructus suos, nec eos restituere te-
9 nentur, quia etiam titulus cum errore † iuris facit,
vt quis non teneatur ad restitutionem fructuum
ad text. *in l. sed & si §. scire, ff. de petit. hered. vbi
Bart Bald. Angel.* & alij communiter facit *gloss. in
l quod vxor, ff. de acquir. possess. gloss. 2. in l. de fru-
ctibus, ff. de donat inter vir. & vxor. Curt. iun.
cons. 28. num. 6. Bero. cons. 6 nu. 53 lib. 2 Dec. cons.
95. num. 15.* latè cum in acquisitione fructuum non
10 † requiratur, vt adsit bona fides, sed sufficiat ma-
lam fidem abesse, ex quo inter bonam, & malam
11 † fidem datur medium, vt dicit *Bart. & alij in d.
§ scire*, tenuit *Rot. decis. 320. num 1. & seqq par. 2.
recent*

Ex his DD. vtraque parte informante pro re-
uocatione sententiæ resoluerunt &c.

R.P.D.

R. P. D. GHISILERIO.
Ciuitatis Castelli Spolij.
Veneris 10. Maij 1641.

SVMMARIVM.

1 *Iustè dicitur possidere ille, qui possidet authore pretore.*
2 *Virtus obligationis Cameralis ea est, vt illam habens possit, re integra, de vno Iudicio ad aliud conuolare.*
3 *Iudicium executiuum motum contrà principalem debitorem, afficit etiam tertium citatum pro suo Iure, & Interesse.*
4 *Facultas ingrediendi possessionem propria authoritate operatur, vt possit, etiam executiuè agi contra tertium possessorem.*
5 *Creditor ratione anterioris hypothecæ potest tantummodo auocare à tertio possessore possessionem eiusdem rei, donec de fructibus sibi de suo credito satisfiat.*
6 *Hoc procedit, quando in Iudicio executiuo, non fuit citatus debitor principalis, secus, quando fuit obtentum mandatum contrà principalem debitorem, citato in singulis actibus tertio possessore.*
7 *Ad effectum. vt minores non dicantur indefensi, sufficit, quod in singulis actibus fuerit citatus eorum procurator, & quod ille comparuerit.*
8 *Ad effectum spolij non sufficit docere de qualicunque Iniustitia, sed ea debet notoria, & euidens, qua nullo colore velari possit.*

DECISIO CXCVIII.

SVB die 7. Maij 1638 coram me fuit resolutum sententiam latam ab A.C. contra Longinos ad fauorem illorum de Leonibus super reintegratione ad possessionem prædij S. Anastasij esse infirmandam ex duplici fundamento.

Primo, quia Longini possident prędium authore Prætore præuia iudiciali subhastatione, ac deliberatione facta pro vero credito, quod Eleazzarij, à quibus Longini causam habent, habebant contra Fucciolos authores dd. de Leonibus, ac proinde cum dicantur iustè possidere ad *l. iuste possidet, ff. de acquir. poss. gloss. fin. in fin. c. præsentium 7. q. 1.* cum alijs allegatis in eadem decisione allegante Iudicem nulliter, & iniustè processisse, incumbit onus probandi.

Secundo, quia Longini bonæ fidei possessores in eadem sententia fuerunt condemnati ad restitutionem fructuum à die captæ possessionis, cum tamen non potuissent condemnari nisi pro fructibus perceptis a die motæ litis, cum non ageretur de spolio violento, sed iudiciali, iuxta resolutionem in hac causa factam coram me 5. Decembris 1629. hodie re assumpta disputatione super confirmatione, vel infirmatione dictæ sententiæ super reintegratione ad possessionem dicti prędij iterum pro infirmatione fuit resolutum, non obstantibus deductis contra decisionem.

Nam obiectum, quod Eleazarij creditores Fuccioli occasione venditionis alterius prædij illi factæ intentarunt ab initio iudicium associationis, seu immissionis ad possessionem d. prædij S. Anastasij pro eorum crediti satisfactione ex remedio Saluiani, vnde infertur non potuisse deueniri ad subhastationem, & deliberationem eiusdem prædij possessi per dd. de Leonibus tertios possessores cum per illam auocetur dominium, Saluianum autem competat ad effectum retinendi solam possessionem, donec creditor sit satisfactus, cessat ex eo quod Eleazarij omisso iudicio immissionis intentarunt deindè ex integro iudicium executiuum vigore obligationis Cameralis, quodq. in secundo iudicio obtento mãdato executiuo curarũt illud exequi super dicto prædio, ac successiuè obtinuerunt illud subhastari ac deliberari. Vndè dicta subhastatio, ac deliberatio apparet valida cũ virtus obligationis Cameralis ea sit, vt illam habens
2 possit re integra de vno iudicio, †ad aliud conuolare, donec sit integrè satisfactus ex adductis in *Romana dotis pro D. Domitilla Cafia coram Reuerendissimo D. meo Decano 10. Decemb. 1632 quæ est decis. 161. par. 6. rec.* Et dum eadem ratio viget tam in principali debitore, quàm in altero, cùm vis consistat in pacto executiuo, seu in obligatione Camerali, vt tenuit *Rota d. decis. 161 nu. 4. 8. & 25.* non subsistit, quod supradicta decisio procedat contrà principalem debitorem; non autem contrà tertium.

Minus facit, quod fuit actum via executiua, contrà illos de Leonibus, contrà quos vti tertios possessores non potuit procedi via executiua,
3 †quia iudicium executiuum motum cõtrà principalem afficit etiam tertium citatum, prout hic pro suo iure, & interesse, iuxtà theoricam quam tradit *Castr. in l. eum filius familias sub numer. 3. vers. ex quibus similiter, ff. de verb. oblig. Dec. cõs. 187. num. 2. Crauett. cons. 17. num. 8 lib. 1. Surd. cons. 334 num. 12.* cum alijs allegatis in decisione, quæ reuidetur, quia stante obligatione Camerali, & hypothecaria bona transierunt cum onere suo, & sic quando citatur, & possessor, & debitor tũc eadem via competit executiua, & præsertim in isto casu stante speciali facultate capiẽdi possessionem authoritate propria, quam Eleazarij sibi reseruarunt in venditione facta Fucciolo à quo Leones causam habent, cum d. facultas
4 operetur, † vt possit executiuè agi etiam contrà tertium possessorem, ex trad. per *Gallesi. de form. oblig. cam p. 2. q. 5. num. 3. & per Grat. discept. 296. num. 21.*

5 Nec facit † quod creditor ratione anterioris hypothecæ possit tantummodo auocare à tertio possessore, & domino rei effecto possessionẽ eiusdem rei à se retinendam, donec de fructibus sibi de suo cred to satisfacit, vt tenuit *Rot. in recen. decis. 759. num. 3. & 4.* & ita procedit libellus in hypothecaria, vt tradit *Negusan. de pign. par. vlt. memb vlt. num. 24. Menoch. cons. 361. num. 7. Papien. in prax. de form. libell in auth. hypoth. verb.*
6 *relaxandum n. 1.* † quia procedit resolutio Rotæ, vbi intentata fuit execut o directè contrà tertiũ, non citato principali debitore, secus autem quãdo, prout in isto casu, fuit obtentum mandatum contrà debitorem princ palem citato in singulis actibus tertio possessore, quo casu etiam contra eundem tertium possessorem citatum, alias se-

eus, potest exequi sententia, quod reputat menti tenendum *Paul de Castr. in d. l. cum fil. us*, *ubi supra, ff. de verb oblig.* ita iudicauit *Ioseph. Ludo. decis. 66. n. 3.* multos congerit *Borgnin. dec. 45. num. 7. p.* 1. Ad hoc faciunt trad. per *Couar prac. quaest. cap. 13. in princ. & cap. 14 num 4 vers. quandoque, tertius* concurrente supradicta facultate capiẽdi possessionem propria authoritate, & quemadmodum fuit dictum in decisione, quæ reuidetur, non potest dici, quod agendo via executiua, & non ordinaria Iudex notoriè grauauerit, & spoliauerit possessione tanquam persona priuata, quia non fuerit sublata defensio, sed tantum variatus ordo, & modus defensionis hoc non operatur notorium grauamen, stante supradicto pacto executiuo, & facultate capiendi possessionem propria authoritate.

Læsio non probatur, nec præsumitur, & quod
6 magis est, in contrarium constat, quia prius prædium fuerat venditum pro scutis 950. & in subhastatione pro scut. 800 vnde multum distat à medietate prout requiritur *Rot. decis. 668. nu. 5. & 6. p. 1. rec.* & præsertim data distantia tempo. ũ cum prædium potuerit decrescere valore.

Nec videtur obstare, quod illi de Leonibus fuerint minores, & indefensi de tempore subhastationis
7 cum † ad hoc vt minores non dicantur indefensi, sufficiat fuisse citatum ad singulos actus eorum Procuratorem, qui comparuit, *arg. l. quamuis indubitatur, de adul. Bald. in l. & cum minores n. 8. C. si aduers. rem Iudic. sanct. me. Greg. XV. decis. 43. num.* 12. & præsertim cum in eodem iudicio interuenerit etiam Fucciolus eorum author, ac notorius defensor, sed quod plus est, nec hodie docetur concludenter aliquam defensionem tũc illis competiisse.

Quoad alterum fundamentum decisionis respectu condemnationis fructuum super eo non est insisten. cum illud bene subsistat.

8 Præterea, cum ad † effectum spolii non sufficiat docere de qualicunque iniustitia, sed ea debeat esse notoria, & euidens, & quę nullo colore velari possit, vt tenuit *Rot. in vulg. Romana de Bombellis 31. May 1613. coram bo. me. Card. Sacrato*, sat est materiam esse turbidam ad effectum excludendi spolium.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

R. P. D. CORRADO.

Romana Pecuniaria.

Luna 18. *Iunij* 1646.

SUMMARIUM.

1 *Apocha obligatione Camerali munita habet executionem paratam.*

2 *Obligatio Cameralis non vulneratur per decretum, quod non concernit merita causæ.*

3 *Rota procedit executiuè vigore obligationis Cameralis, quando fuit subrogata in locum A. C. & in commissione sibi directa fit mentio obligationis Cameralis.*

4 *Clausula quam, & quas in commissione apposita operatur, vt iudex possit in causa procedere prout in prima.*

5 *Exceptio solutionis ad hoc, vt retardet executionem obligationis Cameralis clarè, & concludenter probanda venit.*

6 *Solutionis causa, quando non fuit expressa inuestiganda venit ex legitimis præsumptionibus, & coniectu is.*

7 *Solutio præsumitur facta in extinctionem debiti antiquioris, & durioris. Declara, vt num. 9. & 15.*

8 *Obligationis cameralis executio impeditur per solutionem factam sine expressione causæ, quia præsumitur facta in eius extinctionem. Declara, vt num 26.*

10 *Solutio facta per exactorem præsumitur facta de pecuniis exactis.*

11 *Pecuniæ identitas ex quibus probetur, & numero 13.*

12 *Exactor creans partitam ad fauorem, Domini, vt infrà conceptam.* Per tanti, che N. auanza del riscosso da N. in maggior somma &c. *fatetur maiorem summam à d. N. exegisse.*

14 *Intentio contrahentium probatur ex actu immediatè facto.*

16 *Ex solutione cambiorum probatur cambium non fuisse extinctum.*

17 *Exactor partitas in libro descriptas retractare non potest in præiudicium Domini non citati, nec causa cognita.*

18 *Soluens approbat causam in quam soluit, ideoq. non potest deinde illam retractare.*

19 *Confessio satisfactionis facta per creditorem referri non debet ad credita, quæ apparet non fuisse in ea confessione comprehensa.*

20 *Ex contrapositione apparet quem esse creditorẽ, vel debitorem.*

21 *Solutio referri non potest ad aliam causam præter expressam.*

22 *Per solidationem computi, et solutionem residui omnes partitæ in eo comprehensæ extinctæ remanent.*

23 *Solutio præsumitur facta in causam debiti præcedentis.*

24 *Solutionis causa dignoscitur ex proportione summæ solutæ.*

25 *Partitæ crediti contrapositæ aliis partitis debiti censentur positæ in extinctionem illarum partitarum, quibus fuerunt contrapositæ, nec possunt ad aliam causam referri, seu aliud debitũ extinguere.*

27 *Cambia debentur saltem ratione interesse ab eo, qui promisit pecunias inuestire in negotiatione cambiorum, quamuis verè non fuerint pecuniæ cambiatæ.*

28 *Obligationis Cameralis executio non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

DECISIO CXCIX.

CENSUERUNT Domini mandatum pro summa scut. 2000. petitum per Hieronymum Rosolinum esse relaxandum contra Pagninum. Quia constat de credito Actoris ex Apocha obligatione Camerali munita cum assensu in

manda-

mandatum executiuum, eiusdem Pagnini manu
1 conscripta, & habita pro recognita, quæ † ad-
uersus eam plenè probat, & paratam habet exe-
cutionem, *cap.per tuas extr.de probat. l.cum te
la 2.C.de transact.Rot.penes Mohed.decis.2. in
fin.vers.Et hoc etiam habet confessio, & Reuerē-
diss.Vrgellen.decis.112.num.1. vers. quia promis-
sio, cum seq ac in recent.decis.620.sub nu.1. vers.
satis enim par.1.& decis.194.sub num.1.par.6.&
in alijs relatis in Roman. pecun.coram me 19. Ia-
nuarij* 1646. *in princ.*

Nec † fuit vulnerata per decretum A. C. quo
mandauit eligi peritos, quia non concernit eius
substantiam, nec merita causę *Rot.decis.132.n.12.
vers.cum de ea par.2. diuers.& decis.353.num.8.
vers.non obstat tertium, ac seq.par.4.tom. 2. rec.
ac penès bo.mem.Buratt. decis.329. num. 4. vers.
neque obstat, & seqq.vbi Add. referunt concordā-
tes*. Ideoque † benè potuit Rota in eius locum
subrogata mediante commissione appellationis
cum expressa mentione prædictæ Cameralis obli-
gationis; constito sibi de credito certo, ac liqui-
do actoris, mandatum relaxare, *ad l. cum apud
in fin.ff.iud.sol.l.eos* C.*de appellat. Bald.in l. pen.
sub num.4.vers.quoniam in appellatione C.quor.
appellat.non recip.Rot.penes Aegid.decis.41.in
fin.vers.Tertia, & decis.21.nu.1.vers. & in com-
missione par.1.diuers.* & latiùs *in Perusin. attent.*
25.Maij 1609. *coram bon.mem.Manzaned. post
tract. Zach.de* C*ameral.oblig.decis.87.nu.2. vers.
quibus non obstat, & seq.* Etiam † prout in prima
vigore clausulæ (*quam, & quas*) in eadem com-
missione appositæ *Rot.decis.546.num.2.vers.cum
potuit, & decis.731.num.5.vers.& videbatur.p.2.
recent.cum alijs relatis per* Modern.Ro*man. disc.*
958.*num.4.vers.Ideò benè fuit relaxatum man-
datum*.

Neque obstat exceptio solutionis deducta pro
parte Pagnini ex pluribus partitis nēpè sc.1500.
sub die 11. Martij 1636. scut.300. sub die 22. Ia-
nuarij scut. 210. ba. 80. sub die 14. Februarij, &
scut. 78. sub die 18. Iunij 1637. solutis de eius
mandato Rosolino mediantibus publicis Numu-
larijs.

Quia cum nulla facta fuerit mentio in partitis
prędictis huius debiti, quodquè in eius extin-
ctionem soluerentur, imò constet ex libris eius-
dem Pagnini, & scripturis exhibitis plura exti-
tisse computa, atque negotia inter eum, & Roso-
linum, ideò ex illis non infertur pernecesse, quod
solutio referenda sit ad debitum, de quo agitur,
cum potuerit cedere in aliam causam, vt in his
terminis respondit *Rot.in Roman.ducat.mille*,
18. *Maij* 1626. *coram Reuerendissim. Vrgellen.
decis.32.nu.* 10.*vers & quod cum inter Varelam,
& Bernardinum*. Certum est † autem, quod ad
impediendam executionem præfatæ obligationis
probanda erat solutio ipsius debiti petiti clarè,
ac concludenter, ita, quod in dubium reuocari
non posset. *Rot penès bo.me. Card. Seraph. decis.
372.num.4.vers.necesse est itaque, & in* Roman.
vinea 1.Februarij 1602.*coram bon.me. Cardin.*
M*illino,post tract.de Cameral.oblig.decis.51. nu.
7. vers.Hoc autem, & bo.me. Buratt. decis.* 199.
*num.12.vers.& ideò ac in Ciuitat.*Castelli. *cens.*
28. *Ianuarii* 1630. *coram bo.mem.Pirouan. in
§. Nec se tueri potest*.
6 Minùs obstat, † quod vbi nulla legitur expres-
sa causa in actu solutionis, tunc ea iustificetur ex
legitimis præsumptionibus, ac coniecturis, qua-
7 rum illa † videtur pręcipua, quæ ex antiquiori, &
duriori obligatione deducitur, in cuius extinctio-
nem facta censetur. *Rot. penes Card. Seraphin.
decis.1454. num. 1.vers.esset etiam, & seqq. &
sanct.me.Gregor.decis.468.num.7.vers. ex conie-
cturis enim, & decis 521.num.5. vers. nè dum
in probanda causa, ac in recent.decis.292 sub n.3
8 vers.præsertim quia par.2.* ita † vt hinc efficaci-
ter impediatur executio Cameralis obligationis
vt dixit *Rot. dec.92.sub num.1.vers.mouebat istos
Dominos,par.1.diuers.& alibi*.
9 Quia procedit obiectum, † quando nullæ aliæ
concurrunt verisimiliores coniecturę, ac facti cir-
cunstantiæ, ex quibus ab ea præsumptione liceat
recedere, vt declarauit *Rot.in d.decis.92. num.2.
vers.nam ea solutio, & seq.& decis 674. numer.7.
vers secus autem, & vers.qua voluntas.par.1. &
decis.176. in princ.par. 2.diuers.cum alijs relatis
per Modern.Roman discept.224.numer. 67 vers.
Vigesima quarta conclusio*; Quæ quidem in pro-
posito casu visæ fuerunt Dominis satis perspicuę.
10 Nam † prima illa partita scut. mille quingen-
torum conflata fuit ex pecunijs exactis in maiori
summa per Pagninum a Gismundis debitoribus
Rosolini occasione plurium pecuniarum ad cam-
bium receptarum mediante persona, & sub no-
mine eiusdem Pagnini, atque ideò in eam causam
cedere debet tanquam creata a negotiorum ge-
store de pecunijs spectātibus ad ipsum Dominum
principalem ad *l.Nesenius. ibique Bart. num. 5.
vers.Item nota quod gestor.ff.de negot.gest.idem
Bart.in l.imperator.2 fin.sub num.3.vers. quare
dicitur hic ff.de leg.2.; & in l.fin. §. etsi præfatam
num.5.vers.Item hoc, quod dicta pecunia* C. *de
iur.deliber.* benè *Roman.consil.426.nu.7.vers.cer-
tum autem est Surd.decis.55. sub nu.5.vers.facit,
quod voluit Bart.& seqq.Rot.d dec.92. numer.4.
vers.quanto quia par.1.diuer.& dec.520.num.4.
vers.tum ob præsumptionem qualitatis personæ
Horatij.par.3.& dec.110.num.3.vers.Et propte-
reà par.4 recent.*

Hoc autem probatur ex ipsa facti serie attentè
considerata. Nam Pagninus deposuit dictas pe-
cunias ad creditum Rosolini in mensa numularia
S. Spiritus sub die 11. Martij 1636. die verò se-
quenti absoluit prædictos de Gismundis a sc.1801
b.10. quæ ad eius manus ex eorundem effectibus
confessus fuit peruenisse, assensitq. cassationi nō-
nullorum instrumentorum eamdem debiti sum-
mam continentium; Eademque die Rosolinus
mandauit Ministris d. numulariæ, quod soluerent
d. summam depositam Francisco eius filio, prout
11 die 13. soluta fuit. Ex † huiusmodi enim dierū,
& actuum continuatione, ac vicinitate præsumi-
tur easdem fuisse pecunias a Gismundis exactas,
& Rosolino solutas, eamdemq. negotijs seriem,
& causam, *l.si ventri. §.permisisse autem. ff. de
priuileg.credit & ibi Bart.in princ.Crau. consil.
153.num 8.vers.qui actus, & seq.Surd.d.decis.55.
a nu.6.& seqq.Rot.penes Card.Seraph. dec.1093.*

n.2.vers. Secundò comprobatur,& seqq.ac. Burat. dec.361. num.4.vers.ex quo vterque actus, & S. me.Greg.dec.31.num 3.vers.præsertim. & in rec. d.dec.520.num.4.vers. sed quod magis est. par. 3. & dec.48 .num.6.vers.Secunda est,ac seq. par.5.

12 Deindè † confirmatur ex libris Pagnini in quibus legitur ad creditum Rosolini partita quædam statim post celebratum d. Instrumentum cum Gismundis descripta d. die 13. Martij his verbis, *Signor Girolamo Rosolini hauere à di 13. Marzo 1636. scut. 250. 36. moneta per tanti, che SS. auanzo del riscosso da SS. Gismondi da Tiuoli in maggior somma scut. 250. 36. &c.* Hinc enim conuincitur maiorem summam antea per Pagninum à Gismundis exactam fuisse, quæ verè spectabat ad Rosolinum *l. si ex pluribus, ibiq. gloss.in verb.Reliquum,& Angel.sub nu.4. ac alij ff.de solut.* Dec.in *l.creditori sub num.6. vers.tertio nota,& seq.C.de pact.* Alex.*cons.141.Viso Instrumento nu.4.vers.nec potest dici,lib.6. Bald. in l.ab Anastasio sub num.10. in fin. vers. nam hae verba, C.mand.Salyc in l.vnic.sub numer.6. vers.iuxta prædicta quaro, C de confess Castr.in l.2 sub num.3. vers.sed quaro, C.de hæred.Instit. Afflict.decis.285 sub nu.3. vers.quia appellatione residui, & num 9.vers. tum propter illud verbū Rot.pr.ès Seraph.decis.617.num.13. vers.nam si pro residuo,& penès, Buratt.decis.344.numer.18. vers.quod verbum.*

13 Ac proindè † cum nulla alia per illum appareat facta fuisse à prædictis exactio, nec de alia ipse reddat rationem, per necesse referri debet ad prædictam præcedenti die depositam, & in d. instrumento confessatam in qua sola verificari potest ad *l. fundus,qui locatus, in fin.ibiq. no. DD ff.de fund.Instr.Soc.cons.129. num.4.vers.ergo non constet,lib.4. Alb. cons.322. numer.16. vers.quæ eum non satis iustifiicentur, Anguil consil.66.num.340.vers quia illud, Rot. d.decis.292.nu.2.vers.quæ licet, par.2.recent.Carol.Bardell.consil.30.nu.35.vers.Vnde sequitur, lib.1.*

Nec refert, quod in Instrumento d. absolutionis factæ Gismundis die 12.Martij 1636. specificatę fuerint partitæ per illos solutæ, aliæ verò reseruatæ, quæ ad Rosolinum spectare, iam declarauerat idem Pagninus in Apocha sub die 29. Decembris 1631.conscripta. Vnde inferunt informantes pro eo, quod in reseruatis dumtaxat ius habebat Rosolinus,non autem in exactis,quę ad ipsum Pagninum solùm spectabant.

Primò,quia ex lectura ipsius Instrumenti constat,quod Rosolinus verè habebat interesse etiam in partitis per Pagninum exactis, non solum, quia, ibi dicitur quod scut.2801. delata ad eius manus fuerunt redacta ex bladis venditis spectantibus ad Societatem artis Agriculturæ initæ inter ipsos de Gismundis, & Rosolinum; Verum quia inter exactas refertur summa scut.288. baioc. 59. ad computum scut.mille debitorum vigore instrumenti rogati per acta Nuculæ sub die 2.Aprilis 1632. quod creditum deindè recensetur inter reseruata ad fauorem Rosolini; Et paulo inf. in *vers. Vlterius idem D. Ignatius &c.* expressè fuit declaratum, quod in d. summa scut. 1801. per Gismundos soluta,fuerunt comprehensa, sed compensata scut. octingenta, quorum illi creditores erant Rosolini ratione pretij Rubrorum quatuor,terrarum in Territorio Tiburtino et venditorum; Ex quibus sane euidenter dignoscitur, quod etiam in partitis,& pecunijs exactis,ius habebat Rosolinus.

14 Secundò idem † comprobatur ex Apochá, eadem die 12.Martij celebrati d.Instrumenti, consignata per Pagninum Rosolino,ex qua declaratur pręcedens illius intentio,vt latè probat, *Rot. penes Buratt.dec.113.à nu.19.uers. ex actu enim & seq.* In ea enim post descriptas partitas in eodem Instrumento reseruatas exigendas, relatamque illarū ratificationem ibidem factam ab Ignatio,leguntur hæc verba, *& hò pagato ogn'altro conto, & interesse decorsi fin al presente giorno sotto nome del Sig. Gio. Antonio Pagnini, così V. S. farà scrittura per fuggire l'errore &c.* & infra. *In mano del Sig Gio.Antonio Pagnini restano à fauore del Sig.Girolamo Roselini per resto di tutti i denari entrategli de SS. Gismondi scut.250 & baioc.36. &c.* quæ die sequenti in libris ipsius Pagnini fuerunt descripta ad creditum Rosolini pro residuo maioris summę ad eum spectantis ex dictis pecunijs exactis, vt apparet ex partita sub die 13 Martij supra relata: Quare negari non potest, quod Rosolinus ius habebat non solum in partitis reseruatis, verum etiam in alijs per Pagninum exactis, quæ ideo non fuerūt descriptę in d. Apocha declarationis per eum factæ sub die 29. Decembris 1631.quia post eam fuerunt creatæ, vt apparet ex Instrumentis enūtiatis in d.absolutione.

15 Et † proinde dd. pecuniæ per eum depositæ penes nomularium Sancti Spiritus ad eam causam magis proximam congrue potius referri debent, quam ad extraneam, & remotam,vt præmissum est, & fuit dictum in *Firmana pecun.30.Maij 1636. coram Eminentiss D.meo Card.Panzirolo,decis.592.nu.17.vers. Propterea par.5.Recent.*

Præterea visa fuerunt Dominis cessare omnes difficultates, tam ex prædictis, quam ex infrascriptis partitis excitatæ,quia ipse Pagninus post factum depositum, ac solutionem d. summæ scu. mille quingentorum Rosolino continuauit in soluendis eidem cambijs scut.2000. de quibus agitur, vt apparet ex partita scut. descripta in eius libris sub die 31. Decembris 1626. & deinceps.

16 Hinc † enim fit manifestum quod scut.mille quingenta antea deposita die 12. & soluta die 13. Martij non cessarant in extinctionem huius debiti, sed quod illud adhuc vigebat, *l. Cum de in rem verso in fin., ibi, ideo numerari decies centena dotis nomine iussit, quod ea patrem præstitisse dotis vsuras allegasset,&c. ff.de vsur.* Nam si ea fuisset partium intentio, ex eo vtique tempore cambia cessassent tanquam accessoria sorti solutæ, *l.debitor,ff.eod.l.si creditrici, & l.si per te, C. eod. tit. l fin. ibiq. not. gloss.& DD ff.de eo quod cert. loc. Rot.Genuen.diuers. decis.61. numer. 1. vers. nec de per se, Rot. decis.660.sub numer. 2. vers & ideo, par.3 recent.& penes S. M.Gregor. decis.502. num.9. vers. accedit diuturna solutio.*

17 Nec releuat, quod † deinde lite pendente Pagninus retractauerit dd. partitas, Quia id fieri non

non potuit in præiudicium Rosolini, non citati,
nec causa cognita, *Menoch.cons.296. numer. 10.*
vers.quinto dato,& seq.Rot. decis.641. num. 11.
*vers.& ideo par.1. recent,& in Roman. pecun.*19
Iunij 1634 coram Eminentiss. D. meo Card. Ve-
18 *rospio in §.& hic etiam accedebat*; Eoque † mi-
nus post factam actualem solutionem d. partitæ
scut. 160. in summa scut.210.& baii. 80. pro re-
siduo illius computi per numulariam DD.de Si-
tis sub die 14. Februarij, & 3. Martij 1637. vt
apparet ex partitis productis, *& infra dicetur in*
§. Tertia vero; Ex ea enim iam approbauerat
causam, in quam facta fuerat, ideoque non po-
terat eo pacto illas retractare ad *l. Pomponius,*
la 1. ff de neg gest.Osac.decis.62.num.18. vers sed
in contrarium,Rota decis.390. num.6 vers.qua
stante par.4. tom.2. recent. & Rot. Genu.diuers.
decis.90.num.2.vers.nam post.
19 Neque prædictis repugnat quod † Rosolinus
confessus fuerit in Apocha sub die 30. Martii
1643. conscripta, sibi satisfactum fuisse a Gismũ-
dis de creditis, quæ Pagninus iam declarauerat
ad ipsum spectare, ob idque scripturam d. decla-
rationis cassauerit. Quoniam confessio hæc re-
spicit credita illa, quæ fuerant a Pagnino descri-
pta in Apocha supra relata sub die 29. Decembris
1631. summa scut 3111. bai. 41. constituentia,
& specialiter reseruata in d.Instrumento cælebra-
to cum Gismundis die 12. Martij 1636. vt clarè
cognoscitur facta earumdem omnium scriptura-
rum combinatione; Atque ideo referri non po-
test ad credita per ipsum Pagninum ab eisdem
Gismundis exacta in summa scut 2801.& baioc.
10. quam deinde mediantibus numularijs S Spi-
ritus, & DD. de Sitis, restituit, vt dictum est
ad *l si certa,cum ibi not.C.de transact. Rot. decis.*
299.num.2.vers.& quietantia,& decis.742. n. 5.
vers.quia confessio,par.4.diu.& sepe in alijs.
Secunda partita scut. 300. sub die 22. Ianuarij
1637. descripta fuit in computo eodem tempore
20 firmato, in quo † contrapositis pluribus partitis
debiti, & crediti, Rosolinus remansit creditor
de scut. 210. & bai. 79. vt ex eo constat: Ideoq.
21 † ad aliam causam præter ibi expressas referri nõ
potest, *Soc.cons.65.nu.5.vers. & illud lib.4.Rot.*
Genuen.diuers.decis.1.num.8. vers. quia solutio,
& decis.16.num.7.vers. nam fuit responsum, &
num.8.& fuit dictum in Roman.*pecun.22. Iunij*
1615. *coram bon. me. Card.* Caualer. *decis.* 165.
& S.M.Greg.decis.366. num.3. vers.tum quia
per contrapositionem, ac in recent.decis.388.n.2.
vers.& summa, par.2.et decis.33.numer.5.vers.
22 *unde,vel de tempore.par.5.* Idq. † fortius proce-
dit stante solidatione computi, & solutione cõ-
puti,& solutione residui, qua mediante omnes
partitæ in eo comprehensæ remanserunt extin-
ctæ, Castr. *in d.l si ex pluribus, sub num.2. vers.*
et nota gloss.am ff. de solut.Rot.genu.d.dec.16. n.8.
vers.et tanto magis ac sep.et Reuerendiss. Vrgell.
dec.319.num.9.vers.ponderando,cum alijs relatis
in Rom deposit.15.Decembris 1645.coram me, in
§ fin vers.Tum ex eo,quod dicta pecunia deposi-
ta,etc.
Tertia vero de scut. 210. & bai. 80. sub die 14
Februarij 1637. penès Numulariam DD. de Si-
ris deposita, & per eos soluta Rosolino die 3.
23 Martij eiusdem anni: † Cessit in satisfactionem
eiusdem summæ cuius remanserat debitor Pagni-
nus in computo firmato sub d. die 22. Ianuarij
præcedentis; Hoc enim suadet non solum causa
ipsa proxima præcedens ad *l.3. §.verum, ff. de*
manumiss.l.qui in aliena, §. is. qui, ff. de acquir.
hered.Rot.penès Caualer.decis.149.num.2. vers.
Et enim remansisset debitor,ac seqq & in recent.
decis.35.num.2.vers.undè meritò,par.3. & decis,
456 sub num 10.vers.nec obstare visum fuit,par.
4. Rot.Genu.decis 91.nu 4.vers præsumitur vtiq.
24 Et † identitas, siue coequalis summæ proportio,
Grau.cons.149.num.5. vers.secunda coniectura,
& Card.Seraph.decis.643.nu.5.vers.Primo ex eo
& S.M.Gregor. decis.521.num.7. vers. & ad di-
gnoscendam causam solutionis, & in recent.decis.
507. num. 5.vers.vbi consideratur, par.4. tom. 3.
& decis. 132.num.24.vers ad quam prorsus quã-
titatem, par.6. Sed verba ipsa depositi facti per
Pagninum, ibi. *Girolamo Rosolino hauere à di*
14. Febraro 1637.scut.210. 80 mon. hauuti da
*Gio. Antonio Pagnino per conti fra loro &c.*com-
puta enim immediatè antecedentia inter eos
firmata fuerunt prædicta solum in quibus Roso-
linus remanserat creditor eiusdem summæ sc. 200
vt ex illis apparet, *Soc.d.cons.129.num.4. vers.*
secundo fortius, lib.4 Rot.*d.decis.292. sub nu. 2.*
vers.quæ licet.par.2. & decis.98.numer. 11. vers.
Præsertim,par.6.recent.
25 Quarta demum de scut. 78. sub die 18. Iunij
1637. Descripta † pariter fuit in alijs computis,
in quibus plures partitæ ad creditum Rosolini
contrapositæ fuerunt, & specialiter quædam
æqualis summæ exactæ ab Alexandro Peregrino,
vt ex illis apparet, & propterea ad causam di-
uersam referri, nec aliud debitum extinguere
potest, vt fuit responsum in *d. decis.165. num.2.*
vers.constabat enim, penes,Card. Caualer. *& in*
decis.520.numer.5. vers. quod etiam magis clarè,
par.3.recent.& in alijs supra citatis.
26 Quare cum ex prædictis appareat † partitas
adductas pro parte Pagnini pro solutione, ac sa-
tisfactione summæ de qua agitur in alias causas,
vel expressè, vel tacitè fuisse relatas, vel in om-
nem casum sub dubias, & æquiuocas esse, neque
clara, ac concludentes huius extinctionem pro-
bare. Ideò earum prætextu retardari non potest
solutio debiti liquidi, ac certi Bald. *cons 152. Ad*
euidentia præmittendum est, in fin. vers. ex his
apparet, lib. 3. Rot. in Cremon. *Aquar. 5. Maij*
1599. *coram bon mem.Card.*Millin.*post tract.de*
Camerál.oblig.decis.41.num.1.vers.fundamentũ
*resolutionis fuit, & in d.*Rom.*vinea.1.Februarij*
1602.*coram eod.ibid.decis.51.n.8.vers.& saltem,*
Rot.penès Reuerendiss.Vrgellen.decis. 197. nu.7.
vers.ex quibus,et in recent.decis.412.nu.6. vers.
si verò de alijs, et d.decis.529.nu.3. vers. Postre-
mo vero, par.4.
Nec obstat, quod Rosolinus non probauerit
dd. scut. bis mille verè, & realiter fuisse retenta
sub cambij ex litteris missiuis, ac responsiuis
iuxta stylum Mercatorum.
Quia præter quod Rosolinus prætendit hoc nõ
incumbere sibi, cui Pagninus promisit in eadem
Apo-

Apoca continuare d. summam in negotiatione cambiorum, iu qua eo vsq; tempore habita fuerat,
27 ac proinde † eiusmodi promissionis vigore ad ea teneatur ratione interesse creditoris, esto, quòd verè non fuisset cambiata, vt fuit dictum *in Romana cambiorum de Raspolis* 26. *Octobris* 1601. *coram bon. mem. Card. Lancellott. & in Mediolanen. pratens. simul contract. coram bon. mem. Ortembergo* 27. *Ianuarij* 1604. *in Vol. Crim. Farinac. dec.* 168. *&* 209. *ac penes bon. mem. Card. Mantic. dec.* 283. *num.* 6. *vers. Vnde si pecunia*. Cessat difficultas, quia non agitur in præsentia de exactione cambiorum, sed de repetitione solius capitalis, cuius restitutio etiam sub obligatione Camerali promissa
28 † impediri non potest per huiusmodi exceptiones, quæ altiorem exposcunt indaginem, ac discussionē, *Laur. de Rodulf. in cap. consuluit par.* 2. *quæst.* 135. *sub nu.* 29. *vers. Primo facit, & seqq. & sub nu.* 33. *vers. Credo de Iuris vigore, & seq. tit. de vsur. Rot. penes Sanct. mem. Greg. dec.* 234. *& in rec. dec.* 545. *sub num.* 1. *vers. Cuius quidem par.* 1. *& dec.* 490. *sub num.* 1. *vers. Vel saltem, & decis.* 540. *num.* 10. *vers. non obstant alia deducta, part.* 2. *ac Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 1 1. *sub num.* 24. *vers. Et in omnem casum*, & in his terminis fuit dictum *in Romana ducat. mille* 18. *Maij* 1625. *coram eod. d. decis.* 32. *sub num.* 7. *vers. tamen ex quo Bernardinus, & seqq.*

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PANZIROLO,

Nunc S. R. E. Cardinali.

Rom. seu Mutin. Dotis.

Ven. 30. *Aprilis* 1638.

SVMMARIVM.

1 *Incepto iudicio ordinario ad executionem rediri non potest.*
2 *Electa vna via alteri renunciatum censetur.*
3 *Quando agitur ex diuersa causa licita est variatio Iudicij.*
4 *Causa diuersificantur ab actionibus.*
5 *Stante diuersitate Iudicij, & actionis intentatæ per electionem vnius, via alteri renunciatum non censetur.*
6 *Via ordinaria, & executiua non dicuntur inter se contrariæ, sed potius diuersæ.*
7 *Obligatio præsumitur ex lapsu temporis contentorum in Instrumento etiam in eo, qui dictum Instrumentum ratificauit.*
8 *Præsertim si dictus ratificans potuisset agere vigore dicti Instrumenti, & non egerit.*
9 *Ad inducendam ignorantiam nō requiritur probatio positiua.*
10 *Habens actionem magis vtilem per motionem minus vtilis, sibi non præiudicat, nec alteri dicitur renunciasse quando magis vtilem, sibi cōpetere ignorabat.*
11 *Eoque minus quando magis vtilis actio habet ortum ex diuersa scriptura.*
12 *Variatio de via ordinaria ad executiuam non admittitur, nisi refectis expensis, & renunciato viæ ordinariæ.*
13 *Obligatio Cameralis non dicitur vulnerata per sententiam si in ea non fuit facta mētio Instrumenti ipsius obligationis cameralis.*

DECISIO CC.

DVXIT in vxorem Fabius Masettus Catherinam Bellinam cum dote scut. 4300. quam euenient e casu dissolutionis matrimonij sub obligatione Camerali restituere promisit; Decessit ab humanis d. Fabius condito testamento, in quo cum vxori vltra dotem scut. 4300. quam habuisse, & recepisse dixit, & declarauit, ac quartum dotale illi debitum reliquisset omnia, & singula bona Vrbis; Catherina d. testamento, ac Instrumento quietantiæ dotis, non autem instrumento dotali product. iudicium ordinarium ad dotem consequendam inteutauit, ac primam Sententiam fauorabilem obtinuit, quæ cum in gradu appellationis fuisset reuocata, ab hac reuocatoria causa fuit in Rota commissa; Defuncta postmodum Catherina hæredes ipsius habita notitia supradicti Instrumenti dotalis Camerali obligatione vallati obtinuerunt mihi committi, vt procederem cum facultatibus A. C. quatenus illi locus esset, Ideò dubitaui, An esset locus facultatibus prædictis, & affirmatiuè fuit responsum refectis tamen expensis, & Iudicio ordinario renunciato; Etenim licet
1 vera sit conclusio, quod † incepto iudicio ordinario ad executiuum rediri non possit, *vt per Cas. de Grass. decis.* 2. *de sent. excom. Rot. decis.* 551. *num.* 5. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers. & apud Zacch. post tract. de oblig. Cam. decis.* 68. *& decis.* 132. *num.* 4. *& apud eumdem in d. trad. q.* 11. *nu.* 9. *cum alijs per Ginrb. decis.* 55. *num.* 18. & fuit resolutum in *Auximana fideicom. de Rotundis* 30. *Maij* 1631. *coram Emi-*
2 *nentiss. Card. Verospio*. † & fundamento quod eligens vnam viam alteri renunciare cēseatur *l. quod barede la* 9. *§. eligere ff. de tribut. act.* attamen fuit ponderatum, quod hæc conclusio varias recipit limitationes, vt per *Gutier. pract. quæst. lib.* 3. *q.* 39. *num.* 6. quorum vna resolutione huius dubij
3 visa est optimè adaptari, † quando nempè agitur ex diuersa causa, nam tunc licita est variatio, vt tradit etiam *Gabr. conclus.* 2. *num.* 16. *de act. Greg. decis.* 270. *num.* 3.
4 Quod † autem fuerit actum ex diuersa causa visum est clarè patere, ex quo primum iudicium motum fuit vigore declarationis factæ per Fabium vitum in testamento non autem Indicium vigore Instrumenti dotalis ab eodem Fabio celebrati, in quo ad restitutionem dotis teneri voluit sub obligatione Camerali, vt firmat *Caualer. decis.* 623.
5 *sub num.* 2. & sic † per hæredes benè potuit agi executiuè constito de diuersitate iudicij, & actionis intentatæ, cum ex vnius electione alteri renūciatum non censeatur. *Alber. in l. quod in barede num.* 16 *ff. de tribut. act. Castrens. in addita nu.* 11.
6 *C. de eden. Ludouis. d. decis.* 270. *nu.* 2. & ratio† est etiam, quia viæ prædictæ non dicuntur contrariæ, sed potius diuersæ, vt post alios *Canali. comment. commun. opin. q.* 814. *num.* 21.

Placuit etiam ratio, quod Catherina dum Iudicium

etum mouit ignorabat adesse d. Instrumentum
continens promissionem restitutionis dotis; Nam
licet illud inter Fab um virum,& Astulphum Bla-
7 sinum stipulatum ipsa ratificasset,† tamen ex lapsu
26. annorum , qui intercesserunt à die celebratio-
nis illius , & Iudicij moti præsumitur obliuio ex
not.per Bart.in l.non fatetur ff.de confess.sub nu.6.
& 10. Ias.in l.error numer.21. C. de iur. & fact.
8 *Ignor.* † & confirmabatur , quia Catherina pro-
duxit in d. Iudicio ordinario Instrumentum quie-
tantiæ, non autem dictum Instrumentum dotale ,
licet obligatione Camerali vallatum, & in Inuen-
tario bonorum , sibi relictorum à viro descripsit se
creditricem ex d. Instrumento quietantiæ nulla
facta mentione d. Instrumenti dotalis , quod vtiq;
non fecisset si d. Instrumenti dotalis memoriam
habuisset ; Et demum quia illud hæredes nunc à
Butatto Audit. Cam. Notario rogato habuerunt ,
9 † cum præsertim ad Inducen. Ignorantiam in si-
milibus casibus non reperiatur alia probatio po-
sitiua , *vt ex Salic. l.1. num.14. in fin. C. de furt.*
10 Stante etiam quod Catherina ignorauit sibi com-
petere actionē magis vtilem , sequitur per motio-
nem minùs vtilem sibi non præiudicasse,nec alteri
ignoratæ renunciasse , *secundum Alberic. in l.fin.*
numer.3. ante fin. vers. Ignorant . Butrigar. col.2.
ante med. vers. alij dicunt, subdens hoc æquum vi-
deri *Bald.num 3 post med. vers si autem errauit in*
facto C. de codicill Gabr. d. conclus 2. num.14. eoq;
11 minus † dum magis vtilis actio habet ortum ex
diuersa scriptura *Bart.in l.Clodius 96. num.2. vbi*
Roman.num.6. vers.& subdit ff de acquir. hæred.
Idem Roman qui de communi vers.25.num.2.
12 Quod † tamen in principio dicebatur intelle-
xerunt DD. modo prius per actores renuncietur
Iudicio, seu viæ ordinariæ, & reficiantur expensæ,
vt per Guttier. d.q.39.num.7. Bebuff tom. 1. in
constit.Gall.tit. de litteris obligationis art.6 glos.3.
num.7. par in praxi 4.tom.1.cap.1.num.2. Coler. de
process. execut. par.3 cap.5 num.42. Canc. var. re-
sol cap. 7. nu 37. de appellat. Scacc. eod. tract. lib.3.
cap.2. par.17. limit.9. num.46. Zacch. d.quæst.11.
num.11.

Non obstat, quod nihilominus non competat
via executiua , ex quo prima sententia in qua hæ-
res Fabij fuit condemnatus ad restituendam dotē,
fuit postea reuocata per secundam sententiam ,
13 quia cum † In supradictis duabus Instantijs nun-
quam fuerit facta mentio de d. Instrumento con-
tinente obligationem Cameralem non potest dici,
quod per secundam sententiam fuerit vulneratum
d. Instrumentum incognitum, seu via executiua
illius vigore competens *Rota decis.537. numer.3.*
vers. Tum etiam par.3. in recent. & coram Buratto
decis. 329. num.6. Gonzal. gl.6. num.236. vers. sed
est intelligendum .

Ex quibus parte vtrsq; Informante conclusum
fuit competere viam executiuam , reseruato , vt
particulariter videatur pro qua rata , & super qui-
bus bonis possit executiuè procedi.



R. P. D. PIROVANO,

Romana Vineæ .

Veneris 1. Decembris 1634.

SVMMARIVM.

1 *Venditio quando dicatur facta ad corpus, & quã-*
do ad mensuram, & nu.2.
3 *Si in Instrumento venditionis fuerit per vendi-*
torem appositum iuramentum asserendo illo me-
diante omnia contenta in Instrumento esse vera
si non reperiantur bona esse mensura enunciata
in Instrumento minuendum est emptori pretiũ
licet venditio fuerit facta ad corpus. contrarium
numer.4.
5 *Periti iudicialiter & parte non contradicente*
electi relationi standum est .
6 *Obligatio Cam. non admittit exceptiones requi-*
rentes altiorem indaginem .
7 *Oligatio Cam. quando fuit vulnerata per senten-*
tiam amittit viam executiuam .

DECISIO CCI.

CVM in hac causa vsque de anno 1632. 25.
Iunij dubium proponeretur , an mandatum
esset relaxandum cōtra Maurum pro residuo pre-
tij vineæ causa non fuit resoluta, sed Domini ordi-
narunt,quod fieret noua mensuratio totius corpo-
ris vineæ, & postmodum causa eadem reproposi-
ta die 10. Iunij 1633. dictum etiam fuit vineam
esse mensurandam cum retardatione , vel sine ar-
bitrio Rotæ, sequuta denique mensuratione,& æsti-
matione ad præscriptum Dominorum, & causa re-
proposita, responsum fuit mandatum esse relaxan-
dum pro residuo pretij .
1 Quia ex contextu , & tenore Instrumenti ven-
ditionis huiusmodi clarè patet vineam fuisse ven-
ditam ad corpus , non autem ad mensuram , ibi,
suprascriptam vineam, vt præmittitur sitam,& cō-
finatam, vendidit Hilario Mauro , & Petro Alpi-
tio , & paulò infrà, ibi, hanc autem venditionem
prædictæ vineæ , domus , & bonorum mobilium ,
quæ verba cum incipiant explicare conceptum à
corpore , & non à mensura, semper veudirio iudi-
catur facta ad corpus, non autem ad mensuram, &
locutus non est detractioni pretij ad ratã deficien-
tis mensuræ. *Conarr pract q.c.3 nu.2. Seraphin.*
dec.246 & 317. Surd. dicens hanc distinctionem
esse communiter receptam *decis.64. num.1. & 14.*
& seq. Rota dec.104. & 128. corã Papa Greg. XV.
& fuit dictum *in hac causa 31. Martij 1628. coram*
Episcopo Vrgellen. tunc huius causæ Ponente, nec
referre , quod sit expressa quantitas iugerum , seu
periarum, quia potius ad demonstrandam vineam,
quam ad eandem iuxta mensuram esse restringen-
dam, verba illa videntur prolata .
2 Non obstat, † quod secundùm eandem distin-
ctionem venditio facta fuerit ad mensuram , non
autē ad corpus, ex eo, quia immediatè fuerit sub-
iecta mensura ante expressionem confinium iuxta
exemplum *Abbatis in c. per tuas num.9. de donat.*
Cagnol. in l.2. num.181. & Pinel. par.3. c.2. C. de
rescind. vend. cum alijs allegatis .

Quia

Quia lectura Instrumenti tollit obiectum, nam enũtiatur quidem vinea petiarum 60. sub dominio Moscati, sed in dispositione venditionis initium sumitur à corpore vineæ, non autem à mensura.

Non obstat, quod in omnem casum negari non
3 possit expressio petiarum 60. & concurrat † iuramentum, quod omnia contenta in Instrumento sint vera, quo casu dicebatur damnum mensuræ cedere damno venditoris etiam quod venditio dicatur facta ad corpus. *Capic.dec.14.num.3. Surd. ead.decis.64.numer.15. Mantic.de contract.lib.4. tit.17.num 19 cum alleg.*

4 Quia † quamuis sit huiusmodi opinio controuersa, & non desint vltra supra immediatè allegatos, qui adhæreant dictæ opinioni, verior tamen sententia eorum prævalet, qui sustinent venditorē non teneri supplere mensuram. *Castrens.cons.219. lib.2.Corn.cons.59.lib.4.Paris.cons.64.numer.31. lib.2. Bouer.decis.50.num.6. Rota decis.104.nu.2. coram Pap.Greg.XV.* vbi alij cumulantur, quod indubitanter sequendum visum fuit, quando vt in præsenti, æstimatio vineæ correspondet pretio cõuento scutorum 3000. cum qua distinctione Rota transiuit in hac causa in resolutione pro mensura facienda sub die 10. Iunij 1633. coram Episcopo Vrgellen.

Cæterum, quod per æstimationem concludenter probatum fuerit vineam esse valoris scutorum 3000. Domini non dubitarunt; Quia primò fuerunt electi duo, & deinde Tertius, qui ante suam relationem fuit per Maurum allegatus suspectus, & appellatum, Signatura Iustitiæ mandauerit deputari alium, qui exinde fuit deputatus, & relationem suam dedit in actis, concordando cum vno ex primis duobus electis, ac etiam cum tertio remoto, vineam esse valoris scutorum 3000. cui visũ
5 fuit † standum esse vti iudicialiter, & parte non contradicente electo. *Neuiz.cons.94.num.18.Rot. decis.536 coram Papa Greg.XV.*

Et quæ dicuntur impugnando eandem relationem visa fuerunt leuia, quod scilicet æstimauerit vineam iuxta præsentis temporis conditionem, & adhibuerit iudicium aliorum, nec à partibus, nec à Iudice electorum; nam tollitur primum ex facto, quia relatio excipit fabricam de recenti per Maurum factam, & secundum statum antiquum determinat, Secundus vero pinguius se informando de statu vineæ non dicitur sequutus aliorum iudiciũ, sed securius super pretio determinasse,

Et cùm agatur de executione Instrumenti Camerali obligatione roborati, meritò fuit resolutum mandatum esse relaxandum pro residuo pre-
6 tij ex quo † exceptiones altiorem indaginem respicientes in hoc iudicio executiuo non solent admitti *Gallis.de oblig.Camer.par.4. quæst.1.n.17. Cassad.decis.vnic.nu.2. de mutui pet.*

Nec eiusdem mandati relaxatio potest impedi-
7 ri ex eo, quod † obligatio cameralis fuerit vulnerata per sententiam A.C. *Seraph.dec.674. num.2. & 132.num.1.par.2. diuers. & decis.611. num.1. coram bo.me.Card.Caual.Gonzal.ad reg.8 glos.6. num.202.*

Quia quatenus etiam hoc esset verum simul esse possunt, quod Rota pronuntiet relaxatum esse mandatum, & ab eadem sentẽtia detur appellatio, vt dictum fuit *in Bergomen.Capella 28. Februarij 1625 coram bo mem. Patriarcha Manzanedo, & deinde in Pauana beneficij coram Domino meo Dunozetto 26.Iunij 1633.*

Et ita, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Cambiorum.

Veneris 17. Iunij 1633.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligatione Camerali vallatum non admittit exceptiones extrinsecas ab ipso cõtractu.*

2 *Vnitas non facit, vt diuersa instrumenta pro vno reputentur, sed requiritur quod super vno, ac eodem negocio versetur illorum materia ad hoc, vt se inuicem respicere dicantur, aut saltē, quod vnius materia ab alio dependeat.*

3 *Obligationes plures & inter se diuersæ possũt fieri in eodem contractu.*

4 *Executio obligationis Cameralis non retardatur per exceptiones illiquidas.*

5 *Causa vna non potest coram diuersis Iudicibus agitari.*

6 *Pactum in vno instrumento appositum censetur repetitum in alio, quando instrumenta habent relationem inter se.*

7 *Qui non tenetur ad iustificationem crediti cessi quando ad dictam iustificationem se non obligauit.*

8 *Creditor posterior non potest præiudicare creditori anteriori.*

9 *Cedens creditum tenetur de realitate crediti cessi docere, non autem de anterioritate, si id non promiserit.*

10 *Hæres cum beneficio inuentarij, qui soluit creditoribus qui primò petierunt id, quod ab hæreditate illis debebatur non potest ab alijs conueniri. Declara vt nu.11.*

DECISIO CCII.

QVAMVIS in vltima disputatione facta in hac causa 9. Maij proximè præteriti restricta fuisset illius difficultas ad molestias quas afferebant Nappij sibi motas fuisse super bonis, quæ redimerant à Baccellis, & quorum defensio videbatur sibi ab eisdem promissa sub illis verbis, quæ legebantur in Instrumento dationis insolutum eorumdem bonorum, vt scilicet veritatem creditorum, quorum causa facta fuit dicta datio in solutũ probare ijdem Baccelli tenerentur cum validis scripturis, toties quoties opus esset. Proposui tamen hodie instantibus Fratribus de Nappijs ex integro causam cum executio duorum mandatorum quam Baccelli petebant, & cui locum esse resolutum fuit tàm in eadem disputatione, quam in prima decisione facta sub die 10. Decembris anni 1632. non solum ab hoc fundamento penderet (videlicet) à qualitate dictarum molestiarum, quarum causa intrare deberet ea promissio, & obli-

gatio

gatio iustificandi, verùm etiam ab altero fundamento, de quo latè actum fuit in prima Decisione sub die 10. Decembris, vt eadem promissio
1 † tanquam facta in diuerso Instrumento ab eo, cuius executio petebatur censeri deberet extrinseca ab ipso contractu, & impedire non posset effectum obligationis Cameralis, sub qua idem Instrumentum celebratum fuit. Et vtrumque fundamentum secuti hodiè fuerunt Domini in hac tertia disputatione, in qua persistendo in iam resolutis, responderunt ex eadem exceptione impediri non posse effectum eiusdem obligationis, aut executionem duorum mandatorum, quæ in vim eiusdem obligationis petebatur cum & verè probarentur esse inter se diuersa Instrumentum, cuius executionem Baccelli petebant, & Instrumentum, in quo dicta exceptio continebatur, & cum neque dici posset venisse casum molestiarum quarum occasione esse deberet locus promissioni Iustificationis factæ in primo Instrumento.

Et quantum ad primum fundamentum secuti Domini fuerunt easdem omninò rationes, quæ fuerunt consideratæ in alijs duabus decisionibus ad exclusionem huius correspectiuitatis quia cum
2 † sola actuum vicinitas non posset id efficere, vt plura, & diuersa Instrumenta pro vno reputari deberent (quæ vicinitas desumebatur in hoc casu ex celebratione successiuè facta eorum omnium Instrumentorum) sed illud prætereà requireretur, vt super vno, ac eodem facto, & negotio versaretur materia dictorum contractuum ad hoc, vt se inuicem respicere censerentur, vt voluit *Alex. in l. in bonæ fidei, num.4. C. de pact. Card. Zabar. in cap. constitutus, vers. & intellige prædicta de pœnis*, cuius auctoritatem secuta fuit *Rota coram Puteo, decis.213. num.4. lib.3.* & dixit etiam *coram eodem Put. decis.479. nu.1. lib.2. coram Gregor. dec.492. numer.13. & in vna Bononien Census 28. Aprilis 1600. coram Cardinali Pamphilio*, aut saltè quod
3 vnius materia ab alio dependeret, cum † etiam in eodem contractu fieri possint plures obligationes inter se omninò diuersæ, vt notaut *Doct. in l. scire debemus, ff. de verb. oblig. Iasin l. petens, nu. 14. Castr. num. 8. C. de pact. Aym. cons 275. num.4. Bero cons 45. num.31.* hæc vnitas causæ, & obligationis non solum non probabatur à Nappijs, vt facere tenebantur dum hæc correspectiuitas erat fundamentum propriæ intentionis quocumque modo illa adduceretur secundum *reg. l. 1. ff. de ex-*
4 *cept.* & † non poterat impedire effectum obligationis Cameralis, nisi liquido probaretur. vt in his terminis dictũ fuit *in Parmen. Datij 4. Iunij 1612. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 27. eiusdem mensis, & anni coram eodem in prima parte recent. decis. 428. num.7. Cassad. decis. vn. de mut. pet. nu.2.* & notant *Add. ad Gallesi. de oblig. Camer. quæst. 18. num. 11.* vt imò contrarium ostenderetur à Baccellis tám ex diuersitate obligationum, cum ex primo Instrumento dationis in solutum, in quo habent Nappij hanc promissionem, & obligationem iustificationis sibi factam à Baccellis contraxissent ijdem Nappij nomine hæreditario Alexandri, aliam verò obligationem, quam ipsi Nappij fecerunt pro pecunijs sibi datis ad Cambium in secundo Instrumento contraxissent nomine proprio, quam attenta diuersitate effectus, vtriusque huius contractus, quæ diuersitas potissimum considerata fuit in vltima decisione, cum ex datione in solutum extinctum fuerit æs alienum, cuius erat debitrix hæreditas Alexandri, & omnes eiusdem Alexandri anteriores obligationes; ex posteriori verò cõtractu Cambij noua obligatio, & actio, ortæ fuerint ad fauorem fratrum de Baccellis pro consequendis eisdem Can. bijs, & hæc omnia visa fuit prætereà confirmasse Iudicium Signaturæ in remissione causæ, quam fecit ad A.C. super hac iustificatione, quam per viam reconuentionis, & noua actione hodie petunt Nappij coram me, vti Deputato ab eodem Auditore, cum ex hac forma rescribendi diuerso Iudici ab eo, coram quo pendebat dicta causa Cambiorum visa sit tacitè declarasse diuersitatem vtriusque Iudicis, & actionis, quia, licet possint coram eodem Iudice diuersæ actiones proponi, & ex commissione plurium causarum facta vni Iudici non possit inferri ad vnita-
5 tem earundem causarum, non † tamen vna, & eadem causa agitari posset, corã diuersis Iudicibus, iuxta *reg. l. nulli, C. de Iudic.* & declarat *Innoc. in c. tuam nobis de ordin. cognit. Rota decis. 2. de mut. pet. in antiq.* vbi attestatur de stylo Palatij interpretandi nouam commissionem in causa reconuentionis, quæ tamen eidem Iudici directa sit.

Data hac diuersitate inter dicta Instrumenta, quam in hac disputatione approbarunt etiam aliqui ex Dominis, qui in vltima decisione secuti fuerant aliud fundamentum, vt propter molestias, quas dicebant Nappij se sustinere super bonis vẽditis, neque agi posset ad dictam iustificationem, inutilis hodie videri poterat hæc inspectio, & cognitio earundem molestiarum, cum hic effectus dependere solum videretur à connexitate, quàm inter se haberent eadem Instrumenta dum hoc so-
6 lum casu, & † propter mutuam relationem vnius ad illud Instrumentum censeri poterat, quòd dictum pactum iustificationis positum in primo Instrumento dationis insolutum esset repetitum in altero Instrumento Cambij, secundum notata *per Doct. in l. Iuris gentium, §. quinimò, ff. de pact. & Dec. post alios in eadem l. petens, nu.3. C. eodem tit. Verall. decis. 235 num.3. par.1.* Verum vt huic quoque exceptioni satisfieret, responderunt Domini, neque tales esse molestias, vt propter eas factus fuerit locus obligationi, in quo voluerunt Baccelli cogi posse ad iustificationem suorum creditorum, ex tribus enim Creditoribus, à quibus dicebantur datæ eædem molestiæ, primi erant fratres de Gabriellis, qui cum essent obligati pro censu imposito ab Alexandro de Nappis, & qui hodie ad ipsos Baccellos spectabat egisse dicebantur ad hæreditatem eiusdem Alexandri post quasdam solutiones à se factas eisdem Baccellis, & cessionem ab illis obtentam ex causa earundem solutionum. Quod verò creditum istius Census nominatim exceptum fuisset in ipso Instrumento dationis in solutum, in quo ea iustificatio promissa fuit frustra apparebat peti hodie eamdem iustificationem, si pro dicto credito Baccelli teneri no-
7 luerunt, cum idem † esset quod ex pacto, & propter eam causam nulla debita esset defensio super bonis, quæ fuerunt data in solutum, vel quod id proue-

proueniret ex qualitate molestiarũ, quæ inferre-
bantur, vt habetur in *l. si familia*, *C. familiæ er-*
cisc & notant *Doct.communiter*, *in l.qui Romæ*
§.duo fratres, *ff de verb.oblig. Surd cons.67.n,53*
& cons.70 num.17. Menoch. de præsumpt. præ-
sumpt.118 num.11. lib. 3. Alij duo Creditores
erant Montistæ, quibus hypothecata erant Iura
Montis Sixti secundæ erectionis, & quidam de
Nigris qui erant Creditores hæreditatis Alexan-
dri ex causa Cambij, verùm præterquam mole-
stiæ illatæ per Nigros non visæ fuerunt Dominis
sufficientèr iustificari Propterea tàm illas, quàm
eas, quæ dabantur à Montistis dixerunt non pos-
se quicquam prodesse ad hunc effectum, cum
omnes prouenirent occasione Creditorum ante-
riorum, quam essent credita illorum de Baccel-
8 lis, quibus † non solum ipsi Baccelli præiudica-
re non potuissent, vt habetur *in l. si quis putans*,
§. si fundus. ff. comm. diuidun. l.prima, & l. li-
cet, C. *qui pot. in pign.hab.* vt neque etiam quic-
quam promissum appareret in illorum præiudi-
9 cium, quia cum † ijdem Baccelli solum professi
fuissent se esse veros, non autem anteriores Cre-
ditores, hanc solam veritatem suorum creditorũ
præstare tenebantur. *ex not in l. si nomen, & à*
Bald. ibi. ff de hared vel act.vend. Io Andr. in
addit. ad Specul. in tit. de cess. act. §. 1. in verb. tu-
tores, sub littera C. Castren.cons.170.nu.2. lib.2.
& demum ex causa eiusdem Montis obligati
erant ipsi fratres de Nappijs etiam nomine pro-
prio, ex quo pariter inutilis videri poterat ea ve-
rificatio, quam promiserant Baccelli suorum Cre-
ditorum, quia licèt potuissent Nappij tanquam
hæredes Alexandri cum beneficio legis, & Inuẽ-
tarij soluere etiam posterioribus Creditoribus,
10 cum † hæc sit vna ex vtilitatibus Inuentarij, vt
liberetur hæres ex solutione a se facta Creditori-
bus, qui primo petierunt id, quod illis ab hære-
ditate debebatur, vt habetur in *l. vltima, §. & si*
præfatam, *C. de iur. delib.* & ex ea *not. Castr.* post
alios *num.4 Rol cons.14.n 20.lib 1. Franc. decis.*
272. & in hoc sensu videri posset necessaria sola
probatio dictorum Creditorum, vt eadem solutio
11 diceretur rectè facta, non † tamen hoc etiam
facere potuerunt Nappij in præiudicium ante-
riorum, quos ibi sciebant extare cum cessasse
tunc videatur bona fides, ex qua sustinetur eadẽ
solutio, vt notat idem *Castr. d.num. 4. Bart. &*
Angel.nu.1. & alij communiter *Rolan.de inuent.*
par.4. in octaua limit. & fuit resolutum *in dec.48.*
num.2.par.2. recent. & decis.301.num 18. & 20
par.1.recent. & coram Gregor.decis.447.num. 1.
& decis.511.num.22. & hanc scientiam non po-
terant negare iidem Nappij dum pro debitis
Montis ipsi erant, vt dicebam etiam proprio no-
mine obligati.

Et ita vtraque, &c.



R. P. D. VEROSPIO.

Ariminen. Dotis.

Veneris 4. Maij 1646.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè procedi potest pro instrumento do-*
tali obligatione camerali vallato.
2 *Rota executiuè procedit, quando causa fuit cõ-*
missa cum facultatibus A.C.
3 *Confessio dotis præcepta, quando præcessit pro-*
missio, probat veram solutionem, non solum
contra confitentem, et eius hæredes, sed etiam
contra quoscunque tertios possessores.
4 *Coniectura, quæ vna cum confessione de recep-*
to probant solutionem dotis.
5 *Debitum confessatum à Testatore, quando de*
eo non constat, substinetur in vim legati.
6 *Negligentia mariti in exactione dotis non præ-*
iudicat vxori, itaut non possit agere pro illius
restitutione, quamuis solutio non præcessisset.
7 *Pro augmento dotis facto à marito constante*
matrimonio non est dãda executio, etiamsi ad-
sit obligatio cameralis,
8 *Dos constituta à Marito Vxori, constante ma-*
trimonio reputatur donatio propter nuptias,
tam si nomine dotis, quam nomine augmenti
fuerit assignata.
9 *Donatio propter nuptias non requirit insinua-*
tionem.

DECISIO CCIII.

COMMISSA mihi causa restitutionis do-
tis cum facultatibus A. C. ad Brunellæ in-
stantiam proposui dubium, An sit relaxandum
mandatum pro summa scut 3000. contra bona
hæreditaria Marci Fabri sui viri, ad cuius resti-
tutionem se, suosque hæredes in forma Cameræ
adstrinxerat, quoties per obitum dissolutio ma-
trimonij contingeret; & relaxandum esse DD. re-
sponderunt iuxta formam Cameralis obligatio-
nis per eundem contractæ in instrumento dotali,
1 † pro quo potest executiuè procedi contra bona
obligata, vt tradit *Castr. in l. post rem iudicatam*
num.3. in fine ff. de re iudic. Gallès. de obligat. Cam
par.1.quæst.2.num.9 Rot. *coram Cassad. decis. 1.*
mutuis per num.2 et coràm Seraph.decis 736.ea-
dem num. et decis.686. pariter nu.2.par.2.recent.
dum dotale creditum iustificatur, tam ex apoca
matrimoniali, quàm ex publico instrumento,
2 nec † deficit iurisdictio procedendi executiuè per
rescriptum speciale commissa, vt tradit *Marches.*
de Commiss.par.1 fol 700.num.8. Rot. decis, 161.
par.5.recen.num.1. & coram bo.me.Coccino decis.
78.num.9. & in Roman.officij Notariatus 3. Iu-
3 *nij 1628.corã Reuerendiss.D.meo Decano.* Et † li-
cèt prædictum instrumentum dotale solam con-
fessionem de recepto contineat, probat tamen
veram dotis solutionem, dum eiusdem promis-
sio præcesserat, & alia concurrunt adminicula,
non solum contra Marcum confitentem, & illius
hæredes iuxta *tex. in l. in contractibus §. sed quo-*
niam, vbi Cyn.n.3. in fin. C. de non num pec. Castr.
in l.1.nu.8. vers. quod plus est ff. solut. matr. Gabr.
de

de iur. dot. concl. 4. vbi de communi Fontanel. de pact. nupt. clauf. 4. nu. 32. Rot. decif. 24. num. 3. & feqq. par. 7. recent. & in Ciuitatis Vetula dotis 17. Martii 1624. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. 1. confirmata die 21. February sequentis anni coram R. P. D. meo Cerro, sed etiam contrà quofcunque tertios possessores, vt notans *Add. ad glos. in l. assiduus C. qui pot. in pign. hab. Socin. iun in l. 1. num. 5. ff. solut. matrim. Facchin. contr. iur. lib 8. cap. 86. in princ. & §. hac igitur sententia, cum alijs adductis in decif. 62. num. 2. coram Greg. & in decif. 15. num. 3. par. 4. & in decif. 24. nu. 5. par. 7. recent. & in Romana nullitatis obligationis 6. Iunij 1642. coram R P. D. meo Ghislerio, §. praterea*, quæ sanè adminicula plura visa fuerunt concurrere hoc casu, & alias ad hunc effectum à Doctoribus ponderantur. Concurrit † enim non solum præcedens promissio dotis, sed etiam generalis præsumpt o ex eo deducta, quod regulariter matrimonium fine dote non contrahitur, iuramentum ex parte confitentis, alimétorum præstatio, iurata restitutionis promissio, *vt in decif. 24. par. 7. recent. & coram Gregor. dicta decif. 62. & in d. Romana nullitatis obligationis 9. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Ghislerio, & in d. Ciuitatis Vetula dotis coram Reuerendiss. D. meo Decano* quibus accedit † alia testamentaria confessio Marci, quæ saltem in vim legati; & fideicommissi sustineri debuisset, licèt aliàs de vero debito non constaret, vt tradunt *Abb. in cap. si cautio num. 2. & Felin num. 9. de fid. instr. Surd. decif. 285. num. 4. Rot. decif. 587. num. 7. p. 3. recen. & in Fanen. dotis 17. Martii 1642. coram R. P. D. meo Cerro.* Præterea † quamuis eadem solutio secuta non fuisset negligentia Marci in exigendo, non potest inferri præiudicium Brunellæ vxori quin agere possit ad dotis restitutioné *l. ob res ff. de pact. dotal. l. si extraneus 33. ff. de iur. dot. cum aliis in d. Ciuitatis Vetula dotis 17. Martij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non obstat quod † dos aucta fuerit constante matrimonio, quæ tanquã donatio inter virũ, & vxoré, reprobatur à iure, vt in *l. 1. & 3. & tot. tit. ff & C. de donat. int. vir & vxor.* & ex dispositione Statuti Vrbis cap 135. 49. & 150. lib. 1. dum neč probatur insinuata, nec alijs fulcita solemnitatibus pro illius validitate requisitis ab eodé Statuto, nec propterea executioni demandari valeat, licet sub obligatione Camerali concepta. iuxta *tit. l. 1. C. de donat. ante nupt Surd. conf. 164 num. 58. & conf. 196. n. 25 & 26.* & tradit *Galles. de oblig. Camer. par. 1. quaest. 3. nu. 2. & 4. & add. ad eum nu. 4.*

Quia ea † dotis constitutio constante matrimonio facta vxori reputatur donatio propter nuptias, siue nomine dotis, siue augumenti fuerit assignata, & validè fieri potuit, *vt prob. text. in l. constante C. de donat. ante nupt. Host. in cap. nuper in princip. vbi etiam Card. num. 1. de don. int. vir. & vxor. idem Host. in cap. & si necesse verb. in dotem in princ. & ibidem Anchar. nu. 8. vers. secundo principaliter opponitur. Butr. nu. 9. eod. tit. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 4. numer. 2. & 5. Surd. decif. 314. num. 4. cum alijs in Albanen. donationis 27. Nouembris 1623. coram bon. memor. Merlino in §. quoniam fuit responsum*, vbi quod

9 † talis donatio veluti impropria, & ob causam solemnitatis insinuationes non requirit, iuxtà tradita per *Doctores in l. vlt. C de donat. ante nupt.* dum maximè, fuit morte confirmata, & ficta traditio ex clausula, Constituti, præcesserat in instrumento dotali apposita, vt notat *glos. in l. 2. verb. peti potest in fin C. de dot. caut. non nu. 1. & add. ad ipsum in princ* pront et am *Bald. & Salyc. num. 2. & alij per Parif. conf. 128. num. 8. lib. 1. & 10.* vbi firmat hoc in terminis constituti, & tenuit *Alex. conf. 7. & 2. & in conf. 152. vol 6.*

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Anconitana pecuniaria.

Veneris 1. Iulij 1622.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. an possit obligari, ex quolibet contractu.*

2 *Filiusfam. non potest conueniri pro contractibus initis, dum erat sub patris potestate, nisi in quantum facere potest deducto ne egeat si abstineat à paterna hareditate. Amplia vt n. 3. Declara, vt num. 4.*

5 *In obligationis Cameralis formula regulariter non continetur renunciatio beneficij l. 2. ff. & C. quod cum, & adeo requiritur expressa renunciatio.*

DECISIO CCIV.

EXISTENTE Iacobo filio familias accessit cuidam obligationi factæ à Ioanne Baptista suo patre, & se in ampliori forma Cam. Apostolicæ obligauit, & eo deinde sui Iuris effecto, fuit contra ipsum vigore d. obligationis decretum, & relaxatum mandatum, à quo cum appellasset causamque appellationis mihi comisit obtinuisset cum clausula si quid exequen. ...

Dubitaui an dictum mandatum sic exequendũ contra bona propria Iacobi, quæ habebat tempore obligationis, & DD. censuerunt esse exe-
1 quen. Nam regula est contra D. Iacobum † quod filius familias *lib. 2 ff. de act. & oblig. l. tum ex contractibus; & ibi Castr. ff. de iudic. Cephal. consil. 324. num. 8. & conf. 787. num. 41. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib 17. tit. 14. num. 22.*
2 Et licet conueniri non possit pro contractibus initis dum esset in patria potestate postquam est effectus sui Iuris abstinuitque ab hæreditate paterna, nisi in quantum facere potest, & sic deducto ne egeat veni beneficium *l. 2. ff. & C. quod*
3 *cum eo*, quod † locum habet in filio familias se obliganti, siue ex voluntate Patris, siue ex propria voluntate, vt sunt verba d. leg.
4 Tamen † hoc beneficio non gaudet, nec quoad bona paterna cum illa sint obnoxia creditoribus vsque ad obolum, imo filius teneatur iuxtà terminos *d. l. 2.* penitus abstinere, ab hæreditate paterna, nec etiam quoad bona propria videlicet Castrensia, vel etiam aduentitia quæ habebat

t bebat

bebat tempore obligationis, vt expresse tenet *Paul. Castr. in d. l. 2. in fin. ff quod eum eo quem sequitur Franch decis. 70. num. 2. & 8. cum aliis congest. per Moder. discept. Forens. cap. 576. nu. 1. & seq.* ita quod d. beneficium suffragetur D. Iacobo quoad personam tantum ne scilicet possit carcerari, & quoad bona propria, & acquisita postquam est effectus sui iuris, non autem quoad bona paterna, nec quoad bona quae habebat tempore sua obligationis, vt per *Castren. loco proxime citato.*

Nec obstat quod pretenditur Iacobum renunciasse per obligationem Cameralem *benef. d. l. 2.*
5 quia † ad hunc effectû requiritur expressa renunciatio, quae in moderna formula obligationis Cameralis non legitur, vt in puncto fuit firmatum *in Romana nullitatis obligationis 24. Nouembris 1617. coram R. P. D. meo Buratto vt in Roman. Dotis 12. Nouembris 1621. coram R. P. D. meo Caualerio.*

Et ita decisum &c.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Anconitana pecuniaria.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio in qua dicitur generalia contra praeseruat tantum facultatem opponendi exceptiones in genere non autem in specie num. 2.*
3 *Simulatio ad hoc, vt retardet executionem obligationis Cameralis debet esse clara, & liquida.*
4 *Exceptio simulationis nõ retardat executionem obligationis cameralis, quando simulatio non concernit ipsam obligationem.*

DECISIO CCV.

DOMINI perstiterunt in decisis sub die 27. Martii praeteriti nempe mandatum relaxatum à R. P. D. Sacchetto contra Carolum esse exequendum ex rationibus, & fundamentis adductis in decisione, in qua cùm fuerit responsum ad ea, quae obiiciebantur ex aduerso circa nullitates dicti mandati, cum eo quod ita se haberet stilus A.C. & de illo sic testabatur *Salust. Tiber.* placuit Dominis responsio data in decisione; nec visum fuit obstare, quòd deducta ex dicto stilo procedant tantum, quando pars non apposuit aliquid releuans quo etiam casu soleat A.C. procedere prauia iurium recognitione, secus vero, quando prout hic fuit oppositum generalia contra, quia fuit responsum, quod protestatio
1 huiusmodi praeseruat† tantum facultatem opponendi exceptiones in genere, vt *Vestr. in prax. lib. 5. cap. vltim. nu. 10 & 13. & lib. 6. cap. 2. n. 23. Put. decis. 159. lib. 3.* non autem † illas deducit ad speciem, *Bart. in l. Titia Textatoris nu. 2. & 3. ff. de leg. 1. Caputaq. decis. 323. par. 1. Rot. decis. 254. num. 6. par. 2. diuers. & in causa Bracharen. Iurispatronatus. de Padronello 28. Nouembris 1601. coram bo. mem. Cardinali Sacrato*, vnde nihil releuat protestatio praedicta quoad recognitionem Iurium cùm Iudex parte non opponente possit illis fidem adhibere etiam informibus, vt notum est.

Quo verò ad secundam partem decisionis recipientem Iustitiam mandati Carolus iterum insistebat prout prius fuerat in simulatione istius contractus cui decisio facta satisfacere videtur,
3 † & vtcunque sit simulatio non impedit executionem obligationis Cameralis nisi sit clara & liquida qualis non est ista, de qua opponitur Zacchias qui refert plures decisiones Rotales de obligat. Cameral. *quaest. 18. num. 1. & seqq. cum aliis in decisione adductis.*

Et quod videbatur Dominis tollere difficultatem est quia, vt dictum fuit in praedicta decisione Ioannes Creditor non agit, nec petit aliquid circa ipsam dationem insolutum sed petit scuta 2000. sibi debita ex eo quod Carolus elapsis 15. mensibus non redemit iuxta suam obligationem petium Terrae datum insolutum, nec soluit scuta 2000. ad quae se obligauit, & ideo cùm exceptio simulationis non cadat super solutionem dictorum scutorum 2000. non potest retardare illorum solutionem & consequenter, nec executionem obligationis Cameralis super dicta solutione apposita.

Et ex quibus ita fuit resolutum.

R. P. D. MERLINO.

Romana praetensi Cambij.

Veneris 27. Aprilis 1640.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio retardat executionem obligationis Cameralis.*
2 *Simulatio probatur nedum liquidis probationibus verum etiam coniecturis.*
3 *Ad effectum firmandi causam simulandi sufficit, quod ex facti circumstantiis, & ex personarum qualitate sit verisimilis, & probabilis.*
4 *Vir ingenio non praesumitur iactare suum.*
5 *Simulatio ex quibus probatur, & nu. 6. & seqq.*
7 *Ex vicinitate temporis quo fuerunt celebrati contractus argui potest simulatio.*
8 *Simulatio benè arguitur ex amicitia contrahentium.*
9 *Contractus secundus referri debet ad primum quando secundus causatur à primo.*
10 *Proxeneta deponenti de facto per ipsum tractato plurimum deferendum est.*
11 *Simulatio probatur per vnicum testem concurrentibus coniecturis.*
12 *Dicta testium sunt conciliandanon autem rigidè examinanda.*
13 *Testes in dubio non praesumuntur singulares.*
14 *Simulatio vr obatur per testes singulares concurrentibus coniecturis.*

DECISIO CCVI.

FVIT relaxatum mandatum contra D. Carolum de Aste pro scut. 2150. occasione cambij contracti in fauorem D. Grifoni, vigore instrumenti super d. cambio, rogati sub die 22. Septembris 1633.

1635. & repetiti sub die 8. Febr. 1637. mediante
nominatione facta à Ioan. Baptista Bonanno; quod
mandatum DD. dixerunt non esse exequendum.
Et moti sunt, quia vtrumque cambium visum
est simulatum, & nō verè spectasse ad Griffonum,
1 sed ad Aquilanum, & † simulationem retardare
exequutionem obligationis Cameralis, certum
est *Galles. de oblig. Camer. par. 4. quaest. 2. nu. 5. Farinac. de simulat. quaest. 162. nu. 64. Cas. de Graffis decis. 16. nu. 10. de probat. bon. me: Burat. decis. 76. num. 1. Rot. decis. 61. num. 9. par. 5. & decis. 259. num. 8. par. 6. rec.* & nuper eadem dixit *in Auenionen. simulationis 29. Ianuarij 1635. coram R.P.D. meo Panzirolo, & in Romana pecuniaria coram me 9. Iunij 1636.*
2 Et † simulationem probari, nedū liquidis pro-
bationibus, sed etiam coniecturis, praesertim si ad-
sit causa simulandi, & solum versetur simulatio
circa mutationem de persona in personam, quae à
iure nō ita improbata est, & in his terminis Doct.
admittunt simulationem impedire effectum obli-
gationis Cameralis, *Crau. cons. 156. num. 11. Bece. cons. 52. num. 47. Farinac. d. quaest. 162. nu. 106. & cons. 133. num. 14. & 27. Rota coram bo. mem. Buratta decis. 901. num. 6. & in Romana simulationis census 6. Aprilis 1601. coram Iusto, in Ciuitatis Castelli bonorum 8. Febr. 1602. corā Card. Horatio Lancellotto, & in d. Auenionen. simulationis coram R.P.D. meo Panzirolo, & Romana pecuniaria coram me.*
Causa hic aderat, quoniam cum Eminentiss. D.
meus Cardinalis Barberinus, pro componendis
dissidijs inter D. Io. Baptistam de Aste patrem, &
Carolum eius filium, &, vt etiam consuleret cre-
ditoribus Caroli, effecerit, vt D. Io. Baptista assi-
gnaret scuta 25. mil. pro extinguendis debitis eius-
dem Caroli, & cum Aquilanus esset creditor ra-
tione quarundam societatum, restrinxit d. Eminē-
tiss. creditum Aquilani ad scuta 1500. & iussit ea-
dem per patrem D. Caroli eidem Aquilano solui,
cū generalissima tamen quietantia ad omnes prae-
tensiones, Aquilanus autem nō acquiescens huic
solutioni scut. 1500. & vt declinaret vim d. quie-
tantiae, suspicari potest, ipsum curasse, vt confice-
retur cambium ad fauorem Griffoni, vt hoc modo
ministerio amici, haberet integram satisfactionem
3 de primis illis societatibus officiorum, & † ad ef-
fectum firmandi causam simulandi, sufficit, quod
ex antecedentibus, & subsequentibus, & ex quali-
tate personarum, & ex alijs sit verisimilis, & pro-
babilis, *Ciriac. contro. 219. num. 50. & 72. & seq. Rota in d. Ciuitatis Castelli bonorum corā Card. Lancellotto, & in dictis Auenion. simulationis coram R.P.D. meo Panzirolo, & in Romana pecuniaria coram me,* & ex abundanti, pro D. Carolo
fuerunt examinati duo testes, deponentes de hac
causa simulandi, vt in summ. num. 3. nempè ter-
tius & sextus iuxta 17.
Hic autem coniecturae concurrebant, prima
4 quod † non est verisimile, Griffonum, virum non
rudis ingenij, credidisse scuta 2180. Carolo de
Aste filiofamilias, cuius obligatio à Statuto Vrbis
lib. 1. cap. 152. & 153. infringebatur, nec subsiste-
bat fideiussio Casacenae ex eodē statuto, hoc enim
modo, Griffonus iactaret suum, vt in his terminis
considerauit *Rota decis. 741. num. 5. par. 3. rec. 61. num. 10. 283 num. 8. & 11 par. 3. rec. & in d. Romana pecuniaria coram me.*
5 Secunda coniectura, quoniam † in secūdo cam-
bio Griffonus promisit accepta facere scut. 250. so-
luta occasione fructuum societatis eidem Aquila-
no; at nulla ratio suadebat, quod Griffonus cura-
ret indemnitatem Aquilani, sed hinc oritur prae-
sumptio, quod ad eūdem Aquilanum spectaret cā-
bium ex his, quae in simili considerauit *Rota coram Seraph. decis. 921. num. 1. & in rec. decis. 114. n. 11. & 12. par. 5.*
6 Tertia coniectura, quia † Griffonus in primo cā-
bio habebat fideiussorem, & tamen illud extinxit,
& creauit secundum eiusdem summae, nullo inter-
ueniente fideiussore, quod etiam arguere simula-
tionem, dixit *Rota in Imolen. pecuniaria 3. Iulij 1628. coram bon. me. Card. Virili, & in d. dec. 283. num. 8. par. 5. rec.*
7 Aliae etiam coniecturae desumebantur † ex tem-
pore, quia primum cambium tractatum fuit, &
conclusum proximè post ordinem Eminentiss. D.
mei Cardinalis Barberini, ex qua vicinitate oritur
praesumptio, quod Aquilanus voluerit effugere ef-
fectum quietantiae, supponendo personam Griffo-
ni, prout vicinitatem in terminis simulationis pō-
derant *Anchar. cons. 434. num. 3. vers. praeterea, Crau. cons. 298. num. 13. eo melius cons. 156. nu. 17. & Rot. dec. 114. num. 7. par. 5. rec.*
8 Deducebatur † etiam simulatio ex personis ipsis
Caroli, Griffoni, & Aquilani, qui sunt magna ami-
citia inter se cōiuncti, & quia D. Carolus erat fi-
liusfamilias, & hanc amicitiam in his terminis si-
mulationis magnifaciūt *Crauet. d. cons. 156. numer. 11. & Rota in d. decis. 283. num. 12. par. 5. rec. & in d. Romana pecuniaria coram me, §. secunda insurgit coniectura.*
Et haec suspicio simulationis augebatur ex cō-
plicatione cambiorum, quia secundum cambium
originatur à primo, & videtur factum causa magis
occultandi Aquilanum, & vt ipse facilius conse-
queretur integram satisfactionem sui primi credi-
ti occasione societatum officiorum.
Et hoc secūdum cambium fuit creatum sub no-
mine Ioannis Baptistae Bonanni pro persona no-
minanda, & postea Bonannus nominauit eundem
Griffonum, ex quo, & ex alijs, Domini deprehen-
debant, primum & secundum cambium vnum, &
9 idem esse, & † secundum hoc cambium referendū
est ad primum; tanquam ad suum principium, à
quo causatur, *Ofasch. decis. 167. num. 25. & seqq. Rot. coram Card. Mantic. dec. 70. nu. 1. Greg. XV. dec. 190. num. 2.* & simulatio primi cambij influit
in secundum *Paris. cons. 55. num. 58. & seqq. lib. 1. Decian. cons. 104. num. 36. lib. 2. Pedrocca cons. 36. nu. 125. vers. quoniam istud obiectum, & nu. 128. & 170.*
Verum vltra dictas coniecturas, multum mouit
10 DD. depositio plurium testium, inter † quos adest
mediator, siue proxeneta, qui deponit cambium
fuisse simulatum, & totum gestum fuisse in gratiam
Aquilani, nudumq. nomen habuisse Griffonum,
cui tanquam deponenti de facto proprio, pluri-
mum deferendum est, vt in terminis proxenetae
dixit *Benintend. dec. 6. n. 4. & seqq. Crau. cons. 178.*

num.7. Parif. conf.104. num.80. lib.1. Rot. decif. 521.num.6. par.1. diuerf. coram Card. Seraphin. dec.889.nu.3.coram bon.mem. Buratto decif. 324. num.1.

11 Et† vnum teftem probare fimulationem, quando concurrunt coniecturæ, cum fit difficilis probationis, dixit *Bald. conf.249.fub num.3. verf.fi vero funt lib.1. Gabr.conf.51.nu.7.verf.2. lib.2. Farinac.cons.201.nu.28.Card.Mant.decif.323.n.4.*

Concurrunt etiam alij teftes, & præcipuè duo, qui deponunt de confeffione extraiudiciali eiufdem Griffoni, quod nudum nomen habebat, & totum cambium fpectaret ad Aquilanum, quorum

12 †teftium dicta funt adiuuanda, non autem rigidè

13 examinanda, & in †dubio non præfumuntur fingulares, *Bart. in l.Labeo nu.8.verf.ideo ne incidat, ff.de fuppell.leg. Alexan. in l.1.num.4.verf.pro hoc etiam facit, ff.de nou.oper.nunc.Anton.de Butr.in cap.cum tu, num.2. & ibi Abb.num.3. verf.venio, ad glof. de teft. Alex.conf.185.nu.2. lib.7. Crauet. conf.111.num.15.Rota decif.191. num.4.par.1. & decif.141.num.10.par.2. diuerf.*

14 Sed †etiamfi fint fingulares, probant fimulationem, concurrentibus coniecturis, *Gabr. conf 51. num.7.verf.2 lib.2. Rota Ianuen. dec.184. nu.13. & feqq. Decian.conf.62.num.92 lib.3. Surd conf.* 173. *num.45.* Rot. *dec.191. num.4. par.1. diuerf. & in rec. dec.403. num.9 par.2. & in d.Auenionen. fimulationis 29.Ianuarij 1635.coram R.P.D. Panzirolo, & in Anconitana prædij coram bon. mem. Buccabella 6.Iunij 1636.* Et quamuis Benedictus qui eft quartus teftis alleget duos conteftes, qui fuerunt præfentes, quorum vnus de hac confeffione non deponit, non tamen tollitur vis eiufdem teftis, nec dicitur fingularis, nifi teftis allegatus tollat patientiam ab actu, dicendo, hoc non potuiffe effe, ftant enim fimul, quod fuerit præfens in loco, & tamen non audiuerit, quæ ibi dicebantur, vt in fpecie notat *Dec. conf.163. alias 162.num.21.verf.refponderi poteft. Rim.iun.confil554.num.50.Petra de fideic.quæft.12 nu.1247.* Coniungendæq. funt dictorum teftium depofitiones cum coniecturis infimul, non autem feorfim de per fe confiderandæ, vt pluries dixit Rota, & fignanter in dicta *Romana pecuniaria coram me.*

Et ita vtraque parte informante &c.

REV.MO P. D. DVNOZET.

Nunc S. Rotæ Decano.

Romana Vineæ.

Veneris 30.Ianuarij 1643.

SVMMARIVM.

1 *Acceptans ordinem cenfetur approbare omnia in eo contenta, nifi contradicat.*

2 *Verbum, Totale, fignificat plenitudinem, & integritatem.*

3 *Verbum, Intiero importat rem perfectam, & abfolutam.*

4 *Verba* per tutto quello che può pretendere *appofita in quietantia facta ad fauorem debitoris comprehendunt quæcumque credita.*

5 *Contractus fimulatus non meretur executionem etiamfi fit obligatione Camerali vallatus.*

6. *Exceptio fimulationis in continenti probata, impedit executionem obligationis Cameralis.*

7 *Cõtractus ad hoc vt dicatur fimulatus plures debent concurrere coniecturæ.*

8 *Enunciatiua in inftrumento facta demonftrare partes habuiffe notitiam rei enunciatæ.*

8 *Correfpectiua interdicuntur ea, quæ in eodem inftrumento continentur.*

10 *Fides procuratoris atteftantis actum, ad quem fuit conftitutus fuiffe fimulatum, inducit vrgentem coniecturam fimulationis.*

22 *Simulatio probatur per vnicum teftes concurrentibus alijs coniecturis.*

12 *Inuerifimilitudo maximè attenditur ad detegendam fimulationem.*

13 *Acceptatio ceffionis crediti inexigibilis inducit præfumptionem fimulationis.*

14 *Cenfus tenetur de veritate crediti ceffi, etiamfi id non fuerit in inftrumento expreffum.*

15 *Pactum infolita in inftrumento appofita funt argumenta fimulationis.*

16 *Simulatio facilius arguitur inter coniunctos.*

17 *Simulatio vnius contractus influit in alios fubfequentes habentes dependentiam à primo.*

18 *Decretum Iudicis interpofitum fuper fecunda obligatione minoris non validat primam alioquin nullam.*

DECISIO CCVII.

RESOLVTVM fuit mandatum A.C. relaxatum ad fauorem Philippi Coftæ contra D. Carolũ de Afte in fumma fcut.102. pro cambijs, de quibus agitur, non effe exequen.

Moti fuerunt Domini, quia d.mandatum apparet iniuftum, vti relaxatum vigore cuiufdam inftrumenti, in quo D.Carolus fe obligauit foluere q.Octauio Coftæ fcut.4280. auri, eorumq. cambia vfque ad integralem fatisfactionem. Quod quidem inftrumentum non meretur executionem, fiue fuerit celebratum pro cambijs prouenien. ex credito cambij fcut.6.mill. auri in forte alias contracti in Oppido Baleftrini inter d. D. Carolum ex vna, & d.Octauium ex altera, fiue dicatur initum pro cãbijs prouenien. ex credito mutui fcut.7348. auri initi ab eodem Carolo cum bon. mem. Vfimbardo, qui deinde creditum d. mutui ceffit eidem q.Octauio à quo d. Philippus eius filius caufam habet.

Infpecto fiquidem credito cambij fc.6000. auri contracti in Oppido Baleftrini iniuftitia d.mandati patet, quia prætenfum creditum huiufmodi cambij longè ante remanfit extinctum, mediante ordine Eminentiff. D. Card. Barberini, qui pro executione obligationis factæ à q. Io. Baptifta de Afte patre d.Caroli, de foluendo fcut.25.mil. creditoribus ipfius Caroli, mandauit fub die 4. Septembris 1633. eidem Io.Baptiftæ, vt folueret fcut.4000. d. Octauio Coftæ *per totale, & intiera fodisfattione del fuo credito, tanto per forte principale, come per frutti per tutto quello può pretendere da effo Sig.*

1 *Carlo fuo figliuolo.* Quem †ordinem d.Octauius fimpliciter acceptauerit, cenfetur illi acquieuiffe cum omnibus in eo contentis, *Burfatt. conf.39. num.14. Giriac.controu.351.nu.5. & feqq. & præfertim*

*sertim nu.7.tom.2. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.*10.
tit.2.num.17. Rota Iannen.decis.58.num.7.& de-
cis.136 sub num.5. à vers.nec visum fuit, Rot.co-
ram Burato.decis.593.num.10.& decis.345.nu.8.
par.5. recent. Et cõsequenter illum etiam pro to-
tali extinctione d.cambij recepisse, attentis expres-
sis, & vniuersalibus verbis, quibus idem ordo con-
ceptus fuit, ibi, *per totale, & intiera sodisfattione*
del suo credito, tanto per sorte principale, come per
frutti, e per tutto quello può pretendere da esso Sig.
Carlo. Quæ satis demonstrant extinctionem to-
2 tius prædicti crediti, siue inspiciatur verbum, † *to-*
tale, quod plenitudinem, & integritatem significat
cap. Abbate 9. lit. v. in fin. de sent. excom. in 6. Me-
noch. cons.191. num.13 Rota decis.164. num.22.
par.6.recent. siue attendatur subsequens verbum,
3 † *& intiero*, quod cum perfectam, & absolutam
indicat, *l.nomen 34. §. fin. ff de leg.3. l.1. §. cum*
dicitur, in verb. integrum, ff si cui plusquam per
l.falcid. l. si quando 2. C.de bon. vacant.lib.10. A-
lex.cons.144 in fin.lib 2. Io. de Amic.cons.12. nu-
mer.31.Surd.cons 351.num.7 lib.4. Bertaz. de
clauss.instrum.clausula 26. glos.7.num 1.& 5. Af-
4 *flict.decis 258. nu.3.* siue † demum considerentur
verba, *e per tutto quello può pretendere da esso Sig.*
Carlo suo figliuolo, quæ prætẽsum creditum com-
prehendunt *Surd.decis 207.num.14 Menoch.con-*
sil.496 num 62.

Inspecto pariter credito prætensi mutui præsa-
5 tum mandatum est iniustum, quia cum† d. mutuũ
detegatur simulatum, nullam meretur executio-
nem, etiam si fuerit sub obligatione Camerali cõ-
6 tractum, cum † exceptio simulationis, quæ (prout
hic) incõtinenti probatur, impediat executionem,
etiam obligationis Cameralis, *Gallef.de oblig.Ca-*
mer par.2 q.2.num.5 Farin.de simulat.q.162.nu-
mer.64 Cas.de Grass.dec.16.nu.10 de prouat. Bu-
ratt.decis.36.num.1.Rot.decis.61.num.5.par.5. &
decis.259.nu.8.par.6.recent. cum alijs relatis in
simili causa Romana prætensi camby 20. Aprilis
1640. §.1. coram bon.mem. Merlino.

Simulatio autem d. mutui satis probatur. Nam
7 vltra causam simulandi, concurrunt † plures con-
iecturæ illam suadentes, prout requiritur ad hoc,
vt contractus dicatur simulatus, *Bart. in l.si post*
contractum num.2. ff.donat.& cons.65.nu.4.lib.1.
Ancbar.cons.127 num.3. Bellamer.decis.715.nu 2.
Grattian.discept.foren.cap 600.num.28. Rot.decis.
318.num.16.par.5. & decis.11.nu.2.par.7. recen.

Causa huiusmodi visa fuit esse illa eadem, quæ
fuit canonizata in alia causa *Romana prætensi cã-*
bij sub die 27. Aprilis 1640.coram bon.mem. Mer-
lino, nempè quòd cum Eminentiss. D.Card. Bar-
berinus ad sedanda dissidia inter Ioan. Baptistam
Caroli patrem, & eiusdem Caroli creditores effe-
cisset, vt Io. Baptista persolueret illis scut.25.mill.
iuxta ordines ab Eminentiss. subscribendos, & de-
inde idem Cardinalis subscripsisset ordinem ad
scut.4000. persoluẽdum Octauio pro omni, & to-
to eo, quod à Carolo prætendere posset, Octauius
qui se longè maioris summæ creditorem præten-
debat, ne commodum d.ordinis amitteret, & ex
alia parte sibi per quietantiam finalem præiudica-
ret, curauit, vt ante huiusmodi quietantiam à se
faciendam Carolus acciperet mutuo ab Vsimbar-
do scut.7348. eaque eidem Octauio solueret pro
residuo vltra d. scut. 4000. & hanc fuisse inten-
tionem dicti Octauij apparet ex ipso instrumento
procuræ Caroli in personam Benedicti Octauij filij
ad accipien. mutuo d. scut. 7348. ab Vsimbardo,
in quo debitum Caroli calculatur in dicta summa
demptis scut.4000. contentis in ordine subscripto
8 ab Eminentiss. Card. Barberino, quæ †enunciatiua
ordinis demonstrat partes notitiam illius habuis-
se, & eiusdem ordinis occasione d. mutuum con-
9 tractum fuisse, cum†contenta in dicto instrumen-
to dicantur inter se correspectiua, & vnum gestum
propter alterum; *Dec. cons.279. num.7. & seqq. Pa-*
ris.cons.97.nu.23.& 24. lib.4. Caputaq.decis.206.
num.3. par.1. Rota apud Farin. decis.225. nu.14.
& decis.428. num.3. par.1. recent.

Coniecturæ autem simulationis plures concur-
10 runt. Primo, † quia idem Benedictus, qui fuit
procurator Caroli ad accipien. mutuo pecunias
ab Vsimbardo, & Octauij sui patris ad recipien
easdem à Carolo in satisfactionem crediti, testatur
pecunias re vera nõ fuisse numeratas ab Vsimbar-
do, neque solutas Octauio, sed eas interuenisse so-
lum, vt dicitur, *per mostra* Quæ quidem attesta-
tio Benedicti tanquam de facto proprio, & in præ-
iudicium Octauij patris plurimum vrgere visa fuit
saltem pro simulationis coniectura. quam etiam
ex dicto proxenetæ desumpsit *Rota in d. Romana*
camby coram D. meo Merlino, §.verum ex doctri-
na Beninsend. decis.6 num.4. & seqq. Seraph de-
11 *cis.889. num.3.* Maximè concurren. † alijs con-
iecturis, quia tunc etiam vnicus testis probat si-
mulationem, *Gabr.cons.51.sub nu.7. lib.2 Man-*
tic. decis.323. num.4.cum alijs allegatis in d. Ro-
mana cambij, §. & vnum testem.

Secunda quia inuerisimile omninò est quòd D.
Vsimbardus tam ingẽtem summam voluerit mu-
tuare Carolo filiofam. absque vllo fideiussore, &
nulla desuper adhibita cautione, vel securitate,
12 quæ †inuerisimilitudo passim attenditur ad dete-
gendam simulationem, *Rot.decis.61.nu.10.par.5.*
& decis.283.num.9. in fin.& nu.11 par.5. recent.
& in Romana pecuniaria 9. Iuny 1636. coram
bon.mem. Merlino sub vers. quinto gignit, & in
præterita Romana prætensi cambij coram eod.bon.
mem.Merlino, §. hic autem.

13 Tertia,† quia paulo post Vsimbardus cessit cre
ditum mutui eidem Octauio, qui profectò cessio-
nem huius noui crediti non acceptasset aduersus
Carolum, à quo nec antiquum integrè exegerat,
vt ponderat *Mandell. cons.152.num.4. vers.qua-*
rum prima est, sed ideo acceptauit, quia sic ab ini-
tio cum Vsimbardo,& Carolo conuenerat ad elu-
den. ordinem D.Cardinalis Barberini, & mentem
Ioan.Baptistæ Caroli patris, qui nunquam soluis-
set, nisi totum, & integrum debitum extingui co-
gitasset.

Quarta quia in cessione Vsimbardus declarauit
14 nolle se teneri de veritate crediti, de † qua cum
cedens semper teneatur, etiam si non expresserit,
Bertrand. cons.217. num. 1. lib.7. Becc. cons.105.
num.13 Dec.cons.102.num.1. Fabian.de Mont.de
empt.vendit. quæst.6. princ. num.67. Vtique hæc
15 † insolita declaratio simulationem arguit. *Rolan.*
cons.40.num.35.lib.2. Aym. cons.587. sub nu.16.

Mandell. conf.791. num.16. Rota decis.24. num.6. par.3. recent.

Quinta quia Carolus alios contractus simulatos gessit ad eluden. ordines eiusdem Eminentissimi;
16 Cardinalis Barberini, & † agitur inter coniunctos, inter quos facilius præsumitur simulatio, *Laderch. cons.75. num.5. Surd. cons.373. num.39.*

17 Neque † obstant subsequentes contractus ex eadem causa mutui, vt supra cessi, celebrati super liquidatione cambiorum, quia præcedens simulatio mutui, influit in omnes contractus postea subsecutos, *Paris. cons.55. num.50. & seqq. lib.1. Decian. cons.104. nu.3. lib.2. Rot. in d. Romana cambij coram bon.mem. Merlino.* Maximè quia in illis non agebatur de simulatione, sed de liquidatione cambiorum, super qua intercessit tam arbitrium bon. mem. Pirouani, & Buccabellæ, quàm Serenissimi Principis Mauritij Cardinalis Sabaudiæ, qui admittendo liquidationem, non censentur approbasse contractum respectu simulationis, de qua non fuit actum, sed potius supposuisse veritatem ipsius
18 contractus sicut dicimus, † quod decretum Iudicis interpositum super secunda obligatione minoris, non validat primam, alioquin nullam, *Rot. in Romana pecuniaria 24. Aprilis 1637. coram bo.mem. Merlino, & nec sanetur, vbi allegantur concordantes.* Et ita vtraque &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Nunc S.R.E. Cardinali.

Romana Domus ad Transtyberim.

Veneris 18. Iunij 1638.

SVMMARIVM.

1 *Clausula constituti facit constitutarium verum possessorem.*
2 *Maximè si fuerit subsequuta actualis apprehensio bonorum.*
3 *Mandatum de manutenendo conceditur vero possessori.*
4 *Possessori habenti titulum possessionis eo facilius conceditur manutentio.*
5 *Possessio iure familiaritatis nõ est manutenibilis.*
6 *Cessionario, ad hoc vt super re cessa acquiratur ius, constare debet de iure cedentis.*
7 *Renuncians hereditati, non potest postea illius iura cedere.*
8 *Ius adeundi hereditatem, est personale, & non potest cedi, seu donari.*
9 *Ius adeundi hereditatem est cohærens personæ inseparabiliter.*
10 *Heres ante aditionem hereditatis, non dicitur ius in bonis quod sit in esse formatum.*
11 *Ius adeundi hereditatem dicitur ius rei acquirenda, non autem rei quæsita.*
12 *Heres ante aditionem hereditatis non dicitur locupletior.*
13 *Simulatio plenè probatur præsumptionibus, & coniecturis, quando adest causa simulandi.*
14 *Simulationis probationem inducunt duæ coniecturæ, quando adest causa simulandi.*
15 *Simulatio reddit contractum ipso iure nullum.*
16 *Probatio melior dari non potest, quàm ea, quæ ex propria confessione resultat.*
17 *Actus sequens præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus.*
18 *Actus sequens declaratur à præcedenti tractatu, & ad limites illius restringitur.*
19 *Cremitus contractus est magnum fictionis argumentum.*
20 *Simulatio arguitur ex eo, quod quis ad quem non spectat faciat expensas contractus.*
21 *Clausula insolita apposita in contractu est coniectura simulationis.*
22 *Qualitas personæ valdè attenditur in materia simulationis.*
23 *Arbitrio Iudicis relinquitur quibus coniecturis simulatio probetur.*
24 *Simulatio donationis arguitur, si post donationem sequutam donans continuet possessionem rei donatæ absque contradictione donatarij.*
25 *Et hæc coniectura habet locum, etiamsi in donatione adsit clausula constituti.*
26 *Constitutum venit accessoriè ad principalem dispositionem.*
27 *Constitutum est nullum, & nihil operatur si fuerit appositum dispositioni simulatæ & nullæ.*
28 *Donatio facta ob merita, quando de meritis aliàs non constat, quàm per assertionem donantis inducit suspicionem simulationis.*
29 *Procurator non potest esse testis pro suo principali.*
30 *Procurator reuocatus potest esse testis pro suo principali, & fidem meretur.*
31 *Inimicitia, & lites non sunt legitimæ exceptiones contra testes, quando apparent affectatæ, & studiosè præuentæ.*
32 *Ad probandam simulationem contractus admittuntur testes minus idonei.*
33 *Simulatione contractus probata omnes clausulæ in eo apposita ficta, & simulata censentur.*
34 *Clausula executiua accessoria non alterant, sed imitantur naturam principalis dispositionis.*
35 *Iuramentum non excludit simulationem, nec confirmat contractum simulatum, amplia vt num. seq.*
36 *Iuramentum assertorium, quod contenta in instrumento sint vera, non nocet heredibus iurantis, itaut non possint allegare simulationem contractus.*
37 *Reatus periurij non transit ad heredes.*
38 *Simulationis exceptio opponi potest contra instrumentum obligationis Camerali vallatum.*
39 *Hereditas non adita non transmittitur.*
40 *Reo sufficit vincere per non ius actoris.*
41 *Simulatio non tollitur ex ijs, quæ fiunt post contractum, etiamsi sequantur in illius executionem.*

DECISIO CCVIII.

OCTAVIVS de Caualerijs donauit irreuocabiliter inter viuos Venerabili Hospitali Sancti Ioannis Colabitæ de Vrbe, detto, Benfratelli, omnia sua bona, reseruatis tamen vsufructu sua vita durante, & vigesima ad effectum testandi, qua donatione sequuta vigore clausulæ, constituti, appositæ in instrumento donationis, Prior dicti Hospitalis cepit realem, & actualem possessionem bonorum

norum donatorum, & præsertim domus positæ in Regione ad Transtyberim vocabulo (Piscinola) in qua dictus Octauius cum familia inhabitabat, & vsque ad obitum permansit. Hoc ergo sequuto cum Hospitale illam Vincentio Poppio locasset, Franciscus Verardus sub prætextu, quod dicta domus esset communis inter Octauium donantem, & Antonium de Caualerijs eius fratrem, & ob id inedictas ipsius ad se vti hæredes dicti Antonij spectaret vigore cuiusdam donationis, & cessionis factæ ab eodem Octauio de iure adeundi dictam Antonij hæreditatem, iudicium iactationum introduxit in Curia Eminentiss. Card. Vicarij, à quo decretum manutentionis reportauit, quod postea per R.P.D.Bilum Iudicem reuocatum fuit, & demum causa in gradu appellationis coram me introducta, & cœpta disputatione super manutentione fuit ordinatum, vt videretur de bono iure, quo dubio hodie proposito resolutum fuit constare de bono iure Hospitalis, quod per DD. præcipuè deducebatur tàm ex donatione eidem Hosp. tali facta ab Octauio, quàm etiam ex possessione in ipsum translata bonorum donatorum vigore clausu-
1 læ, †constituti, in instrumento donationis appositæ, quæ facit constitutarium verum possessorem, *Surd.conf.481.nu.6. Roland.conf.79.nu.4. lib.1. Rot.decis.549 num.1.par.1 diuers. & in recen. de-*
2 *cis.83. num.1. par.1.* Præsertim† cum fuerit subsequuta realis, & actualis dictorum bonorum apprehensio per Hospitale, & in specie domus, de qua agitur, vt patet ex instrumento illius adeptionis, *Rot. decis.364. nu.4. par.1. rec. & in Ciuitatis Castelli bonorum 5. Iunij 1620. coram Eminētiss. Card. Verospio post modern. de manutentione decis.133.nu.5. Reuerendiss. D. meus Decanus de-*
3 *cis.113. nu.1.* & † sic Hospitali esse concedendum mandatum de manutenendo, *Ossalch.decis.133.numer.6. & 7. Andreas decis.61.num.2.* & fuit resolutum *in Romana concordia 15. Decembris 1636. coram me*, & in puncto quando donator sibi reseruauerat vsumfructū in bonis donatis, *Rot. decis.258.*
4 *num.2. par.4. rec.* Quod † eo facilius venit admittendum cum in casu præsenti possessio sit titulata, *Rot.decis.460.num.5. par.3. decis.29. num.5. par.5. rec.*

Non obstat quòd tam ante, quàm post donationem factam per Octauium Hospitali, idem Verardus in quodam huius domus appartamento inhabitauerit, quia cum Testes deponāt ipsum ibi permansisse vti accersitū ab Octauio pro officio procuratoris, vt in summario Hospitalis num.5. eius
5 † possessio fuit iure familiaritatis, quæ propterea non est manutenibilis, *l.qui iure, ff. de acq. poss. Menoch.de arbitr.cas.160. nu.13. in fin. cum seqq. Rot.decis.764 num.3. par.3. recent.*

Nec refragatur, quod Verardus prætendat habitasse in vim tituli sibi competentis ex cessione, seu donatione iuris adeundi hæreditatem Antonij
6 sibi facta ab Octauio; tum †quia non docetur, prout necessario docendū esset Antonium in hac parte domus ius aliquod tempore mortis habuisse, atque ita ab illius hæreditate desumi non potest titulus, qui suffragetur *vulg.l.nemo plus. ff. de reg. iur. l.traditio in princ. ff. de acquir. rer. domin.* Præsertim cum de opposito potiùs appareat ex depositionibus Testium Hospitalis summ. num.7. dicentium ab ipso Antonio audiuisse tot ciuade-
bita fuisse ab Octauio solutas, vt nihil amplius præ-
7 tendere posset in bonis paternis; tum† etiam quia citatus Octauius in ipsomet cessionis instrumento declarauit se velle ab Antonij hæreditate abstinere, vt patet ex verbis dictæ cessionis ibi: *Attento quod realiter, & cum effectu ipse Octauius semper, vt ipse asseruit, fuit, est, & erit animi, & intentionis se velle abstinere ab hæreditate Antonij, & nolle esse ipsius hæredem*, nullum per consequens ius adeūdi dictam hæreditatem ab Octauio in Verardum transferri potuit *cap. nemo potest de reg.iur.in sexto, l. si filius, C. de donat. Rot.decis.360.nu.29. par.5. rec.* Præterquam quod DD.
8 ponderabant ius †adeundi vti personale, alteri cedi, seu donari non posse, *Bald. in cap. ex rescripto num.1. vers. nam si Abbas de iu. iur. & conf.358. num.2. vers.præterea si illa verba lib.1. Corn.consil.206.nu.17.lib.3 Tiraq.de retract. lignag. §.26. glos.1.num.46. Franch. decis.60. num.1. & 2.* Ac
9 † est personæ cohærens inseparabiliter, *Surd. consil.463.num.3. & 6. Pappon.conf.40 nu.15. & 16. Peregr.decis.Patau.151. nu.2. & 3.* Et hoc adeo
10 verum est, vt † hæres ante quam adeat nullum ius habeat in bonis, vel ad bona quod sit in esse
11 formatum, licet illi competat ius adeūdi, † quod est solum ius acquirendi, non ius iam quæsitum, ita,
12 vt hæres †non dicatur esse locupletior, antequam adeat, *Bart. in l. si is potest in 6 col. ff de acqu. hæredit. Castr.in l. filiosam.nu.23. & seq. & nu.112. ff.de legat.1. Imol.in l.ventri præterito in fin. ff de acqu.hæredit. Alex.conf.113 num.4.lib.3. Decian. conf.10.num 15. & seq. lib. 5. Bardellon. conf.1. num.26. Peregr.d.dec.Patau.151. num.2. & 3.* & fuit latè deductum coram me *in Firmana de Formonis 9. Iulij 1634.*

Sed visa est penitus tolli omnis difficultas ex eo quod dicta cessio, seu donatio facta per Octauium
13 fuerit simulata, prout videtur † clarè probari ex pluribus præsumptionibus, & coniecturis, quæ data causa simulādi, prout in casu nostro plenè probant *Caphal.conf.198. nu.6. Bece. conf.52. nu.46. & 47. Crauett.conf.156.num 7. Grat. discept. for.*
14 *cap.986.num.24. & 35* vbi † quod sufficiunt duæ coniecturæ, *Caual.decis.406. num.1. & 5. Rot.decis.61.num.16.* vbi quod sufficiunt leues coniectu-
15 ræ *par.5.rec.* & sic cessio † prædicta iuris adeundi nullum ei titulum tribuere potuit, cum fuerit ipso iure nulla, *Alex. conf.542. num.9. lib.5. Bece. conf.52 num.35. Honded. conf.46. num.50. lib.1. Rot.decis.308. num. 18. par 5. recent.*

Quod autem adfuerit causa simulandi manifestè probatur ex dicto Testium Hospitalis summ. num.9. deponentium se audiuisse Verardum dicentem quod in tantum Octauius ei cesserat ius adeundi, in quantū voluit liberari à molestijs creditorum ipsius Antonij, & quod propterea ipse non intendebat aliquod incommodum ex dicta cessione reportare, nec ea aliquo modo vti contra
16 ipsum Octauium cedentem, in † quacunque autem materia nulla adest melior probatio, quàm ea quæ ex propria confessione resultat *Decian. conf.6. num 50. & seqq lib.3. Rot.decis.188. num.9. par.5. recent. & decis.806. num.4. par.1. diuers.* [illegible]

Prima

Prima igitur coniectura ad probandum cessionem simulatam videbatur deduci ex dicto tractatu inito inter Octauium cedentem, & Verardum cessionarium euitandi causa creditores Antonij mediante renunciatione, seu cessione iuris adeundi, hoc enim probato per Testes, vt supra dictum
17 est, sequens † actus cessionis præsumitur factus in exequutionem tractatus præcedentis, *Crauett. cons. 91. num. 9. Alciat. reg. 2. præs. 24 num. 1. Ce-*
18 *phal. cons. 626. num. 17.* & † ad limites illius restringitur, ab eoq. declaratur *Angel. cons. 248. numer. 2. ad fin. vers. hoc enim, Cephal. d. cons. 626. num. 16. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 35. num. 18.*

Secunda deducebatur ex eo, quod Verardus professus fuit se paratum ad retrocedẽdum Octauio ius sibi cessum, & faciendum circa hoc quic-
19 quid ei placuisset, circulus † enim huiusmodi magnum est fictionis argumentum, *Bald. cons. 70 ante nu. 1 vers. consideremus ergo. lib. 1. Purpur. consil. 152. num. 17.*

20 Tertia insurgit quia † expensæ omnes rogitus, insinuationis dictæ cessionis, necnon etiam aditionis hæreditatis factæ fuerunt de pecunijs Octauij, non autem Verardi, *Paris. cons. 54. num 77. & cons. 55. num. 56. lib. 1. Seraph. decis. 1154. num. 5.*

21 Quarta elicitur ex eo, quod † in ipsa cessione, seu donatione appositæ fuerunt clausulæ insolitæ, & à natura ipsius alienæ, non reuocandi eam propter ingratitudinem, paupertatem, ac superuenientiam filiorum, *Paris. d. cons. 54 num. 39. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 35. nu. 13. Rot. decis. 24. nu. 6. par. 3. & decis. 283. num. 8. par. 5. rec.*

22 Quinta † coniectura resultat ex eo, quod dicta cessio facta fuit procuratori, cuius personæ qualitas plurimum videtur cõferre ad præsumendum illam non alia intentione factam, quam euitandi molestias creditorum, *Bald. cons. 70. in princ. vers. consideremus ergo, lib. 1. Bec. d. cons. 52. num. 56.* Et facit quod in hac materia multum attendi solet qualitas personarum ac facti series, *Reuerendiss. D. meus Coccinus decis. 408. nu. 2. vers. attenta enim.*
23 Et † propterea in ea magnum habet locum Iudicis arbitrium, *Caphal. cons. 198. num. 14. Crauett. 156. num. 14. Menoch. de arbitr. cas. 247. num. 2. Afflict. decis. 40. num. 19.*

24 Pro sexta & vltima deseruit, quod † post donationem præfatam Octauius semper permansit in possessione bonorum donatorum, & præsertim domus, de qua agitur absque vlla Verardi contradictione, quæ quidem coniectura visa est potentissima ad probandum simulationem contractus, *l. sicut, §. superuacuam, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Bart. in l. post contractum num. 4. ff. de donat. Bald. cons. 70. num. 3. 4. & 7. lib. 1. Socc. sen. cons. 264. nu. 2. circa med. vers. septimo, & vltimo lib. 2. Honded. cons. 46. num. 14. lib. 1. Paris. d. cons. 54. num. 71. lib. 1. Rot. in rec. decis. 24. num. 6. vers. ponderabatur quoq; par. 3. & decis. 208. nu. 13. par. 5.*
25 *recen.* Et † quod hæc coniectura habeat locum etiam si in contractu donationis fuerit apposita clausula, constituti, tradit *Crauet. cons. 159. numer. 10. Corn. cons. 121. num. 23. & seq. lib. 2. Honded. cons. 46. num. 29. & 30.* & firmauit *Rota in d. Romana donationis 14. Febr. 1620. corã Card.*
26 *Sacrato,* & ratio est quia † constitutum regulariter venit accessoriè ad principalem dispositionem *Honded. cons. 18. num. 54. lib. 2. Surd. decis. 157. numer. 4. in fin. & num. 5. Rot. decis. 694. nu. 9. par. 1.*
27 *recent.* Et † ideo si principalis dispositio est simulata, & nulla, simulatũ quoque & nullum est constitutum in ea appositum, nec est aptum aliquid operari, *Bald. in l. ex testamento num. 3. de fideic. Paris. cons. 59. num. 25. lib. 1. Rot. d. decis. 694. nu. 9. par. 1. rec. Reuerendiss. D. meus Coccinus Decanus decis. 222. num. 5.* & fuit latè deductum coram me *in d. Romana concordiæ de Caetanis 1637.*

28 Nec facit quod donatio † facta fuerit ob benemerita, quia cum de dictis meritis non constet aliundè, quàm per assertionem donantis, non solum non tollit, sed imò auget suspicionem simulationis, *Paris. cons. 86. num. 3. vers. tertio simulatio deducitur lib. 3. Bec. d. cons. 52. num. 69. Afflict. decis. 370. num. 17. in fin. vers. sed toti sacro consilio.*

Non obstat, quod prædicta probentur per testes, contra quorum personas multa objiciuntur per Verardum, & in specie contra Matthiam To-
29 masium, quòd † fuerit procurator Hospitalis, &
30 sic non posset pro eo deponere, quia † cum fuerit reuocatus longè ante eius examen, ipsius depositioni est fides adhibenda; *Bald. in l. dictantibus num. 4. in fin. vers. & ideo si procurator, C. de testam. Rot. in Carpen. bonorum 16. Martij 1612. coram Sacrato impress. post 2. vol. cons. Farinac.*
31 *decis. 253. nu. 3.* Quod † vero alij Testes sint eius inimici, & cum eo litigent, non visum est releuare, eo quod inimicitia, & lites contra ipsos fuerint affectatæ, & studiosè procuratæ ab ipso Verardo, postquam eorum nomina fuerunt in actis specificata, *Bart. in l. 1. §. cum quis num. 1. ff. de quæst. Alex. cons. 99 n. 2. propè fin. vers. nisi quan-*
32 *do Iudici lib. 1.* Vltrà quod ad † probandum simulationem contractus admittuntur etiam Testes minùs idonei. *Corn. cons. 63. nu. 3. in fin. & 4. lib. 1. Honded. cons. 46. num. 12. lib. 1. Seraph. de priuileg. 39 nu. 26. in fin. vers. quod simulatio.*

Minus releuat, quod Octauius promiserit omnia in Instrumento cessionis contenta obseruare, contraquè non facere, nèc venire, quia probata
33 † simulatione contractus omnes clausulæ in eo appositę fictæ, & simulatæ censentur, nec sunt alicuius virtutis, vt in terminis dictæ Promissionis obseruandi omnia, tradit *Paris. d. cons. 54. nu. 35. & seqq. & signanter num. 38. & 40. lib. 1.* Idq.
34 optima ratione confirmat, quia clausulæ † exequutiuæ accessoriæ non alterant, sed imitantur naturam principalis dispositionis. *clem. 1. in fin. de præbend. Dec. cons. 304. num. 8. Rot. decis. 793. num. 5. vers. & merito par. 2. rec.* quod procedit etiam
35 quòd contractus sit iuratus, quia † tale iuramentum non excludit simulationem, nec confirmat contractum simulatũ. *Paris. d. cons. 54 num. 41. & seqq. lib. 1. Gozzadin. cons. 3. num. 29. Menoch. lib. 3. præs. præsump. 129. nu. 8. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 35. nu. 16. vers. sed rursus, Mohed. decis. 4. in*
36 *fin. de empt. & vendit.* Ac † etiam si vltrà iuramentum promissorium reperiatur additum assertorium, quod omnia, & singula sint vera, quia hoc iuramentum non nocet; quoties vt hic illud
37 obijcitur hæredibus iurantis cùm † in eos non transeat reatus periurij, & quoties simulatio cõtra-

tractus in quo illud appositum fuit, allegatur per viam exceptionis seu replicationis, vt facit hospitale, latissime *Par. s. d. cons. 54 num 84 & plur. seqq. lib. 1. Purpur. cons. 478. nu. 14. in fin. vers. & illa verba.*

38 Ac demum non † obstat quod Instrumentum, vt hic sit obligatione Camerali vallatum *Farin. de simulat quaest. 162. num. 64. Gallesi. de oblig. Cam. quaest. 18. num. 5. & Rot. post cum decis. 116. n. 3. & decis. 25. num. 2.*

Nec est insistendum quod cum Hospitale habeat causam ab Octauio, qui declarauit in donatione se velle ab hæreditate Antonij abstinere, propterea nullum ius in ea habere possit, iux. reg.
39 quod hæreditas † non adita non transmittatur, & sic non possit molestare Verardum in sua possessione, quacumque illa sit; quia cum Hospitale ostenderit se verum possessorem, & Verardo nullum ius competat super dicta hæreditate Antonij, nec aliquam possessionem acquisiuerit, quo illi suffragetur ad effectum manutentionis vt patet
40 ex supra deductis, sufficit † Hospitali illum excludere per eius non ius *l. vlt. C. de rei vendit. Caual. decis. 606. num. 11. Rot. decis. 284. nu. 4. in fin. 1. par. recent.*

Denique non obstant Testes pro parte Verardi examinati deponentes ipsum inhabitasse Domum, de qua agitur iure proprio, & Octauium fuisse confessum fecisse dictam donationem, quia cum postea subsistant vigore donationis, & ex supra deductis constet donationem fuisse simulatam, & ex ea nullum ius Verardo quæsitum, sequitur quod nulla etiam fuerit acquisita possessio, quæ à præcedenti titulo regulatur.

Nec dicta confessio Octauij aliquid operatur, quia cum ab initio fuerat simulata donatio, ita etiam fuit simulata asserta confessio, & omnes alij actus in illius consequentiam facti, simulatio
41 † enim non tollitur ex ijs, quæ fiunt post contractum, etiam si sequantur in exequutionem illius, & per *Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 25. nu. 37. Farin. de simulat. & falsit. quaest. 162. num. 15.*

Et ideo vtraque parte &c.

R. P. D. ROIAS.

Bononien. Pecuniaria.

Mercurij 27. Aprilis 1644.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum ad hoc, vt dicatur de actis non sufficit illud in actis vnius Iudicis produxisse, sed requiritur illius repetitio coram Iudice coram quo causa pendet. Declara vt num. 2.*
3 *Scriptura extracta ante motam litem non eget citatione, & Iudicis decreto.*
4 *Instrumentum, quando habet alia requisita, non est necessarium, quod sit in protocollo.*
5 *Per Constitutiones ordinantes notarijs protocollationē nō potest ex contrauentione inferri ad nullitatem actus, sed debet puniri notarius.*
6 *Apostilla scripta in manu notarij probant etiā sine subscriptione.*
7 *Confessio viri probat ad fauorem vxoris, quando apparet verisimilis; & adsunt coniecturæ per quas excluditur donatio inter virum, & vxorem.*
8 *Instrumentum simulatum licet sit Obligatione Camerali vallatum non meretur executionem.*
9 *Simulantes solent esse diligentes in occultandis vitijs scripturæ ne negligentia notarij detegat simulationem.*
10 *Coniectura simulationis non sunt attendenda, vbi non est causa simulandi.*
11 *Qui dicit contractum simulatum, siue agat, siue excipiat debet concludenter probare causam simulationis sufficientem, et verisimilem.*
12 *Quando apparet veritas causæ Instrumenti omnis suspicio simulationis dicitur exclusa.*
13 *Administrator censetur soluere ex bonis administrati maxime si non fecit inuentarium.*
14 *Testes debent deponere de tempore certo, & indubitabili, quando vis stat in tempore.*
15 *Testis qui non vult enacuare interrogatoria, non meretur fidem.*
16 *Testis deponens de auditu non probat contra Instrumentum clarum.*

DECISIO CCIX.

MANDATVM ab Auditore Cameræ relaxatum pro libris 32400. ad fauorē D. Gasiæ Baldæ contra bona hæreditaria q. Laurentij de Bonsignoribus eius mariti, cuius est hæres D. Carolus Beccadellus, esse confirmandum, tanquam validum, & iustum fuit hodie resolutum, Validitas resultat ex reuolutione actorum.

Non obstant prætensæ nullitates contra illud adductæ; non prima desumpta, ex eo, quod In-
1 strumentum † crediti, cuius vigore mandatum legitur relaxatum, prætendatur tantum fuisse exhibitum coram R. P. D. Caballetto, non autem repetitum per Auditorem Cameræ, prout requiritur. *Greg. XV. decis. 508. num. 6.* Quia fuit responsum, talem productionem legi etiam repetitum coram Auditore Cameræ, vt ex cita-
2 tione data Summario responsionis num. 1. vel † nō fuisse necessariam, dum reassumptio causæ censetur facta per Auditorem Cameræ in statu, & terminis, prout sit in auocatorijs. *Rota dec. 357. num 9. par. 6. recent.*

Minus secunda, ex quod. Instrumentum fuerit extractum non a Notario, vel Successore in officio, sed ab eius tantum Custode; siue Commissario, absque ad Iudicis decreto, ac partis
3 citatione, † quia talis extractio non indigebat alia citatione, ac Iudicis decreto, cum legatur facta ante motam litem a Notario, cuius muneris officium erat extrahere. *Seraph. decis. 1481. & fuit resolutum in Comen. Cappellaniæ 20. Nouembris 1592. coram Penia.*

Non tertia elicita ex eo, quod transumptum d. Instrumenti fuerit extractum ab originali, quod tanquam apostillatum, absque approbatione Notarij, immo, nec legitur protocollatum, nec registratum in libro Notarij, vt disponitur in Sta-
4 tuto Bononiæ, remaneat penitus illi sublata † fides. Quia dum d. Instrumentum legitur extractū ab originali per Patrem, ac hæredem Notarij ex dispo-

dispositione alterius Statuti Bononiæ, in titulo
de Instrument. *&* act.in script. & ipsa cap. facien.
& ita Bononiæ seruari, attestati fuerunt Notarij
Boniæ, & aliàs firmauit. *Rot.in Bonon. de S.Petro teram Pinia*, cuius copia data fuit, vbi firmatur d. Statutum abijsse in desuetudinem, nec
illud esse vsu receptum. *Caual. decis.* 122.*n*.11.

Neque visæ fuerunt obstare constitutiones non
5 nonullorum Legatorum iniungentes Notarijs
obseruantiam protocollationis, quia, cum non
procedant vlterius annullando actum, non potest ex contrauětione inferri ad nullitatem actus,
sed ad omne peius potuisset puniri Notarius.
Bart.in l.vniuersas, C.*de decur.lib*.10. *Dec. cons.*
6 17 *num.& per to.*. † Apostillæ verò cum scriptæ
sint manu eiusdem Notarij probant, licet non
subscriptæ. *Cottin. decis*.276. *num*. 3. *par*. 2. *&*
226.*num*.17.*par*.7.

Iustitia verò d. mandati desumpta fuit ex publico Instrumento crediti D. Gesiæ vallato obligatione Camerali, ac iuramento, in quo dictus
Laurentius se constituit illius debitorem in dd.
libris 32400. prouenientibus ex causa administrationis bonorum extradotalium eiusdem spatio decem, & octo annorum, cum ea fuerit hæres Progenitoris, quam summam idem Laurentius restituere promisit ad omnem, & simplicem
7 Vxoris requisitionem, vnde dicta † confessio viri
benè probat in præsenti, licet cantet ad fauorem
Vxoris, cum sit verisimilis, dum illam habebat
alia bona extradotalia, & concurrunt aliæ coniecturæ, ex quibus remanet exclusa præsumptio
donationis inter virum, & Vxorem de iure prohibitæ. *Salicet.in l.si mater.num*. 1. *vers. & vltra videns.C.de contrahen.empt. Alex.cons*, 18. *nu*. 3.
lib.3.*Soccin.cons*.66.*num*. 8. *lib*.1. *Aym. cons*.40.
num.4.*&* 5.*Dec.cons*.96.*num*.3. *vers. non obstat quod talis confessio*. *Menoch.cons*.154.*num*.7.*Tiraq.de reuoc.donat. in verb. donatione largitus*,
num.1000 *Capic.decis*.203.*num*.18.*Scayn. decis.*
Bonon.13.*num*.107. *Rot decis*.607. *num*.5.*par*.1.
recent.

8 Nec dicatur d. Instrumentum esse simulatũ, &
inde non mereri executionem. *Rot. decis*.89. *nu*.
15. *et* 130.*num*.13. *par*. 7. *recent*. simulationem
eliciendo ex pluribus coniecturis adductis pro
D. Carolo, quæ Dominis in præsenti non placuerunt; non prima desumpta, ex eo quod dicta
scriptura sit defectuosa, ac pluribus laboret vitijs,
quinimo deleta; Quia dicebant Domini, potius
9 dictam coniecturam retorqueri cum † simulantes
soleant esse diligentes in occultandis vitijs, ne negligentia Notarij arguat simulationem. *Ciriac.
controu*.428.*nu*.15. Quinimo diligentia *Menoch.
cons*.106 *num*.35.

10 Nec † secunda ex quo d. Instrumentum crediti
emanauit inter Virum, & Vxorem ad effectum
excludendi creditores Laurentij mariti debitis inuolui, quia cum non probetur concursus creditorum, vel quod d. Carolo hæredi fuerint infesti,
causa simulandi remanet irrelevans, ac nullius
momenti, vltra quod, quoad priores creditores
nulla inducebatur fraus, vnde quoad eos simulatio erat frustatoria, dum non poterat illis præiudicare, nec eorum anterioritati, quo vero ad posteriores simulatio non requirebatur, inde deficit
causa simulandi. *Bart.cons*.65.*num*.4. *lib*.1. *Alba
cons*.9.*num*.1.*Aretin.cons* 65.*numer*.2 *ante med.
vers.in contrarium arguitur*. *Martin. Andr. dec*.
109 *num*.12.*& par*.5.*recent decis*.308. *n*.16. *cum*
11 *seqq*. & † qui dicit contractum esse simulatum,
siue agat, siue excipiat, tenetur non solum allegare, sed concludenter probare simulationis causam ad propositum probabilem, sufficientem, nec
non verisimilem. *Mandell cons*.9. *num*. 9. *&* 19.
& cons.97.*num*.24.*&* 28.*num*.10.*lib*. 5. *Bertaz.
cons.crim*.230 *num*.10.*Honded.cons*.41.*num*.29.
lib.2.*Grat.discept*.252.*n*.23.*&* 24.*Ciriac.contro*.
131 *num*.35.*Rot.par*.2. *diuers.decis*.69.*num*.2.*&*
43.*n*. 1. vltra quod sufficit probatum esse d. Laurentium verè bona extradotalia administrasse,
12 † vnde remanet exclusa omnis vmbra simulationis obueritatem causæ Instrumenti.*Dec.cons*.648.
num.5.6.*Ciriac.controu*.255.*num*. 38.*Greg XV*.
decis.195.*num*.12.*&* 459.*num*.7.*Caual.dec*. 420.
num.5.

Minus obstat tertia, dum prætenditur D. Gesiam noluisse declarare, an testes voluerit habere
pro veris, & legalibus, quia constat de contrario
dum hoc declarauit, coram Auditore Cameræ
intra terminum sibi præscriptum à Iudice *Summario responsionis num*.3.

Nec pariter quarta, dum confessio emanauit à
viro Infirmo, Sene, & sub spe futuræ successionis,
quia fuit responsum morbum Podagræ, non aggressum fuisse Bonsignorium virum, nisi post conditum d. Instrumentum declarationis, hæcque
fuerunt reputata nullius momenti, cum d. Laurentius realiter bona extradotalia administrasset,
tenebatur rationem reddere de illis; nec in testamento condito per d. Vxorem reperitur absolutè
hæres scriptus Laurentius, dum primo loco legũtur instituti communes filij masculi nascituri, quibus deficientibus, aut non extantibus legitur vocatus dictus Laurentius, quod sanè pendebat à futuro euentu.

Ad quintam verò, quod dictus Laurentius soluerit plura debita Francisci Baldi Patris Gesiæ, re-
13 sponsum fuit, † solutionem factam censeri ex bonis postea administratis, & dum non confecit Inuentarium mobilium, ex illis solutionem factam
venit censendum. *Peregr. de fid.art*.35. *num*. 23.
Buratt.dec.641.*num*.7.*& par*.5.*recent.decis*.547.
numer. 17.*in addit*. & esse præsumendum vlterius
D. Laurentium satisfactum remansisse ex fructibus hæreditarijs bonorum dicti Francisci Baldi, &
præsertim ex prædio S. Agatæ, quod ex testibus
datis Summ. Gesiæ num.4. constat fuisse in illius
bonis, nec de eo constat fuisse redditam rationẽ,
quæ omnia benè inseruiunt pro validissimis coniecturis ad fauorem Gesiæ pro simulatione excludenda.

Nec testes examinati pro D. Carolo ad effectũ
probandi D. Gesiam administrasse omnia bona
extradotalia, non autem d. Laurentium Virum
hoc concludunt, ex quo quatuor examinati in
vim remissorialium non percutiunt nisi tempus decursum post annum 1621. quo tempore dicta confessio Viri iam emanauit, non autem concludunt
de tempore antecedenti, de quo loquitur Instrumen-

mentum, testes † autem debent deponere de tempore certo, & indubitato quando prout in casu nostro, vis stat in tempore. *Surd.conf.407. n.24. Seraph. dec.1172 num.2. Mantic.dec.105. num.7. & 169 num.6. Buratt.dec.621.nu.1 & 2. & 686. num.5.*

15 Remanent † alij tres testes in Curia examinati, qui nec hoc probant, & dum primus non euacuauit omnia interrogatoria, inde non venit ei fides adhibenda. *Seraph.dec.836.num.2. Greg.XV. dec.553.num.3 Buratt. dec.13.nu.33*, vltra quod deponit se ignorasse bona relicta per D. Franciscū Baldum, secundus vero testis de administratione, ne verbum quidem; At vero tertius deponit non agnouisse d. Laurentium, nisi de anno 1632. & tamen administratio sequuta fuit ante annum

16 1620. de † qua deponit de auditu ab alio, qui de contrario deponit vnde aduersus dictum Instrumentum clarum nullum gradum facit probationis. *Rot.dec.277.nu.2 par.1.recent.*

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana euacuationis.

Lunæ 26. Ianuarij 1615.

SVMMARIVM.

1 *Agenti ex contractu vltra citroque obligatorio obstat exceptio non implementi.*

2 *Exceptio non implementi retardat executionem obligationis Cameralis.*

3 *Quis iuuari non potest illo actu, quem impugnauit.*

4 *Contractus indiuiduus non potest pro parte approbari, & pro alia impugnari.*

5 *Disdicta locationis non facta ex præsumpta voluntate partium inducitur renouatio.*

6 *Relocatio non inducitur quando de contraria partium voluntate constat.*

7 *Obligatio Cameralis non censetur repetita in locatione tacita.*

DECISIO CCX.

LICET Instrumentum locationis hospitij factæ Frācisco Baratello per ministros Archiospitalis S. Iacobi Incurabilium de Vrbe 1. Maij 1596. ad nouennium futurum habeat expressam relationem ad locationem præcedētem cum omnibus eius pactis, & conditionibus, in cuius Instrumento expresse legitur renunciatio Inquilinatus, & cuiuscunque Decreti cameralis tamen pro parte eiusdem Hospitalis hodie ageretur contra eundem Baratellum ad euacuandum, disputato dubio in Rota, an contra eum esset relaxandū mandatum de euacuando. Domini negatiuam partem amplexi sunt, & fundamentum fuit quia dicta locatio celebrata 1. Maij quæ debebat incipere 1. Ianuarij 1597. fuit à custodibus eiusdem Hospitalis antequam inciperet reuocata in instrumento alterius locationis factæ 5. Nouembris 1596. D. Vrsulę, & D. Laurentio eius Viro, quæ etiam promisit, restituere Francisco scut. 700. ab eo soluta Hospitali locatori pro eleemosina, & conseruare indemne Hospitale à molestijs per Frāciscum inferendis, & litem in se, & suis sumptibus suscipere, cum mandatum Procuræ in persona eiusdem Laurentij, ad lites contra eundem Franciscum nomine Hospitalis mouerā ex quo sequitur, vt non videatur hospitale posse agere cōtram Baratellum ex contractu, quem reuocauit,

1 cum non solum † sibi obstet exceptio non implementi *ad text.in l.Iulianus §. offerri ff. de act.emp. & in terminis locationis est text in l. quæso §. inter locat rem ff.locat. & ibi Bar. & alij per Surd. conf.409.num 6. & seqq lib.3. Becc.conf.45.nu.6.*

2 *Magon.decis.Lucen 11 num.8.* † quæ exceptio retardat etiam obligationem cameralem, *Gall. ad form.cam oblig.p.4.q.1. nu. 7* sed etiam expressa contrauentio, cum in prima locatione promiserit Franciscum manutenere & defendere à quacunq. molestan. persona, in secunda vero cōstituerit procuratorem ad litem mouen. contra Franciscum,

3 & † sic quod in se fecit hospitale impugnauit dictam primam locationem, Vnde non potest hodie adherendo ex ea iuuari. *cap. ex eo de reg.iur. in 6. Gabr.concl 1.eod.tit.cum alijs per Surd.conf. 136.num 19 lib.1.*

Nec visum est subsistere, quod ista prima locatio fuerit conditionalis videlicet accedente consensu Francisci, quia ista conditio non legitur in instrumento locationis, sed in cedula mercatoris data pro parte Vrsulæ. In qua mercator promisit reddere Francisco scut. 700. *ogni volta, che haverà consentito all'Instrumento della locatione*, & sic ista prætensa conditio respicit solutionem pecuniarum, pro maiori cautela mercatoris, non autem resolutionum contractus gesti inter Vrsulam, & hospitale?

Non obstat quod Baratellus videatur continuasse in locatione ex quo inhabitauit hospitium & soluit pensiones iuxta formam primæ locationis quia placuit responsio quod Baratellus post introductam litem super dictis locationibus, deuenit ad compromissum cum Vrsula cuius vigore emanauit laudum in quo ipse fuit condemnatus soluere Vrsulæ pro eius pensionibus, & nominatim pro Inquilinatu; idest pro habitatione; vt declarauit Rota in causa inter Franciscum, & Vrsulam 2. Maij præteriti coram me, vltra scut. 300. & ipsa fuit condemnata defendere Baratellum a quibuscumque molestijs per hospitale inferen. occasione locationis, vnde si Baratellus continuauit inhabitare Domum, non magis videtur inhabitasse virtute primæ locationis sibi factæ, quam vigore laudi, & Iuris competentis Vrsulæ vigore secundæ locationis in cuius ipse locum successit ex laudo à Partibus emulgato, imo finito nouennio Baratellus per aliud quinquennium pacificè, quoad hospitale in eadem habitatione permansit, & sic videtur acquisiuisse ius Inquilinatus ex tacita ista reconductione, quæ non potest ascribi pacto in prima locatione apposito, quod locatio non facta disdicta intelligatur prorogata ad sex

4 menses in sex menses. † quia stante recessione à d. prima locatione. Imo eius impugnatione proparte hospitalis constituen. Procuratorem ad litigan. cum Francisco vt supra deductum est non potest esse locus d. pacto tum quia contractus approbatione

tione fuit indiuidui, & post Bald. in nihil de elect. tenuit Rot. in Placentin. beneficij 27. Octobris 1591. coram Seraph. quæ est dec. 540. num. 5. p. 1.
5 Tum quia tacita † ista relocatio non facta disdicta inducitur ex præsumpta voluntate partium,
6 l. quia certum ff. locat. quæ † cessat vbi constat de contraria voluntate prout in terminis tradit Alc. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 17. nu. 45. quem sequitur Menoch. eod. tract. lib. 3 præsumpt. 85. n. 42 Vnde videtur inhabitasse Franciscus potius ex no ua tacita reconductione citra ius competens in d. Instrumento, & ex ea adeptus ius Inquilini, vt
7 supra dixi, vel saltem in † ea non censeatur repetita Cameralis oblig. adeo vt agi non possit executiue ad relaxationem mandati. Bald. in l. legem in princ. C. locat. Afflict. decis. 365. num. 14. vers. non tamen, & num. 15. Ias. cons. 49. num. 12. lib. 3. Moder. interd. in tract. de locat. in tit. de renouat loca. quæst. 27.

Et ita fuit decisum &c.

R. P. D. ARIGONIO.

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. Restitutionis.

Mercurij 22. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 Agens vigore contractus vltra citroq. obligatory debet prius docere adimpleuisse ea, quæ adimplere tenebatur.
2 Iura nulliter extracta non probant.
3 Iura compulsata non probant, quando non fuerunt coram compulsore exhibita originalia.
4 Adimplementum præsumitur interuenisse quando is, cui erat adimplendum soluit, & de adimplemento non apposuit.
5 Contrauentio censetur remissa si de ea non fuerit oppositum.

DECISIO CCXI.

DVO de nouo fuerunt deducta pro parte D. Constantini, vt esset recedendum à decisis. Primum erat, quod constabat de solutione pro omnibus terminis, alterum, quod cum
1 † D. Lucretia ageret ex contractu vltra citroq. obligatorio deberet in primis docere fuisse adimpletum pro parte sua l. Iulianus 5. offerium ff. de act. empt. Quibus non obstantibus Domini noluerunt recedere, quoad primum dixerunt non cõstare de omnibus solutionibus, & presertim de
2 alimentis de anno 1589. iura † quæ ad hunc effectum sunt exhibita nihil probant vt nulliter extracta, & † ex nonnullis ipsorum coram Compul-
3 sore non fuerint exhibita orig nalia.
4 Circa secundum fuit dictum quod, cum† per tot annos Dominus Constantius partim sponte partim coactè soluerit, & nunquam apposuerit de adimplemento præsumitur omnia fuisse adimpleta, † vel saltem, si in aliquod Lucia contrauenerit
5 censeretur talis contrauentio remissa l. post diem. ff. de leg. commiss. gloss. & DD. in cap. potuit de loc. & conduct. Alex. cons. 14. col. fin. lib. 2.

Nec obstat protestatio facta de anno 1590. quia fuit facta post 7. vel 8. annos pro quibus fuerunt soluta alimenta absque aliqua protestatione, & sic de tempore de quo longe ante censebatur remissa omnis caducitas, & contrauentio si aliqua extitisset, vel omnia præsumebantur adimpleta pro parte ipsius D. Luciæ &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Cambiorum.

Ven. 10. Decembris 1632.

SVMMARIVM.

1 Instrumentum obligationis Camerali munitum non admittit exceptiones extrinsecas ab ipso contractu.
2 Veritas Cambiorum probatur ex literis redditus & partitis librorum ipsorum mercatorum.
3 Instrumenta quæ tantam habent inter se connexitatem dicuntur correspectiua, itaut, quod fuit promissum, vel dictum in vno censetur promissum, & repetitum in altero.
4 Ex diuersitate personarum vnitas contractus non bene inferri potest.
5 Idem quoque procedit quando est eadem persona, sed contrahit diuersis respectibus.
6 Sola rationis vnitas potest efficere, vt plura Instrumenta sint inter se connexa.
7 Siue etiam censetur causa finalis alterius.
8 Ad inducendam correspectiuitatem requiritur, vt actus vnus ita fiat contemplatione alterius, vt vnus sine alio valere non possit, siue de iure, siue de partium conuentione.
9 Quod procedit etiam in contractu dotali quod fit contemplatione matrimonij.
10 Idem quoque procedit quando se mutuo contrahentes obligant in contractu emptionis, locationis, permutationis, & alijs quatuor contractibus innominatis.
11 Cessante rerum, ac causa identitate cessare etiã debet omnis effectus correspectiuitatis.

DECISIO CCXII.

PETITA fuit in hoc dubio executio duorũ mandatorum quæ contra Petrum, & Carolum de Nappis ab A. C obtinuerant Bacelli mercatores occasione instrumẽti Cambij in quo promissi fuerunt per eosdem Nappios tam vsuræ, & interesse dictorum Cambiorum ad certam, & limitatam rationem scutorum quinque pro centenario, quam etiam extinctio sortis quæ fuit in summa scutorum 44. mil. post terminum sex annorum, etiam ex parte, & in certa portione, & summa, cum aduenisset dies in quo promissa fuit restitutio eiusdem sortis, & eorundem mandatorum, commissa mihi fuit per signaturam cum solita clausula si quid exequendum.

Et quia super iustitia cambiorum quæ dicebatur decurrisse nihil opponebatur, sicut neque
1 contra ipsum Instrumentum Cambij, † cum idem Instrumentum tanquam obligatione Camerali firmatum non admitteret exceptiones extrinsecas ab

ab ipso contractu vt per *Gallef. ad formul. Cammeralis obligationis par.4.q.1.num.8.Caffad. dec. vnica de mut petit. Mohed dec. 1. de except.* &
2 iustificatione cambiorum † darentur litteræ redditus; & partitæ librorum dictorum mercatorum ex quibus probari solet veritas eorumdem Cambiorum, vt habetur in *dec 951.num.1.par.3. diuerf.& fuit dictum in Romana Pecuniaria, seu Cambiorum 12. Iunij 1615.coram Card. Sacrato in Antonitana Cambiorum 9. Februarij 1619 coram* R.P.D. *meo Vbaldo & in Romana Cambiorum 12. Iunij 1629. coram R.P D. meo Motmanno.* Difficultas tota restringebatur ad exceptionem appositam pro parte illorum de Nappis ex alio Instrumento, in quo cum pro eadem summa scut. 44. mill. dedissent Baccellis in solutum quædam bona stabilia in statu Ferrariensi ex causa diuersorum creditorum, quæ habere ijdem dicebant cum hæreditate Alexandri fratris promiserant sibi Baccelli in dicto Instrumento, quod vera erant ea sua credita, propter quæ recipiebant tunc in solutum dicta bona, & quod talia forent se sustentaturos quoties opus esset cum validis scripturis, ex hoc autem instrumento ideo dicebant Nappij cogere posse Baccellos, vt probarent veritatem debiti, cuius causa illi egerant contra bona Alexandri dum ipse e contra ab eisdem Baccellis conueniebantur pro interesse, & sorte Cambiorum, quia cum statim post illud Instrumentum dationis insolutum, in quo dictum pactum continebatur factum fuisset aliud Instrumentum coram eisdem testibus, & Notario, in quo eadem bona sibi in solutum data vendiderunt Baccelli fratribus de Nappis, & occasione emendi eadem bona, etiam eadem die, & per eumdem notarium, atque in præsentia eorumdem testium confectum fuerit hoc instrumentum Cambij, vt in ipso Instrumento hæc causa expresse continebatur videbantur hæc omnia instrumenta eam habere inter
3 se † connexitatem, vt cum vnum ab altero distingui non posset quod fuit promissum in primo Instrumento dationis insolutum censeri etiam deberet repetitum in secundo, & tertio instrumento venditionis, & Cambij secundum naturam correspectiuorum de quibus in *l. etiam §. ex causaff de minor.l.conuent.C de rescind.vendit.& in l. alumna, §.seia ff. de adimen.legat.& refert præter alios Aym.conf.46t.num.3.Surd. conf.217. Verall.dec.235.par.1.Card.Seraph.dec.932.nu.9. & fuit dictum in Parmen. Datij 28. Iunij 1617. coram Reuerendissimo Domino meo Decano inter Recen. par.1 dec.428.*

In cuius articuli resolutione licèt plura visa fuerint Dominis posse considerari, ex quibus excluderetur eadem correspectiuitas, & percipue diuersitas ipsarum personarum, inter quas celebrati fuerant dicti contractus cum fratres de Nappijs, qui tanquam hæredes Alexandri dederunt Baccellis bona insolutum emerint postea proprio nomine eadem bona, & occasione eius emptionis dictam quantitatem & summam pecuniarum
4 ad cambium acceperint, itaut † ex hac diuersitate personarum, quam repræsentabant Nappij non bene inferri posset ad vnitatem contractus, vt tenuit *Bursat.conf.175.num.23.& voluit Mandel.*
5 *in consil. 178. num. 10.* in † his eisdem terminis quamuis vna, & eadem esset persona quæ diuersis respectibus contrahebat addocendo *l. debitor §. vltimo ff. ad senat.consult.Trebell.* Vnicum tamen fundamentum satis esse putarunt Domini ad decisionem huius dubij positum in ipsa rerum, & negotiorum diuersitate, quod sicut pro se solum ostendere poterat, vt ea non fuerit mens contrahentium, quod vnum sine alio Instrumento factum non fuisset, ita concludere videbatur quod
6 neque vnum erat ad terminationem alterius † dû hæc sola rationis vnitas poterat efficere, vt tria instrumenta essent inter se connexa, vt bene cõcludit, *Put. decis. 213. lib. 3. Mandel. conf. 45. num. 3 lib.1.& toto conf.178.lib.2.& notatur per DD. in l patens C. de pact. vbi Bald num.38.Dec. num.12.Castren.num.6,Iaf.num.14.* & alij com-
7 muniter † tanquam vnius pars censeri alterum deberet vt in *l. fundi partem, ff. de contrahen. empt.l.lecta vers. dicebam ff.si cert. petat. l. iurisgentium, §. quinimmo, ff. de pact. & latè Tiraquell.in l si vnquam verbo donatione largitus nu-*
8 *mero 117. C.de reuocan. donat.* siue † etiam causa finalis alterius, vt post *Alex. Socc.*& alios, quos adducit respondit, *Decian in consil.32 num. 116. lib.2. Giurb. dec.85.num.20 Surd. conf.381, numero.7.*
9 Cum † enim ad inducendam correspectiuitatem alterum ex duobus necessarium reputetur, vel vnus contractus, ita fiat contemplatione alterius, vt vnus sine alio valere non possit, siue de iure, vt de resignationibus, quæ fiunt ad fauorem dixit *Put.decis.511.par.2 Caffad. decis. 3. de renunciat.Mobed.decis.2.eod tit.& dec.8.de Iure-*
10 *patr.* & † in contractu dotali, qui fit contemplatione matrimonij est *text. in l.prima §. accedat C.de rei vxor. act. & in l. ex morte, C. de pact. dotal.& notat. Castren.in dicta l. patens num. 9. C. de pact.* siue etiam ex partium conuentione, quod est, quod pro cautela tradit idem *Castren. super ead.l.patens num.13.* in fine quem refert & sequitur *Mandel.in adducto conf 45.num.3. vers.*
11 *& cum superioribus*, † vel quod se mutuo contrahentes obligauerint respectu eiusdem rei, vt in contractu emptionis, locationis permutationis, & alijs quatuor innominatis de quibus in *l. naturalis supra ff.de præscript. verb.& in l.vltim.*
12 *ff. de acceptilat.* vt ideo † cessante hac identitate rerum, aut causæ cessare, etiam censeatur effectus omnis correspectiuitatis vt bene præter alios explicat *Menoch.de præsumpt lib.6 quæst.12. nu-39.sequen.doctrinam Bald.in d.l. patens.num.47. C.de pact.& tota ea quæst. Giurb.decis.85. nu.20.* & notauit ante omnes Idem *Bar. in l. aurelius, §.item quæsiti ff. de liber. legat.* ex vtroq. hoc capite bene inferebatur ad diuersitatem dictorum instrumentorum, & nullitatem exceptionis quæ tanquam effectus dictæ correspectiuitatis proponebatur a Nappis, vt possent excipere de veritate creditorum propter quæ data fuerunt Baccellis in solutum bona hæreditaria Alexandri tunc cum ab eisdem Baccellis conueniebatur ad solutionem cambiorum, pro quibus se in alio Instrumento obligauerant.

n R. P. D.

R. P. D. BICHIO

Fulginateñ Saluiani.

Mercurij 1. Iulij 1643.

SVMMARIVM.

1 *Census est species alienationis, & constituit ius reale, & specialem hypotecam super fundo censuato.*

2 *Impositio census super re emphyteutica prohibita alienari est ipso iure nulla.*

3 *Obligatio Cameralis apposita in instrumento census nulli operatur, vt agi possit pro fructibus saltem loco damnorum, & interesse contra imponentem censum, non autem contra successores rei alienari prohibitæ, ob quam prohibitionem erat nulla impositio census.*

4 *Census impositus super pluribus fundis, si alter ex illis fundis sit incapax substinetur in eo qui est capax.*

5 *Dominus census si acquirat dominium rei censuata irreuocabiliter census extinguitur ne detur seruitus in re propria.*

6 *Clausula ad habendum, & constituti probant dominium inter dantem, & recipientem.*

7 *Et accedente titulo habili ad res acquisitionem qualis est diuisio transfertur possessio.*

8 *Concordia præsumitur non habuisse effectum si non sit sequuta ratificatio in ipsa concordia promissa.*

9 *Concordia dicitur non habuisse effectum si bona, super quibus fuit facta transactio, reperiantur postea alio titulo cessa.*

10 *Concordia non præsumitur, ideoq; alleganti, quod fuerit effectuata incumbit onus probandi.*

11 *Identitas bonorum non probatur per testes deponentes de confinibus genericis, sed requiritur, vt deponant de specificis. & non aptis conuenire alijs bonis.*

12 *Exceptio crediti anterioris repellit creditorem posterioris agentem ex vtili saluiano interdicto.*

DECISIO CCXIII.

DENEGARVNT Domini immissionem petitam ex vtili saluiano interdicto à Petro Augustino de Luntis ad prædiũ possessum à Francisco, & alijs de Giosue ob defectum hypotecæ, probationis primi extremi, ac ob retentionem possessori competẽtem ex hypotecis anterioribus.

Quia agitur pro fructibus census olim impositi nomine Scipionis Barnabei sub fideiussione Faulinæ eius matris super vna domo sita in Ciuitate Fulginei, & super prædio stadiorum quinquaginta circiter existenti in territorio dictæ Ciuitatis in vocabulo la Rotta delle Caue. Sed super domo census non substinetur, quia ex instrumentis productis apparet esse emphyteoticam Ecclesiæ, & concessam ad tertiam generationem cum expressa prohibitione aliqualiter alienandi, obligandi, hypotecandi sine consensu Domini directi, & si secus fiat nõ valeat ipso iure, quæ prohibitio quia comprehendit etiã impositionem census, eo quod
1 est species † alienationis, & constituit ius reale, ac specialem hypotecam super fundo subiugato, *Co-
uar. var. resol. lib. 3. cap. 7. num. 6. Surd. consf. 162. num. 9. & seqq. Peregr. consf. 97. num. 8. lib. 1. Cinc. de censib. par. 1. cap. 2. quæst. 3. art. 1 num. 1. & 5.*
2 *Buratt. decis. 410 num. 3.* † efficit iuncta præsertim d. clausula irritanti. Alias &c. vt impositio census fuerit ab initio nulla ipso iure *Gaspar. Roder. de ann redd. lib. 1. q. 3. num. 7. Gratian. discept. 903. num. 9. Cinc. de censib. par. 1. cap. 2. quæst. 2. art. 3. num. 6. & seqq.* Rota *apud eundem decis. 74. nu. 2. & seqq. decis. 75. num. 1. decis. 76. num. 7. & in Romana census, seu depositi 21. Iunij 1641. coram Reuerendiss. D. meo* Decano

3 Nec pro † fructibus agi potest saltem loco damnorum, & interesse vigore obligationis Cameralis in instrumento census apposita, vt per *Cinc. de censib. par. 1. cap. 2. q. 1. art. 6. num. 41. & 42. decis. 785. nu. 7. & alios allegatos in* Romana *census 10. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro.*

Nam quicquid sit aduersus impositorem census, siue eius hæredes sanè pro huiusmodi damnis non competit hypoteca super bonis emphyteoticis ex pacto, & prouidentia in præiudicium vocatorum, cum prohibitio hypotecæ contentæ in inuestituris resisterit illius creationi à principio, & ita vocati non teneantur ad debita antecessoris, *Scrader. de feud. par. 7. cap. 7. num. 32. Giurb. de success. feud. s. 1. glos. 15. nu. 24 Gomez. ad l. tauri 40. nu. 72. Cinc. par. 1. cap. 2. q. 1. art. 6. nu. 44.* Rota *apud eundem decis. 60. num. 5. decis. 72. nu. 1.* & emphyteusim, de qua agitur esse ex pacto, & prouidentia fuit decisum *in Fulginaten. emphyteosis 28. Iunij 1627. coram bon. mem. Pirouano.*

4 Super prædio vero, † licet à principio validus fuerit census, quia imponi potest super pluribus fundis, vnoque existente non idoneo tenet super alio proportionabiliter ad eius capacitatem, *Cinc. de cens. par. 1. cap. 3. q. 3. art. 2. num. 21. & par. 2. cap. 2. q. 3. art. 8. num. 6. & seqq.* Rota *inter ibi impressas decis. 72. num. 9.*

5 Extinctus fuit, eo quod † dominium prædij censualis trãsijt irreuocabiliter ad Dominum census, ne detur in eodem subiecto actio, & passio, & seruitus in rẽ propria *Cinc. par. 3. cap. 1. q. 5. nu 12. & seqq.* Rota *ibid. decis. 299. num. 1. ex tex. in l. 1. ff. quemad. ser. amitt. l. neque pignus, ff. de reg. iur & decis. 576. sub num. 25. par. 5. recent. decis. 276. num. 6. par. 6.* vt probatur ex publico instrumento diuisionis initæ de anno 1633. inter Guidum Antonium Seggium, & Petrum Augustinum de
6 Luntis aduersarium cum † clausulis ad habendum, & constituti, quæ probant tradentis dominium inter ipsum, & recipientem, *Grat. resp. 42. nu. 12. lib. 2. Tiraquell. de const. poss. lim. 1. num. 23. vers. sed quod dicimus,* Rota *decis. 766. num. 11. par. 1.*
7 *diuer.* † & accedente titulo habili ad illius acquisitionem qualis est diuisio, dominium transferunt. Rota *decis. 662. num. 4. par. 1. diuers. decis. 135. numer. 24. par. 6. recen. & in* Romana *vineæ 9. Aprilis 1612. coram bon. mem. Vbaldo seniore.*

Nec obstat, quod triennio ante idem prædium in quadam concordia legatur assignatum eidem Petro Augustino aduersario nomine Vrsulæ vxoris. Potius enim attendi debet posterius instru-
8 mentum diuisionis, cum concordiam † nõ habuisse effectum constet, tum quia non probatur illius

rati-

ratificatio ibi promissa nomine Marci, Mariæ, Olindæ, & Rodericæ quin potius Olinda, & Rodorica cesserunt eorum iura Francisco Giosue reo
9 conuento; tum † etiam quia postea prædium fuit, vt supra assignatum alio titulo Petro Augustino nomine proprio, quod quia alias fieri validè non potuisset arguit concordiæ præcedentis ineffectuationem *Put. decis. 298. in fin. lib. 3. in correct. Rota decis. 706. nu. 18. par. 3. recent. facit decis. 237. sub num. 48. vers. unum tamen coram Reuerendiss. Vrgellen. & fuit dictum in Perusina beneficij 4.*
10 *Iulij 1628. coram bon. mem. Penia,* & † aduersario allegantí concordiam incumbit onus probandi, quod fuerit effectuata, quia cum sit facti non præsumitur *Caputaq. decis. 11. num. 15. par. 1. ex tex. in l. in bello, §. facta, ff. capt. & postlim. reuers. Rota in d. Perusina beneficij coram Penia.*

Deficit etiam probatio alterius extremi, nempè, quod Scipio impositor census, seu Faustina, quæ fideiussit possederint prædium, de quo agitur,
11 quia testes ad id inducti † non concludunt identitatem, cum deponant solum de confinibus genericis, non autem de specificis, & non aptis conuenire alijs bonis, vt requiritur *Bart. in l. demonstratio num. 15. in fin. ff. cond. & demonstr. Bald. in l. hac consultissima nu. 5. in fine, C. qui testam. fac. poss. Seraph. decis. 1137. num. 1. & 2. sanct. mem. Greg. XV. decis. 455. num. 10. Caualer. decis. 578. num. 1.*

Tandem competit possessori retentio pro credito anteriori sc. 1200. promissorum per Faustinã Lucretiæ filiæ de anno 1615. & pro quibus de anno 1625. fuit contra eandem Faustinam, & hæredes Scipionis impositoris census relaxatum mandatum ab Eminentissimo D. Cardinali Bichio meo fratre tunc, ac Locumtenente ad instantiam ipsius Lucretiæ, cuius filiæ cesserunt deinde iura d. crediti Frãcisco reo conuento, nec dubitari po-
12 test, † quin exceptio crediti anterioris appellat creditorem posteriorem agentem ex vtili saluiano interdicto *l. 1. ff. qui pot. in pign. hab. Mant. decis. 74. num. 11. decis. 176. nu. 6. apud Pacif. de saluian. & alias sæpissimè.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Anconitana Pecuniaria.

Lunæ 27. Martij 1623.

SUMMARIUM.

1 *Decretum Iudicis de extendenda obligatione Camerali non sufficit, sed requiritur, quod cum effectu extendatur quando instrumentum fuit in partibus celebratum.*
2 *Quod non procedit in Curia Romana, nam de eius stylo sufficit decretum Iudicis de extendenda obligatione Camerali.*
3 *Facta citatione ad dicen. contra iura, & extendi formam, & pendente termino ad deponendum contra iura, officium Iudicis quiescit.*
4 *Stylus Curiæ seruari debet.*
5 *Exceptio simulationis non retardat executionem obligationis Cameralis.*
6 *Maximè quando simulatio non est concludenter probata.*
7 *Simulatio de iure non præsumitur.*
8 *Commodum vbi adest cessat omnis suspicio simulationis.*
9 *Simulationis præsumptio contraria præsumptione tollitur.*
10 *Simulatio per quam de vna ad aliam causam fit transitus, vel non meretur nomen simulationis, vel saltem non est simulatio improbata.*
11 *Ad probandam simulationem necessarium est probare modicitatem pretij.*
12 *Exceptio simulationis non retardat executionem obligationis Cameralis, quando simulatio non concernit ipsam obligationem.*
13 *Relatio censetur esse in referente cum omnibus qualitatibus suis.*

DECISIO CCXIV.

ALEXANDER Nappius erat debitor Ioannis Paluncij in scutis 1250. quæ cũ vellet soluere Carolus frater Alexandri pro rata scutorũ 9950 dedit insolutum d. Ioanni creditori quamdam domum cum certis suis membris &c. & pro reliquis scutis bis mille, de quibus nunc agitur, vnam petiam terræ cum pacto illam redimendi infra quindecim menses soluendo pretium hoc modo, nempe scuta mille intra decem menses decurrẽdos à die contractus, & alia scuta mille inde ad alios menses quinq; pro quibus omnibus se obligauit in forma Cameræ cum iuramento, vt in instrumento inter illos celebrato.

Et cum prædicti mẽses quindecim fuerint elapsi absque eo quod prædicta scuta 2000. fuerint soluta, fuit coram A.C. conuentus D. Nappius ad dd. scuta 2000 soluen. iuxta formam suæ obligationis & à R.P.D. Sacchetto Iudice deputato fuit contra illum decretum, & relaxatum mandatum à quo decreto cum fuerit appellatum, & causa in Rota mihi commissa cum clausula si quid exequẽdum, & Domini affirmatiuè responderunt cum fuerit relaxatum in vim obligationis Cameralis, quæ habet exequutionem paratam.

Nec visum fuit obstare, quæ contra validitatem prædicti decreti adducuntur pro parte Caroli, nẽpè quod cum instrumentum fuerit celebratum in partibus, antequam relaxaretur mandatum in vim obligationis Cameralis erat necessaria extensio dictæ obligationis ad *Rom. cons. 153. nu. 6. vers. quoad tertium, Rot. decis. 6. de offic. delegat. in nouis* cum aliis adductis in *decis. 39. nu. 2. inter impress. apud Moder de oblig. Cam.* quia fuit responsum,
2 quòd de stylo inueterato † Tribunalis A.C. sufficit decretum Iudicis de extendenda obligatione, absque eo quod realiter extendatur *Salust. Tiber. in praxi A.C. lib. 1. cap. 29. in fin. & fuit dictum in vna Florentina Foreria 1. Iunij 1605. coram bon. mem. Penia,* vbi aliæ decisiones allegantur, & quamuis decretũ de extẽdendo dictam obligatio-
3 nem fuerit † factum sub vnica citatione ad dicen. contra iura, & videndũ extendi &c. ex eo quod videatur, quod interim dum pendebat terminus ad opponendum contra iura officiũ Iudicis conquie-

sciebat iuxta textum *in l. siue pars*, C. *de dilat. Rot. decis.* 30. *de iudic. in antiq.* attamen visum fuit
4 Dominis † hoc non obstare cum ita seruetur de stylo, vt per *Salust. vbi supra, & cap.* 31. *num.* 4. & 5. vbi ad litteram hoc dicit vnde stylus seruari debet.

Minus obstant, quæ contra iustitiam præsertim
5 opponuntur, †exceptio enim simulationis adhuc non potest retardare exequutionem obligationis Cameralis, *Rot. decis.* 123. *num* 2. *par.* 2. *diuers. &* 620. *num.* 6. *par.* 1. *recent. Gallesi de obligat. Cam.*
6 *quæst.* 58. *num.* 3. maximè quando † dicta exceptio non est concludenter probata, *Cæsar. de Grass. decis.* 16. *num.* 10. *de probat. Rot. decis.* 195. *in 6n. coram fel. recor. Greg. XV. & fuit dictum in vna Terracinen. domus* 29. *Nouembris* 1605. *coram me*, vltrà quòd de dicta simulatione non constat,
7 & de iure † non præsumitur per *tex in l. quamuis, vbi Bald.* C *si quis alteri*, *vel sibi*, *Dec consil.* 491. *num.* 4. *Paris. cons.* 54. *num.* 7. *lib.* 1. Nec potest præsumi simulatio ex illa coniectura, quæ solet in hac materia considerari, nempè vt recipiens in solutum possit sub specie talis cōtractus lucrari fructus, quos alias ex contractu pignoris non recepisset, quia cessat in hoc casu, in quo D. Nappius post huiusmodi dationem insolutum possessionem continuauit, & fructus percepit, vnde potius ex illa
8 reportauit commodum ex † quo excluditur quælibet suspicio simulationis, & fraudis, *Bart. cons.* 165. *num.* 1. *vol.* 1. *Mant. de tacit. lib.* 8. *tit.* 25. *num.* 37. & eliditur omnis conlectura, quæ possit adduci,
9 cum præsumptio † simulationis, contraria præsumptione tollatur, *Honded. cons.* 33. *num.* 58. *& seq. & fuit dictum in d. decis. coram fel. recor. Greg. XV. num.* 2. *&* 15. Et propterea cum Ioan. fructus, nec possessionem prædij habuisset. sed penes Nappium remansisset, idem est ac si contractus pignoris fuisset à parte inter eos celebratus, & sic quoad contrahentes eam pignoris, & dationis insolutum
10 æquipollebant, † quo casu simulatio per quam de vna ad aliam causam fit transitus, vel non meretur nomen simulationis, vel saltem non est simulatio improbata, *Bald. in l. si sub specie num.* 3. *C. de postulat. Mandos. cons.* 97 *num.* 37. *& seqq. Honded. cons.* 31. *nu.* 3. *Farinac. de simulat. & falsit. q.* 162. *num.* 43.

Nec ex pacto redimendi in dicta datione insolutum apposito potest præsumi in fraudem vsura-
11 tum, quis † vltra quod non probatur modicitas pretij, quæ est necessaria ad inducendam dictam simulationem, *Aymon. cons.* 176. *num.* 8. Ioannes ex supradictis nihil ex dicta datione insolutū percepit, vnde cessat ratio quod interim voluerit esse certus de lucro, & ideo non obstat adducta *in Mediolanen. pecuniaria* 27. *Ianuarij coram Illustriss. Merlino*, quia in casu illius decisionis plura concurrebant, quæ cessant in casu nostro.

Et in omnem casum quamuis dicta datio insolutum fuisset simulata non agitur de exequutione circa ipsā dationem, sed agitur ex eo, quod Nappius elapsis 15. mensibus nō redemit petiam terræ, nec soluit scuta 2000. ad quæ soluēdum se obligauit. Vnde cum obligatio Cameralis non cadat
12 super solutione dictorum † scutorum 2000. exceptio dictæ simulationis non potest retardari illorum solutione, nec minus exequutionem obligationis Cameralis super dicta solutione appositæ.

Non obstat, quod dictus Nappius fuerit citatus simpliciter ad soluen. scuta 2000. non autem ad redemptionem pretij per insolutum dati ad quem effectum erant soluenda dicta scut. 2000. quia fuit responsum, quod Ioannes habuit relationem ad formam obligationis, & propterea pretio continebat omnia contenta in obligatione pretij, nempè vt solutio fiat in causam redemptionum pretij dati insolutum. Attendi enim debet obligatio ad quam
13 fuit habita relatio, † cum relatio censeatur esse in referente cum omnibus qualitatibus suis, *l. asse toto, ff. de hæredib. constit. Aym. cons.* 45. *num.* 4. *Surd cons.* 105. *num.* 3. *& decis.* 212. *num.* 14.

Ex quibus ita fuit conclusum &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Legitimæ.

Veneris 22. *Maij* 1643.

SVMMARIVM.

1 *Filio naturali ex bonis paternis debentur duæ venciæ pro alimentis.*
2 *Legitima relicta à Testatore filia naturali non comprehenditur in illis duabus vncijs, quæ ipsi filiæ ratione alimentorum debetur.*
3 *Legitima filij legitimi, & naturalis est triens.*
4 *Filys naturalibus non debetur legitima, nec possunt contra paternum testamentum conqueri.*
5 *Testator non habens filias legitimas potest relinquere naturalibus.*
6 *Rota de stylo non concedit viam exequtiuam pro legatis.*
7 *Si reperiatur commissa causa in Rota cum clausula, Qui ad vlteriorem &c. Rota tantum declarare debet, an sit locus, vel non vlteriori exequutioni.*

DECISIO CCXV.

DOMINI censuerunt esse procedendum ad vlteriora in executione sententiæ A. C. latæ ad fauorem Faustæ Victoriæ cōtra Mutium Ciampam, nam oppositio facta pro parte d. Mutij quod legatum legitimæ factum d. Faustæ Victoriæ non intelligatur de legitima, quæ est tertia totius hæreditatis, visa fuit non releuare, quia quicquid fit de eius legitimatione ab hac difficultate abstrahendo, tamen expressè constat de voluntate testatoris, quod illam tractare voluerit tanquam filiam legitimam, & naturalem iubendo, vt assequatur legitimam ibi portionem legitimæ, *ancorche de iure non se li douesse, potesse in qualsiuoglia modo, o per qualsiuoglia causa, & occasione esserli controuersa*, cum in duabus vncijs, † quæ naturali, non
1 ratione legitimæ, sed pro alimentis debentur *§. cō-*
2 *sideremus, Auth. de trient. & semiss.* † verba testatoris, legando legitimam verificari non possunt, nec nomen legitimæ competit successori de duarum vnciarum, quæ dantur loco alimentorum,
3 *Honded. cons* 95. *num.* 67. de illa legitima, † quæ filiæ naturali, & legitimæ debetur interpretanda sunt, quæ est triens iuxta *Text. in §. frequenter, Auth.*

Auth. de trient. & semiss. alids illa verba, *ancorcorche de iure non si douesse*, essent superflua,;
4 †quia filijs naturalibus nulla debetur legitima, nec contra paternum testamentum conqueri possunt *Peregr. de fideicom. art. 46. nu. 40. & cons. 27. num. 2. lib. 3. Crass. de success. in § legitima quæst. 3. nu. 2. Modern. de legitima lib. 1. tit. 2. quæst. 4. nu. 2.*
5 Quare cum voluntas patris sit clara, & de † eius potestate relinquendi filiæ naturali, dubitari non possit stante defectu filiorum naturalium, & legitimorum, ac vxoris testatoris, *Modern. de legitima d. lib. 1. tit. 2. quæst. 4. num. 8. Sanchez lib. 4. cons. moral. cap. 4. dub. 16.* Meritò Domini pro vlteriori exequutione sententiæ A. C. tanquam validæ, & iustæ responderunt.
6 Nec obstat, † nullitas deducta ex stylo Rotæ, quę pro legatis non concedit viā exequutiuā, quia
7 exequutio hic est cœpit iuxta stylum A. C. † & stante commissione cum clausula, (quatad vlteriorem &c. Rota tantum declarare habet, an sit locus, vel non vlteriori exequutioni iuxta decisionem *Sabinen. terrarum 11. Decembris 1617. coram bon. mem. V baldo impressa apud Modern. ad stat. Vrbis decis. 9.*

Cætera quę sunt leniora tolluntur ab informantibus.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Census.

Mercurij 21. Maij 1631.

SVMMARIVM.

1 *Data nullitate contractus principalis nulla remanet obligatio fideiussoris, declara vt num. 2.*
3 *Res aliena vendi potest.*
4 *Promittens euictionem rei, si sequatur euictio tenetur ad damna & inter. sse, & num. 7.*
5 *Obligans in forma Cameræ tenetur ad damna, & interesse.*
6 *Interesse quando dicatur liquidum.*
8 *Tutor obligatus pro pupillo insolidum in contractu nullo ob defectum solemnitatum, si cogatur soluere, repetit à pupillo dum contractus ipsi pupillo fuit vtilis.*

DECISIO CCXVI.

POSTQVAM Rota coram me 14. Iunij 1629. resoluit censum impositum per D. Antonium Bouium in pupillari ætate existētem cum fideiussione Dominici Turini tutoris non sustineri ob non seruatas solemnitates requisitas ex statuto Bononiæ, & successiuè 16. Ianuarij anni præteriti fuerit resolutum, tutorem teneri ad restitutionem pretij eiusdem census, non solum quia constabat, illud peruenisse ad manus illius, sed etiam quia in eodem Instrumēto census se obligauerat, vti principalis, principaliter, & insolidum sub obligatione in forma Cameræ, dubitabatur, an fructus percepti à Montesancto emptore cēsus essent in sortem imputandi, & negatiuè fuit resolutum non obstante nullitate impositionis census, & obligationis Bouij principalis.

1 Quia licet † data nullitate contractus principalis remaneat nulla obligatio accessoria fideiussoris *l. cum lex, & l. fideiussor obligari, ff. de fideiuss. & dicit Cephal. cons. 43. num. 28. & Bart. in d. l. cum lex*, quando contractus ob defectum formæ
2 est ab initio nullus; nihilominus † ex quo census non est nullus propter defectum prouenientem ex iuris communis dispositione, sed propter defectum solemnitatum requisitarum à Statuto Bononiæ, obligatio fideiussoris qui insolidum, & tanquam principal s se obligauit sustinetur *Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 321. decis. 560. & 564.* vbi fuit contra fideiussores pupilli in censu declarato nullo, relaxatum mandatum tam pro restitutione sortis, quàm solutione fructuum loco damnorum, & interesse, idem tenuit *Rota in Tudertina census 26. Martij 1600. coram bon. mem. Iusto apud Cenc. de censib. decis. 138. cum alijs allegatis in supradicta decisione coram me 16. Ianuarij superioris anni*. Ex obligatione enim, qua fideiussor constituit se principalem debitorem non solum tenet idem census, ex persona ipsius fideiussoris, sed valet etiam respectu
3 ipsius fundi censuati, cum † res aliena possit vendi, *l. rem alienam, ff. de contrah. empt. l. cum res, C. de probat. Affl. & decis. 40. num. 3. Rota in allegata decisione coram Iusto penes Cinc. d. num. 6.*

Et cum Turinus non solum se obligauerit vti
4 principalis, & insolidum verū etiam præcisè † promiserit euictionem fundi censuati, & quod census esset, & futurus esset bonus, & rectè factus eundemque talem perpetuo manutenere, teneretur ad damna interesse, tam propter obligationem, & euictionem *l. venditor, ff. de euictione, l. si eum venditor, §. fin. l. euicta re, ff. eodem. Rota in Placentina euictionis 9. Maij 1589. coram Piatto*; & in his terminis de tutore fideiubēte in cōtractu sui pupilli, *Rota coram Seraphino decis. 324. num. 7. vers. ideo tutor, & fideiussor*, quam propter obli-
5 gationem † Cameralem *Gallesi. ad formam Cameral. par. 1.* in formula. quæ nunc est in vsu nu. 60.
6 Et idem interesse † est liquidum ex ipso Instrumēto impositionis census, vbi fructus taxantur ad certam rationem, & summam absque aliqua probatione requisitorum *Paul. de Castr. Seraph. decis. 383. num. 6. & decis. 787. num. 17. & sequen. Rot. post Cinc. de censib. decis. 58. num. 6. & in allegata decis. 138. num. 8.*

Supposita autem obligatione tutoris valida, cum ipse teneatur de euictione census, ac fundi, censuati, statim ac sequuta fuit eorum euictio, & factus locus stipulationi de euictione propter oppositionem nullitatis factum à Bouio pupillo, & à Rota canonizatum, vt in supradicta dec sione coram me 14. Maij 1629. necessario sequitur, quod
7 † ipse teneatur ad restitutionem sortis, & fructuum loco damnorum, & interesse, ex quo in promissione de euictione vtrumque comprehenditur ex iuribus supra allegatis, quod procedit indistinctè siue pecuniæ cesserint in vtilitatem ipsius pupilli siue
8 non, si † enim pecuniæ versæ fuerint in vtilitatem pupilli, mediante extinctione aliorum eiusdem pupilli debitorum, iā tutor habet relentionem in bonis pupilli, tam pro sorte, quam pro fructibus, vt sunt *Text. in l. prædiorum, & ibi, si pretium*

C. si præd. min. late Osasch. dec. Pedemont. 160. numer. 16. & seq. Si verò in vtilitatem ipsius pupilli non cesserunt, sibi imputabit tutor, qui hoc non fecit, & ex propria obligatione teneri voluit non solum de euictione, & defensione, ac manutentione census, sed illum fore & esse bonum, & rectè factum.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. ROIAS

Romana Censuum.

Veneris 16. Martij 1646.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum ad instantiam fideiussoris contra confideiussorem pro integra summa dicitur excessiuum cum respectu medietatis dicitur debitum proprium ipsius fideiussoris.*

2 *Mandatum nullum ratione excessus venit reuocandum.*

3 *Executio excessiua, licet in modico, reputatur nulla in totum ob illius indiuiduitatem.*

4 *Cessio iurium reportata à fideiussore contra confideiussorem dicitur inefficax pro ea parte, quæ tangit ipsum fideiussorem.*

5 *Debitor principalis ille venit reputandus, ad quẽ peruenit commodum contractus; Alij vero fideiussores.*

6 *Fideiussor remanet obligatus pro integra summa.*

7 *Fideiussor in forma Cameræ obligatus non potest opponere remedium excussionis principalis debitoris.*

8 *Remedium cessionis bonorum non conceditur debitori, nisi constito de inopia.*

9 *Quem decessisse non soluendo ex quibus probetur & num 10.*

11 *Fideiussor agere non potest contra coobligatos, nisi dempta portione ad ipsum spectante, & numer. seq.*

13 *Creditor quando dicatur licitare, vt creditor, & quando vti extraneus.*

14 *Creditor, cui vti tertio fuerunt adiudicata bona debitoris non potest redire ad primeua iura sequuta euictione bonorum.*

15 *Secus si bona fuerint adiudicata tamquam mero creditori cum reseruatione iurium.*

16 *Deliberatio bonorum debitoris licet legatur facta creditori vti tertio, tamen si ex pactis in ea appositis contrarium apparet venit de ea iudicandum, prout de deliberatione facta creditori.*

17 *Creditor qui iniustè licitatus fuit bona debitoris tenetur et ad refectionem damnorum, & expensarum.*

18 *Obligatus in forma Cameræ tenetur ad damna, & interesse.*

19 *Dolus & mala fides dicitur pati stante enormissima læsione.*

20 *Deliberatio facta tertio substineri solet propter bonam fidem.*

21 *Mala fides præiudicat non solũ ei qui est in mala fide; verum etiam eius heredi.*

22 *Præsumitur quis informatus de statu eorum qui sunt sibi sanguine coniuncti.*

23 *Scire quis præsumitur ea quæ sunt notoria.*

DECISIO CCXVII.

FVIT hodie resolutum sententiam R. P. D. mei Celsi confirmatoriam alterius sententiæ Eminentiss. D. Cardinalis Cecchini esse confirmandam tamquam validam, & iustam, dum in ea declaratum legitur excessiuum mandatum ab A.C. relaxatum pro scutis 1456. ex causa fructuũ census scut. 1300 ad fauorem Cosmi Iacomelli hæredis Fœlicis de Americis con DD. Iacobum Alberinum, & Antonium de Drago hæredes Tiberij de Cithera obligatos in eodem censu aliàs imposito ad fauorem Hortensij Vitelleschi, postea del 1613. cesso dicto Felici, qui census fuit impositus pro seruitio affictus Rocchæ prioris conducti del 1573. ab eodem Tiberio de Cithera, Vincentio de Americis, & Alberto Paleario.

1 Excessus † præfati mandati A. C. eliciebatur in præsenti potissimum ex Apoca confecta de anno 1577 in qua declaratum legitur, quod quatuor fratres de Americis nempe Vincentius, Petrus, Americus, & Fœlix remanerent obligati ad solutionem medietatis scut 2470. casu quo Albertus Palearius alter ex affictuarijs d. Castri, quique dictam summam in se accollauerat, defecisset in solutione; prout euenit ob illius decoctionem, pro alia vero medietate teneretur ad solutionẽ Virginia Mater, & tutrix filiorum Tiberij de Cithera, qui pariter fuerat Affictuarius, vt denotant verba illa Apocæ, ibi, *si dichiara, che se per qualsiuoglia accidente M. Alberto non pagasse detti scudi 2470 che madonna Verginia sia tenuta pagarne la metà & l'altra metà M. Pietro, & fratelli, essendo che tutti li debite che si son fatti per il fitto di Rocca Priora, & particolarmente nelli doi sudetti censi di scudi 2300 fossero, & siano obligati li heredi di Misser Tiberio sopradetto, & Misser Pietro, & fratelli in solido.* Inde dum Iacomellus hæres dicti Fœlicis tamquam Cessionarius d. census scutorum 1300. egit contra hæredes Tiberij de Cithera pro tota summa dd. fructuum census, resultat ineuitabilis excessus, dum illi solum competebat actio pro medietate contra præfatos de Cithera iuxta tenorem dictæ Apocæ, cum respectu alterius medietatis esset debitum proprium eiusdem Fœlicis ob fideiussionem factam d. Vincentio fratri simul cum alijs fratribus; propterea etiam Felix remansit obligatus in solidum *Ronchegall. in l. eadem num. 59. ff. de duob. rete Crauett. cons. 91. num. 11. vers. solum superest. Corn. cons. 316. n. 3. lib. 3. Osasch. dec. 44. numer. 16. Cocein. decis. 77. num. 2.*

2 Quocirca mandatum † ab A. C. relaxatum, & executum pro summis excessiua ratione excessus bene fuit per præfatam sententiam reuocatum cũ concessione reintegrationis Alberino debitori ad domum nulliter, & iniustè subhastatam cum omnibus inde secutis iuxta theoricam *Bart. in l. si nõ sortem §. si centum, vbi communiter DD. ff. de condit. indebit. Afflict. dec. 218. num. 3 & 4. Rota par. 1. recent. dec. 359. nu. 8 & par. 2. dec. 030. nu. 3. Buratt. decis. 91. num. 2. vbi Adden. nu. 4.* adducit con-

concordantes, *& in Rom. spolij coram Iusto impress. penes Marches. par. 1 fol. 1248. n. 2. Greg. XV. dec. 198 num. 1. & 485. num 4 Duran. dec. 81. n. 2. & in Ariminen. Molendini prima Iulij 1640. co-*
3 *ram R. P. D. meo Bichio*, ex quo † quæcumque ex-
cessiua executio, licet in modico, in totum repu-
tatur nulla ob illius indiuiduitatem *Cart. iun. in d. l. si non sortem §. si centum nu. 2. ibi Iason. nu. 1. ff. de condit. indebit. Put. dec. 315. num. 2. lib. 1. in correct. & in recent. decis. 630. nu. 3. par. 2. Greg.*
4 *& Duran. vbi proxime*, ita & taliter, vt cessio † Iu-
rium census fuerit inefficax pro alia medietate
spectante ad eumdem Fœlicem habentem cessio-
nem, ad iurium translationem *ad text. in l. nulla C. de solut. Castrens in l. modestinus sub nu. 4. vers. & nihil autem, & nu. 5. vers. personale ff. de solut. Greg. XV. dec. 68 nu. 5.*

Nec fuit in dubium reuocatum quin Vincẽtius
Americus fuerit socius in dicto affictu vna cum
Tiberio de Cithera, ac Paleario. Petrus vero A-
mericus, & Fœlix fideiussores d. Vincentij fratris,
vt ex verbis d. Apocæ in ordine ad extinctionem
census, de quo agitur, facti occasione societatis
5 d. Affictus; inde sequitur Vincentium † reputandũ
esse principalem, reliquos autem fratres de Ame-
ricis meros fideiussores *iuxta l. 1. ff. qui satisdare cogantur Bar. in l. reos ff. de duob. reis Rota in rec. decis. 487. nu. 1. & 2 par. 5. tom. 2. & par. 6. dec. 41.*
6 *num. 10* Vnde † omnes fratres de Americis re-
manserint insolidum obligati ex natura fideiussio-
nis *§. si plures, Instit. de fideiuss. Maur. de fideiuss. cap. 4. nu. 19. & 23. Ciriac. contr. 327. numer 65. Bertazzol. Claus. 39. glos. 7. num. 2. vers. quia Rota decis. 77. num. 2. coram Coccino*, quapropter venit
dicendum Fœlicem prælatum tamquam fideiusso-
rem remansisse insolidum obligatum cum præfa-
tis de Cithera statim atq; dictam Apocam subscri-
7 psit, nec † valuisse opponere remedium excussio-
nis attenta obligatione Camerali *Rot. post Zacch. de oblig. Cam. dec 5. num. 10. & dec. 69. numer 4. & 118. num. 7. Tomat. dec. 51. num. 16. & dec. 96. num. 28.*

Palearium vnum ex socijs dicti affictus non
potuisse persoluere ob illius decoctionem, non
fuit controuersum, in cuius deficientiam d. Fœlix
se obligauit, quæ decoctio admittitur etiam in
decis. coram me in hac causa emanata 27. Aprilis
1644 *§. si vero attendatur*. Vltra quod constat
de cessione bonorum iudicialiter ab eodem facta
vsque de anno 1579. *Sum. Iacobi numer.* 8. quod
8 † remedium non conceditur, nisi constet de ino-
pia *Ang. cons. 61. per totũ Feder. de sen. cons. 193. circa finem Petrus Greg. Syntag. Iur lib. 22. cap. 8. num. 2. et per totũ cum alijs per D. Federic. Artas de Meusa variar. resol. lib. 2. cap. 36. nu 24. Giurb. dec 41. num. 1.*

9 Petrum † vero decessisse non soluendo idem Ia-
comellus auctor Patrum Oratorij confessus fuit,
dum reddendo rationem nomine Fœlicis hæredis
beneficiarij dicti Petri fratres asserit detracta solu-
tione nonnullorum debitorum nil amplius in hę-
reditate eiusdem Petri remansisse *glos. in l. 1. quam Baldus esse menti tenendum ait, et in l. cum de lege ff. de probat. Bart in l. si constante in prima q. nu. 7. vers. et primo discutimus ff. solut. matrim. et in l. stimus, §. licentia nu. 1. C. de iur. delib. Guidopap. decis. 142. nu. 3. Adden. ad Rom. cons 279. littera I. verbo probatio.*

10 Quod † autem pariter decesserint non soluendo
tàm Vincentius, quàm Americus fratres, proba-
tum fuit ex quampluribus iuribus productis, præ-
sertim mandatis contra ipsos relaxatis, fide execu-
toris quod non inuenerit bona super quibus po-
tuerit fieri executio, iuncta deputatione curato-
ris super eorum hæreditatibus iacentibus citato
ipso Iacomello ad declarandum an vellet esse eo-
rum hæres, necnon ex testibus mox in Rota exa-
minatis hoc bene probantibus, dum aiunt illos
decessisse ante d. Fœlicem pauperrimos, & non
soluendo, quodque dum viuerent, latitabant, nec
de proprio viuere valebant, nisi à Fœlice fratre,
alijsque consanguineis alimenta, aliaque necessa-
ria subministrata fuissent, ex quibus bene hoc pro-
batum remansit, nec nõ ex publica voce, & fama,
Ripa in l. si ventre §. in bonis numer. 7. ff. de priuil. credit. Bart. in l. si constante nu. 10. ff. solut. matr. Surd. cons 508. num. 38. Scacc. de camb. §. 2. glos. 5. num. 445. in fine, Rota Ianuen. decis. 168. num. 5. cum seqq. Rota post Cenc. tract. de cens. decis. 85. num. 5. quibus concurrentibus remansit hodiè
plenè probata impossibilitas soluẽdi præfatorum
de Americis, ac Palearij decoctio.

Indeq; Fœlix siue Iacomellus hæres remansit
obligatus medietatem d. cẽsus soluere de proprio,
non autem tertiam partem, vnde fuit excessiua
11 executio aliter emanata, nec † d. Fœlix obligatus
erga creditorem census insolidum, vt in d. Apoca,
& firmatur in decisione iam facta *§. vltra quod*
valebat agere contra hæredes de Cithera coobli-
gatos, nisi prius dempta medietate ad eumdem
Fœlicem spectante *ad l. vt fideiussor ff. de fideiussoribus, l. cum alter 11. C. eod. tit. Parlad. rer. quotidian. lib. 2. cap fin. 4. par. prin. §. 6. num. 1. cum seqq. Henriq. de fideiuss. cap. 27. par. 3. num. 10 28. 29. Franch. decis. 55. numer. 1. et seqq. Rota in recent. decis. 732. num. 1. part. 2. & 353. numer. 12. part. 6. Greg. XV. decis. 190. num. 1. vbi Adden. num. 3. & post Cenc. de censib. decis. 178. numer. 3. et 348. numer. 28.*

Comprobatur etiam excessus ex eo, quod exe-
cutio super domo, de qua agitur, facta non fuit
pro illa tertia parte crediti Fœlicis; nempè pro
scutis 485. quæ tangebant Petrum, cum manda-
tum respectu d. summæ fuisset reuocatum de tem-
pore executionis, & cum vltra istam portionem
12 Fœlix † deberet etiam detrahere suam virilem
portionem, quæ erat ad minus scutorum 182. vt
in calculo Patrum Oratorij, & admittitur etiam
in d. decis. in hac causa 27. Aprilis 1644. §. quapropter dum antiqua Greg. XV. decis. 190. num. 1. vbi Adden. nu. 3. et in decis. 859. num. 1. par. 4 diuers.

Prædictis omnibus accedit pro augendo excessu,
quod hæredes de Cithera extinxerũt de anno 1593
alterum censum scutorum 1000. impositum ad
fauorem Iacobi Mathes pro eodem affictu *Sum. Iacobi num. 16.* qui pariter erat comprehensus in
summa scutorum 2470. accollata à Paleario, ob
cuius decoctionem, ac deficientiam vigore dictæ
Apocæ erat pro medietate debitum extinguendum
à Fœlice, itaut esset facienda excomputatio cum

dicto

dicto censu empto ab eodem Fœlice scut. 1300.
pro rata, qua excomputatione facta cum dictis de
Cithera Fœlix remanebat creditor tantum in scu-
tis 300. quorum medietas ad eum spectabat; alte-
rius vero medietatis solutio erat facienda per hæ-
redes dicti Tiberij, cuius pro medietate extat idē
Iacobus, inde rata d. Iacobi erat tantum scut. 75.
ex quibus excessus remansit palpabilis, & sic cel-
sant deducta circa hoc fundamentum *in d. dec. 27.
Aprilis* 1544. *coram me*.

Quidquid verò sit de alio motiuo, siue funda-
mēto dictę decisionis huius causæ 27. *Aprilis* 1644.
in §. primo, vbi quod si deliberatio rei in executio-
nem captæ ex deductis non detegatur iniusta, non
valeat debitor agere ad rem deliberatam contra
emptorem, sed tantummodo ad pretium aduer-
sus creditorem, ad cuius instantiam facta fuit de-
liberatio.

In præsenti casu non applicari dictum motiuum
dicebant DD. cum domus non fuerit deliberata
extraneo emptori, sed ipsimet Iacomello credi-
13 tori, qui licet † dixerit se offerre vti extraneus,
reuera tamen venit reputandus, ac si tanquam
merus creditor obtulisset, quia Iacomellus non
persoluit integrum pretium oblatum, sed in illud
compensari voluit proprium suum creditum, quod
signum emptionis denotat titulum creditoris, cū
talis excomputatio non conueniat extraneo, sed
tantummodo creditori, vt animaduertit *Franch.
decis 69. sub num. 4. vers in quo. Mangil. de sub-
hastatione q. 125. sub num. 3. et q. 166. numer. 6.
et Modern. Perus. eod. tract. inspect. 32. num. 31. et
seqq.* Vlterius in casum euictionis, aut molestiarū
& super domo deliberata reseruauit sibi regressum
ad primæua iura, qui videtur repugnans delibera-
14 tioni factæ vti mero tertio, ex quo tunc † solu-
tione fuerunt extincta iura, nec reuiuiscunt re eui-
cta *l. eleganter, vbi gl. ff. de pign. Surd. cons. 145. n. 3.
et per tot. et decis. 113. numer. 2. et seqq. Sess. decis.
Aragon. 133 num. 10. Mastrill decis. 189. num. 17.
15 Murá decis. 6. nu. 5. et seqq.* sed † benè reuiuiscunt
iura, si res fuerit adiudicata tanquam mero credi-
tori, & de hoc fuerit protestatum, *Bero. consil. 46.
num. 10 lib. 1. Lanar. cons. 36. num. 5. Caball. de
euict. §. 4 num 40. et seqq.* cum alijs relatis *ab An-
tonio de Amatis resol. 50. nu. 10.*

Quapropter cum ex prædictis Iacomellus vti
creditor licitare voluerit, non est curandum quod
obtulerit tanquam tertius, & deliberatio legatur
ipsimet Iacomello tanquam tertio facta, cum
16 † magis veniat inhærendum pactis in contrarium
adiectis demonstrantibus, ac suadentibus contra-
rium quam verbis ipsis *Rota decis. 14. numer. 6. &
decis. 110. num. 2. par. 6. recent* expressio autem
facta per Iacomellum quod licitabat tamquam
tertius, dum ex qualitatibus pactorum apparet si-
mulatè opposita, non tollit, quin iudicandum sit
de deliberatione, ac si tanquam creditori facta fuis-
set prout in fortioribus terminis de licitatione fa-
cta à creditore per interpositam personam tertij,
*est tex. in l. qui sub imagine. C. de distract. pignoris,
Menoch præsump 121. num. 12. in fin. lib. 3. Giurb.
decis. 105. num. 13. Rota in Anconitana prædij 8.
Iunij 1642. coram R.P.D. meo Bichio*.

Quibus stantibus venit dicendum Iacomellum
præfatum creditorem iniustè licitasse, indeque illius
hæredes tenentur reddere debitori damna, & ex-
pensas; in quibus domus deliberata succedit, vt
cantant sententiæ, *§. hac autem instit. de pœnit. temere
litig. vbi Aret. num. 6. Butrius in cap. finem litibus
col. 2. extra de dolo & contum.* hæcque fortius strin-
gunt, dum d. Fœlix auctor Iacomelli in dicta apoca
18 anni 1577. se obligauit in forma Cameræ, † sub qua
veniunt damna & interesse, *Rota decis. 197. num. 5.
apud Cenc. de censib. & in Senogallien. census 5.
Maij 1627. coram Patriarcha Manzanedo*, loco
verò damnorum succedere eandemmet domum
deliberatam tradunt *Galles. de oblig. Cam. par. 3.
tit. de vi instrum. num. 11. Rot. dec. 741. nu. 1. par. 1.
diuers. & decis. 297. num. 4. apud Cenc. de censibus*.
Concurrit vlterius quod deliberatio dictæ domus
facta legitur vilissimo pretio, itaut redderet inspe-
cto pretio ad rationem ferè decem & octo pro cē-
19 tenario, quo casu † dolus, & mala fides remane-
ret satis patens ob enormissimam læsionem ad
congesta *per Postium de subhast. inspection. 57. à
num. 18. Rota par. 7. recent. dec. 3. nu. 29.*

Rursus quia ex subscriptione dictæ apocæ, ac ex
testibus, ac alijs adductis per Iacobum constitit
Fœlicem sciuisse eius fratres non fuisse soluendo,
nec propterea eum fuisse creditorem totius sum-
mæ petitæ per Iacomellum, cum debuisset indu-
bitanter detrahere portiones præfatorum coobli-
gatorum cum d. Fœlice, quas ipsemet Fælix ob eo-
rum inopiam soluere tenebatur de proprio, vt
probat *tex. in l. verum §. si cum tres ff. pro soc. gl. in
l. si creditoris verbo prouidebit circa med. C. de
pact.* & admittitur *in d. decis. 27. Aprilis 1644. corā
me*, cessat ratio bonæ fidei, quæ solet substinere de-
21 liberationem factam tertio, & intrat † mala fides
Fœlicis quæ tam ei, quam Iacomello hæredi præ-
iudicat *l. cum hæres ff. de diuers. et temp. præscrip.
l. cum in plures ff. locat. Abb. in c. si diligenti nu. 30.
et Felin. nu. 6. de præscript. Grat. discep. 918. nu. 42.*
& in subhastatione firmat *Rota decis. 46. numer. 4.
in fin. Mangill de subhast.* idemq; *Post. inspect. 55.
nu 73.* & generaliter in alijs *adden. ad Gregor. XV.
decis. 249. nu. 6.*

Concurrit etiam in eodem Iacomello mala fi-
22 des, cum † præsumatur illum sciuisse statum fra-
trum de Americis vti illorum nepotem ex sorore,
illosque omnes excepto d. Fælice, à quo fuit scri-
23 ptus hæres, decessisse non soluendo, ac † Paleatij
notoriam decoctionem *argum. tex. in l. Octauij §.
unico ff. vnde cognati. Dec. cons. 272. in fin. Anchar.
cons. 170. num. 5. Ruin. cons. 50. nu. 17. lib. 1. Surd.
cons. 252. nu. 3.* & dixit *Rota in Romana successio-
nis 6. Martij 1643. coram D. Carrillo*, iuncto
etiam, quod idem Iacomellus dictam apocam
allegauerat in alia causa agitata inter easdem par-
tes *coram bon. mem. Merlino in Romana Census*,
super qua extāt decisiones *par. 6. et 7. recent.* Vltra
quod cum re ipsa deliberatio sit iniusta, quamuis
talis non fuerit ex animo Iudicis, exuberare de-
bet Iudicis officium ad fauorem debitoris, licet
rigor iuris deficeret, *Paulus de Castro cons. 257.
sub num. 1. col. 1. infra medium, vers. sicq; apparet
lib. 2. per text. in l. si pars vers. si apertè ff. de inoff.
testam. et l. fin. ff. de petit. hæred.* nil autem officio
Iudicis, & bonæ fidei magis conuenit, quàm vt res
ipsa

ipsa præstetur *l.ex empto, §erf. ell enim ff. de action. empt.* præsertim cum postquam Fælix acquisiuit dictum censum del 1613. vsque ad eius obitum secutum del 1622. nil petierit ab Alberinia.

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. MANZANEDO.

Rom. Expensarum.

Luna 26. Maij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Expensa litis non debentur quando in sententia non fuit facta condemnatio.*
2 *Expensa litis debentur officio Iudicis mercenario quod lata sententia expirat.*
3 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 194. habet locum in foro Capitolino tantum.*
4 *Stylus Rotæ condemnandi in expensis operatur, quod si fuerit facta condemnatio expensarum tenentur ad illas condemnatus etiamsi habuerit iustam causam litigandi.*
5 *Quando fuit actum vigore obligationis cameralis victus in expensis condemnatur etiamsi in mandato relaxato non fuerit expressum.*

DECISIO CCXVIII.

VISVM fuit Dominis Hæredes † bon. mem. Philippi Guicciardini non teneri ad expensas, quia licet contra eum fuerit per D. meum Cavalerium relaxatum mandatum executiuum, & illud postea executioni demandauerit bon. mem. Penia. Tamen quia à neutro ipsorum reperitur facta expensarum condemnatio hodie non potest D. Spinula illas petere *iuxta text. in l. terminato C. de fruct. et litis expens. vbi DD. Abb. in cap. 1. num. 10. de plus petition. Imol. in cap. ex parte il secondo num. 15. de rescript. Iason in l. iubemus §. fin autem alterutra num. 7. C. de iudic. Abb. cons. 5. num. 6. Vestr in praxi lib. 8. cap. 2. num. 8.* Nam † expensæ litis debentur officio Iudicis mercennario *glos. magn. in fine in cap finem litibus de dol. et contumac. Socein. in reg. 31. litt. E. Marsil. in l. patre num. 68 ff. de quæst.* quod quidem lata sententia expiret *l. 4. C depofit. Abb. in cap. 1. num. 25. de sequestr. possess. & fruct. Imola vbi supra Pract. Papien. in forma libelli act. real. vers. & expens. num. 9 est & alia ratio.*

Non obstat Statutum † Vrbis cap. 194. libro 1. volens vt etiam quod fit omissa condemnatio debeant expensæ refici, quia illud est restrictum ad forum Capitolinum tantum, vt patet ex ipsius lectura & ista causa fuit prout est agitata in Rota.

Nec facit † stylus Rotæ condemnandi in expensis, quia huiusmodi stylus posset deseruire pro substinenda condemnatione expensarum si esset facta non obstante quod condemnatus habuerit iustam causam litigandi *Put. dec. 246. in fin lib. 2. Gomez. ad reg. 41. in princip.* non autem si nulla est facta condemnatio expensarum, prout in casu nostro pro illis petendis contra *tex. in l terminato.*

Minus obstat quod fuerit processum executiuè per relaxationem mandati quo casu condemnatur victus in expensis etiam quod in mandato non

5 fuerit expressum, quia istud † procedit quando agitur vigore obligationis Cameralis, tunc enim cum sub clausulis dictæ obligationis partes se obligauerint ad omnia damna, expensas, & interesse dictæ expensæ debentur iure actionis, vnde nimirum si etiam post relaxationem mandati peti possunt *Marsil. vbi supra num. 27. Socein. ibidem Iason. in l. 1. num. 4. C. de Iudic. & in §. actionum num. 53. Instit. de act. Afin. in praxi §. 32. limit. 33. nu. 2.* qui non est casus noster cum Philippus non contraxerit cum Delia, neque ad eius fauorem in forma Cameræ se obligauerit, & sic versamur in expensis debitis Iudicis officio, quæ regulantur iuxta regulam *tex. in l. terminato ex supradictis.*

Ex quibus ita fuit resolutum &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZET.

Nunc S. Rotæ Decano.

Rauennaten. Census.

Luna 27. Iunij 1639.

SVMMARIVM.

1 *Census emptus pro persona nominanda sequuta nominatione dicitur acquisitus ipsi nominato.*
2 *Exigens pecunias alicuius tenetur ad restitutionem.*
3 *Quietantia licet non recognita, iunctis adminiculis probat exactionem.*
4 *Scriptura priuata & informis probat iunctis adminiculis.*
5 *Partita libri mercatorum probat pro tertio concurrentibus adminiculis.*
6 *Partita extracta ex libris societatis plenè probat contra socios ad fauorem tertij.*
7 *Scriptura exhibita post relaxationem mandati admittitur ad corroborationem probationis antea factæ.*
8 *Mala fides debitoris operatur, vt nec ipsius hæredes possint præscribere.*
9 *Præscriptio non currit contra eos, quibus non potest imputari negligentia.*
10 *Hæredi datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ.*
11 *Statutum loci in quo fuit destinata solutio non autem celebrationis contractus seruandum est.*
12 *Emens aliquid pro persona nominanda dicitur se gerere tanquam procurator.*
13 *Nominatione facta transit omne ius in nominatum perinde, ac si ipsimet ab initio contraxisset, & nominatus fuisset.*
14 *Nominatione facta dominium rei emptæ nullo tempore fuisse penes nominantem.*
15 *Executiuè quis conueniri non potest vigore obligationis Cameralis appositæ in instrumento alterius contractus.*
16 *Obligatus in forma Cameræ in instrumento census ad damna, & interesse conueniri potest executiuè pro restitutione sortis principalis, quæ succedit loco damnorum, & interesse.*
17 *Tempus præteritum, vel præsens regulariter non trahitur ad futurum.*
18 *Cedens aliquam rem remanet obligatus, rem cessam quandocunq; præstare.*

19 Exe-

19 *Executio vigore oblig. Cam. competit pro omnibus qua veniunt ex natura contractus.*
20 *Verba cessit, transtulit &c. quando veram cessionem non importent?*
21 *Assignans nomen debitoris, si deindè illud exigat dicitur assignationi contrauenire.*
22 *Extensio obligationis Cameralis continet, quod obligatus promittit omnia narrata esse vera, & contra illa non facere, sed ea inuiolabiliter obseruare.*

DECISIO CCXIX.

COMMVNITAS Rauennæ imposuit alias de mense Maij 1591. super certis eius bonis annuum censum scut. 400. quem pretio scut. 5000. vendidit q. Philippo Rauennæ, qui d. censum asseruit emere pro persona nominanda in actis Catàloni Notarij A.C. deinde de mense Iunij eiusdem anni nominauit Ioannem Baptistam Fliscum, declarauitq; d. censum ad ipsius Io: Baptistæ fauorē impositum, ac de proprijs illius pecunijs emptū fuisse, promisitq; d. nominationem, ac declarationem fuisse, & esse bonas, validas, ac legitimè factas, alias voluit teneri ad omnia damna & interesse, vt in Instrumento obligatione Camerali vallato continetur, quam nominationem, ac declarationem successiuè idem Fliscus acceptauit, ac deinde post aliquot annos egit pro solutione fructuum d. census contra d. Communitatem, quæ cum ostendisset se d. censum vsque de anno 1592. extinxisse, ac sortem vna cum fructibus eidem Philippo persoluisse, sententiam absolutoriam ab A.C. reportauit, à qua cum d. Fliscus appellasset, causam in Rota Cardinali Millino, tunc Auditori, committi obtinuit, coram quo disputato dubio, An d. solutio facta Philippo esset legitimè facta, necne, itaut Communitas esset liberata, fuit ordinatum, vt videretur an fuerit necesse intimatio d. nominationis Communitati, ad hoc vt ipsa non posset soluere Philippo.

Decessit interim Fliscus de anno 1605. hærede, sibi instituto D. Iacobo Raggio eius nepote, qui pariter obijt de anno 1629. relictis hæredibus testamentarijs DD. Laurentio & fratribus de Raggijs, qui cum nuper egissent coram A.C. contra Franciscum vti filium & hæredem Philippi pro restitutione sortis d. census ab ipso exactæ, mandatum executiuum ab eo obtinuerunt, à quo Franciscus appellauit, causamq; mihi cum clausula, si quid exequendum, committi obtinuit, quocirca dedi dubium, an d. mandatum esset exequendum, in cuius dubij positione informantes pro D. Francisco tria præcipue contra validitatem, & iustitiam d. mandati opponebant.

Et primo quod non constaret Philippum eius patrem sortem d. census à Communitate extincti percepisse.

Secundo opponebant præscriptionem nedum iuris communis ex lapsu 30. annorum, sed etiam statutariam Vrbis ex lapsu 16. annorum & vltra à die d. exactionis.

Tertio tandem opponebant non potuisse agi via executiua contra d. Philippum, vel illius hæredes, pro restitutione d. census.

Cæterum DD. his exceptionibus maturè discussis censuerunt hæredes Philippi teneri pro restitutione sortis d. census, sed contra eos non nisi via ordinaria agi posse.

Et quoad primam partem resolutionis attinet res visa fuit carere difficultate, siquidem cum
1 † Philippus emerit censum, de quo agitur, pro persona nominanda, deindeque nominauerit Ioannem Baptistam Fliscum, ac d. censum de illius pecunijs emisse declarauerit, vtique sequuta d. nominatione census iste fuit acquisitus eidem Fliseo nominato, *Alex. cons. 325. numer. 14. & 18. Surd. decis. 226. num. 1. & dec. 182. num. 18. Mant. decis. 336. sub num. 1. vers. & post factam Rota dec. 170. num. 1. post Cenc. de censib. & decis. 81. num. 2. post Galles. de oblig. Cam. Greg. XV. dec. 157. numer. 7.*
2 *& ibi Adden. & dec. 227. num. 6. in fin.* Vnde † cū postea idem Philippus sortem d. census spectantis ad Fliscum exegerit à Communitate, vtique remansit debitor eiusdem sortis, illamque proinde ipse, seu illius hæredes tenentur restituere DD. de Ragijs Flisci hæredibus, *l. ex mandato §. si ex fundo, & §. idem labeo ff. mandat. Petr. Iacob. in sua prax. rubr. de act. mand. direct. vers. item rectè dicitur Paris. cons. 8. num. 16. lib. 4. Honded. cons. 38. num. 3. lib. 2. Rota dec. 149. num. 3. par. 1. rec.*

Quod autem Philippus receperit à Communitate sortem d. census post factam nominationem Flisci, & sic cesset primum obiectum exaduerso excitatum, visum fuit probari concludenter ex quietantia eiusdem Philippi facta in calce mandati bon. me. Cardinalis Caietani tunc Camerarij sub die 2. Septembris 1592. directi Io: Enriquez Ecreræ, Octauio Costæ, Alexandro Dono, & eidem Philippo Rauennæ emptoribus montis Communitatum, quibus demandata fuit solutio scut. 5437. monetæ eidē Philippo pro sorte, & fructibus istius census ab eadem Communitate, quæ illum impo-
3 suerat, extincti, quæ † quidem quietantia, licet non fuerit recognita, nihilominus cum illa sit adminiculata, nedum ex eo quod d. Communitas ab inde citra fructus d. census nunquam soluit, sed etiam ex sententia absolutoria lata ab A. C. ad fauorem eiusdem Communitatis, necnon *ex decis. facta sub die 31. Iunij 1607. coram Cavaltrio*, in qua extinctio ac solutio d. census factæ d. Philippo pro certo supponuntur, sufficienter probat, cum
4 etiam scriptura † priuata & informis innixis adminiculis probet, *l. Instrumeta C. de probat. Decian. respons. 33. nu. 116. lib. 1. Rota decis. 437. numer. 4. par. 4. recent. & coram Greg. XV. decis. 422. in fin.*

Eoque magis cum vltra d. quietantiam concurrat etiam partita fortiter extracta ex libris d. Doni, in qua legitur eandem summam scut. 5437. pro extinctione d. census reuera vigore prædicti mandati facti à Cardinali Camerario eidem Phi-
5 lippo persoluram fuisse, quæ † partita iunctis adminiculis supra ponderatis probat etiam pro tertio, & sic pro Raggijs contra d. Philippum, & illius hæredes. *Seraph. dec. 450. num. 4. Rota decis. 613. num. 5. par. 3. recent. & decis. 630 nu. 3. coram bon. mem. Buratto, & decis. 197. num. 2. coram Reuerendiss. Vrgellen.*

Quinimò cum d. Philippus esset socius Doni in
6 emptione d. montis, d. † partita tanquam extracta ex

& ex libris fiscalibus plene probat contra dictũ Philippum consocium, & illius hæredes etiam pro tertio. *Alex. cons. 186. nu. 1. lib. 2. Corn. cons. 319. num. 14. lib. 3. Rota decis. 540. sub num. 1. par. 2. rec.*
7 etiam † quod illa fuerit extracta post d. mandatũ relaxatum ab A. C. cum non dicatur noua probatio, sed anterioris iã facta corroboratio. *Greg. XV. decis. 272. nu. 9. & fuit dictum in Tiburtina Prætorum 8. Iulij anni præteriti coram bo. mem. Buratto.*

Non obstat prætensa præscriptio iuris communis 30. annorum; Tum quia Philippus postquam sequuta nominatione Fliscj recepit à Communitate sortem d. census, fuit constitutus in mala fi-
8 de, † quæ operatur, vt nec etiam illius hæredes præscribere possint *l. cum hæres ff. de diuers. & tempor. præscript. c. possessor de reg. iur. in 6. Castill. de vsufruct. c. 67. num. 20. & 22. Caball. cons. 178. nu. 10. & seq. lib. 1. Cene de censib. q. 17 num. 12. iuxtà modern. impress.* Tum etiam quia Fliscus creditor d. census litem mouit contra Communitatem pro solutione fructuum illius vsq; de anno 1508. eamque prosequutus fuit dum vixit, nempe vsq; ad annum 1605. eo autem defuncto, Iacobus illius hæres, vsq; ad annum 1607. vt elicitur tam ex d. decis. Cauallerij, quam ex alijs iuribus datis
9 in Sum. Francisci. Vnde † nulla potuit incipere præscriptio ab eis, quibus nulla potest imputari negligentia. *Bald. in auth. nisi triennale ante n. 1. C. de bon. matern. Balb. de præscript. 1. par. 6. & vlt. princ. nu. 19 vers. vltra quem addo.*

A dicto autẽ anno 1607. vsq; ad obitũ d. Iacobi, qui successit de anno 1629 prout est in confesso inter partes, non intercesserunt nisi anni 22. vnde vel præscriptio 30. annorum non fuit completa contra d. Iacobum, vel quatenus completa fuisset,
10 saltem contra Raggios illius hæredes, † daretur illius restitutio ex capite probabilis ignorantiæ. *Alex. cons. 71. num. 2. & 3. lib. 1. Rota dec 631. n. 3. par. 1. rec. & post tract. de Salu. dec. 259. nu. 5. & 6. & post Cene. de censib. dec. 158. nu. 12. & dec. 265. num. 6. & dec. 366. num. 1. & 2. Baratt. decis. 457. num. 2. Grat. discept. 403. nu. 38.*

Minus obstat præscriptio statutaria 16. annorũ, nedum quia solutio tam sortis quam fructuum huius census destinata fuit in Ciuitate Rauennæ,
11 ac † proinde non statutum Vrbis, sed potius loci destinatæ solutionis attendi debet. *Bart. in l. cunctos populos num. 16. C. de Summ. Trinit. Rota dec. 602. num 2. par. 1. diuers. & fuit dictum in Interamnen. Affictus 13. Maij 1596. coram Litta*, sed etiam quia nec Philippus, nec illius hæredes huiusmodi debitum vnquam agnouerunt, sed illud acriter impugnarunt, Vnde non videtur esse locus statuto Vrbis, cum illud non tollat actionem, sed inducat solutionis præsumptionem, quæ proculdubio cessat in eo, qui negat se debitorem, cum cessante confessione debiti, cesset quoque solutionis præsumptio.

Quo vero ad secundam partem resolutionis, qua fuit firmatum esse agendum via ordinaria, non autem via exequutiua moti fuerunt DD. ex eo quod Philippus, vt in prædicta serie facti dictum fuit, emit censum, de quo agitur, non pro se, sed pro persona nominanda, & successiuè nominauit Fliscum, declarauit d. censum emptum fuisse ex pecunijs eiusdem Flisci, qui deinde d. nominationem ac declarationem acceptauit, Vnde cum
12 † Philippus in emptione d. census censeatur se gessisse tanquam Procurator eiusdem Flisci *iuxta cõs.*
13 *Ancbar. 127. sub nu. 1. col. 2.* vtiq; † facta nominatione eius officium vel ministerium expirauit, omniaq; iura d. census censentur eidem Flisco acquisita ex primæuo contractu, perinde ac si ipsimet ab initio contraxisset, ac nominatus fuisset, *Alex. d. cons. 232. numer. 3. in fin & seq. lib. 6. Ancbar. d. cons. 127 num. 6 Rimin. Iun. cons. 167. per tot. & præsertim num. 12. Surd. dec. 182. num. 17. & 18.*
14 vbi quod † facta nominatione dominiũ rei emptæ nullo tempore dicitur fuisse penes nominantem. *Rot. decis. 125. num. 5. post Cene. de censib.* Quapropter cum Philippus, qui post d. nominationem nullum ius habebat in d. censu, iamque functus erat suo ministerio, sortem illius ac fructus exegerit, vtique non amplius vti Procurator Flisci, sed tanquam altera persona consideratur, quæ in exa-
15 ctione d. census se immiscere voluit, contra † quẽ propterea sine illius hæredes Ragg. creditores non possunt agere via executiua pro restitutione d. sortis vigore obligationis Cameralis adiectæ in instrumento d. nominationis, quæ longe ante dictam exactionem adimpleta fuit, sed debent implorare officium Iudicis via ordinaria pro restitutione eiusdem sortis post nominationem perfectã indebitè perceptæ *ad not. per Rom. cons. 503 n. 11. & seq. Surd. cons. 70. num. 18. in fin. lib. 1. & fuit dictum in Reatina iuris redimendi post tract. de manut. dec. 247. nu. 16.*

16 Non † obstat quod Philippus in Instrumento d. nominationis promiserit nominationem, declarationem, ac cessionem iurium d. census fuisse, & esse bonas, validas, ac legitimè factas, nihilq; in præiudicium iurium cessorum fecisse, alias teneri voluit sub obligatione Camerali ad damna, & interesse; Vnde inferebatur intrare viam executiuam pro restitutione sortis eiusdem census, quæ succedit loco damnorum, & interesse. *Bald. in l. traditio in 4. q. numer. 7. C. de act. empt. Greg. XV. dec. 88. num. 3. & dec. 119. num. 4 Rota in Romana seu Cornetana dotis impress. per Salustiũ in pr. ix. cap. 38. lib. 1.* Quoniam verba illa, nominationem, declarationem, ac cessionem fecisse & esse bonas, validas, ac legitimè factas, nihilque in præiudiciũ iurium cessorum fecisse, tanquam præterita, ac præsentis temporis, non visa fuerunt compræhendere tempus futurum, quo idem Philippus, sortem d. census exegit, ideoq; sufficit d. promissionem
17 tunc temporis adimpletam fuisse, cum † regulariter tempus præteritum, vel præsens ad futurum non trahatur, *l. verbum erit ff. de verb. signif. Ias. in l. cum stipulamur num. 8. ff. de verb. oblig. Hond. cons. 63 num. 62. lib. 1. Adden. ad Greg. XV. decis. 338. nu. 18.*

Non obstant verba illa, cessit & transtulit, aliaq; similia in Instrumento d. nominationis apposita,
18 ex quibus infertur d. Philippum † tanquam cedẽtem remansisse obligatum præstare d. censum tam de præsenti, quam de futuro. *Dec. cons. 102. in fin.*

Surd.

Surd.decis.326. num.45. Seraph. decis.321. nu.8. & consequenter pro illius restitutione competere viam executiuam vigore obligationis Cameralis,
19 † quæ videtur competere pro omnibus, quæ veniunt ex natura contractus, & in eius necessariam consequentiam. *Seraph. dec. 955. num.2. et fuit dictum in Romana fideicom. de Guidis 27. Iunij 1633. coram me.* Quia fuit responsum nos non versari in terminis puræ, ac veræ cessionis, in quibus terminis videntur procedere iura supra allegata, sed principaliter in terminis nominationis factæ pro persona nominanda, pro qua suppresso nomine, census iste ab initio emptus fuit, Vnde Instrumentum, cuius vigore agitur, contineat principaliter nominationum Flisci, dd. verba,
20 † cessit, & transtulit, & similia, tanquam consecutiua non alterant contractum d. nominationis, nec veram cessionem important, cum id attendi debeat, quod principaliter actum fuit, vt in simili dixit *Rota post Cenc.de cens.dec. 180. numer.6. et decis.45.sub num.4.vers.nec obstat in addit.iuxt. anteq.impress.*

Non obstat, *dec.5.Greg.XV.num.7.* vbi dicitur
21 quod is, † qui assignauit nomen debitoris, si deinde illud exigat dicitur assignationi contrauenire; Quoniam vltra quod assignatio nominis debitoris longe differt a nominatione personæ, nō ideo d.decisio firmat posse agi via exequutiua.

22 Non obstat quod extensio † obligationis Cameralis comprehendat, quod obligatus d. forma promittat omnia, & singula contenta in Instrumēto tenere, attendere, complere, & inuiolabiliter obseruare, contraque ea seu eorum aliqua non facere, dicere, vel venire de iure, vel facto, quouis quæsito colore, *vt per Galles.in princ. tract. in formula qua nunc est in vsu num.6.* Quoniam d. extensio regulatur à promissione principaliter facta in Instrumento, adeo vt verba illa, tenere, attendere, complere, & irreuocabiliter obseruare &c. congruè referantur ad nominationem Flisci principaliter factam, non autem ad exactionem census postea subsequutam.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana fideiussionis.

Mercurij 9. Decembris 1615.

SVMMARIVM.

1 *Executio instrumenti guarantigiati, vel obligatione Camerali vallati non datur, nisi ad instantiam creditoris, non autem tertij, etiamsi illius intersit.*
2 *Obligatio Cameralis extenditur etiam ad non nominatos.*
3 *Secus quādo fuit restricta ad certam personam.*
4 *Obligatio Cameralis non obligat partes in plus, quam ipsa velint.*

DECISIO CCXX.

IN Instrumēto Census cōstituto de anno 1590. super Palatio q. Alexandri Gabriellis, cuius bonam fidem recognouit Hieronymus Nuccius accessit D.Hortentia eius vxor, & alij, quos ipse indemnes conseruare promisit, quam etiam vineā olim marito à se pro conseruatione suarum dotiū possessam cessit Frācisco Zeccadoro, qui inter alia promisit releuare indemnem Hortentiam quatenus molestaretur à creditoribus q.Hieronymi pro rata scut. 600. sub obligatione Camerali, & in Francisci locum successit postea D. Paulus Alberinus hodie D. Carolus successor Alexandri Gabriellis in Palatio censuato, Conuentus, a Dominis census pro fructibus egit contra Paulum, & Hortentiam vigore prædictæ obligationis Cameralis, sed dato, & proposito dubio, An, & quatenus esset locus exequutioni d. obligationis Domini negatiuè responderunt, & quidem quoad 3
Paulum res videtur carere difficultate ex eo quia Zeccadori obligatio, & consequenter Pauli eius cessionatij emanauit ad fauorem Hortentiæ pro eius releuatione, non autem ad fauorem Caroli, vel Alexandri in Instrumento non nominati, &
1 regulariter exequutio † Instrumenti etiam quarātigiati, vel obligatione Camerali vallati datur ad instantiam creditoris principalis non autem tertij etiam si illius intersit *Bald. in l.si pro te 2.Cod.de dot.promiss quam sequitur Ias.in l.si quis nec causam num.10 ff.si cert.pet. Boer.decis.22.numer.4. ante fin. Barz.de quarantig par.2.q.9 vers.etsi velit se fundare Galles.de oblig. Cam. tit.de praamb. ipsius process tit.de person.peten.executionem in*
2 *princ.* & licet † obligatio Cameralis extendatur etiam contra non nominatos in Instrumento, *vt in decis.Seraph 1477.numer.1. et in* Romana, *seu Colonien.pecuniaria 18. Nouembris 1611. coram*
3 *R.P.D Pirouano*, & in alijs, tamen † in proposito secus est, quia obligatio est restricta ad personā Hortentiæ quatenus ipsa molestaretur a creditori-
4 bus mariti, & certum est † obligationem Cameralem non in plus partes obligare, quam ipse voluerint, licet obliget efficacius *iux.cons.Rom.121. circa med.col.1.Gabr.cons.127.num.2. lib 2. Bursatt.cons.367.nu.33. lib.4. et fuit dictum in vna Romana 30000 prima Decembris 1599. coram Iusto, et in alia Romana* Domus *16.Iunij 1600. coram Litta.*

REVERENDISS. P.D. DVNOZET,

Nunc S. Rotæ Decano.

Fauentina seu Cesenaten. fideicommissi.

Luna 14 Februarij 1633.

SVMMARIVM.

1 *Actiones defuncti tam actiuè quam passiuè transeunt ad hæredes Amplia vt num.3.*
2 *Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.*
4 *Probatio maior non datur, quam propria confessio.*
5 *Obligatio Cameralis continet stipulationem Notarij pro omnibus interesse habentibus.*
6 *Dos, quando incipit à traditione, non autem a promissione, dans non tenetur de euictione, nisi constet de dolo, aut mala fide. Declarara vt nu.7.*

8 *Exe-*

8 *Euictio quæ prouenit ex natura rei non venit in generali promissione de euictione Declara vt num. 9.*

DECISIO CCXXI.

IVLIA de Balneo in testamento sub quo decessit instituit hæredem Io. Paulum eius filiū cui sine filijs decedenti pro medietate substituit Lauram filiam, ac pro altera Conuentum S. Dominici de Cæsenna: Nupsit deinde Laura Ioanni Masino, cui Ioannes de Naldis pater dedit in dotem Prædium de quo agitur, d. fideicommisso Iuliæ subiectum, quod tamen liberum esse ac defendere, & disbrigare ab omni onere promisit.

Obijt Io. Paulus sine filijs, Obijt etiam Ioannes de Naldis hærede instituto Alexandro fratre: Quare, cum Conuentus prætenderet fuisse purificatum fideicommissum ad sui fauorem, egit pro vendicatione medietatis d. Prædij contra dd. Lauram & Masinum eius maritum, qui litem deinde intimarunt Horatio de Naldis hæredi Alexandri fratris, & hæredis d. Ioannis qui de euictione promiserat, qui Horatius lite in se suscepta, cum dd. fratribus concordauit, cessionemq. iurium ad ipsos spectantium super d. fideicommisso reportauit. Vita functo Horatio, Franciscus & Alexander eius filij & hæredes pulsati ad reddendam rationem de bonis Lauræ administratis per d. Horatium, fulti hac Cessione Conuentus, exceperunt de d. fideicommisso prætendentes illius vigore medietatem d. Prædij ad ipsos spectare, & sic non teneri de illa reddere rationem. Quapropter proposito dubio An cōstet de fideicommisso d. Iuliæ, quod eis suffragetur. Censuerunt DD. constare de fideicommisso, sed tamen eis non suffragari.

De fideicommisso siquidem non potest dubitari, nam de eo constat ex publico instrumento, in quo d. Conuentus post obitum Ioannis Pauli testatricis sine filijs legitur substitutus in medietate Prædij, de quo agitur, & hoc vtraque pars etiam videbatur admittere. Difficultas igitur reducebatur ad aliam partem dubij, nempe ad releuantiam d. fideicommissi de qua, vt dixi, DD. dixerunt non constare ad fauorem dd. Cessionarium.

Nam cum Ioannes de Naldis pater Lauræ promiserit de euictione huius prædij, sequitur quod filij Horatij eius, vt supra hæredes de tali euictio-
1 ne teneantur, cum † actiones tam actiuæ, quam passiuæ transeant in & contra hæredes vt *tot. tit. C. vt act. ab hæred. & cont. hæred.* & sic ipsis agētibus ex d. iure cesso ad hoc prædium obstat huiusmodi obligatio eorum authorum ex reg. quem
2 † de euict. tenet actio, eundem agentem repellit exceptio *l. vindicantem, ff. de except. Surd. cons. 15 num. 3. & cons. 70 num. 16. Socc. Iun. cōs. 128. num. 12. lib. 1.* & fuit dictum in vna *Maceraten. Cessionis 17. Martij præteriti coram R. p. d.*
3 *meo Merlino*: Quæ † quidem conclusio locum habet non solum in primo hærede, sed etiam in hærede hæredis. *Barsi dec. Bonon. decis. 64. n. 50. Mangil. de euict. quæst. 113. num. 3. Fusar. q. 557. num. 5.*

Non obstat quod non probetur Horatium esse hæredem Ioannis, ex quo non probatur Alexandrum ex cuius persona venit Horatius fuisse dicti Ioannis hæredem Quia vltra confessionem, de qua in transactione, in qua ipse se talem fatetur, datur etiam in Summario alia confessio eiusdem Horatij se pariter hæredem Ioannis asserentis, Ex quibus duplicatis confessionibus resultat sufficiēs
4 probatio; quod sit hæres, cum nulla maior detur probatio confessione, *l. cum te, C de transact. cap. per tuas, de probat. cap. si cautio de fid. instr. Rol. coram Greg XV. decis. 143. nu. 3. & decis. 98. n. 2. par. 2. recen.*

Nec obstat quod bona Ioannis fuerint cōfiscata de anno 1533 & de anno 1543. d. Alexander emerit bona à Fisco, ex quo inferrur ipsum Alexandrum fuisse successorem in bonis Ioannis vigore acquisitionis bonorum à Fisco, non autem titulo hæreditario: Quia cum testamentum Ioānis in quo instituitur hæres Alexander, fuerit factum de anno 1549. & sic post dictam confiscationem, non implicat dictum Alexandrum fuisse d. Ioannis hæredem.

Minus obstat, quod euictio fuerit promissa Ioanni Masino marito Lauræ, non autem ipsi Lauræ, ideoque talem promissionem hæredibus Lauræ non suffragari; Quia cum d. promissio ha-
5 beat clausulam, Pro quibus &c. & † obligatio sit in forma Cameræ, in qua Notarius stipulatus fuit pro omnibus interesse habentibus ea suffragatur. *Grat. cons. 12. num. 7. vol. 1.* & fuit dictum in causa *Rom. fid. 28. Ianuar. 1577. coram Robustério*, & apud *Zacch. decis. 97. num. 1.* Et propterea cum dicta stipulatio Lauram etiam implicitè afficiat, illi etiam d. promissio fauet, & eius hæredibus.
6 Nec releuat, quod † quando dos incipit à traditione non autem à promissione si non constat de dolo aut mala fide, dans non tenetur de eui-
7 ctione, *l. 1. C. de iur. dot.* Quia † cum in hoc casu adsit expressa promissio de euictione, non est opus aggredi hanc quæstionem, cum sufficiat dicere euictionem fuisse expresse promissam, & propterea promittentem ligare ad *text. in cap. Qualiter de pact.*
8 Demum non obstat, quod † euictio in causa fid. tamquam prouenieus ex natura rei non veniat in generali promissione euictionis. *Rot. decis. 152.*
9 *num. 4. & decis. 211. num. 5. p. 2.* Quia † quando verba promissionis sunt vniuersalia, & prægnantia qualia sunt ista (promisit esse liberum, & defendere, liberare, & disbrigare ab omni onere,) comprehenditur etiam casus euictionis prouenientis ex fideicommisso, vt in ijsdem decisionibus admittitur cum ibi alleg.

Et ita vtraq. &c.



R. P. D. ROIAS.

Senogallieñ, seu Vrbinateñ Dotis.

Merc.28.Iunij 1645.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri competit actio realis pro restitutione suæ dotis contra hæredes eius, qui dotem recepit.*
2 *Actio realis nihil aliud est, quam hypothecaria.*
3 *Hypotecaria actio sequitur rem, & datur contra quoscumque possessores rei.*
4 *Hypotecaria actio competit contra simplicem vsufructuarium, & ciuiliter possidentem.*
5 *Mandatum validum, & iustum venit exequendum.*
6 *Requisita publici instrumenti, quanam sint remissiuè.*
7 *Obligatio Cameralis non admittit appellationem.*
8 *Hæres vsufructuarius non tenetur ad debita hæreditatis.*
9 *Vsufructuarius citari debet pro suo iure, & interesse, quando agitur contra bona in quibus habet vsumfructum.*
10 *Vsufructuarius percipit vsumfructum non ex bonis defuncti, sed ex eis, quæ remanent deducto re alieno.*
11 *Hæres tenetur soluere debita defuncti.*
12 *Bona transeunt cum onere suo in quemcumque possessorem.*
13 *Vsufructuarius dicitur vere hæres, & habetur loco proprietarij sua vita durante.*
14 *Clausula pleno iure operatur, vt proprietas vna cum vsufructu transferatur.*
15 *Institutus in re certa habetur loco legatarij.*
16 *Hæres vniuersalis tenetur in totum ad debita testatoris.*
17 *Institutus in certis bonis non dicitur hæres vniuersalis, licet talis fuerit in testamento nominatus.*
18 *Hæredes instituti in certa re habentur pro hæredibus vniuersalibus, quando in testamento non fuit nominatus alius hæres vniuersalis.*
19 *Et tenentur pro virili ad debita defuncti, nisi agatur actione reali, vel fauore dotis.*
20 *Tex. in l. si certum §. 1. de milit. testam. declaratur.*
21 *Bona Pagani licet sint in diuersis territorijs vnicum tamen constituunt patrimonium.*
22 *Distinctio patrimoniorum quæ fit post mortem debitoris, non nocet creditoribus, qui tempore contractæ obligationis acquisierunt actionem super omnibus bonis vbique existentibus.*
23 *Actus operari non potest vltra intentionem agentium.*
24 *Liberatio facta ad fauorem vnius ex correis debendi prodest etiam alijs.*
25 *Liberatio facta vni ex correis per viam transactionis prodest solum transigenti, non autem alijs quorum nomine contractus celebratus non legitur.*

DECISIO CCXXII.

SVBSEQVVTIS nuptijs inter D. Victoriam Ghisleriam, & D. Venturam Aquillinum cum dote scut. 5300. quam Eques Fuluius Aquilinus eiusdem Venturæ Pater recepit, & de anno 1624. insolidum cum eodem Ventura sponso super omnibus suis bonis hypothecauit, & cũ obligatione Camerali per solemne instrumentum restituere promisit, Anno 1634. decessit idem Fuluius, scriptis hæredibus D. Camilla filia pleno iure quoad vsumfructum, donec vixerit, & post eius mortem DD. Iosepho Curtio, & Claudio de Corbolis eiusdem Camillæ filijs ordine successiuo in proprietate quoad bona Vrbini, & Montis Veteris. Quo vero ad bona Senogalliæ instituto D. Cæsare Aquilino nepote ex prædictis Vẽtura, & Victoria Iugalibus.

Facto loco restitutioni dotis per obitum Ven-
1 turæ, prædicta Victoria vidua superstes sciens † sibi competere actionem saltem realem contra quemlibet dd. hæredum insolidum pro recuperatione suæ dotis, *vt sunt text. express. in l. vnus multis 16. C. de distract. pign. l. 1. C. de luit. pign. et l. 1. & 2. & vtrobiq. gloss. C. si vnus ex plurib. hæred. & dixit Rot. in Rom. Saluiani 29. Maii 1628. & in Rom. Saluiani de Cansacchis 12. Febr. 1629.*
2 *coram Card. Virili*, quæ † actio realis nil aliud est quam hypothecaria, *vt ait Bart. in l. Pignoris 17. ff. de pignor. l. eos 9. & ibi gloss in verb. actionem*
3 *C. qui pot. in pign. hab.* quæ † sequitur rem, & datur contra quoscunque possessores rei *l. si fundus 16. §. In Vindicatione ff. de pignor. glos. in* Clem. 1. *in verb. solita de cens. Negusan de pignor. mem. 1. par. 1. num. 3. Gratian. discept. 27. numero. 9.*
4 & † competit etiam contra vsufructuarium, & ciuiliter possidentem *l. cuiuscumque 4. §. si fundus ff. de vsufruct. & quemad. & l. 5. §. 1. ff si vsufruc. pet. Glos. in l. 2. verb. quolibet modo vers. sed alij C. vbi rem act. exerc. debeat. Bart. in l. Pomponius 13. §. si is qui precario num. 5. & 6. ff. de acq. posses. Vin. decis. 335. per tot. & signanter num 4. vbi refert.* fuisse decisum, quod possit etiam vsufructuarius conueniri hypothecaria, quæ intrat absque vlla penitus difficultate iustificatis extremis, de quibus per *Doct. in l. 1. ff. de Salu. Interd. & in l. 1. C. de precar. Put decis. 201. num. 1. lib. 1. in correc. Greg. XV. decis. 491. num. 6. Duran decis. 401. n. 1. Rot. decis. 59. num. 1. par. 6. recent. & in* Romana *Saluiani 14. Iunij 1641. coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo.*

Qua propter prædicta Victoria vidua ad euitãdas discordias anno præterito transegit cum Cæsare filio hærede bonorum Senogalliæ, cum hoc, quod donec ipsa experiretur iura sua, quæ *intra* biennium experiri promisit insolidum contra alios obligatos, scilicet Corbolos hæredes bonorum Vrbini, & Montis Veteris teneretur Cæsar pro expensis, & alimentis eidem Victoriæ assignare, & consignare, prout assignauit vsum fructum duorum Prædiorum, & habitationem sufficientẽ, & consignauit mobilia, frumentum, vinum, & alia. Et introducto iudicio coram D. Caballetto A.C. Locumtenente reportauit mandatum exe-

cuti-

cutiuum pro medietate suæ dotis, nempe pro
scut. 16[illegible]0. iuliorum 9. pro scuto, sine tamen
præiudicio reliquatus, & interusorium contra
bona hæreditaria prædicti Fuluij. Vnde commis-
sa mihi causa per Signaturam, cum clausula, si
quid exequendum; Dubitaui hodie, An manda-
tum A.C. Caballetti esset exequen. & Domini;
5 † Exequen. esse responderunt tanquam validum,
& iustum, vt sæpius fuit in Rota resolutum, ut in
Romana census 13. Iunij 1644. & prius in Baren.
seu Neapolitana Pecuniaria 4. Iulij 1640. coram
me, & alibi passim.

Validitas liquet ex eo quod constat in eius re-
laxatione fuisse seruata omnia requisita tradita
per Caputaq. decis. 260 par. 2. & per Rotam decis.
204 nu. 1. par. 1. recent. & in Aretina Cappellaniæ
19 Ianuarij 1635. coram R.P.D. Carillo.

Iustitia vero resultabat, quia actum fuit pro
6 credito dotis liquido in vim † publici instrumen-
ti habentis omnia præscripta per glos. in l. generali
3. uerbo seruitutis C. de tabul. lib. 10. per Bart. in l.
si quis ex argentarijs 6 §. initium ff. de eden. &
per Rot. decis. 228. nu. 2. & seq. par. 4. recent. Cum
7 actum fuerit vigore obligationis Cameralis, † quæ
non admittit appellationem Gillés. de oblig. Cam.
quæst. 2. num. 4. & quæst. 37. num 2. sed paratam
habet executionem Mohed. dec. 2. & 3 de except.
Rot. post Zaccb. oblig. Camer. decis. 12. numer. 1. &
decis. 70. & decis. 98. utrobiq. num. 1. Vbi concord.
& par. 7. recen. decis. 11. numer. 1. & 160. numero
eodem.

Nec aduersatur quod prædicta Camilla sit,
8 † dumtaxat vsufructuaria, & ideò non teneatur
ad debita hæreditaria ex Graff. in §. legatum
quæstion. 35. numero 3. Castil. de usufruct. cap.
59 num. 1. Nam fuit animaduersum mandatum
non esse relaxatum contra Camillam, sed contra
bona hæreditaria d. Fuluij debitoris pro restitu-
9 tione huius Dotis hipothecatæ, citata † quidem
ipsa Camilla tam pro suo iure, & interesse quàm
vti Tutrice, & Curatrice illorum de Corbolis,
Summ. num. 4. & 5. Quod rectè factum disponit
Iurisconsultus in l. usufructu 69. ff. ad l. falcid. ubi
10 gloss. subdit, quod † prius deducen. est æs alienũ
postmodum de bonis remanentibus constituen-
dus est vsusfructus, quod etiam sancitur in l. fin. §.
si autem æs alienum C. de bon. quæ lib. Castr. cons.
459. num. 2. lib. 2. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap.
fin. par. 4. §. 2. num. 8. Mohed. decis. 4. num. 2. de ap-
11 pell. Et dum hæredes † tenentur soluere æs alie-
num defuncti l. quæ dotis 33. ff. sol. matrim. l. nam
& seruius 22. §. 1. ff. de neg. gest. Bellon. iun. cons.
31. num. 55. Aequo animo pati debet Camilla
vsufructuaria, quod executio fiat super bonis hę-
reditarijs pro soluen. ære alieno Testatoris, cum
12 † illa transeant in quemcunque possessorem cum
onere suo glos. in Clem. 1. de cens. Gratian. discept.
272. num. 9. Afflict. decis. 95. numer. 6. Ciriac. qui
13 plures cumulat. contr. 989. num. 13. Ipsa † enim
Camilla ea viuente est verè hæres, & habetur lo-
co proprietarij, ut per Ang. in l. filius à Patre 18.
num. 3. vers. sed tamen dicas ff. de lib. & posthum.
Bald. in l. miles ita heredem 42. vers. & ita si Pa-
ganus, ff. de milit. testam. & in l. id quod paupe-
ribus 24. nu. 27. vers. sed ego respondeo C. de Episc.
& Cleric. Dec. cons. 277. numer. 2. Alex. cons. 162.
numer. 2. & 6. lib. 2. Menoch. lib 4. præsumpt. 143.
numer. 13. Præsertim dum legitur instituta cum
14 clausula, † pleno iure, ibi, Instituisce la Sig. Ca-
milla con piena raggione, quæ importat tran-
slationem nedum vsufructus, verum etiam pro-
prietatis, vt sunt text. expressi in l. mater 5. C. ad
Tertull. & in l. fin. §. similiq. modo C. de bon. quæ
lib. Alex. cons. 56. num. 1 lib. 3. Dec. cons. 468. n. 10.
cum alijs congestis per Mart. de clausul. p. 1. claus.
89. nu. 1. & 2.

Neque Domini de Corbolis, quos Testator
scripsit hæredes in bonis existen. in Territorio
Vrbini euitare possunt onus soluẽdi sub prætextu
15 quod † ipsi vti instituti in certis bonis sint loco
legatarij; hæres verò vniuersalis sit Cæsar Aqui-
linus, quem Testator hæredem vniuersalem no-
16 minauit, quique † propterea teneatur in totum
ad debita Testatoris. Nam fuit animaduersum,
quod etiam Cæsar legitur institutus in certis bo-
nis, nempe in existen. in Territorio Senogalliæ;
17 Ideò ipse † quoque dicitur hæres institutus in re
certa, non obstante, quod vniuersalis fuerit in
Testamento nuncupatus. Nam ea dictio restrin-
gitur per institutionem in certis bonis, quidquid
dicen. esset si institutio facta fuisset in quota hære-
ditatis, vt in terminis fuit decisum in Ciuitatis
vetulæ dotis 29 Aprilis 1643. coram R. P. D. meo
Cerro ex tex. in l. vbi autem 75. §. illud ff. de verb.
obligat. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 8. num. 14.
18 Vnde sequitur † quod cum tàm Cæsar, quàm
Corboli, siue Camilla sint Instituti in re certa,
nec alius datus fuerit hæres vniuersalis, omnes
pro hęredibus habeantur l. 1. §. si ex fundo l. quo-
ties §. si duo l. Titius 24. & l. 35. ff. de hæred. instit.
l. cohæredi 41. §. vltimo ff. de vulgar. l. si quis Prio-
re 29 ff. ad Trebell. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 4.
sub nu. 28. Bellon. iun cons. 83. nu. 4. Rouit. cons. 46.
19 num. 7. & decis. 26. num. 5. Et † per consequens
debebant pro virili soluere debita defuncti, nisi
ageretur actione reali, vel fauore dotis, vt in pun-
cto institutionis plurium in bonis diuersorum
Territoriorum, est text. in l. si certarum 17. ff.
milit. testam. l. ex facto, iuncto §. 1. ff. de hæred. in-
stit. & ibi Bald. Bart. & alij Vinc. de Franch. dec.
559. per tot. & dixit Rota in Mutinen. Dotis 16.
Ian. & 15 Nouembris 1641. coram Eminentiss.
D. Card. Panzirolo.
20 Nec obstat † quod in d. l. si certarum §. 1. vers.
vt etiam, caueatur quod vnusquisque ex hæredi-
bus teneatur insolidum ad debita contracta in
Territorio in quo fuit hæres institutus. Quia in
hac parte dispositio d. text. procedit solum in hę-
redibus militis; secus verò in hæredibus Paganis
& ratio diuersitatis est in promptu; quia à prin-
cipio tempore contractæ obligationis patrimonia
militis erant diuersa, & distincta; Ideoque Cre-
ditor ex causa vnius patrimonii non poterat con-
21 uenire hæredem alterius patrimonij; At † in Pa-
gano non datur ab Initio ista distinctio patrimo-
niorum, licet possidere possit bona in diuerso
Territorio, sed omnia bona constituunt vnicum
patrimonium l. Iurisperitos §. cum oriundus ff.
excus. Tut. Alexan. cons. 31. num. 9. uers. quia hac
22 dicit lib. 1. Distinctio † verò patrimoniorum, quæ

fit post mortem debitoris non nocet Creditoribus, qui tempore contractæ obligationis acquisierunt actionem super omnibus bonis vbique existentibus *Imol.in l.ex facto la 2. num fin ff. de hæred.instit.& in puncto text.in d. l.si certarum, ita declarat. Castr. in l. bine quæritur, §. poterat num.3.ff.pecul.Alex.d.cons 31.num.8 & 9. lib.1. Tiraquell.de Iur.Primog.quæst.32.num.27.Cost. de port.rat.quæst.24.num.4.*quos sequuta est.Rota *in Roman. supplementi legitimæ* 18.Maij 1640 *coram D. meo Cerro, §. minusque &c.*

Nec pariter releuat, quod per dictam concordiam initam de anno præterito inter Victoriam, & Cæsarem filium hæredem bonorum Senogalliæ prætendatur inducta nouatio, etiam quoad Corbolos hæredes Vrbini; Adeout sicuti Victoria durante biennio non valet pulsare Cæsarem, ita neque valeat pulsare Corbolos.

Quia tantum abest, quod Victoria per dictam transactionem voluerit facere dilationem Corbolis prædictis, quod immo totum contrarium manifestè apparet, ex quo ad eam deuenit cum expressa obligatione de interim côueniendo alias obligatos, ibi, *Item che la Sig. Vittoria sia tenuta fare mandato di Procura irreuocabile* (prout fecit in continenti coram eodem Notario, & testibus) *per ricuperare la sua Dote conforme alla giustitia da gli heredi del Sig. Capitano Fuluio*
23 *Aquilini &c.* Vnde † tanquam ordinata ad effectum experiendi iura contra alios hæredes, scilicet Corbolos non potest illis prodesse, & effectum penitus contrarium, nempe dilationem ad illorum fauorem operari præter intentionem trãsigentiũ *contra textum in l.nõ omnis 19.ff si cert. pet. Magon.decis.Lucen.5.num.27.& decis.28. nu. 28.cum alijs in Maceraten. redditionis rationis 27.Ianuarij 1642.coram bon.mem. Merlino.*
24 Nec dicatur, quod nouatio, seu liberatio † facta ad fauorem vnius ex Correis debendi prosit etiam alteri. Quia quidquid sit quando est facta per viã solutionis, in quibus terminis non versamur, certum est, quod quando prout hic facta est per viam transactionis prodest solum transigenti, *ad text in l.1.& ibi Doct.& præsertim Dec. nu.1, Castren.eodem num.1.C. de transact. Mantic. de tacit. lib.26.tit.4.num.9.* qui proprio nomine, & ad propriam vtilitatem transegit *argum. text. in l. si Pupilli 6. §. sed si ego, ff. de negot. gest. Rot. decis, 109.num.1.par.4.recent.* non autem alijs, qui in contractu non interuenere, & quorum nomine contractus non legitur, *vt bene in his terminis Roncbegal.de duob. Reis l.3.nu.36. vers. res est magis expedita, & nu.76.& seq & facit text, in l.liberationem §. nunc de effectu, ff. de lib. leg. Surd.cons.327.sub num.20. & 21.*

Et ita resolutum &c.



R. P. D. CARRILLO.

Romana Pecuniaria, seù Pensionis.

Veneris 14. Decembris. 1640.

SVMMARIVM.

1 *Filius obligatus contemplatione patris debet ab ipso patre liberari, & indemnis relevari.*
2 *Testes quando dicantur contestes.*
3 *Testes præsumuntur contestes dum non probatur contrarium.*
4 *Attestatio extraiudicialis, licet non probet, tamen deseruit pro adminiculo.*
5 *Fides extraiudicialis, quando est verisimilis, & adminiculata plene probat.*
6 *Probatio maior non datur, quàm propria confessio.*
7 *Confessio maiorem probationem facit, quàm quodlibet instrumentum.*
8 *Contrahentium voluntas declaratur ex diuturna obseruantia subsequuta.*
9 *Singula quæ non prosunt simul iuncta iuuant.*
10 *Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit.*
11 *Obligatio Cameralis regulariter non admittit exceptiones turbidas, extrinsecas à contractu, & altiorem indaginem requirentes.*
12 *Exceptio in continenti probata retardat executionem obligationis Cameralis.*
13 *Cessio quæ non potest operari effectum translationis actionum, operatur effectum liberationis debitoris.*
14 *Cessionem translatiuam quis reportare non potest ex solutione proprij debiti.*
15 *Dicta testium non sunt cauillanda, sed potius adiuuanda, & pro viribus sustinenda.*
16 *Beneficia, & pensiones non possunt vendi, nec alienari.*
17 *Beneficia, & pensiones non possunt dari in recompensationem.*
18 *Voluntatis quæstio non admittitur vbi sunt clara verba deponentis.*

DECISIO CCXXIII.

PETENTE D. Philippo Costa nepote, & hærede bo. mem. Octauij cessionario nomine relaxari mandatum executiuum, coram R.P.D. Caballetto A.C. Locumtenente contra D. Abbatem Ioannem Antonium eius Patruum pro repetitione terminorum pensionis scutorum 250. solutorum Translatarijs bon. m. Vincentij Landinelli, qui Episcopatum Albinganeñ resignauit ad fauorem Reuerendiss. D. Petri Francisci Costæ alterius filij d. Octauij cum reseruatione pensionis scutorum 700. soluendorum pro rata dictorũ scutorum 250. super fructibus Abbatiæ per dictũ Ioannem Antonium possessæ. Et versa vice excipiente dicto Abbate se non teneri ad restitutionem dictæ pensionis solutæ, ex eo quod ad illius solutionem se obligauerit contemplatione dicti Octauij Patris, & sic dictus Philippus, cum sit hæres d. Octauij soluendo soluerit debitum proprium. Voluit super hac controuersia d. A. C.

Locum-

Pecuniatenens consulere Rotam; Ideò proposui dubium, An sit relaxandum mandatum, & illud fuit negatiuè resolutum.

1 Ea præcipuè ratione, quia † dum d. Abbas cōtemplatus fuit personam Patris, eiusque intuitu se obligauit licet principaliter teneatur ad fauorē Resignantis, & Translatariorum, debet tamen ab ipso Patre liberari, ac indemnis releuari iuxta dispositionem *Text.in l. si pupilli 6. §. item si procuratori*, ibi, *Si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, vt creditorem meum, vel pignus liberet aduersus te negotiorum gestorum habeo actionem, & in §. sed si ego*, ibi, *Pomponius lib.26.probat, vt siquidem contemplatione tui negotia gessi peculiaria, tu mihi teneris*, sequitur *gloss.in verb.quia ex abundanti*, vbi alios Textus concordantes refert, ibique *Castr. nu. 2. ff. de negot. gest.*

Quod autem d. Abbas se obligauerit contemplatione, & intuitu Patris visum fuit Dominis colligi ex pluribus.

Primo ex depositionibus duorum Testium, qui affirmant dictum Patrem agnouisse huiusmodi pēsionem in proprium debitum, & signanter primus super primo articulo, ibi: *E vero, che il Sig. Abbate Gio. Antonio Costa impose la pensione di scudi 250.&c. e questo fece ad instanza, e contemplatione, e preghiere del Signor Ottauio suo Padre, il quale perciò promise di pagar al detto Landinelli la detta pensione; In oltre se diceuarò &c* (idest Octauius) *esser la sua mente, che li suoi heredi continuassero à pagarla*, & licet secundus Testis non ità explicitè deponat, Attamen apertè dicit, se audiuisse à dicto Octauio Patre, quod ipse *la detta pensione di Monsignor Landinelli la pagaua per beneficio, e commodo di detto Monsignor Vescouo, stante, che detto Signor Abbate Gio. Antonio, & altri suoi fratelli à sua instanza, e contemplatione si fossero compiaciuti di consentire alla riserua di detta pensione per la ricompensa del Vescouato d'Albenga, vt in Sum. dicti Abbatis num.3.* qui duo Testes, cum sint contestes in hac materia benè probant *l. vbi nu-*
2 *merus, ff. de Testib.* & † Contestes dicuntur eo ipso, quod tendunt (prout hic) ad eumdem finē.
3 *Bald.in l.1.num.20.C. de testam.* & † tales præsumuntur dum contrarium non probetur. *Innoc. in cap.qualiter, & quando, il secondo, de accus. Aym. cons.78.num.9. Alex cons.4.num.7. lib.6.* & plures quos refert *Cancer. lib. 1. variar. cap. 20. num.69.*

Secundo ex Epistola D. Benedicti alterius fratris scripta eidem Abbati, in qua d. Benedictus asserit, *mi ricordo, che nostro Padre più volte mi hà detto, che questa pensione &c. e lo che fu fatta consentire da V.S. per seruitio di Monsignor, & così sempre il detto Padre nostro la pagò lui, & doppo la sua vita l'hauerebbero pagata gl'heredi, perche l'intentione sua era di computarla à Monsignor nostro fratello, d. Summ.eod.num.3.in fine*,
4 quæ epistola licet reputetur simplex † extraiudicialis attestatio, & vti talis non probet, tamen deseruit saltem pro adminiculo, *Rota coram Buratto in decis.458. nu.9.& inter recent.decis.122. num.7.par.1.* vbi firmatur, quod fides † extraiudicialis, dum est verisimilis, & adminiculis fulta plenè probat, sequitur *adden. ad Greg. XV. in decis.214.sub litt.B vers.si tamen.*

Tertio, ex declaratione facta ab eodem Octauio Patre in suo testamento vbi Episcopo Albinganen. eius filio reliquit gemmam valoris scutorum centum cum prohibitione expressa; quod nihil aliud ex sua hæreditate prætendere posset ex eo, quod fuerat prouisus de dicto Episcopatu, & possidebat alia beneficia. Et vlterius, quia eius contemplatione fratres ipsius consenserant reseruationi pensionum super eorum beneficijs, vt ibi, *oltre anco l'esser grauati li suoi fratelli à sua contemplatione*, idest Octauij (loquitur enim Notarius) *de scudi 300. di pensione annua per la ricōpensa, che diede à Monsignor Landinelli, dicto Summ.num.4.* quæ Patris confessio sicut coadiuuat dictum primi Testis super eo, quod intellexerat dictum Octauium dicentem voluisse releuare dictum Abbatem, & quod pensio etiam post obitum solueretur ab hæredibus, *& che voleua metterla à conto di Monsignor &c. poiche haueua aggiustato vn testamento fatto &c.* ita declarat negocium ad se ab initio spectasse ipsumque Abbatem eius contemplatione se obligasse, licet in Instrumento reseruationis pensionis aliter appa-
6 reat, nam nulla † maior probatio datur, quām propria oris confessio. *l.cum te C.de transact.Bal. cons. 92. col. 2. circa finem lib. 2.* vbi ait, quod
7 † confessio est maior quolibet Instrumento, benè *Roland.cons.54.à num.16.vsque ad 21.*

Quarto, & denique ex obseruantia subsequuta cum dictus Octauius quoad vixerit, & quidem spatio 17. annorum semper d. pensionem soluerit vt constat ex suo proprio Codice rationum dicto
8 *Summ. n.5.* quæ † quidem obseruantia desumpta ex hac diuturna solutione absque eo quod vnquam d.Abbati fuerit aliquid repetitum benè declarat voluntatem contrahentium *Paul. de Castr. cons.353.in 2.dub.lib.1. Aym. cons. 101. num. 3. Mantic.de tacit. & ambig.lib.2.tit.1.n.5. Gregor. decis.592.num.9 & 10* quæ omnia simul iuncta considerata quatenus vtr singula non sufficerent visa fuerunt plenè concludere d.Abbatem se obligasse contemplatione Patris ex vulg.reg. quod
9 † quæ non prosunt singula simul iuncta iuuant *cap.cum causam vbi glos. & DD. de probat. Surd. cons. 1. ante num.53. vers. & quamuis, lib. 1.* & propterea ipsum debere releuari, & conseruari indemnē ab eodem Patre. Vndè cum d. Philippus sit hæres d. Octauij repetere pensionem ab Abbate minimè potest, licèt cessionem iurium à Translatarijs reportauerit hæreditario nomine,
10 quia quem † de euictione tenet actio eumdem agentem repellit exceptio, *l. vindicantem 17. ff. de euict.*

Quæ regula habet locum etiam si d. Philippus agat vigore dictæ cessionis obligatione Camerali
11 vallatæ, † quæ regulariter non admittit exceptiones turbidas, extrinsecas à contractu, & altiorem indaginem requirentes. *Cast.ad.decis.vnic.de mut. pet.Rota inter impress.per Zacch.de oblig.Camer. decis.1.nu.12.& decis.48.num.2.& decis.49 n.1.* quoniam dum ex omnibus superius cōgestis manifestè patet debitum huius pensionis spectare ad

hæreditatem d. Octauij vti eius contemplatione ab Abbate contractum, & d. Philippum cessionarium constar esse eiusdem Octauij hæredem, clara hinc non turbida ad fauorem d. Abbatis oritur
12 exceptio, † quæ propterea etiam probata retardat executionem obligationis Cameralis ex *notat. per Alexandrum in l. Nemo potest num. 17. ff. de legat. 1. Parif. conf. 54. numer. 91. & seq. vol. 1. Saluft. Tiber. in prax. A. C. cap. 14. post numer. 3. verf. Imò in executiuis fol. mihi 17. Gallef. impreff. per Zaccb. de obligat. Camer. quæft. 20. nu. 2. & 3.* & faciunt notata per eundem *Zaccb. in quæft. 17. num. 101.* & consequenter intrat regula prædicta,
13 † & cessio deseruit tantum pro liberatione, & quietantia ex adductis per *Peregr. de fideicomm.*
14 *art. 52. num. 24.* cum † ex solutione proprij debiti, cessio translatiua reportari non possit. *Bart. in l. modestinus, num. 4.* ibique *Paul. de Castr. verf. In nihilum autem*, & *sub num. 5. verf. nam principalit, ff. de solut Greg. decif. 68. num. 4. & 5.*

Nec obstare censuerunt Domini id, quod obijciebatur ad redarguendum primum Testem, quod scilicet, ille non esset præsens de tempore reseruationis pensionis, de qua agitur, & tamen in sua depositione videatur deponere per verba de præsenti, quia responderunt ex lectura totius Cōtextus examinis clarè colligi d. Testem deposuisse de auditu ipsius Octauij, vt ibi, *E questo lo sò per le Cause dette di sopra per hauerlo inteso dire dal medesimo Sig. Ottauio*; nec similiter contrariari depositionem alterius Testis, dum dicit, quod d. Octauius administrabat bona eiusdem Abbatis, vndè inferebatur, quòd ex dd. bonorum fructibus d. pensio soluebatur, quoniam d. administratio erat correspectiua ad subministrationem scutorum mille, quæ pro alimentis d. Abbati soluebantur, vt idem Testis exprimit, ibi, *E stadi mille l'anno somministraua al detto Signor Abbate per suo mantenimento.* quod confirmatur ex eo, quod d. Abbas est promptus continuare eamdem administrationem in d. Phil ppo Aduersario cum eodem onere sibi subministrandi dicta scuta mille annuatim, & soluendi pensionem, de qua agitur Translatarijs. Hincque patet benè Testes ad Concordiam reduci, prout reduci debent
15 cum † eorum dicta non sint cauillanda, sed potius adiuuanda, & pro viribus sustinenda, *Bald. in l. de quibus num. 135. ff. de legib. Alex. consil. 5. num. 12. lib. 1. Cassad. decif. 3. n. 5. de probat. Greg. decif. 351. num. 37.* præsertim ad effectum ne sibi contrarientur *Rim sen. conf. 559. num. 1. et 2.*

Prout nec aduersari dixerunt, quod Abbas habuerit alia beneficia, & pensiones mediante opera D. Petri Francisci in recompensam istius pensionis, quia quod illa, seu illas hauerit ad istum
16 effectum nullibi probatur; Imò eum † beneficia, & pensiones non sint in comercio non possunt vendi, non alienari, vt notant in specie *Bart. Bald. Salic. Fulgof. et Iaf. in l 1. §. nec Castrense, ff. de collet. bonor. Anton. Gom. in l. 29 tauri, n. 21. verf. ex quo sub infero. Peregr. de fideicomm. art. 36 num. 130. Roland. conf. 11. numer. 5. et 6. lib. 2.*
17 *tit. 2. quæft. 21. n. 10.* & consequenter nec † etiam in recompensam dari ex eisdem allegatis.

Et multò minus existimarūt releuare donationem officij secretariatus factam à d. Octauio Patre eidem Abbati de anno 1636. Quoniam ex eius lectura constat illam fuisse factam ex mera liberalitate ad hoc vt d. Abbas honorificentius & commodius viuere possit, & cum pacto quod d. Secretariatus non imputetur in legitimam ipsius Donatarij. Si igitur illa non debet in legitimam imputari, eo minus debet dici facta in recompē-
18 sam istius pensionis, & dum † habemus verba clara donationis non est admittenda voluntatis quæstio *l. ille, aut ille 25. ff. de legat. 3.* sed ipsa voluntas est seruanda, vt benè ad propositum concludit *Guttier. pract. quæft. lib 2. quæft. 65. num. 13.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Census.

22. Iunij 1639.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligationi Camerali munitum paratam habet executionem.*

2 *Consensus patris ad integrandam personam filij non sufficit generalis, sed specialis super certa obligatione.*

3 *Fideiussio non comprehenditur in mandato quāuis generalissimo.*

DECISIO CCXXIV.

RESOLVTVM fuit standum esse in decisis 28. Febr. prædicti cuius effectus est etiā vt sententia ad fauorem Bernardini sit infirmanda quoniam fundamenta, & rationes decisionis, quæ reuidetur conueniunt veriusque tàm Martij, quàm Bernardini fratrum de Nicolinis obligationi soluendi censum eum qualitatibus, & conditionibus in instrumentis eiusdem consensus eonuentis in
1 forma Cameræ Apostolicæ per † Instrumentum accessionis habens executionem paratam, *Gallef. de obligat. Cameral. par. 3. tit. de vi instrument. obligat. Cameral. num. 15. Thef. decif. 26. num. 11. & decif. 415. num. 3. & 545. num. 1. & 620. num. 1. par. 1. recen.*

Non obstat, quòd Bernardinus careat peculio quasi Castrensi, quamuis de Martio idem dici non posset propter officium Notariatus, quod exerce-
2 bat † consensus vero patris generaliter præstitus non sufficiat pro integranda illius persona secundum statuti dispositionem cap. 152. lib. 1. sed requiratur specialis super certa obligatione, *Paschal. de virib. patr. poteft. par. 1. cap. 5. num. 131. per tex. in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff de acqu. baredit.*

Quia consensus non est à patre generaliter præstitus, sed in indiuiduo tam ad fauorem Ghrisātis, quàm ad alterius cuiusuis personæ, & pro quāuis re, summa, & negocio faciendis, sed præsens quæstio non est super generalitate, sed de quo tempore, vel ante, vel in actu, vel post actum, qui termini sufficienter fuerunt declarati in decisione causæ.

3 Denique † non obstat, quod paternus consensus non

non comprehendat fideiussoriam obligationem, prout eadem non comprehenditur in mandato, quamuis generalissimo, *Castren. in l. contra iuris num. 2. ff. de pact. & in l. 1. num. 1. ff. de exercit. Rot. decis. 132. num. 1. par. 2. diuers. & 190. num. 1. post Genc. de censib. cum allegat.*

Quia non versamur in contractu in quo procurator obligauit Dominum, vel instar preponentem quorum mandata siue ab homine, siue à lege non excedunt fines eorumdem, sed in licentia obligandi se ipsos filios non autem procuratorem, quæ cum legatur amplissima, & indiuidua tàm ad fauorem Ghrisautis, quàm alterius cuiusuis personæ, & pro quauis re summa, & negocio limitari non potest ex obligationum distinctione ad quas pater in licentia non respexit. Et ita &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Pecuniaria.

Luna 10. Iunij 1624.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. habet locum in quocumque contractu etiam iurato.*
2 *Et procedit quoque in debito ex quasi contractu.*
3 *Et comprehendit etiam forenses.*
4 *Litis contestatio interrumpit præscriptionem statutariam, & perpetuat actionem ad 40. annos, declara vt num. seqq.*
5 *Interpellatio extraiudicialis interrumpit statutariam præscriptionem.*
6 *Præscriptio statutaria interrupta per extraiudicialem interpellationem de nouo potest inuari.*
7 *In causis summarijs actus factus, qui respiciat merita causæ habet vim litis contestationis.*
8 *Præscriptio statutaria si interrupta fuerit iudicialiter perpetuatur actio ad 40. annos, declara vt num. 9.*
10 *Præscriptio statutaria interrupta iudicialiter per creditorem, qui mandatum obtinuit, si post illius relaxationem effluxerint anni sexdecim dictæ præscriptioni locus est.*
11 *Debitor allegans præscriptionem statutariam est omnino similis illi, qui docet effectualiter debitum persoluisse.*
12 *Mala fides excluditur elopso tempore præscriptionis inducta à statuto quemadmodum excluderetur si effectualis debiti satisfactio fuisset probata.*
13 *Solutio quibus coniecturis præsumatur.*
14 *Præscriptio statutaria Vrbis non habet locum, quando debitor est in mala fide.*
15 *Bona fides præsumitur post lapsum temporis præscriptionis inducta à statuto non secus ac præsumatur solutio.*
16 *Debitor, siue possessor bonæ fidei post præscriptionem completam non tenetur ad solutionem debiti, vel rei possessæ restitutionem si mala fides superuenit.*
17 *Prædicta tamen conclusio non procedit in præscriptione inducta à Statut. Vrbis.*
18 *Præsũptio iuris est species liquidissima probationis*
19 *Mercator non præsumitur diù differre exactionem crediti.*
20 *Maximè si sit pauper.*
21 *Negligens non præsumitur is in petendo executionem mandati, qui in obtinendo fuit diligentissimus.*
22 *Solutio præsumitur quando debitor est locuples, & solitus satisfacere creditoribus temporibus debitis.*
23 *Solutio debiti præsumitur ex eo, quod creditor viuente debitore non institerit pro satisfactione.*
24 *Præscriptionis interruptio contra principalem non nocet fideiussori.*
25 *Quod procedit in fideiussore contractus, secus in fideiussore iudicij, seu de iudicatum soluendo, declara vt num. 26.*
27 *Sententia, & res iudicata de iure communi post lapsum 30. annorum non potest executioni demandari.*
28 *Sententia, & res iudicata in Vrbe non potest executioni demandari post sexdecim annos stante Statuto, quod post lapsum tanti temporis solutio præsumatur facta.*

DECISIO CCXXV.

OBTINVERAT Octauius de anno 1600. pendente lite sequestrari quasdam pecunias Aloysij sui debitoris, qui propterea Aloysius pro huiusmodi sequestri reuocatione promisit, & solemniter se obligauit stare iuri, & iudicatum soluere; cui etiam obligationi vti principalis personaliter, & insolidum accessit bo. mem. R. P. D. Camerinus: & successiuè lite diù agitata, ipse Octauius creditor tres sententias conformes ad sui fauorem reportauit. In quarum & rei iudicatæ executionem obtinuit de anno 1603. taxari & moderari expensas in causa factas. Nuper autem Octauius coram Auditore Cameræ vrgebat heredes bo. me. Camerini ad solutionem iuxta formam obligationis prædictæ. Verum quia hæredes ipsi nitebantur illum repellere statutariæ præscriptionis exceptione; pro eius vero parte replicabatur, illam in præsenti casu locum sibi non vendicare; placuit Auditori Cameræ, seu R. P. D. eius Locumtenenti, Rotam, me proponente, consulere. An dicta præscriptio obstaret. Et Domini vtraque parte informante, hodie illam obstare responderunt.

Cum enim tàm à die obligationis, quam etiam
ab anno 1603. quo lata fuit tertia conformis sen-
tentia, & in vim rei iudicatæ deuentum etiam ad
expensarum taxationem, fuerint iam elapsi sexde-
1 cim anni, & vltra; vtique intrat dispositio † statu-
tuti cap. 158. lib. 1. quod locum habet in quocun-
que contractu etiam iurato, cum vlterius proce-
dat adimendo fidem instrumento, & sic iuramen-
tum in eo appositum remaneat absque probatio-
ne, *Mohedan. decis. 5. de præscript. Put. decis. 111.
lib. 1. in correct. Bon. de statut. Vrbis præscription.
glos. 29 num. 2. Surd. cons. 361. num. 12. & 13. &
fuit dictum in Romana pensionis domus 16. Iannarij 1598. coram bon. mem. Illustriss. D. Card. Lancellotto, & in Romana fructuum census 23. Iunij
1603. coram bon. mem. Illustriss. D. Card. Millino,
& in Romana pecuniaria 23. Februarij 1603. co-*
2 *ram bo. mem. Illustriss. D. Card. Sacrato.* Et † pro-
cedit quoque in debito ex quasi contractu, vt per

Card. Seraphinum decis. 730. num. 3. & 4. & seqq.
3 † comprehenditq. etiam forenses, *vt in Romana mercedis 17. Martii 1578. coram bon. mem. R.P.D. Bubalo. & in vna Ianuarij, seu Romana pecuniaria 20. Iunij 1580. coram bon. mem. Illustriss. D. Card. Lancellotto seniore, quæ est decisio 764. par. 4 diuers.*

4 Nec visum fuit præscriptionem † huiusmodi à statuto inductam cessare ex eo; quod post dictam obligationem Octauius litem contra Aloysium principalem debitorem per plures instantias fuerit prosequutus; donec tres conformes, vt supra obtinuerit; & consequenter actio ad quadraginta annos perpetuata videatur, iuxta textum *in l. finali, C. de præscriptionibus triginta, vel quadraginta annorum*, vbi *Soccin. & Ias.* & cæteri scribentes notant, & in terminis Statuti Vrbis tradit *Bon. vbi supra glos. 21. num. 15. modern. Bonon. variar. resolut. cap. 67. num. 8. & seqq. lib. 2.* firmauit etiam Rota *decis. 86. num. 2 par. 1. diuers. & coram bon. mem. Illustriss. D. Card. Seraphino decis. 920 num. 3. & decis. 926. num. 1. & coram R.P.D. Orano in Romana tutelæ de Fabijs 29. Iunij 1588 & coram R.P.D. meo Buratto in Romana pecuniaria 10. Iunij 1613.*

Quoniam pro responsione, & conclusionis huiusmodi declaratione, circa quam Rota variasse videtur, vt monuit Reu. Pater D. meus Vbaldus in Romana pretij viridarij 11. Martij præteriti, distinguendi sunt nonnulli casus, per quam distinctionem decisiones omnes facile ad concordiam reuocantur.

Primus casus est quando præscriptio fuit interrupta per simplicem citationem iudicialem, aut
5 † extraiudicialem interpellationem, quam statutũ ipsum vult sufficere ad interruptionis effectum.
6 Et tunc licet † præscriptio tamen cœpta non contineat, ita disponente statuto prædicto; nihilominus à die ipsius interpellationis noua inchoatur præscriptio per aliorum sexdecim annorum, & sic tanti temporis lapsum, quanti primo erat complenda; non autem ad longius tempus actio perpetuatur, vt post Riccardum Malumbrunum docet *Bartolus in l. ex hoc edicto num. 5. & ibi Castrens. num. 4. Ias. num. 3. Alex. num. 11. Soccin. numer. 13. ff. de eo per quem fact. erit, Imol. in l. 2. §. si etiam rem, nu. 32. ff. pro emptor. Corn. cons. 180 in fine lib. 3.* & in terminis statuti Vrbis modernus *Bononien. d. cap. 67. nu. 10. Bon vbi supra glos. 21. num. 15.* & sensit etiam *Rota coram bon. mem. Illustriss. Card. Seraph. decis. 718. num. 3. & 6. & in eadem causa coram R.P.D. meo Orano 29. Ianuarij 1588. & in d. Romana pecuniaria 20. Nouembris 1609. coram bon. mem. Illustriss. Cardinale Sacrato.*

Secundus casus est, quando non solum interuenit simplex interpellatio, sed fuit etiam deuentum ad litis contestationem, vel ad aliquem actũ merita causæ respicientem, qui in causis ordina-
7 rijs contestationem litis sequi consueuit: is † enim in causis summarijs, & in quibus lis formiter non contestatur, ipsius contestationis vim habet Cardinalis *in Clementina constitutionum, §. finali, in fine de elect. Rota decis. 1. de litis contestat. in non.* & in nostris terminis *Corn. d. cons. 180. nu. 5. lib. 3.*
8 *Card. Seraph. decis. 920. num. 3.* Et † tunc si actor propter aliquos casus litem absoluere fuerit præpeditus, cessat statuti dispositio ipsaque actio perpetuatur ad quadraginta annos, iuxta textum in *d. l. finali, C. de præscriptionibus triginta, vel quadraginta annorum*, & tradit *Bart. in d. l. ex hoc edicto, num. 5.* & alij relati per *Corn. d. cons. 180. num. 5. Petrus Duenna d. reg. 6. circa finem, vers. vnum tamen.* Bon. *d. glos. 21. nu. 5. & addent. Bononien. variar. resolut. cap. 67. num. 9. & 10. lib. 2.* quicquid dixerint *Bald. in cap. non liceat, de præscriptionib. in fine, & Alex. cons. 227. num. 4. & cons. 249. num. 6. lib. 6.* qui ab addentibus, vtrobique reprobantur. Et in his terminis loquuntur, & procedunt decisiones Rotæ supra in obiectione relatæ. Tunc enim creditor negligens dici, vel de eius credito iam satisfactus præsumi non potest, cum nõ fuerit in eius potestate litem finire, & creditum ipsum, cuius substantia, & existentia adhuc sub Iudice in dubium reuocabatur exigere.

9 Tertius † casus considerari potest, quando creditor non fuit litem contestatus animo illam ad finem perducendi, nec fuit propter potentiam forte fugientis debitoris, vel propriam imbecillitatem, aut alio casu impeditus; sed propter merã negligentiam ad expeditionem minimè deuenire curauit. Et tunc talis litis contestatio licet præscriptionem interrumpat, cum ad huue effectum, iuxta statutum prædictum, sufficiat sola, & simplex citatio, seu interpellatio etiam extraiudicialis, vt dixi, tamen ad actionis perpetuationem prodesse non videtur, vt firmauit *glossa in cap. placuit il secondo, §. potest, in verbo interrupta, vers. & tamen tantum 16. quæstione 3. per textum in d. l. fin.* ducto argumento à contrario sensu, *Abb in cap. illud, num. 24 vers. & inde ad limitationem de præscription. Roman. in d. l. ex hoc edicto in principio nu. 6. vers. est hic vnum dubium, ff. de eo per quem fact. vbi glossam in d. cap. placuit*, singularem appellat. *Ias. in §. pœnales quoque num. 134. institut. de actionib. Soccin. sen. reg. 308. in secunda fallentia, Curt. sen. de sequestr. quæst. 2. num. 57.* Et optimè intrat satisfactionis præsumptio inducta à statuto: non enim est credendum quod absque vllo prorsus impedimento litem prosequi, & suum exigere neglexisset, nisi fuisset iam satisfactus, vel in rei veritate se minimè creditorem, aut malum ius fouere cognouisset.

Quartus denique est casus, quando post litis contestationem agnoscẽdo bonam fidem liti cessit, ac debitum fassus fuit, vel rei minum ad sol-
10 uendum suscepit, vel † actor ad sui fauorem mandatum executiuum aut sententiam, & rem iudicatam, obtinuit, & postea idem actor tacuit per sexdecim annos. Et tunc præscriptioni statutariæ locus est: Quoniam licet in terminis statuti simpliciter disponẽtis quod actio certo temporis spatio tollatur, vel quod qui debitum non petierit infra tale tempus, cadat à iure suo, & amplius audiri non debeat; præscriptio ipsa in huiusmodi casu, propter malam fidem debitoris ex propria obligatione conuenti, & scientis se debere cessare videatur, iuxta tradita per *Canonistas in cap. finali, de præscriptionib. Balbus de præscriptionib. secunda parte tertiæ partis principalis quæst. 14. nu. 2. & 3.*

& 3. Couarr. in regula, possessor. 2. part. §. 11. numer. 3. Card. Seraphin. decis. 614. num. 1. & decis. 632. nu. 1. & 3. & decis. 760 num. 1. Nihilominus in terminis statuti Vrbis aliud est dicendum; illud enim non tollit directè & immediatè ius vel actionem creditori competentem, sed stante illius negligentia, & taciturnitate per sexdecim annos, inducit præsumptionem satisfactionis, & solutionis: qua præsupposita instrumenta quæcumque, & scripturas tam publicas, quam priuatas, vult nullam fidem mereri, nullumque sortiri posse iuris, aut
11 executionis effectum. Vnde † cum post dictum tempus ex iuris præsumptione per dictum statutum inducta debitor, qui eam allegat, fit omnino similis illi qui docet effectualiter persoluisse totum id ad quod erat obligatus, vt per *modern Roman. disceptat. forens. cap. 52. num. 18.* certum est non
12 posse amplius considerari malam fidem, † sed illam omnino excludi; quemadmodum excluderetur si ex publica, vel priuata scriptura, aut testium depositionibus, vel alio probationis genere, quam ex sola iuris præsumptio, solutio, aut satisfactio ipsa effectualis probata fuisset, vt fuit resolutum *in Romana tutela 29. Ianuarij 1588. coram Orano & in d. Romana pecuniaria 20. Nouemb. 1609. coram Illustriss. D. Card. Sacrato.*
13 Quinimò † statuti prædicti dispositio, & solutionis præsumptio fortius viget, quando creditor iudicialiter debitorem pulsauit, & mãdatum executiuum contra illum relaxari obtinuit, aut plures conformes reportauit, & in vim rei iudicatæ ad expensarum etiam taxationem fuit deuentum. Tūc enim multo magis est verisimile quod debitor videns omnes fugæ vias esse præclusas, ad vlteriores expensas, & molestias euitandas, & ob paratæ executionis timorem, debitum persoluere, & creditori satisfacere curauerit: & etiam valdè rationi dissentaneum est quòd creditor, qui fuit adeo diligens in petendo, & mandatum executiuum vel rem iudicatam, præsertim ex pluribus cōformibus, non sine magno labore, & expensis, vt in proposito, reportauit, per sexdecim annorum spatium ita ignauus, ac iners postea fuisset, vt sententiarum, & mandati executionem prætermisisset, si à debitore non fuisset satisfactus. Nec in huiusmodi casu tam supinæ negligentię iuuare se posset dispositione d. legis finalis, cum fuerit in eius potestate debitum exigere, *l. prima, §. socius, ff. de vsur. l. post rem iudicatam, & ibi Bart. ff. de re iudicat. l. si contra maiorem, C. de appellation.* & optimè fuit ponderatum *in d. Romana pecuniaria 20. Nouembris 1609. coram bon. mem. Illustriss. D. Card. Sacrato.*
14 Verissima igitur est conclusio, quod † statutaria Vrbis præscriptio locum non habet quando debitor est in mala fide: sed mala fides ad obtinendum in foro exteriori debet per creditorem, qui suum creditū per sexdecim annos petere neglexit, probari, nō solum ostendendo debitorem fuisse a principio propriæ obligationis & debiti conscium, sed etiam docendo illum sciuisse obligationem ipsam perdurasse, nec fuisse in rei veritate mediante satis-
15 factione extinctam: aliàs enim † quemadmodum post dicti temporis lapsum præsumitur facta solutio, ita præsumitur bona fides, vt per *Gabr. consil. 4. num. 28. & 29. de præscriptionib. & Rota in d. Romana pecuniaria 29. Nouemb. 1609 coram bon. mem. Illustriss. D. Card. Sacrato.*

Imò, quod plus est, mala fides excludit effectum tam prædicti statuti Vrbis, quàm iuris communis, vel alterius statuti præscriptionem simpliciter in-
16 ducentis. Nam † in terminis iuris communis, vel alterius statuti, si mala fides superuenit post præscriptionem completam, debitor, siue alienæ rei possessor, debitum persoluere, aut rem ipsam restituere non tenetur, sed potest licitè retinere etiam in foro conscientiæ: quia illius dominium legis auctoritate iam legitimè acquisiuit, iuxta communem opinionem Theologorum, & Canonistarum, quam tenet Sanctus Thomas *quodlib. 12. artic. 23. vers. & ideo dicendum, Scot. in 4. sententiar. distinct. 15. quæst. 2. num. 9. gloss. 2. in cap. vigilanti, de præscript. Caietan. in summ. in verbo præscriptio. Balb. de præscript. 2. par. tertia partis principalis, quæst. 9. per totam. Ioan. Medin. de restitut quæst. 18. Sotus de iustit. & iur. quæst. 5. art 4. Couar. in d. cap. possessor par. 1. §. 1. nu. 4. & 5. & par. 3. §. 2. per totum, Sarmien. lib. 2. select. interpretat. cap. 10. Fachin. lib. 1. controuers. 64. vers. sed contraria. Molin. de iustitia, & iure tractat. 2. disput. 61. col. 2. vers. proculdubio, & infra. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap 6. dub. 17. nu. 50.*
17 Quod † secus est in terminis statuti Vrbis, quod tollit actionem, vel obligationem, sed probationem tantùm, præsumendo solutionem. Vnde si post lapsum sexdecim annorum debitor constituatur in mala fide, non solum tenetur in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori cogi poterit ad ipsius debiti solutionem, quod nondum fuit solutum, si ipsa mala fides, & rei veritas ab ipso creditore sufficienter probetur; tunc enim cessante solutionis præsumptione cessat quoque statuti dispositio, vt in eodem expresse cauetur, & considerauit *Rota d. decis. 764. num. 4. in fine, par. 4. diuersor.*

Sed quoniam, vt dixi, ex prædictis patet debitorem statutariæ præscriptionis exceptionem obijcientem, in effectu dare de ipsius debiti solutione
18 probata ex iuris præsumptione, † quæ est species liquidissimæ probationis, *l. licet, & ibi Doctores, ff. de legat. 1. l. si tutor. C. de pericul. tutor. Bart. in l. illa, ff de verbor. obligat. Bon. de statut. Vrb. præscriptione. gloss. 24. num. 5. & seqq.* aperte sequitur illum esse tutissimum, itaut creditor omnino exclusus remaneat, nisi ipse probationis onus suscipiendo doceat in rei veritate solutionem non fuisse factam, vel per legitimas probationes, vel per aliquam contrariam præsumptionem præponderantem præsumptioni statuti, vt in ipso statuto expresse cauetur, & dixit *Rota d. decis. 764 in fine & Bon. d. gloss. 24. num. 3. & Gabr. cons. 148. numer 10. & 13. lib. 2.*

In proposito verò non solum aliqua huiusmodi præsumptio præponderans in contrarium non adducebatur, sed imò potiùs dicta solutionis præsumptio per statutum inducta pluribus alijs, & quidem vrgentibus coadiuuabatur. Quarum prima desumebatur ex qualitate personæ creditoris,
19 qui † est mercator; & consequenter non est credendum tamdiù sui crediti exactionem distulisse,

vt

vt in specie tradit *Paris.cons.83. num.26. lib.1. &*
20 *cons.137. num.3. lib.4.* Præsertim† stante infortunio, quod annis præteritis ei in mercatura contigit *Alex.cons.103. num.14. vers. & hanc partem lib.6. Afflict.decis.13. num.15. vers. quia respondetur, Surd.decis.105. num.3.*

Secunda coniectura resultabat ex maxima diligentia adhibita in procurando cautionem de stando iuri, & iudicatum soluendo, & in reportando tres sententias conformes, & ad expensarum etiã taxationem deueniri curando: Ideo non præsumi-
21 tur, † quòd fuerit negligens in petendo effectualem ipsius rei iudicatæ, & mandati executionem, quem apparet in obtinendo fuisse diligentissimum, vt arguit *Afflict.decis.13. nu.19. Paris.d.cons.83. num.27. & cons.137. num.13. lib.4. Mascard.de probat.concl.1319. num.28. Surd.dec.105. num.2.*
22 Tertia† coniectura desumitur ex qualitate non solùm principalis debitoris per tres sententias cõformes, vt supra condemnati, sed etiam dicti D. Camerini fideiussoris: vterque enim erat vir ingenuus, locuples, ac soluendo, & præsertim ipse fideiussor, & stata die quod debebat, soluere consueuerat, vt in terminis post *Paris.d. cons.83. nu.29. Bertazol. cons. ciuil. 118. num. 3.* argumentatur *Surd.decis.105. num.1.*
23 Quarta† denique, quia dictus creditor dictarum sententiarum & rei iudicatæ executionem distulit in tempus, quo tam dictus principalis debitor, quàm fideiussor, de veritate informati mortui sũt: quod in proposito ponderat *Afflict. d. decis.13. num.21. vers. quia num. 22. Grammat. decis.103. num.39. in fine, Simon.de Prat.cons.68. num.1. & seqq. Menoch.lib.2.præsumpt.92. num.7.*

Præterea visum fuit aliquibus ex Dominis omnem difficultatem cessare ex eo, quia de anno 1603. per rem iudicatam, & expensarum taxationem lis fuit finita, & tunc fideiussor prædictus de iudicatum soluendo cœpit esse efficaciter debitor, qui ante rem iudicatam ad aliquid persoluendum cogi non poterat: & consequenter à dicto tempore cępit ad illius fauorem currere præscriptio, quã certum est nunquam postea fuisse interruptam, cum nullam factam fuisse appareat iudicialem, vel extraiudicialem interpellationem: & consequenter, quicquid esset quoad principalem debitorem, clarè patet quoad ipsum fideiussorem, interruptionis, & prætensæ perpetuationis quæstionem locũ sibi vendicare non posse. Quamuis enim con-
24 clusio illa † quod interruptio præscriptionis contra principalem non nocet fideiussori, quam firmant *gloss.in l.cum quis, §.si quis*, & ibi etiam *Bart. num.5. ff. de solut.* idem *Bart.in l.fideiussor §.fin.ff. mandat. Alex.in l mora rei, ff.de verbor. obligat. Petr.Duen. d reg.6. in fin. vers.quod tamen intelligo. Guidopap. decis.416. num.12. Balb. de præscript.5.par.6. partis principalis num.47. & seqq. modern. Aretin. de fideiussor secunda parte principali, §.6. num.2. & seqq.* & in terminis statuti Vrbis, *Put.decis.500. lib.2. per totum, in cor-*
25 *rectis*, procedat † solum in fideiussore contractus, secus vero in fideiussore iudicij, seu de iudicatum soluendo, vt post *Baldum in l.tam mandatori, numer.25. C.de non num. pecun. Angel.in l.grege, §.etiam, vers. simili distinctione, ff. de pignor.* distinguit, & limitat *Balb. d.3. parte principali sub num.49. & 50. vers. limitatur secundum Baldũ:*
26 nihilominus limitatio †huiusmodi procedere videtur quando fideiussor iudicij vellet iuuari præscriptione cœpta ante litem motam, & contenderet illam quoad ipsum non fuisse interruptam per litis contestationem factam contra principalem, quemadmodum non interrumpitur quoad fideiussorem contractus; non autem, quando fideiussor iudicij opposuit de præscriptione inchoata in illius persona post sententiam, & rem iudicatam, & sic à die quò cœpit esse verè & efficaciter debitor, & successiuè completa per lapsum temporis à iure communi, vel statuto præfiniti; prout accidit in præsenti.

Et ratio disparitatis videtur euidens: quia primo casu cum sententia lata contra principalem mandetur recta via executioni cõtra fideiussorem iudicij, vt per *Balbum sub d.num.50.* & sic contra ipsum non requiratur alia particularis interruptio, dicere non potest actionem fuisse præscriptione sublatam ob interpellationis, siue interruptionis defectum. Nec potest creditor dici negligens, qui ante obtentam sententiam condemnatoriam contra principalem non potuit fideiussorem vrgere vt iudicatum solueret iuxta formam suæ obligationis. In secundo vero casu nomina illa præscriptio ad fideiussoris fauorem cœpta à die, quo eius obligatio fuit purificata, ipso efficaciter debitor esse cœpit, non potest dici interrupta per actus factos antequam ille currere incœpisset; & creditoris negligentia est inexcusabilis, dum post rem iudicatam tamdiù distulit, & fideiussorem iudicij iam efficaciter obligatum nunquam per sexdecim annos, & vltra pulsauit; & benè intrat satisfactionis præsumptio per statutum inducta ex superius deductis.

Et prædicta confirmabatur ex eo, quia quemad-
27 modum † sententia, & res iudicata de iure communi post lapsum triginta annorum executioni non potest demandari, *Afflict. dec.245. in fine, & decis.345.* & vtrobique *Vesill. Tiraquell. de retract. lignag. glos. final. num. 32. Rota decis.689.*
28 *num.5. par.1. recent.* Ita † nec etiam post sexdecim annos, stante d.dicti statuti dispositione, & præsumptione ab eo inducta.

Et ita conclusum fuit vtraq; parte informante.

R. P. D. PANZIROLO.

postea S.R.E. Cardinali.

Romana Dotis.

Luna 14. Maij 1635.

SVMMARIVM.

1 *Apoca Camerali obligatione vallata habent executionem paratam.*
2 *Fructus dotis debentur marito à die quo cœpit sustinere onera matrimonij.*
3 *Obligatio Cameralis extenditur ad omnia etiam narrata, & enunciata in instrumento.*
4 *Testi qui fuit mediator alicuius contractus, sed non habet in illo interesse, magna fides adhibenda est.*
5 *Dictum testis deponentis se audiuisse ab aliquo con-*

contrahentium, id quod deponit inseruit pro adminiculo super declaratione animi contrahentium.

6 *Obseruantia est contrahentium voluntatis interpres.*

7 *Per consensum præstitum à patre filio ad contrahendum obligatur in illo contractu etiam pater.*

8 *Auus ex dispositione iuris tenetur neptem dotare.*

9 *Fructus dotis taxādi sunt iuxta redditum bonorum pro dote assignatorum.*

DECISIO CCXXVI.

INFORMANTE tantum D.Benedicto fuit resolutum ei deberi residuum dotis vna cum fructibus habitationem ac alimēta pro se, & vxore tantum, & quidem quo ad residuum dotis visum est illud esse debitum, vigore duarum apocarum, quarum vna est de scutis 9000. soluen. in locis Montium, vel stabilibus pro summa scutor. 7000. & pro reliquis duobus millibus in Vetio vnionum num. 140. valoris scutorum duorū millium, & vltra altera vero apoca continet promissionem alio-
1 rum scutorum 2000. & cum† vtraque sit Camerali obligatione vallata paratam habent executionem. *Gallesf.de oblig.Cam.par.4.quæst.1.Cassador. decis.vnica de mut.pet. Rot.in Romana donationis 26.Nouemb.1627.coram Reuerendiss.D.meo Coccino Decano, & alias passim.*

Quo vero ad dotis fructus pariter visum est de-
2 beri à die quo†Benedictus cœpit substinere onera matrimonij, vt notant communiter DD. *in cap. salubriter de vsuris, Bart. in l.insulam, §.vsuras, ff.solut.matr. Capicius decis.138. num.3. Osasch. decis.132.num.1.Surd.de alim. tit.1. q.42. num.1. & seqq. latè Grat.forens. discept. 726. num.3. & seqq. & fuit resolutum in Romana fructuum dotis 15.Ianuarij 1629 coram bon. mem. Manzanedo, & in eadem 16.Ianuarij 1626. coram bon. mem. Remboldo*, quod procedit etiam si fructus non fuerint promissi, *Rota decis. 471. sub nu.1.par.1. recent.*

Quod autem pertinet ad habitationem, & alimenta, Domini ponderarunt quod licet in apoca matrimoniali solùm dicatur, quod Philippus pater,& Catherina mater ob amorem quo persequitur Dionoram filiam primogenitam desiderant, quod ipsa, & Benedictus vir apud eos in propria domo commorentur, & cum ipsis communiter viuant, quæ verba non excludunt quominus quilibet exponere debeat partem suam attamen visa est cessare omnis difficultas dum Philippus pater mediante apoca propria manu subscripta declarauit præfatis coniugibus fuisse promissa alimenta, & habitationem gratis, & amore, vt sunt verba
3 declarationis. Vnde† sequitur quod ista præstatio pars dotis reputetur, & etiam ipsa comprehendatur sub Camerali obligatione, *Rot. decis.69. sub num.4. & decis.55. num.1. & 2. post Zacch. de obligat.Cam. impress.* accedit quod cum hac declaratione Philippi patris concurrit dictum primi testis deponentis matrimonium fuisse conclusum cum ista promissione alimentorum, & habitationis, quia alias Benedictus volebat sibi dari in
4 dotem scuta 12. mill. cui quidem † testi vti mediatori, & non habenti aliquod interesse magna fides est adhibenda *Innoc.in cap.inquis. de accusat. Butr. in cap. cum causam de test. cum alijs adiectis per Aym. cons.2. num.9. & cons 99. num.6. Tiraq. de retract. lignag. §.1 glos.14 num.48.in*
5 *fine*, adest etiam quartus testis, †qui deponit hoc idem se audiuisse à Philippo de tempore nuptiarum cuius dictum videtur seruire pro adminiculo super declaratione animi contrahentium *Archid. in cap.hoc videtur num.2. quæst.5. Alex.cons.76. num.4.lib.1. Rom.cons 424.num.6.vers.licet bene*
6 *præsumpt. inducat Surd. cons.135. num. 18.* †concurrente maximè obseruantia subsequuta, quod à die quo Dionora fuit desponsata, & donec vixit Odoardus auus hæc vsque ad Philippi discessum numquam fuerit aliquid Benedicto petitum pro alimentis ad *tex. in cap. dilectus de consuet. l. de interpret. ff. dol.* & quod fuerit per modicum tempus, *Aym.cons.101. num.4. & cons. 294. col.3. vers.21. Aret.cons.11.col.3.*

Necobstat, quod pro executione præmissorum non possit agi contra hæredes aui, sed agendum sit contra Philippum patrem Dionoræ, cum O-
7 doardus solum † consenserit obligationibus prædictis, quia vltra quod consensus huiusmodi præstitus in capitulis matrimonialibus satis illum obligat pro dote iuxta tradita per *Corn. in l quoties, C.de fidei Alexan.cons.8. col.1. in fin. lib.4. Tiraq. de leg. coniug.gloss.7. num.24. Dec.consil. 121. num.21. Surd. cons.15. num. 20. & 21.* præ-
8 sertim quia † Philippus erat filius familias, & Odoardus vti auus ex dispositione iuris nepti dotem dare tenebatur *l. dotem dedit de collatione bonorum, l.ideo, §. fin. ff. de in rem vers. Bard. in auth res quæ. col.2. C.com de leg. Alex cons.238. lib 5. Font.de pactis nupti. claus.5.glos.3. num.1. & seqq.*

Tollitur omnis difficultas, cum ipse Odoardus in testamento fassus est Cap. matrimonialia fuisse subscripta de eius ordine cum promissione dotis scutor.9000.ac alijs rebus,& propterea mandabat hæredi, vt solueret Dionoræ residuum dotis dando Benedicto vineam positam extra Portam Salariam, & residuum in tot locis montium, & sic agnouit hoc debitum tamquam proprium.

Demum in taxatione fructuum dotis DD. fuerunt in voto non intrare dispositionem Statuti lib.1. cap 137. sed fructus esse taxandos, vel ad ratam locorum montium, vel censuum, vel bonorum stabilium cum Philippus in his promisit soluere non autem in pecunia. Itaut vel loca montium, vel census, vel bona stabilia videantur esse
9 in obligatione, † & ideo iuxta valorem ipsorum fructus esse taxandi, vt in his terminis fuit resolutum in *Bononien. fructuū dotis 23.Martij 1629. & 4.Martij 1630.coram R.P.D.meo Ghislerio,* & ita vnica tantum parte informante resolutum fuit.



R.P.D.

R. P. D. CARRILLO.

Romana, seu Perusina Census.

Veneris 16. Aprilis 1639.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. quod annullat contractus minorum celebratos absque solemnitatibus requisitis venit intelligendum procedere in minoribus annorum viginti, & non in maioribus.*

2 *Nullitatum defectus suppletur per iuramentum.*

3 *Aegidiana Constitutio non habet locum quando in contractu adest duplex iuramentum.*

4 *In obligatione camerali duo continentur iuramenta, & nu. 5.*

6 *Constitutio Marchia Cardinalis Carpensis non habet locum extra prouinciam Marchia.*

DECISIO CCXXVII.

CONFIRMARVNT Domini decisionem coram me in hac causa emanaram sub die 4. Iulij 1635. & sic iterum dixerunt mandatum relaxatum pro solutione fructuum census, de quo agitur ad fauorem Domini Comitis Anibalis de Sommalia esse exequendum contra Dominum Sfortiam Oddum fideiussorem non obstante repetita exceptione nullitatis obligationis ob defectũ solemnitatum requisitarum in contractibus minorum.

Quia (prætermissa disputatione, quod nam statutum sit attendendum an scilicet illud loci contractus, qui fuit in Vrbe, siue potius illud loci originis obligati qui est Perusiæ, vtcumque sit cũ d. Sfortia de tempore commissæ stipulationis esset maior viginti annis, validè absque dictis solemnitatibus obligari potuit in instrumento census, de quo agitur, vt infra patebit.

Nam aut ipse prætendit annullare obligationẽ
1 ex eo, quod † non fuerint in ea adhibitæ solemnitates requisitæ à statuto Vrbis cap. 151. lib. 1. in contractibus minorum, & id nihil releuat, quia d. statutum loquitur de minoribus viginti, & non maioribus, imò istos illud habilitat ad omnes cõtractus, vt patet ex cap. 47. eod. lib. 1. aut ex eo, quod deficiant solemnitates requisitæ ex Statuto Perusino, & illud (iuxta deducta per informantes eiusdem Sfortiæ) nihil statuit circa solemnitates adhibendas in contractibus maiorum viginti, & minorum vigintiquinque, & ideo casus iste quatenus non comprehendatur sub illius dispositione sumpto argumento à contrario sensu, vt fuit firmatum in decisione causæ in omnem euentum cẽsebitur relictus sub dispositione iuris communis,
2 † cuius nullitatum defectus suppletur ex iuramẽto in dicta obligatione apposito per textũ expressum *in Auth. Sacramenta puberum, ibi ne Bart. num 4. C. si aduers. vendit. Paris. cons. 97 num. 1. & seqq. lib. 1.* & in terminis maioris viginti tenet *Gratian. discept. for. cap. 555. numer. 21. in fine, & numer. 22. tom. 3.* & in puncto dixit *Rota in decis. 643. num. 4. & 5. par. 3 & in decis. 164. numer. 6. & in decis. 345. nu. 2. par. 4 rec. Lut. dec. 194. lib. 3.*

3 Aut verò recurrit ad constitutionem † Aegidianam, ex quo non fuerint seruatæ solemnitates per illam requisitæ, & illa locum non habet quãdo in contractu adest duplex iuramentum, *Soccin. iun. cons. 3. num 26. lib. 2. Curt. iun. cons. 114. nu. 9.* quos & alios refert *Boccac ad eandem constitutionem glos. 2. num. 65.* & fuit dictum *in Viterbien. terræ Vetralla 14. Maij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano, quæ est decis. 561. part 3 recent. vbi sub num. 4.* dicitur, quod constitutio Aegidiana non impedit effectum iuramenti.

Quod autem duo iuramenta præstita fuerint in vno eodemq; contractu non autem in diuersis, vt pro parte d. Sfortiæ prætenditur, patet ex lectura instrumenti census, de quo agitur, dato in *Summ. dicti Comitis num. 1.* vbi licet legantur duo contractus distincti, primus scilicet impositionis census cum accessione dicti Sfortiæ, & secundus recognitionis bonæ fidei per eundem factæ pro rata scut. 500. Attamen in quolibet de per se continẽtur duo siue plura iuramenta in primo enim adest vnum iuramentum expressum in illis verbis, ibi, *& sic tactis &c. iurauit &c.* & alterum siue alia duo resultant ex obligatione Camerali, vt notat *Zacch. ad Gallesi. de oblig. Cam quæst. 25. numer. 7. & quæst. 27. num. 16. Rota in Aretina commendæ 19 Iunij 1587. coram Orano, quæ est decis. 29. impressa apud eundem Zacch. num. 3.* In secundo vero vltra obligationem Cameralem alia duo explicita leguntur iuramenta, & sic dubitari nequit, quin in vnoquoque contractu duo imò plura iuramenta concurrant, vltra quod vt supra dictum
5 fuit † sub sola obligatione Camerali duplex iuramentum continetur, vt præter mox allegatos tenuit *Rota decis. 800. num. 4 par. 3. diuers.*

Nec obstat, quod Cardinalis Carpensis extenderit cõstitutionem Aegidianam ad omnia instrumenta minorum viginti quinque annis, etiam si fuerint illa duplici iuramento munita, vt in tenore dictæ constitutionis impressæ apud eundem *Boccac. in princ. sub §. quam quidem constitutio-*
6 *nem &c.* Quia † supradicta extensio non habet locum extra Prouinciam Marchiæ, vbi d. Cardinalis erat Legatus *ex notat. per Bart. Bald. & Salic. & alios in l. cunctos populos, C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Paris. cons. 12. num. 47. vol. 3.* & in terminis dictæ constitutionis *dixit Rota in decis. 371. num. 5. & in d. decis. 561. in fine par. 3. recent. Add ad Buratt. in decis. 914. numer. 20. cum alijs allegatis in decis. causæ sub § vlt.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. PAMPHILIO.

Nunc Sanctiss. D. N.

INNOCENTIO X.

Anconitana Computorum.

Mercurij 28. Maij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Quatenus dictio in obligatione apposita illam reddit conditionatam.*

2 *Non potest quis agere vigore alicuius obligatio-* nis

nis conditionata, nisi prius ostendat conditionẽ adimpleuisse.
3 *Alias mandatum vigore talis obligationis relaxatum dicitur nullum; & non est exequendum.*
4 *Cedens tenetur cessionario consignare Instrumẽta, & additare nomen debitoris, vt ex illis debitores possit conuenire.*
5 *Liquidatio debet fieri ante relaxationem mandati, aliàs mandatum dicitur nullum, & reuocandum.*

DECISIO CCXXVIII.

PRO Raua informante nempè Lucinum non potuisse repetere ab eo partitam scut. 1665. de qua agitur, quia idem Raua se obligauit soluere omne id, & totum, quod per Lucinum non fuit exactum à debitoribus societatis nouæ de dictis scutis 1665. infra annum proximum futurum, & in locum pecuniarum non exactarum retroaccipere eius portionem nominum debitorum societatis sine aliqua contradictione, ideo cum huiusmodi obligatio esset illiquida, & conditionalis, † quatenus scilicet per Lucinum non potuerit exigi à creditoribus *l. decem stipulatus, vbi Ias. num. 11. & alij ff. de verb. oblig. l. si decem eum ibi not ff. de sol.* † antequam Lucinus ex ea agere posset tenebatur docere an, & quantum ab eis exigere non potuerit *l. fin ff. si cert. pet. Ias. in d. l. decem stipulatus num. 12. in fin ff. de verb. oblig. Rebuf. in l. si ita stipulatus vers. quaro an creditor ff. de verb. signif.* quod † cum factum nõ fuerit mandatum exequutiuum ab A. C. obtentum est nullum *Roma. cons. 211. nu. 5. & ibi adden. Gallef. de vi instru. oblig. Cam. par. 3. num. 2.* & in specie quod non sit exequendum mandatum executiuum ante factam liquidationem ab A. C. relaxatum contra eum, qui promisit restituere omne, & totum id quod plus debito solutum apparebit fuit dictum *in causa Vrbeuetana dotis 5. Maij 1600. coram bon. mem. Iusto.*

Quod eo faciliùs procedit in casu isto, † quia Lucinus non retroecessit Rauę nomina debitorum exigen. neq; consignauit eidem instrumenta, seu apocas, & libros, prout tenebatur ad effectum, vt ex illis de dictis nominibus docere, & debitores conuenire posset *l. eum seruus in fin. & l. si cui libertati ff. de condit. & demonstr. l. si ita fuerit §. quaro ad fin. ff. de manu testam. Rota Ianuen. decis. 189. num. 3. Veral. decis. 104. par. 1. & fuit dictum in causa Romana extinctionis census 24. Februarij 1612. coram Reuerendiss. D. Bononien.*

Nec huiusmodi liquidatio, & consignatio instrumentorũ visa fuit Dominis posse fieri hodie, nã vltra quod erat facienda antequã relaxaretur mandatum, vt ante illius executionem, quæ propterea vti nulliter facta est ante omnia retractãda *Cbisan. decis. 172. Put. decis. 72. lib. 8. & fuit dictum in causa Lucan. bonorum 24. Nouembris 1589. corã Comitulo*, fuit etiam responsum quod post lapsum 16. annorum huiusmodi consignatio non est ita facile admitten. cum hoc medio tempore debitores potuerit effici nõ soluendo, & deterioris cõditionis, quod imputandum esset ipsi Lucino, qui fuit in culpa non consignando Rauæ d. Instrumenta, seu apocas, & libros *ad l. debitor cum ibi not. ff. de neg gest.*

Non obstat, quod dicebatur de defectu Iurisdictionis ex clausula parito iudicato in commissione apposita, Quia sub die 14. Maij 1607. fuit particulariter dubitatum, & resolutum constare de sufficienti paritione ideo &c. Et ita decisum &c.

R. P. D. MERLINO.

Castren. Pecuniaria.

Mercurij 11. Martij 1626.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum nullo pracedente decreto condemnationis dicitur nullum.*
2 *Quod procedit etiamsi mandatum fuerit à Iudice subscriptum, quia illa subscriptio tanquam actus extraiudicialis, qui etiã nulla pracedente causa cognitione ad libitum fieri poterat, non aequipollet Decreto.*
3 *Mandatum quod non iustificatur ex actis dicitur iniustum.*
4 *Mandatum relaxatum nulla praecedente debiti liquidatione non substinetur.*
5 *Agens nomine alieno ad nihil tenetur.*
6 *Procurator contrahens tenetur soluere, vel obtinere ratificationem illius, cuius nomine compromisit.*
7 *Procurator qui se obligauit de faciendo ratificare, ratificatione secuta remanet liberatus, & conueniendus est ipse principalis.*
8 *Si quis in eius obligatione expressit se procuratorem censetur se obligasse tanquam procuratorẽ & non tanquam principalem, quia aliàs esset cogere inuitum ad se obligandum.*
9 *Aequitas Iuris repugnat, vt procuratori officium suum damnosum efficiatur.*
10 *Procurator qui obligauit suum principalem cum promissione de rato aliàs de proprio, licet postea pro obseruatione in Instrumento content rum dicat, quod obligat suum principalem, & se ipsum hoc non operatur, vt ipse teneatur de proprio, nisi in casu non praestita ratificationis.*
11 *Obligatio cum sit stricti Iuris non admittit extensionem de casu ad casum.*
12 *Verba vbi trahi possunt ad obligationem procuratoriam ad illam sunt referenda, etiamsi verba violenter torquerentur.*
13 *Obligatio facta à procuratore intelligitur facta vigore antecedentis mandati.*
14 *Actus vel promissio refertur ad titulum, vel obligationem praeambulam.*

DECISIO CCXXIX.

DOMINI responderunt mandatum relaxatum contra Felicianum pro scut 2400 esse infirmandum tam ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ.

Nullitas autem deducebatur, quià d. mandatũ fuit relaxatum nullo præcedente condemnationis
1 decreto, † quod in processu reperiatur; & tamen decretum huiusmodi erat necessarium *l. 1. C de execut. rei iudicat. Alex. cons. 163. numer. 3. lib. 6.*

y *Crescent.*

Crescent.decis.2.num.3.tit.de arbitr. & *Rota in Romana de Pinellis* 20. *Februarij* 1598. *coram Orano, quæ est decis.2.post Modern.de obligatione Camerali*.

2 Nec visum fuit † euitari posse hanc nullitatem ex eo quod Iudex se subscripserit mandato relaxato, quia illa subscriptio tanquam actus extraiudicialis, qui ex nulla præcedente causæ cognitione ad libitum fieri poterat, non æquipollet decreto, vt in his terminis considerauit *Rota in Albanen. Spolij* 8. *Februarij* 1610. *coram bon.mem. Pena*.

3 Iniustitia verò mandati desumebatur, quia ex actis d. mandatum non iustificatur nedum quoad quantitatem crediti, scilicet pro dictis scutis 2400. sed nec etiam quoad ipsam substantiam, & veritatem crediti.

Non iustificabatur quantitas, quia laudum in cuius exequutionem prætenditur relaxatum mandatum, nullā Feliciano præfigit certam quantitatē
4 debiti, & consequenter † mandatum nulla præcedente certi debiti liquidatione relaxatum non sustinetur *l. hac autem §. t. ff. ex quib. caus. in poss. eat. Bald. cons.* 165. *numer.* 1. *lib.9.Surd. cons.*186.*num.*24. *Rot.decis.*409. *num.*6. *part.*1.& *decis.*365.*nu.*7.*par.*2.*recent.*

Substantia autem totius debiti, & veritas impugnatur, quia Marcucius putabat Felicianum vigore supradicti laudi, & compromissi, in quo tamen compromisso Felicianus egit non proprio nomine, sed procuratorio nempe pro Ranuccio patre, pro quo etiam promisit de rato, aliàs de proprio, teneri voluit, vnde tota obligatio solue-
5 di, quod per Arbitros fuisset † laudatum spectabat & hærebat Ranuccio cuius nomine Felicianus cōpromisit, non autem penes ipsum Felicianum procuratorem, qui propterea ad nihilum tenebatur de proprio *l. procurator qui pro euictione ff. de procur. l. si pupilli §. item si Procurator ff. de negoc. gest.* & *vtrobiq; Bart. Bald. Angel.* & *alij Interpretes Iacobin. de S. Georgio in l. final. num.* 14. *C. de furt. Ias. in l. Ciuitas nu.*16. *vers. item aduerte ff. si cert. pet. Paris. cons.*78. *num.*37. *lib.*1. *Rim. iun. cons.*641. *num.*12. *Surd. cons*19. *num.*11. *Cardin.*
6 *Mantic. de tacit. lib.*8. *tit.*11. *nu.*1. Et † Felicianus tamquam Procurator contrahens soluere obligabatur, vel ad obtinen. ratificationem illius cuius nomine compromisit, *vt not. Bart. in d. l. procura-*
7 *tor qui pro euictione num.* 4. Quo ostenso mandatu, vel sequuta ratificatione, vt in præsenti sequuta fuit, & datur in Sum. Feliciani num. 2. ipse Ranuccius est conueniendus, & procurator liberatus euadit *l. final ff. de instit. act. Bart. in d. l. Procurator, qui pro euictione num.*2. *vers. primo casu Castren. cons.*95. *in princ. lib.*1. & *cons.*248. *in fin. lib.*5. *Paris. cons.*78. *num.*38. *ad fin. vers.* & *finitum fuit,* & *num.*4. *d. lib.*1. *Siluan. cons.*8. *nu.*1. *et seqq.*

Neque hic ambigi posse videtur quin Felicia-
8 nus tamquam † Procurator Patris se obligauerit, dum in verbis dispositiuis Instrumenti hoc ipse profitetur ibi, *il Capitano Feliciano figliuolo Agēte, e Procuratore come asseri d. M. Ranuccio per il quale anco con giuramento promise de rato in forma etc. altrimente di suo proprio*. Et sic cum Procuratoris nomē obligationi fuerit appositum procuratoris nomine obligationem fuisse susceptam dicendum est. *Ias. et alij in l.* 1. *§. nunciatoff. de nou. oper. nunciat Angel in l. si pupilli §.* 1. *num.* 4. *ff. de negoc. gest. Mantic. de tacit. d. lib.*8. *tit.*2. *nu.*1. *et seqq. egregiè Ladereb. cons.*36. *nu.*8. *et seqq.* aliàs esset cogere inuitum in obligatione, *l.* 1. *§. si conueniat ff. de posit. l. contractus ff. de regul. iur.* &
9 procuratori efficeretur officium damnosum contra æquitatem Iuris, de qua *in l. sed si quis ex signatoribus ff. quemadmodum testament. aper.*

Nec visa sunt obstare verba illa in calce compromissi ibi. *E per osseruanza delle cose suditte d. Gio: Battista obligò se stesso heredi, e successori, e detto Capitano Feliciano, all'incontro M. Ranuccio suo Padre principale se stesso, e loro heredi, e successori, e beni*. Ex quibus videtur deprehendi Felicianum nedum excessisse terminos procuratoriæ obligationis, quæ non egreditur personam principalis, sed fidem suam astrinxisse, & consequenter obligatum de proprio *ad d. l. procurator, qui pro euictione*, ibi, qui pro Domino vinculum obligationis suscepit onus eius frustra recusat *ff. de procurat.* & *tradunt Bart.* & *alij ibidem Soccin. sen. cons.*154. *num.*7. *lib.*2. & *cons.*100. *numer.*2. *vers.*2. *astrinxit lib.*3. & *post alios Menoch. cons.* 58. *num* 56. & *seqq. Card. Mantic. de tacit. lib.*3. *tit.*10. *num.*33. *in fin.* & *lib.*8. *tit.*11. *num.*5. Quoniam à principio & in verbis dispositiuis duæ inductæ sunt obligationes. Prima est principalis,& hæc respectu Ranuccij, cuius nomine Felicianus filius comparuit; Altera accessoria, & quodammodo subsidiaria, & hæc erat ipsius Feliciani quatenus Ranuccius Pater nollet ratam habere, quia hoc casu Felicianus filius, & Procurator voluit de proprio teneri, vnde retento hoc themate, & singula singulis congruè referendo dicendum videtur quod Felicianus in supra relatis verbis Instrumēti obligauerit Patrem ad soluendum, quod per Arbitros fuisset laudatum,& obligauerit se ipsum, & bona & hæredes quatenus pater nollet ratificare, non autem quod principaliter vna cum Patre voluerit se obligare etiam post sequutam ratificationem. Et huic interpretationi fauet quod ea retenta non datur contrarietas in eodem Instrumento, sed postrema, & exequutiua verba con-
11 gruè respōdent primis dispositiuis; † Nec inducitur extensio de casu ad casum in obligatione, quæ stricti est Iuris; Et in hac materia, vbi verba pos-
12 sunt trahi † ad præambulam obligationem procuratoriam ad illam trahenda esse notant Doctores, *vt post Bart. Alex.* & *alios in l.* 1. *§. Grysogonus ff. de verb. oblig*at. elegantet tradit *Ladereb. d. cons.*36. *num.*12. *vers. at vero,* & *num.*14. *vbi in fine* idem repetit etiamsi verba violenter torquerentur, & conferunt tradita *per Parisi. cons.* 100. *num.*54. & 61. *lib.*1. *Gabr. cons.*131. *num.*5. *lib.*2.
13 & † obligationem factam à Procuratore intelligi semper factam vigore antecedentis mandati, &
14 † subsequenter actum, vel promissionem referri ad præambulum titulum, & obligationem pluribus firmat *Surd. cons.*19. *num.*18. & *seqq.* & *Ladereb. prææalleg. cons.*36. *nu.*11. & *seqq.* & *num.*14. & 15. Et ita &c.

R.P.D.

R. P. D. MERLINO.

Petusina Pecuniaria.

Veneris 1. Iulij 1622.

SVMMARIVM.

1 *Non potest quis se opponere executioni mandati executiui mediantibus inhibitionibus, quando nullum ius habet in bonis, super quibus venit facienda executio.*
2 *Pro executore, & executione militat semper Iuris præsumptio.*
3 *Opponens se executioni probare debet concludenter bona, contra quæ est data executio ad ipsum spectare.*
4 *Inhibitio executionem legitimam impediens est omnino moderanda.*
5 *Inhibitio concessa cum præsupposito falso, cessat illius effectus.*
6 *Soluto matrimonio mulier ex causa dotis omnibus præfertur.*
7 *Plures insolidum possidere non possunt.*
8 *Præstatio alimentorum, & habitatio in domo Patris nullã inferunt possessionem, Imò iure familiaritatis tantùm veniunt interpretanda.*

DECISIO CCXXX.

IVLIO debitore decocto, ac latitante obtentisque per creditores ab A.C. mandatis executiuis vigore instrumentorum obligatione cameralı vallatorum, & aliquibus etiam mandatis iam effectuali executioni demandatis, filij, & sorores eiusdem Iulij impetrarunt Monitorium cum inhibitione, quam inhibitionem deinde moderatus fuit R. P. D. Signius, à cuius decreto interposita appellatione Iudex ad quem reuocauit d. moderationẽ; Vnde hodie proposito dubio, An hæc posterior sententia reuocatoria prioris decreti esset confirmanda, vel infirmanda, Domini responderunt, decretum R. P. D. Signij fuisse iustum, & consequenter vltimam sententiam esse infirmandam.

Quandoquidem cum † nec filij prædicti, nec sorores vllo modo possiderent bona Iulij, nec dominium, vel aliud ius sufficiens super illis haberẽt, non poterant se opponere creditoribus illius habentibus mandata executiua, & executionibus iam ceptis, nec impedire executionem, vel effectum dictorum mediantibus inhibitionibus; quia pro † executione, & executore militat sẽper iuris præsumptio *ad l. à, diuo Pio §. si super rebus eum ibi not. per scribentes, & præcipuè Alex. num. 17. ff. de re iud. Afin. in tract. de execution. lib 9. cap. 5. Menoch. de adipisc. en. remed. 4. num. 924. vers. tertius est casus*, & plenè discussit *Rota in Lucana, seu Fesulana Abbatiæ 27. Iunij 1616 corã R. P. D. meo Buratto*, vbi etiam firmatur, se opponentem executioni † probare debere concludenter, bona, contra quæ est data executio, ad ipsum spectare. Et † quod inhibitio executionem legitimam impediens sit omnino moderanda, amplexa est etiã *Rota in Calaguritana beneficij de Annego 4. Februarij 1615. coram eodem R. P. D. meo Buratto, & in Conchen. Iurisdictionis 3. Martij 1617. corã Illustriss. D. meo Cardinali Sacrato.* Et eo maxime, quia dicta inhibitio concessa fuit cum præsupposito, quod dicti filij, & sorores Iulij possiderent hæc bona Iulij; & consequenter cum huiusmodi præsuppositum possessionis fuerit falsum,
5 † cessabat effectus inhibitionis *Rota apud Card. Seraphin. decis. 482. num. 5. & dec. 582. numer. 6. & 1400 num. 2.* Et propterea ijdem filij, & sorores sublata d. inhibitione debent tantummodo concurrere secundum eorum anterioritatem ad bona Iulij; immo & ipsas etiam sorores pro dote soluto matrimonio agentes, & possidentes excludere
6 potuissent alij creditores, † & omnia bona occupare dotem tantum offerendo *l. cum tibi, ibi, Non offerentes, debitum, vbi Bart. in fin. & alij C. qui pot. in pignor. hab. Afflict. dec. 199. numer. 2. in fin.* plures congerunt *Guttier. de Iur. confirmat. par. 1. cap. 1. num. 10. & Giurb. de c. Sicil. 16. nu. 16.*

Quod autem prædicti filij, & sorores bona Iulij non possederint tempore obtentę inhibitionis, nedum non probarunt, quemadmodum concludenter probare tenebãtur, vt in d. Lucana dictum fuit; sed, immo contrarium deducitur ex testibus pro ijsdem filijs, & sororibus examinatis, qui plenè possessionem Iulij vsque ad decoctionem, & fugã testantur, & proinde excludunt possessionem fi-
7 liorum, & successorum, † cum plures in solidum possidere non possint *l. si vt certo §. si duobus ff. commodat. Mohed. dec. 20. de resti spol. Aebil. decis. 21. num. 20. de probat.*

Actus vero, qui pro sororibus allegabantur,
8 nempe præstatio alimentorum † & habitatio in domo Iulij nullam inferunt possessionem, quippe nullus titulus fauebat ipsis sororibus pro huiusmodi possessione, quæ ideo iure familiaritatis tantummodo venit interpretanda *Bart. in l. qui iure, vbi Doct. ff. de acq hared. Socin. sen. consi 60. nu. 4. & 5. lib. 1. Menoch de præsum. lib. 6. præsump. 67 num. 12.* Et consequenter non suffragatur, nec aliquo modo prædictis sororibus prodesse potest præallegata *l. qui iure ff. de acq. poss. & late fuit dictum in Spoletana Bonorum 22. Aprilis 1622. coram R. P. D meo Buratto.*

Minus etiam prædicti filij, & sorores aliquod dominium probarunt super his bonis ad effectum impediendi executionem; immo nec probari potest, quia decretum R. P. D. Signij est limitatum ad bona Iulij, & ideo quatenus probaretur ipsorum dominium in aliqua parte dictorum bonorũ, vel ob successionem Alexandri, & Bernabei, vel ob quamcumque aliam causam, huiusmodi pars non comprehenderetur in decreto prædicto.

Nec etiam sub prætextu iurium dotalium, fideicommissorum, & aliarum prætensionum poterant d. executioni se opponere. Quoniam præter alias responsiones ab informantibus pro creditoribus deductas, placuit Dominis motiuum, quod scilicet in omnem euentum R. P. D. Signius nullũ intulit grauamen creditoribus; siquidem solutis scutis quingentis prædictis filijs, & alijs florenis quingentis Paulæ residuum deponi mandauit penes Montem Pietatis ad effectum consignandi creditoribus eiusdem Iulij, & quibus de iure; itaut si prædicti filij, & sorores iura, & credita

efficacia habent contra bona Iulij, per illud decretum, nedum aliquod illatum non est illis præiudicium, sed immo plenè eorum iuribus consultum est.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. OTTHOBONO.

Beneuentana Domus.

Veneris 14. Decembris 1643.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo dandum est possessori de tempore motæ litis.*

2 *Possident authore Prætore dicitur iustè possidere.*

3 *Iudex nulliter procedens non priuat possidentem sua possessione.*

4 *Agens contra pupillum non habentem tutorem nulliter agit.*

5 *Iudicium contra pupillum indefensum dicitur nullum; etiamsi pupillus habeat curatorem.*

6 *Minor qui non habet curatorem non potest constituere procuratorem ad lites.*

8 *Minor non potest adire hereditatem absque solemnitatibus requisitis in contractibus minorum.*

9 *Clausula constituti transfert dominium, & possessionem rei.*

10 *Qualitas bonorum super quibus fit executio probari debet etiam in iudicijs executiuis, alias processus est nullus.*

11 *Mandati executiui forma venit ad vnguem seruanda, nec potest per executorem restringi, vel ampliari.*

DECISIO CCXXXI.

1 FVIT per DD † resolutum dandum esse mãdatum de manutenẽdo in possessione domus, de qua agitur D. Claudiæ Multæ, cum eius anterior possessio de tempore motæ litis, neque à Carissimis manutentionem eiusdem domus prætendentibus reuocari possit in dubium, quia contra illam fuit petita restitutio, atque facta exequutio mandati, *Greg. decis. 402. nu. 1. & 3. & decis. 458. num. 2. in recent. decis. 561. num. 1. par. 1. & decis. 630. num. 1. & 2. & decis. 476. nu. 1. par. 2. Buratt. decis. 393 num. 1. & 2. & decis. 505. nu. 3. Duran. decis. 13. num. 1. & fuit dictum in Romana domorum in Burgo 18. Maij præteriti coram me.*

2 Neque obstat, quòd † illi de Carissimis prætendant possessionem acquisiuisse authore Prætore ad *l. iustè possidet, ff. de acquir. possess.* quia cum in

3 proposito casu Iudex † nulliter processerit, non potuit priuare Claudiam sua possessione, *Rot. decis. 561. num. 3. par. 1. rec. & decis. 417. num. 2. coram recol. mem. Coccino, Caual. decis. 432. num. 2. Buratt. d. decis. 393. num. 3. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 114. num. 3. & 4.*

Nullitates verò euitari non possunt, tum quia

4 Carissimi † egerunt contra Claudiam minorem, absque eo quod ipsi fuisset datus curator *Afflict. decis. 366. num. 7. Surd. decis. 101. num. 1. Crescent. decis. 9. num. 3. de sent. & re iud. Greg. decis. 319.*

5 *num. 2.* Tum etiam quia † cum Claudia non fuerit defensa etiam si curatorem habuisset, iudicium esset nullum *l. cum, & minores, C. si aduersus rem iudicatam, vbi Bart. num. 4 Castr. num. 4. Salicet. num. 6. ante med. Ruin. cons. 36. nu. 4. lib. 5. Surd. d. decis. 108. num. 16. Buratt. decis. 627. nu. 7. Coccin. decis. 24. num. 1. post Mangil. de subhast. in recent. decis. 406. num. 6. part. 4.*

Nec releuat, quod Claudia cõstituerit sibi procuratorem cum obligatione habendi ratum omne

6 totum, & quidquid ab eo gestum foret, † quia hoc Claudia facere non poterat, dum ei non fuerat datus curator *l. non eo minus 14. C. de procur. l. decreto. ff. de admin. tutor. l. eum & minores 4. C. si aduersus rem iudic. Iacob. Gent. de ord. iud. cap. 2. num. 15. Nepot. à Montalb. de except. art. 8. n. 16.*

7 Minori † enim non datur procurator ad lites, sed curator, *§. item inuiti instit. de curat. l. 2. C. de in lit. dan. tutor. vel curator. Andr. Gaill. pract. obseru 208. num. 1. lib. 2. Afflict. decis. 256. num 2.*

Alia etiam nullitas resultat, quia fuit actum cõtra Claudiam tanquam hæredem Lutij patris, ta-

8 men non constat de aditione valida, cum † minor adire non possit sine solemnitatibus requisitis in contractibus minorum, *Simonell. de decret. lib. 2. tit. 6. num. 53. Franch. Vegius cons. 39. per tot. Tiraq. de leg. connub. gloss. 5. num. 125. Pic. ad stat. Vrb. gloss. 7. nu. 18. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 45. per tot. Rota in Interamnen bonorum 1. Februarij 1641. coram R. P. D. Cerro, & in Maceraten. redditionis rationis 8. Martij, & 21. Iunij 1641. & 27. Ianuarij 1642. coram bon. mem. Merlino.*

Neque mandatum relaxatum contra bona hæreditaria Lutij prætensi debitoris exequi poterat super domo, de qua agitur, quia illa fuerat ab eodem data Claudiæ in dotem cum clausula, consti-

9 tituti, † quæ est apta ad trãsferendum dominium & possessionem, adeout non potuerit remanere in illius hæreditate, vt in hac specie dixerunt *Oldrad. cons. 139. num. 9. & seqq. Surd. cons. 263. nu-*

10 *mer. 7. Rota decis. 277. num 1. par. 1. rec.* Et † qualitas hæreditaria erat per Carissimos actores probanda in quocũque iudicio etiam executiuo, alias processus est nullus, *Dec. in l. fin. num. 47. C. de edict. D. Adr. toll. Crauett cons. 164 nu. 1. Neuiz. cons. 18. num. 4 Rolan. cons. 46. num. 2. lib. 2. Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 76. nu 2. quæ est in rec. decis. 28. n. 4. par. 2. Buratt. dec. 434. nu. 6.*

Et demum cum mandatum exequutiuum fuerit relaxatum ad cogen. & compellendum per sequestrationem, venditionem, & subhastationem bonorum hæreditariorum, non poterat hoc casu exequutor vigore mãdati exequtiui tradere pos-

11 sessionem creditori, cum forma † mandati exequtiui sit ad vnguem obseruanda, nec exequutor possit restringere, aut ampliare, *Verall. decis. 333. num. 2. & 3. par. 1. Mantic. decis. 303. num. 1. & 2. Seraph. decis. 929. num. 1. Buratt. decis. 891. num. 6.*

Stantibus itaque tot nullitatibus, Domini censuerunt Claudiæ dandum esse mandatum de manutenendo vtraque parte informante &c.

R. P. D.

REVERENDISS. P. D. DVNOZET.

Nunc S. Rotæ Decano,

Romana Dotis,

Veneris 14. Februarij 1642.

SVMMARIVM.

1 *Pro recuperatione dotis competit via executiua etiam contra tertios possessores bonorum tacitè, vel expressè obligatos vigore Statuti Vrbis cap. 85. lib. 1.*

2 *Quod procedit non solum ad fauorem mulieris repetentis dotem; verum etiam illius hæredis.*

3 *Statutum Vrbis lib. 1. cap 85. est decisorium, & est obseruandum in omnibus Curijs.*

4 *Confessio dotis receptæ facta constãte matrimonio regulariter non probat veram solutionem dotis.*

5 *Confessio dotis receptæ probat solutionem, quando præcessit promissio, & concurrunt coniecturæ solutionem suadentes.*

6 *Partitæ libri Mercatorum formiter extractæ probant solutionem, etiam contra tertium si concurrant adminicula.*

7 *Solutio in dubio prius cedit in fructus, & postea in sortem.*

8 *Vxor ali debet de fructibus dotis, non autem de proprietate.*

9 *Obitus probatur ex partita extracta formiter à libro Parochi, in quo nomina Defunctorum describuntur.*

10 *Obijsse quem sine filijs, de iure præsumitur, nisi contrarium probetur.*

11 *Loca montium possideri per aliquem probatur ex fide Secretarij.*

12 *Executiuè agi potest contra tertios possessores rei subrogatæ in locum illius obligatæ pro restitutione dotis.*

13 *Subrogatio operatur, vt res subrogata dicatur possideri, ac si possideretur res ipsa, cui fuit facta subrogatio.*

14 *Subrogata res assumit naturam, & qualitatem eius, cui fuit facta subrogatio, etiam in materia stricta, & correctoria.*

15 *Fideicommissario competit immissio super bonis subrogatis in locum bonorum fideicommisso subiectorum, sicut competeret super eisdem bonis fideicommissarijs.*

16 *Bona fideicommisso subiecta non possunt alienari, seu obligari in præiudicium fideicommissariorum.*

17 *Bona fideicommisso subiecta possunt obligari, & alienari, non solum pro constitutione, sed etiam pro restitutione dotium vxorum nuptarum descendentibus testatoris, amplia vt num. 18.*

19 *Executio obligationis Cameralis competit, tàm pro expressis, quàm pro virtualiter in instrumento contentis.*

20 *Testator præsumitur voluisse in sua dispositione se conformare cum dispositione legis.*

21 *Adscendens consentiendo etiam tacitè in testamento matrimonijs à suis descendentibus contrahẽdis præsumitur voluisse posse alienari posse alienari bona per eum fideicommisso supposita, pro restitutione dotium.*

22 *Dispositio Auth. res quæ non habet locum, quando fideicommissum fuit factũ in donatione inter viuos, seu alio contractu, declara vt num. 23. contrarium num. 24.*

25 *Assecuratio dotis fieri non potest in aliqua re, in præiudicium creditorum habentium super ea anteriorem, & expressam hypotecam.*

26 *Copula, &, apponi solet inter diuersa.*

27 *Et stat augmentatiuè.*

28 *Dictio, respectiuè, operatur, vt singula singulis cõgruè referantur.*

29 *Papa non præsumitur voluisse adimere ius alteri quæsitum, sed potius illud voluisse præseruare.*

30 *Gratia Principis, postquam aliquid operata est, venit restringenda; ne enorme præiudicium fiat tertio.*

31 *Præiudicium tertij vt euitetur, verba gratiæ à Principe concessæ veniunt etiam improprianda.*

32 *Hypoteca licet anterior super certa pecuniarum summa extincta remanet si pecuniæ fuerint solutæ creditoribus posterioribus.*

33 *Quod procedit quando solutio fuit liberè facta, secus si sub cautione, & cum onere restituendi creditoribus anterioribus, & potioribus.*

34 *Subscribens se solutioni alicui faciendæ de pecunijs, super quibus subscribenti competebat hypoteca, dicitur solutioni consentire, et hypotecam sibi competentem remittere, declara vt num. 35.*

36 *Hypotecæ dotali sicut renunciari non potest expressè absque solemnitatibus requisitis à Statuto in contractibus mulierum multo minus renunciari potest tacitè.*

DECISIO CCXXXII.

FEL. record. Paulus Quintus intellecto graui ære alieno, quo premebatur Maximilianus Caffarellus, & signanter in summa scut. 25. mill. sub fideiussione DD. Melchiorris & Crescentij de Crescentijs quodq. Marius Caffarellus, eiusdem Maximiliani vnicus filius, vocatus ad fideicommissum q. Bernardini, eius Proaui paterni, consentiret, sub certis conditionibus, venditioni Casalis Tuffelli, subiecti eidem fideicommisso, faciendæ clar. mem. Scipioni Cardinali Burghesio, precio scut. 37. mill. concessit facultatem vendendi Casale prædictum, sub hac tamen lege, quod ex dicto precio scuta 3500. inuestirentur in locis montium, quæ vna cum fructibus, starent pro multiplico faciendo vsque ad summam scut. 28. mill. primario pro securitate emptoris, & secundario pro fideicommisso, & nominatis ad illud, ac pro alijs ius habentibus, & habituris in futurum; & donec fieret, à quouis creditore, etiam ex causa dotis, & alimentorum, non posset interrumpi, vel impediri. Alia scuta 25. mill. soluerentur illis prædicti Maximiliani creditoribus, quorum fauore essent obligati dicti de Crescentijs, sub cautione, de restituendo pecunias receptas. in primis D. Cardinali emptori, eiusq. successoribus, in casu euictionis, & secundario creditoribus, prioribus, & potioribus, eiusdem Maximiliani, habentibus pariter obligatos dictos de Crescentijs. Reliqua vero scut. 8500. mandauit reinuestiri in tot locis montium, quorũ fructus soluerẽtur alijs Maximiliani creditoribus,

nõ habentibus obligatos ipsos de Crescentijs, eisdem tamen modo, via, & forma, quibus isti creditores percipere potuissent fructus dicti Casalis, viuente d. Maximiliano; si illud venditum non fuisset; quod etiam inuestimentum voluit, vt stare deberet pro cautela emptoris, & pro fideicommisso, & alijs, prout de multiplico, & illius inuestimento dispositum fuit; successiuè exemit Casale prædictũ à quibuscumque primogenituris, fideicommissis, prohibitionibus, substitutionibus, hypotecis, & obligationibus, etiam Cameralibus, ex causa dotis, & alimentorum, illaque omnia in precium, & loca montium, seu bona stabilia, ex dicto precio emenda, perpetuo transtulit; & collocauit, & in locum d. Casalis, in omnibus, & per omnia, perinde ac si ab initio super illis constituta, & imposita fuissent, substituit, ac subrogauit respectiuè, vt latiùs in motu proprio eiusdẽ Põtificis cõtinetur.

Secuta venditione dicti Casalis, iuxta formam in eodem motu proprio præscriptam, Cardinalis emptor deposuit in Banco, ad computum precij scut. 25. mill. quæ sub vinculis, obligationibus, ac subrogationibus prædictis, fuerunt persoluta, diuersis creditoribus ipsius Maximiliani, habentibus obligatos DD. de Crescentijs, inter quos Octauius, & fratres de Euangelistis, vti hæredes q. Lucæ eorum patris, receperunt scuta 600. quæ in emptionem sex locorum montium, de quibus agitur, erogarunt.

Defunctis autem Maximiliano, ac successiuè Matio eius filio, D. Laura de Crescentijs eius vxor mouit iudicium repetitionis dotis scut. 10. mill. ac lucri dotalis scut. 2500. tam contra R. P. D. Caffarellum, vti tertium possessorem vnius palatij, ad sui fauorem hypotecati, & Marium dicti Maximiliani filium, & hæredem, quam etiam contra Ioãnem Frãciscum Toualiam, vti hæredem dicti Marij, postmodum defuncti, in quo iudicio tres decisiones fauorabilès obtinuit coram me, sub diebus 20. Maij 1633. 2. Martij 1635. & 13. Iunij 1636. sed huiusmodi iudicio adhuc pendente, illa decessit, instituto sibi hærede D. Crescentio eius germano fratre, cui decedenti sine filijs legitimis, & naturalibus, substituit D. Annam ipsius Crescentij filiam naturalem cumq. nuper obierit idem Crescentius, sine dictis filijs, dicta D. Anna hæres illi substituta, cœpit agere contra dictos Euangelistas, vti possessores dictorum locorum montium subrogatorum pro rata, in locum d. Casalis, pro executione instrumẽti dotalis dictæ q. Lauræ eius auctricis, quo circa dubitaui, an dictum instrumentum dotale esset exequendum, & DD. responde-
1 runt affirmatiuè, moti præcipuè ex † dispositione Statuti Vrbis cap. 85. lib. 1. concedentis executionem pro restitutione dotis, etiam contra tertios possessores bonorum, tacitè, vel expressè obligatorum, vt dixit *Rota decis. 161. num. 4. par. 4. recent. & decis. 51. col. 2. & decis. 55. vers. non obstat dicere post Fenzon. ad Stat. Vrb. & in Romana, seu Ianuen quarti dotalis 27. Iunij 1639. coram*
2 *Reuerendiss. D. meo Panzirolo*. Idque † tam fauore mulieris repeten. dotem, quam illius hæredis procedere notat *Lucas Pet. ad idem Statut. lib. 3. cap. 5. tit. de execut. instr. dotal. num. 2. Rota in d. decis. 51. post Fenzon. ad Statut. Vrb.* Illudque
3 † esse decisorium, ac proinde seruari etiam in alijs Tribunalibus Vrbis testatur *Tiber. in praxi A. C. lib 2. cap. 35. nu. 13. vers. huic conclusioni*, vbi impressa est etiam fides resolutionis factæ, in hoc articulo, in Signatura Sanct. si coram fel. recor. Clemente VIII. idemq. aduertit *Rota in d. decis. 161. num. 4. vers. quod statutum, & in d. dec. 51. in fine impress. post Fenzon. ad Statut. Vrb. & in Romana liberationis 17 Iunij 1633. corã bo. me. Coccino.*

Creditum autem dotale Lauræ, liquet ex publico instrumento quietantiæ factæ vsque de anno 1601. in quo apparet dictum Maximilianum eius maritum, exegisse pro dote sibi promissa scut. 10. mill. eamque vna cum lucro dotali dissoluto matrimonio, restituere promisisse, quod instrumentum, licet contineat cõfessionem de recepto, quæ
4 † vti facta est constante matrimonio, regulariter non probat veram solutionem dotis, in præiudi-
5 cium tertij, nihilominus † dicta conclusio fallit, quando, (prout hic) præcessit instrumentum promissionis, ac plures, & quidem, vrgentissimè cõcurrunt coniecturæ, suadentes dotem confessatam, re vera solutam fuisse, quia tunc talis cõfessio plenè probat, prout (articulo maturè discusso) firmatum fuit in præfatis tribus decisionibus emanatis coram me, cum quibus DD transierunt, innixis præsertim partitis hodie productis, ac formiter extractis è libris Mercatorum, continentibus inte-
6 gram solutionem eiusdem dotis, quæ † (concurrentibus adminiculis) plenè probant dictam solutionem, etiam contra tertium, *Rot. diuers. decis. 375 num 2. par. 1 Mant. decis. 144. nu. 2 vers. sed agitur solum. Greg. decis. 302. nu. 5. Adden. ad Buratt. decis. 119. num 10*

Nec subsistit, quod d. Laura, fuerit plus æquo satisfacta de huiusmodi credito dotali, ex eo, quia ipsa, respondens quibusdam positionibus dixerit, se plures pecunias, ac nonnulla bona Maximiliani, adhuc eo viuente, recepisse, vsque ad summam scutorum 15. mill. circiter quoniam ex eisdem responsionibus apparet dictam pecuniarum summã fuisse ei persolutam, spatio 22. annorum decursorum à die decoctionis Maximiliani viri, vsque ad obitum eisdem, vigore mãdatorum A. C. pro fructibus dotalibus, seu annuis alimentis, (citatis etiam creditoribus,) eidem ab A. C. assignatis, & consequenter, non potuisse cedere in extinctionẽ
7 sortis principalis d. crediti dotalis, cum † etiam in dubio, solutio, de iure, cedat prius in fructus, & postea in sortem *l. in his vero 5. §. fin. ff. de solut. l. 1. vers. si neuter. C. eodem Bart. in l. 1. sub nu. 9. vers. tu tene primam ff. eodem tit. Ruin. cons. 136. num. 14. lib. 4. Soc. sen. cons. 293. in princ. vers. secundum probatur lib. 2. Peregr. cons. 99. num. 15. lib. 1. Surd. cons. 290. num. 61. vol. 2 Gratian. discept. 224. sub num. 30. Rota decis. 272. num. 8. post Gene. in tract. de censib. & in* Romana *dotis 4. Iulij 1635. coram bon. mem. Pirouano, & fuit dictum in Senogallien compromissi 3. Iunij anni præteriti*
8 *coram me.* Et vxor † de fructibus dotis, non autem de proprietate sit alenda, *Abb. in cap. salubriter in primo notabili de vsur. & fuit dictum in Iannen. fructuum dotis 15. Maij 1634. coram bo. mem. Coccino, quæ est decis. 280. num. 11. part. 6. recent.*

Quod

Quod verò dicta D. Anna sit hæres dictæ Lau-
ræ, casu quo, Crescentius primus hæres institutus
decederet sine filijs legitimis, patet ex testamen-
to eiusdem Lauræ, in authentica forma in actis
producto.
9 Obitus † autem dicti Crescentij non controuer-
titur, & probatur ex partita formiter extracta è li-
bro Parochi, in quo nomina Defunctorum descri-
buntur *Rota decis.605. num.4. par.2. & decis.84.*
num. 5. par.5. rec. Burat. decis.563. num.11. Greg.
XV. decis.78. num.1. in fin. & ibi Adden. litt. A, &
10 † quod obierit sine filijs, de iure præsumitur, nisi
contrarium probetur *l. ex facto 17. §. si quis au-*
tem. ff. ad Trebell. Alex. cons.20. num.12. lib.1. Ca-
pic. decis.159. num.11. & 12. Mant. decis 32 num.2
Rot. dec.436. num.3. par.1. & dec.408. nu.3. par.5.
recent.
11 Possessio † denique dd. de Euangelistis, quoad
loca montium, de quibus agitur non controuer-
titur, eaq. probatur ex fide Secretarij, ac ex sub-
stentatione litis, *Caputaq. dec.372. par.2.*
Non obstat, quòd dicta loca montium non fue-
rint possessa per Maximilianum, de tempore obli-
gationis per eum factæ, pro restitutione dictæ do-
tis, vna cum lucro dotali, vel postea, prout requi-
rit idem statutum, quando (prout hic) agitur con-
12 tra tertium possessorem, quia † cū illa fuerint em-
pta ex precio Casalis prædicti, & loco illius in om-
nibus, & per omnia perpetuo subrogata fuerint,
perinde habentur, ac si per eundem Maximilianū,
de tempore obligationis possessa fuissent, adeo vt,
sicuti contra dictos Euāgelistas, si possiderent Ca-
sale prædictum, competeret via exequutiua vigo-
re d. statuti, sic pariter illa competat cōtra eosdem
vti possessores dictorum locorum, quæ in locum
d. Casalis subrogata fuerunt, virtute dictæ subro-
13 gationis, † quæ operatur, vt res subrogata dicatur
possideri, ac si res ipsa propriè possideretur *l. item*
si fundi. §. Seminarij, ff. de vsufr. Afflict. decis.495
14 *num.8.* & † assumat naturam, & qualitates eius,
cui fit subrogatio, etiam in materia stricta, & cor-
rectoria, *Natt. cons.346 sub num 3. vers. & quod*
subrogatus lib 2. Surd. cons.42. num.11. lib.1. Gra-
tian. discept.719 nu.9. & seqq. Rota in Bononien.
bonorum 17. Iunij 1641. coram R.P.D. Cerro in
15 *§. minus & 2. subsistit*, prout † videmus in locum
bonorum fideicommisso subiectorum, quod super
super illis competat immissio, sicuti competeret
super eisdem bonis, in quorum locū facta fuit sub-
rogatio, *Buratt. decis.229. num.9. & 10 Rot. de-*
cis.320. num.2. & seqq par.5. & decis.164. n.15.
par.7. recent. & fuit dictum in Romana *fideicom-*
missi de Maximis 12. *Decembris* 1628. *coram bon.*
mem. Coccino in §. ex quibus apparet, & in specie
subrogationis factæ in licentia alienandi à Papa
concessa *Grat discept.751. num.30. & seqq.*
Minus obstat, quod prædictum Casale esset su-
biectum antiquo fideicommisso Bernardini Caf-
farelli, ideoq. non esset hypotecatum pro restitu-
16 tione dotis, cum regulariter † bona subiecta fidei-
commisso, non possint alienari, aut obligari, in
præiudicium vocatorum ad idem fideicommissum
l. final. §. sin autem, C. *comm. de legat.* cum simi-
libus, quia dicta conclusio limitatur fauore dotis,
17 cum † bona subiecta fideicommisso, possint alie-
nari, seu obligari, non solum pro constitutione, sed
etiam pro restitutione dotium vxorum nuptarum
descendentibus testatoris, iuxta veram, ac magis
receptam sententiam quam tenent *Gloss. in Auth.*
res quæ, C. commun. de leg. in verb. obligationem,
vers. item, & in exigenda, & ibidem Bart. num.2.
Bald. num.3. Angel. sub num.1. vers. in tex. ibi ad
dotem, & sub num.5. Castr. num.4. in fin. vers. in
glos. magna, Ias. num.29. vers. ex secunda habetis
extensionem, Corn. *num.12.* Io. *de Anan. cons.61.*
num.3. vers. nunquid autem, Oldrad. cons.107. in
fine, vers. item, & pro eius solutione, Castr. cons.
15. num.1. vers. his non obstan. & cons.219. nu.2.
& cons.356. num.4. lib.1. Ruin. cons.89. num.41
vers. sed tamen istis non obstantibus lib.2. Dec.
cons.519. in princip. Paris. cons.81. num.47. lib.2.
Natt. cons.61. num.1. vers. quæ iura licet loquātur.
lib.1, Cephal. cons.177 num.10 lib.2. latè Menoch.
cons.33. sub nu.9. vers. ceterum his minimè refra-
gantibus, Couar. var. resol. lib.3. cap.6. vers.4. non
tantum Campeg. de dot. par.1. quæst.80. sub nu.5.
vers. vigesimo secundo, Bald. Nouell. eodem tract.
par.6. priuil.13. num.3 vers. & idem si pro dote
restituenda, Petr. de fideicom. quæst.8. num.349.
Menoch. l.b.4 præsumpt.190 num.1. Peregr. de
fideicom. art.342. num.1. & 3. Fusar. de substit.
quæst.532. num.2. vers. primum teneo opinionem,
Surd. decis.62. num.1. & 2. Ioseph. Ludon. decis. Lu-
cen.28. num.76. bo. mem. Coccin. decis.218. num.2.
Rot. dec.338. num.5. & 6. par.5. & dec.210 num.4.
par.6. rec.
18 Cuius † Auth. dispositio sibi locum vendicat,
nō solum ad fauorem mulieris repetentis dotem,
verum etiam ad fauorem hæredis eiusdem, licet
extranei, præsertim, quando (vt in hoc casu) mu-
lier iudicium recuperationis suæ dotis, & iurium
dotalium, instituit viuens, *Menoch. in cons.33.*
num.8. & nu.42. & seqq. Fontanell. de pact. nupt.
claus.7. gloss.2. par.10. num.44. & seqq. & dixit
Rot. in dec.678. num.11. & seq. coram Seraph.
Et maximè in præsenti casu, in quo Bernardi-
nus licet prohibuerit alienationem bonorum, il-
lam tamen expressè permisit, nedum in casu ma-
ximè necessitatis masculorum vocatorū ad fidei-
commissum, qualis necessitas, respectu dicti Ma-
ximiliani, videtur indubitata ex notoria illius de-
coctione, etiam in dictis decisionibus canonizata,
adeo vt ipsemet disponens, videatur in tali casu
obligare voluisse eadem bona, pro restitutione di-
19 ctæ dotis, attenta † præsertim obligatione Came-
rali in dicta sua dispositione adiecta, cuius execu-
tio competit, tam pro expressis, quam pro virtua-
liter in eadem dispositione contentis *Bart. in l.1.*
sub num.3. vers. in contrarium facit, & ibidem
Adden. littera F. vers. & ex prædictis, ff. de his quæ
in testam. delent. Alex. cons.126. num.4 vol.6. cum
alijs relatis per *Surd. dec.254. nu.39.* Verum etiam
ex causa dotis constituendæ filiabus, alijsq. fœmi-
nis descendentibus ex Mario seniore primo voca-
to, quæ permissio videtur intelligenda, etiam pro
restituēdis dotibus receptis à masculis, ex eodem
20 Mario descendentibus, quia † cum ita lex præci-
piat, sic etiam idem Bernardinus in prædicta sua
dispositione præcepisse videtur *Menoch. in cons.*
555. num.8. Rot. coram Seraph. dec.666. nu 4. &
dec.

dec.450.sub num. 6. part.1. & decis.17. num. 46. par.5. recen.

Præsertim cum ipse vocauerit ad fideicommis-
sum omnes descendentes, legitimos & naturales,
ex Mario filio nasciturος, ac voluerit, vt eius li-
nea masculina legitima, & naturalis perpetuo cō-
31 seruaretur, hinc etiam elicitur † ipsum consensis-
se matrimonijs per eius descendentes contrahē-
dis, sine quibus illi oriri non potuissent, & conse-
quenter voluisse, vt bona subiecta fideicommisso
essent obligata, etiam pro restituendis dotibus
per eos recept s, ne alias matrimonia impediren-
tur, vt in specie aduerterunt inter alios *Menoch.
de præsumpt.lib.4. præs.190.nu.8. & 9.Surd. d.de-
cis.62.num.22.vers.quarta ratio, & num.32.Fu-
sar.d.quæst 532.num.2.vers.primam teneo opinio-
nem, sub vers. 2. facit ratio, Ant. Faber.in suo
Cod.lib.4. tit 9. diff.7. & dixit Rota in Romana
fideicommissi 18. Maij 1607.coram bon. mem.
Lancell.*

22 Minus aduersatur, quod † dictum fideicommis-
sum fuerit factum in contractu donationis scilicet
inter viuos, quo casu non habere locum dispositio-
nem *Auth. res quæ*, sentire videntur *Bald. in l.nul-
la 4.in fin. C.de iur. dot. & in cap.1. § donare in
princ.tit.qualiter feud. olim alien. posset*, Menoch.
*lib.4 præsumpt. 189. num.186. Petr. de fideicom.
quæst.8.num.440.* cum ali s relatis a *Fusar de
substit. quæst.532. num.88.* & in hanc sententiam
videtu incl nasse, *Rot.decis.449.num 4.par.1.di-
uers.* licet illam, vti valde dubiam, relinquat in-
23 decisam. Quia, vltra quod dicta † opinio proce-
dere posset in fideicommisso facto in contractu vl-
tro citroq. obligatorio, ex causa onerosa, non au-
tem in fideicommisso constituto (prout hic) in
donatione merè gratuita, & sic ex titulo lucrati-
uo, *Peregr.de fideicom.art.42.num.21.lib.3. Odd.
de prohibit.alienat.quæst.38. nu.59 & seqq. Fon-
tanell.de pact.nuptial clausul.5. Glos.1.par.2. nu-*
24 *mer.94.& 95.* Contraria † opinio videtur verior,
quando (prout hic,) versamur in fideicommisso
ascendentis, quia tunc bona illi subiecta sunt obli-
gata pro restitutione dotis, (alijs bonis non extā-
tibus) etiam si fideicommissum fuerit in contra-
ctu constitutum, *Adden.ad Bald.in d.l.nullam sub
num.15.litt.B, & C,de iur.dot.*Rot.*dec.228.nu.3.
& 4.part.5.recen. & in Romana dotis 22.Iunij
1640.coram bon.mem.*Coccino*, & 3.Decemb.eius-
dem anni coram eodem*; & super hac eadem dona-
tione fuit resolutum *in Romana saluiani de Casa-
libus 21.Iunij 1641.coram R.P.D. meo Cerro*.

Nec subsistere visa fuit replicatio, quod hypo-
teca, quæ competebat Lauræ pro suis dotibus, su-
per dicto Casali, non fuerit translata in scut.25.
mill.persoluenda dictis Euangelistis, alijsque cre-
ditoribus habentibus obligatos DD. de Crescen-
scentijs, sed in fructibus inuestimenti scut.8500.
faciendi in tot locis mōtium, subrogatis in locum
eorum fructuum, quos alij Maximiliani credito-
res, non habentes obligatos ipsos de Crescentijs
(qualis erat Laura) percipere potuissent ex dicto
Casali, si illud venditum non fuisset. Quia cum
subrogatio loco fructuum dicti Casalis non, fuerit
perpetua, sed temporalis, duratura scilicet, solū-
modo Maximiliano viuente, non potest dici, Lau-
ram pro suis iuribus dotalibus, fuisse comprehen-
sam cum viuente viro, non esset locus illorum
25 repetitioni, immo † in præiudicium creditorum
habentium hypotecam anteriorem, & expressam,
nec locus esse poterat earundem dotium asse-
curationi, *Anton.Faber. in suo Cod. lib. 5. tit.7.
diff.28.& diff.47.nu.1.Ricc.collect.dec.1310.vers.
nunc limita.*

Minus subsistere visum fuit, hypotecas dota-
les fuisse trāslatas saltem super proprietate scut.
3500. illiusq. fructibus multiplicandis, ac super al-
tera própriétate prædicti inuestimenti scut.8500.
non autem super dictis scutis 25.mill. Nam talis
interpretatio visa fuit repugnare, tam verbis dicti
motus proprij, quam menti Pontificis. Verbis,
quia subrogatio legitur facta, non solum in loca
montiū, in quibus Pontifex dicta scuta 3500. mul-
tiplicanda, ac alia scuta 8500. subrogata pro fidei-
commissarijs, præcisè mandauit reinuestiri; Verū
etiam in precium, seu in stabilia ex dicto precio
emenda, ibi, *illaq. omnia in precium, & loca
montium, seu stabilia ex dicto precio emenda, per-
petuo transferimus, & collocamus respectiuè*, quæ
verba (*seu ex dicto precio emenda*) non possunt ad-
aptari nisi precio scut 25.mill consignando credi-
toribus sub cautione de restituendo, vel in stabili-
bus loco dictæ cautionis, iuxta formam dicti mo-
tus proprij inuestiendo, tum quia illud tantum, in
defectum dictæ cautionis, in bonis stabilibus (iux-
ta formam dicti motus proprij) debebat inuestiri,
tum etiam quia, inter verba precium, & loca
26 montium, apposita fuit, † copula & quæ poni so-
let inter diuersa *l.ea tamen adiectio, ff. de legat.3.
l.scire debemus, vbi Bart. ff.de verb. signific.Ro-
lan.cons.79.num.22 lib.3. Rot.dec.75. nu.6. par.5.*
27 *rec.*& † stat augumentatiuè *Rot.dec.43.n.6.p.1.rec.*

Repugnat etiam menti Pōtificis, quæ talis fuis-
se visa fuit, vt fideicommissa, legata, & hypotecæ,
directè exerceri poterant super Casali, censeren-
tur translatè super multiplico, ac alijs scut.8500.
quæ in tot loca montium (iuxta formam motus
proprij) erant reinuestienda pro fideicommisso, &
alijs directè interesse habentibus super eodem Ca-
sali, hypotecę vero competētes creditoribus ius
habentibus solum super fructibus eiusdem Casalis
(Maximiliano viuente) essent translatæ super fru-
ctibus reinuestimenti scutorum 8500. percipien-
dis eodem Maximiliano viuente. Hypotecæ de-
nique cōtractæ pro restitutione dotium, & iurium
dotalium vxoris Maximiliani, quæ illo defuncto,
erant restituenda de bonis liberis, (si illa adessent)
dicantur translatæ super istis scut. 25.mill. persol-
uendis reuocabiliter dictis creditoribus Maximi-
liani, habentibus obligatos DD. de Crescentijs,
cum illa (ex dispositione Pontificis) remansissent
libera à fideicommisso, vt dictum fuit *in Romana
saluiani de Casalibus 21. Iunij anni præteriti co-*
28 *ram R.P.D. meo Cerro*. Idque † virtute dictionis
respectiuè, quæ operatur, vt singula singulis con-
gruè referantur *Rota coram Caual. decis.581.nu-
mer.3. & dec.182. num.2. par.6. recent.* alias se-
queretur, quod si statim, secuta venditione, Ma-
ximilianus obijsset, & D.Laura super dictis scu-
tis 3500. destinatis pro multiplico, & alijs scutis
8500. pro repetitione suæ dotis, & lucri, ascen-
dentium

dentium ad scutá 12500. se conuertere debuisset,
vel integrum fideicommissum euertere potuisset,
contra mentem Pontificis, qui voluit, vt multipli-
tiplicum perpetuo stare deberet pro vocatis ad fi-
deicommissum, & alijs ius habentibus super illo,
vel si ex dictis duobus inuestimentis non potuisset
satisfieri, ex quo Pontifex voluit, vt illa, neque ex
causa dotium, & alimentorum, possent alienari do-
nec vna cum fructibus multiplicādis ad summam
scut. 37. mill. peruenissent D. Laura creditrix po-
tior, & anterior, gratia istorum creditorum poste-
riorum, nullum ius habentium super dicto Casali,
suis dotibus, & alimentis, spatio multorum anno-
rum priuata remansisset, similiter contra mentem
29 Pontificis, † qui etiam motu proprio, non cense-
tur ademisse ius alteri quæsitum, sed potius illud
præseruare voluisse, *Bald. in l. 1. num. 5. ff. de con-
stit. princ. Paris. cons. 23. nu. 153. lib. 1. Ruin. con-
sil 186. num. 3. & seq. lib. 1. Honded. cons. 39. nu-
mer. 45. & 46. lib. 2. Rot dec. 664. num. 2. par. 2. re-
cen.* & in terminis alterius hypotecæ dotalis com-
petentis super dicto Casali, quod illa fuerit præser-
uata super precio, de quo agitur dictis creditoribus
Maximiliani soluto, sub cautione de restituendo,
iuxta formam dicti motus proprij, fuit resolutum
in d. Romana saluiani de Casalibus 21. *Iunij* 1641
coram R.P.D. Cerro.

Nec absurdum esse existimarūr DD. quod si di-
cta loca montium ab Euangelistis, & pecuniæ ab
alijs creditoribus Maximiliaui habentibus obliga-
tos DD. de Crescentijs per creditores dotium, vti
anteriores auocentur, gratia Pontificis non ope-
raretur perpetuum effectum.

Quia, cum Pontifex (vt dictum est) noluerit, vt
d.d. scuta 25 mill. dictis creditoribus liberè solue-
rentur, sed reuocabiliter, nec voluerit hypotecis
dotium anterioribus, & potioribus præiudicare,
quinimò illas, mediante d. perpetua subrogatione,
& cautione, præseruare, fecit quod gratia habue-
rit effectum, vsquequo actio repetendi dotes ad fa-
uorem Lauræ creditricis anterioris, & potioris or-
30 ta non esset, cum † Principis gratia, postquam ali-
quid operata est, restringi debeat, ne enorme præ-
iudicium fiat tertio, *Felin. in cap. 1. num. 9. vers. 2.
declara, vbi Dec. nu. 4. vers. subijcit, Abb. de re-
scrip. Curt. iun. cons. 5. num. 27. Molin. de primogen.
Hispan. lib. 2. cap. 10. num. 77. & 78. & cap. 7. n. 2.
& 3. lib. 4. & dixit Rota in Valentina subsidij* 4.
Maij 1611. *coram Penia, & in decis. 48. num 28.*
31 *coram bon. mem. Vrgellen.* & † ad illud euitandum
verba Principis sunt etiam improprianda, *Gonzal.
ad reg. Cancell. glos 28. à nu. 1. vsque ad* 10. *Grat.
discept. 730 num 31. & 32.*

32 Neque subsistere visum fuit, quod † anterior hy-
poteca, quam Laura habebat super dictis scut. 25.
mill. remanserit extincta per illorum solutionem
factam dictis creditoribus posterioribus, *iux. decis.
Afflict. 190. num. 6. Menoch. in cons. 25. num. 15.
& 16. Surd. in cons. 4. num. 10. Grat. discept. 304.
num. 1.*

33 Quia † obiectum procederet si dicta scuta 25.
mill. dictis creditoribus posterioribus fuissent li-
berè soluta, & bona fide consumpta, quo casu si-
cut dominium illarum fuisset irreuocabiliter ipsis
acquisitum, ita hypoteca, licet anterior, quæ super
illis extabat, remansisset extincta, vt habetur in
dicta *decis. Afflicti, & alijs proximè allegatis*. Cæ-
terum cum soluta fuerint sub cautione, & sub one-
re reinuestiendi loco illius, ac (vt dictum est) cum
prædicta perpetua subrogatione in omnibus, &
per omnia; hypotecæ, dotium anteriorum, & po-
tiorum per dictam solutionem posterioribus factā,
non possunt dici extinctæ, cum ad istum effectum,
requiratur, vt dominium pecuniarum, perfectè,
& irreuocabiliter posterioribus creditoribus ac-
quiratur *l. ex se extante, §. latinus largus. vbi Bart.
& Angel vers. nota quod sicut, & Paulus de
Castr. num. 2. ff. de except. rei iudic. latè Fontanell.
de pact. nupt. claus. 5. Glos. 8. par. 6. nu. 37. & seqq.*
& in terminis istarum met pecuniarum, quod di-
cantur extare, etiam fauore dotis primæ vxoris
dicti Maximiliani resolutum fuit in dicta *Romana
salutani* 21. *Iunij* 1641. *coram R.P.D meo Cerro.*

34 Minus obstat, † quod Laura se subscripserit mā-
dato directo ministris Banci, super solutione pe-
cuniarum, de quibus agitur, facienda dictis Euā-
gelistis, ex dicto precio scutorum 25. mill. Vnde
inferebatur eam ob dictam subscriptionem, con-
sensisse dictæ solutioni, & consequenter hypotecā
sibi competentem super eisdem pecunijs, tacitè
remisisse *per text. in l. sicut, §. non videtur, vers.
sed si subscripserit, l. Titius Sempronio, §. Titius
Seio, vers. inueniebatur autem. ff. quib. mod. pig.*
35 *vel hypot. sol.* quia † vltra quod, illa se subscripsit
tanquam deputata ab eodem Maximiliano viro,
non autem nomine proprio, ideoq. sibi non præ-
iudicauit *Bald. cons. 333. sub num. 1. vers. 2. consi-
dero lib. 5. Bursatt. cons. 33. num. 35. Menoch. in
cons. 1127. nu. 26.* adhuc si nomine proprio id egis-
36 set, sibi non præiudicasset, quia sicut † hypotecæ
dotali, absque solemnitatibus requisitis à Statuto
Vrbis in contractibus mulierum, non potuisset re-
nunciare expressè, vt dixit *Rota decis. 638. nu. 10.
vers. vltra quod par. 1. & dec. 114. nu. 16. vers. mi-
nus obstat par. 7. recent.* & in terminis subscrip-
tionis, quod illa non præiudicet personæ, quæ abs-
que solemnitatibus non potest renunciare *Panci-
rol. cons. 173 num. 4.* ita & multo minus tacitè id
agere potuisset *Menoch. cons. 237. sub nu. 24. vers.
probibet hoc tantum lib. 3. Gratian. discept. 689.
num. 46. Rot. d. dec. 638. num. 10. in fin. par. 1. rec.*

Denique non obstat, quod Pontifex suppleue-
rit consensus omnium creditorum; quantumuis
priuilegiatorum, illisq. derogauerit, quia deroga-
tio prædicta, operatur quidem, vt creditores an-
teriores, & potiores, qui (vt legitur in motu pro-
prio) venditioni Casalis se opponebant, non pos-
sent venditionem impedire, vel illius inualidita-
tem allegare, sed non potest operari, vt illi amit-
tere deberent eorum hypotecas potiores, & ante-
riores, super precio, quia Pontifex non solum id
non disposuit, sed mediante illarum perpetua sub-
rogatione in omnibus, & per omnia, in dictum pre-
tium, soluendum cum dicta cautione, vel onere
inuestiendi, iuxta sua vnicuique præseruauit, vt fuit
dictum in dicta *Romana de Casalibus* 21. *Iunij*
coram R.P.D *meo Cerro.*

Et ita vtraq; parte informante resolutum &c.

R.P.D.

R. P. D. B I C H I O.

Romana Vineæ.

Lunæ 26. Iunij 1645.

S V M M A R I V M.

1 *Capitulis à contrahentibus approbatis non potest aliquid addi, vel minui nisi vtraque pars consentiat.*

2 *Gratia ab vno contrahentium obtenta à Principe contrà formam conuentam non venit attendenda.*

3 *Pactum in venditione appositum dicitur pars contractus, & venditionis.*

4 *Obligatio Cameralis demandanda est executioni super omnibus contentis, & enunciatis in instrumento.*

5 *Instrumentum factum non seruata forma conuenta non est validum.*

6 *Cõsensus alicuius requisitus in actu habetur pro præstito, si sine iusta causa negetur.*

7 *Index potest summariè cognoscere de iustitia dicta causa.*

8 *Appellare non licet à modico præiudicio.*

9 *Excessus modicus non habetur in consideratione.*

10 *Parum & nihil æquiparantur.*

11 *Expressio eius, quòd tacitè inest non inducit aliquod grauamen.*

12 *Consensus tacitus aliquando habet vim consensus expressi.*

13 *Assensus tacitus Domini directi, sufficit in alienatione rei feudalis.*

14 *Forma est indiuidua, & non potest obseruari in parte, sed obseruanda venit in totum.*

15 *Quis cogi potest ad id, quod ei non nocet, & alteri prodest.*

D E C I S I O CCXXXIII.

BIS deciso articulo nullitatis renunciationis à procuratore Trullij factæ in instrumento emptionis vineæ, vnde sequitur quod nouum instrumentum fieri debet, disceptatũ fuit inter partes quomodo sit conficiendum instrumentum, negabat enim Boncompagnus venditor esse conficiendum iuxta formam Breuis super derogatione vinculorum fideicommissi, & hypotecarum creditorum quibus vinea vendita subiacebat obtenti, quia in duobus Breue excedit formam Capitulorum, seu conuentionum prius cum emptore initarum. Primo dum præseruat ad fauorem Trullij emptoris primariam & specialem hypotecam super inuestimentis ex pretio rei venditæ faciendis. Secundo, quia eadem inuestimenta mandat fieri cum consensu emptoris, cum tamen sufficere deberet illius scientia ex lege Capitulorum, qui-
1 bus † in instrumento conficiendo nihil addi, aut
detrahi potest nisi vtraque pars consentiat *Alex. cons. 156. sub num. 8. vers. quia eo ipso lib. 6. Surd. decis. 71. sub num. 3. vers. his non attentis vsque*
2 *ad fin. decis. 288. sub num. 41.* itaut † Breue in eo,
quod illa excedit attendi non debeat, quia non licuit emptori quidquam à Principe petere, vel obtinere vltra formam conuentam, *Ioan. Ant. Lanar. cons. 96. sub num. 7. & 8.* quem in his terminis refert, & sequitur Rota *coram bon. mem. Buratto decis. 106. sub num. 5. vers. tertio fuit firmatum, & num. 6. & seqq. facit Ronit. cons. 39 numer. 4. lib. 2. Vinc. de Franc. decis. 154. num. 6.*

Ideo proposui hodie dubium quomodo sit conficiẽdum instrumentum, & DD. dixerunt esse conficiendum iuxta formam Breuis cum infrascriptis tamen declarationibus, cum enim fuerit conuentum in ipsis capitulis de obtinendo Breui derogationis, quæ necessaria erat propter vitium litigiosi & vincula fideicommissi, & hypotecas si quæ existebãt super vinea vt saltem timebatur adeo, quod
3 alioquin Trullius non emisset ea † conuentio de
obtinendo Breui habet implicitam obligationem de conficiendo instrumento iuxta illius formam, & est pars contractus venditionis *gloss. in l. fundi partem. ff. contrah. empt. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. gloss. 18. num. 69. & de retract. conuent. in præfat. num. 21. Surd. cons. 217. num. 1.*

Eo magis quia in fine Capitulorum adest obli-
4 gatio Cameralis, † quæ executioni demandanda
est super omnibus contentis, seu enunciatis in capitulis, *Rot. decis. 79. num. 9. par. 1. recent. decis. 5. num. 10. decis. 69. num. 4. decis. 85. num. 1. & 2. inter impress. apud Zacch. post tract. de obligat. Came-*
5 *ral.* & † quia alioquin non seruata forma Breuis in-
strumentum validè non fieret, *Bardel. cons. 50. numer. 31. lib. 1. Rota decis. 261. num. 8. par. 7. recent.*

Declararunt autem Domini. Primo quod hypoteca specialis super inuestimentis faciendis cõuenta in capitulis in casum, quod Breue non obtineretur non competit Trullio, eiusq. successoribus dum Breue fuit obtentum, & habet executionem, quodque vigore Breuis super dictis inuestimentis aliqua hypoteca de nouo non tribuitur eidem Trullio, & successoribus, sed solum, si quæ de iure competeret præseruatur, id quod tollit primũ excessum exaduerso adductum nec repugnat Breue, quia Pontifex non fuit vsus verbis constitutionis nouæ hypotecæ, sed præseruatiuis illius, si quę aliàs competeret ibi saluis &c. vt ponderat secunda decisio ædita sub die 2. Maij 1644. coram me, §. sed his non obstantibus.

Secundo, quod ex forma Breuis venditor non prohibetur distrahere pretium, seu alienare inuestimenta pro dotibus fœminarum, in casibus, quibus intraret dispositio, *Auth. res qua, C. comm. de*
6 *legat.* pariterq. quod † consensus emptoris vigore
Breuis adhibendus habeatur pro præstito si emp-
7 tor præstare differat, seu recuset sine causa, † de
qua partibus non concordantibus breui manu, ac summariè cognoscere poterit iudex ad tradita per *Bart. in l. 1. §. si plures num. 9 ff. exercit. act. Ioan. Franc. à Pont. cons. 81. num. 65. & alios allegat. in d. decis. §. penult.* nec ab eius iudicio licitum erit cuiquam ex partibus appellare, seu quoquomodo declamare, atque ita tollitur etiam secũdus excessus exaduerso ponderatus, nam aut non aderit legitima causa differendi, seu dissentiendi, & idem erit, ac si consensus non requireretur. Cumq. recursus ad iudicem super cognitione illegitimitatis
7 causæ sit facilis, † & nullius, aut modici præiudicij
non habet venditor, de quo instè conquaratur *Menoch. cons. 713. nu. 15. ex tex. in l. Seio. ff. de in integr. restit.* & prius *cons. 96. num. 7. & seqq.* vbi dicit

9 citrationem, quia†modicus excessus non habetur
10 in consideratione & †parum, & nihil æquiparantur *cap. de multa de prabend. cap. licet causam de probat.*

Aut vero militabit legitima causa dissentiendi, & venditor non sine suspicione doli euitare tentat consensum emptoris, qui prætereà etiam si eius consensus necessarius non esset, sed solum scientia adhuc posset se opponere instrumentis læsiuis, aut collusiuis cum adhunc effectum pro interesse vocatorum ad fideicommissum. & ius habentium super inuestimentis talia scientia requiratur adeo
11 quod isto casu obligatio †adhibendi consensum non grauat, quia vtilis est fideicommissarijs, ac tacitè inest pacto inuestiendi cum scientia emptoris *ad text. in l.3. ff legat. 1. Menoch. cons. 110 nu. 42. cons. 687. num. 38. Alb. cons. 547 num. 2.*

Vtque facilior sit praxis huiusmodi consensus satis erit, quod venditor, seu successores inuestimẽtum quod facere intendunt intimari faciant personaliter emptori, & successoribus per decem dies antequam stipuletur ad effectum, vt desuper præstent consensus, intra quos dies intimati poterunt, si velint consentire, vel dissentire, & nisi dissentiãt cum legitima causa, vel contradicant, resultabit exinde æquipollens consensus, qui etsi tacitus sufficiet, cum Breue non explicet, an consensus, de-
12 beat esse tacitus, vel expressus, & †tacitus expressi quandoque vim habeat *l cum quid. ff. si cert. pet. l. triticum 93. ff. verb. obligat. Menoch. cons. 108.*
13 *num. 54. Surd. decis. 246. num. 3.* prout †in fortioribus terminis alienationis rei feudalis sufficit assensus tacitus domini directi *Hieron. Schurf. cons. feud. 134. num. 3. lib. 1. Vvsemb. de feud. cap. 14. num. 13. relat. à Capic. Galeot. controuers. 58. numer. 32. lib. 1. Ioan. Franc. de Pont. in repetit. feud. l. 13. 9. sub num. 53.* siue æquipollens *Capic. Latr. decis. 27. num. 2.*

Ex quibus seruata forma Breuis consulitur Indemnitati emptoris, & venditoris, cui imò vtilius
14 est, quia †cogere non potest emptorem vt conficiat instrumentum iuxta formam Breuis in parte tantum cum Breue sit indiuiduum, *Gratian. discept. 853. num. 28. Felin. Gabr. & alij allegati in prima decis. §. communi tamen*, & circumscripto Breui iuxta formam capitulorum nedum in inuestimentis necessario adhibendus esset formalis cõsensus emptoris, sed illa remanere deberent ad illius fauorem specialiter, & primario hypotecata. Vnde stipulando iuxta formam Breuis dictæ specialis hypotecæ conuentio euitatur, & per consequens venditor vtiliter gerit sibi, & fideicommis-
15 sarijs, cum tamen sufficeret quod †Breue illis non noceret, & prodesset emptori, vt ad illud seruandum venditor posset compelli ex regula *tex. in l. seruus ea lege in fin. ff. seru. asportan. l. in creditore. ff. euict. l. 2. in princ. vbi notant Doctor. ff. solut. matrim. Vinc. de Franch. decis. 55. nu. 5. Surd. decis. 335. num. 10. Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 347. num. 15.*

Iuxta prædicta igitur instrumentum esse conficiendum dixerunt Domini vtraque parte informante &c.

R. P. D. VIRILI.

postea S.R.E. Cardinali.

Romana scut. 24. mill.

Luna 28. Februarij 1628.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua non competit nisi pro expressis in obligatione Camerali.*

DECISIO CCXXXIV.

EXTRA Rotam proposui dubium, An contra bona hæreditaria q. Iuliæ Cæsarinę sit relaxañ mandatum pro liberatione à molestijs respectu summæ scut. 24. mill. ad fauorem Marchionis Bonelli, & Domini dixerunt illi non competere viam executiuam; nam cum Liuia in prima venditione promiserit manutenere, defendere, & liberare à molestijs, & damnis, & de euictione ex dato, & facto suo tantum, & in secunda venditione ex dato & facto suo, & q. Iuliæ tutricis, & aliorum ab ea ius habentium, & in tertia ex dato & facto suo, & ab alijs ab ea ius, & causam habentibus cum obligatione Camerali, consequenter licet Marchio pro concordia soluerit Dominis de Costatia scut. 24 mill. pro tollendis molestijs, & litibus ex cau-
1 sa fideicommissi †non potest agere via executiua pro recuperatione istorum scut. 24. mill. quia obligatio in supradictis tribus venditionibus non loquitur de isto casu solutionis in vim cõcordiæ, maximè contradicente Liuia, sed in defensione, manutentione, molestijs, & damnis, & euictione ex dato, & facto Liuiæ venditionis, vel q. Iuliæ, vel aliorum ab ea causam habentium, & propterea nec obligatio Cameralis, nec via executiua intrant *Galles. de oblig. in form. Camera q. 5. tit. de instrum. oblig. Cam. num. 14 vers. sed non propterea, & num. 15. in fin. Rot. diuers. decis. 741. numer. 11. par. 1. Corn. cons. 141. num. 6. lib. 3. Ruin. cons. 74. num 5. lib. 4. Rot. decis. 17. num. 3. & decis. 84. num. 2. apud Zacch. de oblig. Camer.*

Præsertim cum de pluribus sit viden. Primum si detur repetitio istius summæ actione negociorum gestorum, ex quo Liuia contradixit; secundum si constabat de iure claro illorum de Corbaria, itaut concordia fuerit vtilis, quia exaduerso opponuntur non solum prætensiones detractionis legitimæ, & Trebellianicæ debitæ Petruccio de Corbaria, sed etiam melioramentorum, & nouarum acquisitionum; tertium si agi possit de euictione ex quo bon. mem. Cardinalis Alexandrinus emit scienter rem litigiosam, quæ ideo viliori pretio prætenditur vendita cum restrictiua ex dato, & facto suo, & auctricis, & causam ab ea habentium.

Quare cum ista omnia essent discutienda fuit vtraque parte informante resolutum executiuè agi non posse.



R. P. D. REMBOLDO.

Auximana Dotis.

Ven.21.Aprilis 1617.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis, quòd an fuit per sententiam vulnerata cessat via executiua, & est ordinariè procedendum.*

2 *Reo conuento obligato in forma Cameræ licet appellare quando dicta obligatio fuit per sententiam vulnerata.*

3 *Sententia reuocatoria alicuius decreti non dicitur vulnerare obligationem Cameralem, sed ipsum decretum.*

4 *Commissio vbi non continet clausulas speciales intelligitur prout de iure.*

5 *Per commissionem non censetur læsum ius partis nisi exprimatur.*

DECISIO CCXXXV.

1 RESOLVTVM fuit non esse locum vlteriori executioni, sed agendum via ordinatia, quia obligatio Cameralis vigore cuius fuerunt relaxata mandata fuit postea per sententiam A.C. vulnerata, ac propterea non potest amplius executiuè illius vigore procedi, sed agi debet ordinaria, vt

2 seruetur æqualitas, † & liceat Rodulpho reo conuento à sententia quatenus contra eum feratur appellare non minus ac licuit Bernardinæ actrici appellare à sententia ab A.C. contra ipsam lata, vt fuit pluries decisum, & præsertim in causa *Mediolanen. pecuniaria 16.Martij 1592. corā bo.me. Gipsio*, & in alijs relatis per *Modern. de obligat. Camerali q.37. in addit.num.16.& seq.*

3 Nec obstat, † quod dicta sententia A.C. concernit decretum super apprehensione possessionis factum, non autem obligationem Cameralem, & ideo eandem vulnerare non potuit, ex adductis in *causa Anconitana assicurationis 1. Iulij 1602.coram Reuerendiss. D.meo Decano*, quia obiectum tollitur ex ipsamet lectura dictæ sententiæ; nam ex ea apparet, quod fuit per dictum A.C. pronunciatum, tam super restitutione dotis, seu partis illius, quam super manutentione in possessione, & Rodulphus per dictam sententiam ab impetitis absolutus, non solum ex eo, quod possessio esset nulliter capta, sed etiam mandata at fauorem Bernardinæ pro dicta dotis restitutione relaxata iniusta.

Minus facit, quod non videtur sententiæ habēda ratio ex eo, quod causa fuit mihi ex integro à Si-

4 gnatura commissa, † quia cum in dicta commissione nulla mentio dictæ vulnerationis facta fuerit, illaque semper prout de iure intelligi debeat *Crescen. decis.1. de rescript. cum alleg.* non luit per

5 eam † ius partis læsum, nec per consequens dicta sententia siue illius effectus circumscriptus *tux. not. per Aegid. decis.74 circa med. vers. ratio est Sarnen. super reg. de iur.quaf.non tollen. quæst.6. sub num.3. &c.*

REVERENDISS. P.D. DVNOZET.

Nunc S. Rotæ Decano.

Romana Vineę.

Lunæ 16. Iunij 1636.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*

2 *Iudex nulliter, & iniustè procedens non priuat possidentem sua possessione.*

3 *Executiuè agi non potest vigore obligationis cameralis; quando ea fuit per decretum vulnerata.*

4 *Emens rem si pendente solutione pretij promittit al fructus recompensatiuos, ad illorum solutionem non tenetur si res fuerit euicta.*

5 *Quis præsumitur mutare sibi causam possessionis ex superuenientia noui tituli.*

6 *Dominium directum rei emphiteuticæ probatur ex instrumento concessionis in emphiteusim iunctis adminiculis.*

7 *Sententia, quando probet fine actis?*

8 *Collusio non præsumitur nisi probetur.*

DECISIO CCXXXVI.

ALPHONSVS Ferrus, & qu. Portia Caputa eius vxor de anno 1618. vendiderunt vineam, de qua agitur Io. Francisco Rocchę pretio scutorum mille ad quorum computum dictus Rocca soluit scut. 500. mediante datione in solutum vnius census scutorum 200. in sorte, & alterius crediti scut. 300. Reliqua vero scut. 500. promisit soluere infra decem annos, & interim fructus recompensatiuos ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario.

Verum, quia moniales monasterij S. Cosmati de Vrbe proprietariæ illius vineæ, tam ob prædictas quam ob alias præcedentes alienationes factas per dictum Alphonsum ipsis irrequisitis obtinuerunt a D. Locumtenente Vicarij mandatum de Assiciando contra dictum Roccam Emptorem, cuius vigore actuale dictæ vineæ possessionem adeptæ fuerunt Ideo dictus Rocca egit coram A. C. contra dictum Alphonsum pro restitutione dd. scutorum 500. in partem prætij solutorum, eaque præuio mandato sibi restitui obtinuit, ac deindè inuestituram eiusdem vineæ, tamquam deuolutæ a dictis Monialibus reportauit.

Siluit Alphonsus vsque ad annum 1633. de quo tempore iudicium mouit coram D. Locumtenente Vrbis Vicarij contra ipsum Roccam pro fructibus recompensatiuis scut. 500. residui dicti pretij, ac pro illis mandatum executiuum obtinuit quod exequi curauit super eadem vinea, ac præuia subhastatione illam sibi deliberari fecit, ac successiuè illius possessionem adeptus fuit.

Deindè egit contra eundem Roccam pro solutione dd. scut. 500. in sorte & mandatum pariter executiuum pro illis obtinuit.

Sed adita Signatura pro parte Roccelæ fuit mihi commissa causa cum facultate manutenendi

quem

quem de iure quoad mandatum relaxatum pro fructibus recompensatiuis, quo vero ad mandatũ relaxatum pro scut. 500. in sorte cum clausula si quid exequen.

Disputato dubio sub die 20. Aprilis anni præteriti; An mandatum pro scutis 500. in sorte esset exequendum, eoq. negatiuè resoluto ex rationibus deductis in decisione desuper extẽsa, fuit postmodum suscepta disputatio quoad mandatum relaxatum pro fructibus, datoq. dubio sub die 22. Februarij præteriti cui dandum esset mandatum de manutenendo In possessione istius Vineæ DD. voluerunt gustare de bono iure, & hodiè iterũ proposita causa, & informantibus etiam partibus super bono iure fuit responsum ad fauorem Ioan.

1 Francisci Rocchæ sicque † illi dandum esse mandatum de manutenen, cum illius possessio de tempore motæ litis non controuertatur *vulg. §. retinenda instit. de interdict.*

Non obstat possessio d. Alphonsi capta vigore mandati relaxati à D. Locumtenente Vrbis Vicarij pro fructibus recompensatiuis scut. 500.

2 Quia † cum d. Iudex nulliter, & iniustè processerit, non priuauit dictum Roccam sua anteriori possessione: *Corn. cons.193. numer. 4. lib. 3. Rot. decis. 802. numer. 7. versic. quia pro responsione par. 1. diuers. Caual. decis. 535. nu. 3. Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 233. nu. 2. & alias sæpè.*

Quod autem Iudex nulliter processerit patet

3 ex eo † quia relaxauit dictum mandatum via exequutiua vigore obligationis Cametalis; Cum tamen obligatio esset vulnerata per decretum latũ ad fauorem d. Rocchæ super restitutione aliorum scut. 500. in partem prætij solutorum, & in iudicatum transactum, & ideo cessabat via exequutiua, sed ordinatiè erat procedendum, etiam pro fructibus residui d. prætij cum versemur in contractu indiuiduo, vt fuit firmatum in dicta *decis. emanata coram me sub die 20. Aprilis anni præteriti.*

Iniustè pariter processit quia condemnauit dictum Roccham ad soluendũ dd. fructus recompẽsatiuos † qui tamen non debentur, quandoquidem licet Roccha ad eorum solutionem se obligauerit pendente solutione scut. 500. in sorte attamen cum ipse eodem anno passus fuerit realem euictionem à Monialibus directis Dominis ob culpam eiusdem Alphonsi, qui hanc vineam pluries alienauit ipsis irrequisitis, ac postmodum nouam inuestituram habuerit a dictis Monialibus vtique non tenetur amplius ad solutionem dd. fructuum, quia ex † superuenientia istius noui tituli mutauit sibi causam possidendi, & per consequens Alphonsum excludit ab huiusmodi prætensione *Acchill. decis. 4. ad fin. de caus. possess. & propriet. Crescen. decis. 5. num. 2. de restit. spoliat. Rot. decis. 143. num. 4. par. 2. recent. & in recen. decis. 791. n. 2 part. 2. Greg. XV. decis. 546. num. 1. & ibi Addent. num. 13.*

Hanc autem vineam super qua hodie disceptatur, esse sub dominio directo, ac proprietate dd. Monialium DD. non dubitarunt quia vltra instrumenta concessionum concurrunt depositiones testium pro hæredibus Portiæ examinatorũ, ac solutio canonis per decennium continuum per eamdem Portiam facta, & confessio geminata eiusdem Alphonsi, & Portiæ suæ vxoris, quo dum hanc vineam vendiderunt Carolo Antonio Braschæ, & dicto Rochæ fassi fuerunt illã esse sub dominio directo dd. Monialium eisque promiserunt soluere laudemium pro hac venditione, ac illarum consensum obtinere ex quibus satis dici-

6 tur probatum dominium dd. Monialium cum † illud probetur ex instrumento concessionis iunctis adminiculis *Bald. in l. cum aliquis num. 4. C. de Iur. deliber. Soccin. cons. 89 nu. 11. lib. 1. Dec. cons. 428. in fine cum alijs per Velasch. de iur. emphit. quæst. 9. num. 16.* vbi plene, & fuit dictum in causa Papien. bonorum 28. *Aprilis 1595. coram bo. m. Cardinali Mellino & in Ferrarien. 10. Ianuarij 1600. coram eodem, & in alia Ferrarien. de Nouellis 7. Iunij 1627. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Demum quod hæc vinea fuerit deuoluta ad prædictas Moniales ob alienationes factas ipsis irrequisitis satis constare visum fuit ad effectum manutentionis de qua agitur ex sententia lata ad fauorem dd. Monialium super ista deuolutione quę

7 † sententia cum non probetur iniusta illaq. deducatur non per viam actionis ad hoc, vt scilicet intret deuolutio, sed per viam exceptionis ex quo d. Rocca illam deducit pro tuenda sua possessione probat etiam sine actis *Rot. decis. 143. numer. 5. & seqq. par. 2. diuers. vbi allegatur decis. Accoramboni 35.*

8 Non † obstat prætensa collusio inter dd. Moniales, & Roccam, quoniam illa non præsumitur nisi probetur *Natt. cons. 537. num. 30. & 31. Masc. de probat. vol. 1. conclus. 322. nu. 2.* Quinimo excluditur ex veris alienationibus factis per dictum Alphonsum irrequisitis ipsis monialibus atque ex acceptatione d. deuolutionis, & sententia super ea lata citato etiam Alphonso qui nedum litem sibi, seu eius legitimo procuratori intimatam suscipere non curauit, molestias non amouit, promissa non adimpleuit, & à prædicta sententia non appellauit, sed spatio quindecim annorum, & vltra acquieuit *Rot. decis. 119 nu. 10 par. 2 diuers. & decis. 415 nu. 3. & 4. par. 1. rec. & in Rom. Officij 21 Iunij 1632. coram R. P. D. meo Pirouano apud Modern. de mandato de manutenen. decis. 331. nu. 12. vsque ad 15.*

R. P. D. MERLINO.

Romana Officij Notariatus.

26. Iunij 1641.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur ad validitatem mandati.*

2 *Nullitas quæ prouenit ex defectu Iuramenti calumniæ non vitiat mandatum quando de illius iustitia apparet.*

3 *Contrauenient promissioni tenetur ad restitutionem pretij loco damnorum & interesse.*

4 *Executiue procedendum est quando adest obligatio cameralis, quæ habet executionem paratam pro omnibus prouenientibus ex natura contractus, & obligationis promissionis in Instrumento vbi adest dicta obligatio.*

5 *Vendens iura talia qualia, ita vt 'contra ipsum retorqueri non possit, quando non à tertio, sed ab ipso cedente auocatur res vendita contra ipsum habetur regressus.*

6 *Vendens declarans nolle teneri de euictione tenetur tamen de restitutione pratij quando euictio prouenit ex facto venditoris.*

7 *Cessio obtenta ex causa onerosa, & mediante pecunia assimilatur emptioni, & venditioni.*

8 *Cessio ab aliquo facta sine praiudicio suorum iurium intelligendum est reseruato de alijs praiudicijs praterquam de contentis in Instrumento alias magna sequeretur iniquitas.*

9 *Reseruans sibi dominium super tota re vendita si postea partem pratij recipiat censetur pro illa rata transtulisse dominium.*

10 *Soccin. cons. 606. vers. septimus, & vltimus casus lib. 2. declaratur, & reprobatur.*

DECISIO CCXXXVII.

RESPONDERVNT DD. mandatum A. C. esse exequendum, quia, etiam iustum, & validum.

1 Validum, quia omnia concurrunt necessaria de quibus Caputaq. dec. 360 par. 2.

2 Neque obstat defectus iuramenti calumniæ, quia omissis alijs responsionibus si Mandatum iustum est, vt infra ostendetur defectus iuramenti non vitiat dum nedum excluditur calumnia, sed apparet de iustitia *Rot. post. 2. vol. cons. Farin. dec. 195. num. 6. & post Zacch. de obligat. Camer. decis. 131. numer. 6. & in recen. decis. 45. num. 6. par. 4. decis. 456. num. 3. vers. denique.*

Iustum apparet etiam dictum mandatum quia Paradisius recepit scut. 250. ex propria rata officij venditi Begerræ, & pro dicta rata idem Paradisius fecit cessionem iurium ad fauorem eiusdē Begerræ cum promissione de non contrauenien, sub obligatione Cam. & alias teneri voluit ad dāna, & interesse vnde si postea Paradisius auocauit totum officium, & sic etiam ratam emptam à Be-
3 getra, † contrauenit suæ promissioni, & consequenter tenetur ad restitutionem prætij loco damnorum, & interesse *l. euicta l. vendita ff. de euict. l. emptorem §. qui autem ff. de act. empt. Dec. cons. 102 in fine Rot. dec. 25. num. 8. par. 1. rec.*

4 Et tenetur via executiua stante obligatione Camerali, quæ habet paratam executionem pro omnibus prouenientibus ex natura contractus, & obligationis promissionis in Instrumento vbi adest obligatio generalis in form. Cam. *Seraphin. decis. 321. nu 19. & 20. Rot. post. Zacch. de obligat. Cam decis. 111. num. 16. & in* Reatina *Ius redim.* 20. *Decembris* 1628. *R.* P. D. *meo Verospio.*

5 Neque obstat, quod Paradisius cesserit quædā Iura, sed talia qualia itaut contra ipsum retorqueri non possit, quoniam non agitur de euictione, sed restitutione pretij, & ideo promissio illa qualificata, vt contra cedentem retorqueri non possint non intrat dum non à tertio, sed ab ipsomet cedente fuit auocata res vendita quo casu contra ipsum datur regressus DD. *in l. si quis rem de procurat. Dec. dicto cons.* 102. *nu.* 7. *Natt. cons.* 181. *num.* 7. *& secuta est etiam.* Rot. *in* Rom. *Dotis, seu depositi* 28. *Maij* 1638. *coram* R. P. *D. Decano.*

6 Prout videmus etiam, quod qui declarauit se nolle teneri de euictione teneretur tamen de restitutione prætij quando euictio prouenit ex facto venditoris *l. emptorem § qui autem & ibi gloss. verb. conuenetionibus de act. empt. Ruin. cons. 146 num. 6. lib. 1. Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 21. nu 2.* &
7 bene applicatur istud simile, † quia cessio obtenta ex causa onerosa & mediante pecunia assimilatur emptioni, & venditioni *Paris. cons. 83. num. 19. & 20. lib. 3. Franc. decis. 55. num. 12. Seraph. dec. 172. num. 2.* Rot. *dec. 433. numer. 1. par. 1. & decis. 492. num. 3. par. 2. Recen.* alias sequeretur magna iniquitas quod Paradisius haberet eodem tempore illam quartam partem venditam Begerræ, & prętium ab eodem Begerra acceptum istæque pecuniæ sine causa remanerent pęnes Paradisium, vt in his fere terminis consideratum fuit in *Romana officij 24 Nouembris 1631. coram bo me.* Coccino.

8 Non obstat, quod cessio facta fuerit à Paradisio sine præiudicio suorum iurium, quia ad euitādum contradictionem, & iniquitatem prædictam intelligendum est reseruatio de alijs pręiudicijs præterquam de contentis in Instrumento *Oldrad. cons. 330. in fine Paris. cons. 13. nu 30. & cons. 70. num. 12. lib. 1. Honded. cons. 87. nu. 46. lib. 12. Grat. disceptat. 867 num. 20.* Rot. *dec. 192 num. 5. par. 1. rec.* & vere Paradisius ex hac restitutione pecuniarum non patitur præiudicium, vel detrimentū dum loco pecuniarum habet illam quartam partem, quæ erat pęnes Reghezza, & Paradisius si retineret pecunias locupletaretur cum iactura alterius, nec agit de damno vitan.

9 Minus obstat quod Paradisius in Instrumento Venditionis factæ Iannotto reseruauerit sibi dominium, & hypothecam super toto officio donec & quousque ipse Iannottus cum effectu extinxerit censum, & ideo ratione huiusmodi reseruationis potuerit vendere totum officium, Quia dum postea Iannottus vendidit ratam dicti officij Reghezzæ cum pacto quod solueret prætium creditoribus Iannotti, qui iura, etiam dominij cedere deberent ad fauorem Reghezzæ, & Paradisius partem pretij receperit facta huiusmodi cessione pro illa rata censetur dominium translatum ex partium conuentione in ipsam Reghezzam soluentem, & in his terminis fuit dictum in *Roman. Officij coram bo. me. Coccino.*

10 Nec applicatur consilium *Soccin.* 206. Septimus, & vltimus casus *lib. 2. quia Soccin.* loquitur in fideiussore, qui non tenetur soluere totum creditum, nisi post integralem solutionem, & querit etiam *Soccin.* An fideiussor poterit petere cessionem hic autem agitur de cessione iam facta, contra *Soccin.* est doctrina Angeli, & aliorum & contra *Soccin.* fuit Iudicatum in Ciuitate Florentiæ vt ipsemet *Soccin.* testatur, & obseruauit *Franch decis. 260. num. 5.*

Alia bene fuerunt sublata per informantes pro Leccarijs.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D.

R. P. D. CERRO.

Romana Saluiani.

Ven. 17. Aprilis 1643.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligatione Camerali vallatum probat hipotecam.*
2 *Quem possidere probatur ex litis substentatione.*
3 *Sub nomine Alienationis latissimè sumpto vocabulo venit hipoteca.*
4 *Bona emphiteutica per simplicem hypotecam non dicuntur alienari.*
5 *Perceptio fructuum in bonis emphiteuticis potest hypothecari etiamsi prohibita sit dd. bonorum hypoteca.*
6 *Qui habet facultatem percipiendi fructus non dicitur alienare si illos obligat.*
7 *Salutarium conceditur etiam super fundo in quo debitor habet simplex ius percipiendi fructus.*
8 *Nec ex hoc aliquod praeiudicium infertur Domino directo.*
9 *Primus acquirens potest disponere de re emphiteutica etiam in praeiudicium aliorum vocatorum*
10 *Praesertim si fuit facta acquisitio titulo oneroso.*

DECISIO CCXXXVIII.

ANNO 1580. Vincentius de Vetera super vna eius domo dotali imposuit annuum perpetuum censum scutorum 35. sortis principalis scutorum 500. ad fauorem filiorum, & haeredum bon. mem. Hieronymi Verospij sub fideiussioneq. Lutij Lilij, quem dictus Vincentius impositor releuare, & indemnem seruare promisit sub obligatione Camerali, Summar. illorum de Vetera num. 1.

Decessit postmodum dictus Lutius fideiussor instituto sibi haerede vniuersali Torquato de Vetera eius nepote, cui quandocunque decedenti substituit primum filium masculum Valerij, si vocabitur Lutius Lilius, sin minus secundum, seù illum qui huiusmodi nomen, & cognomen habuerit, cum facultate illud assumendi, eodem Summario nu 3. Vnde cum per obitum Torquati factus fuerit locus substitutioni praefatae in fauorem Lutij Vincentij Lilij secundi geniti dicti Valerij, & ab Ersilia Zimenes cessionaria creditorū census fuisset euicta vna domus haereditatis dicti Lutij Lilij fideiussoris, fuit pro releuatione indemnitatis introductū iudicium Saluiani à Lutio Vincentio Lilio substituto contra Petrum Paulū Rosciolum detentorem vnius domus olim spectan. ad q Vincentium principalem debitorem dicti census, & sententiam fauorabilem immissionis super commoditate fructuum à Iudice ab A.C deputato obtinuit, à qua commissa tantum in deuolutiuo causa appellationis in Rota; dubitaui, an immissio sit reuocanda, vel confirmanda, & DD. confirmandam esse dixerunt.

Quia cum de validitate dubitari non possit, & legitimatio personarum iustificetur in actis ex fide obitus Torquati primi haeredis instituti, & ex testibus deponentibus Lutium Vincentium Liliū esse filium secundogenitum Valerij, eiusque cognomen assumpsisse statim, ac notitiam habuit de obitu Torquati, primogenitum vero dicti Valerij ante obitum d. Torquati ingressum fuisse Religionem Canonicorum Lateranen. ibique Professionem emittendo dimisisse nomen, & cognomen Testatoris quod habebat. Iustitia patet ex concursu trium extremorum ad obtinendum in hoc
1 Iudicio. Creditum enim cum † hypotheca probatur ex Instrumento census, in quo Vincentius sub obligatione Camerali promisit releuare indēnem Lutium fideiussorem iuncto alio instrumento immissionis obtentae ab Ersilia pro fructibus d. census super domo haereditaria Lutij, per quam fuit commissa stipulatio releuationis, *Rota in recent. decis. 456. num. 2. par. 2.* Possessio vero domus de qua agitur de tempore obligationis probatur ex instrumento acquisitionis factae per Vincentium ab illis de Naris, à quibus fuit inuestitus de d. terreno, super quo domum postea fa-
2 bricauit, dicto Summario num. 6. † Iunior autem possessio Roscioli satis probatur ex litis subtentatione, *Caputaq decis. 369. par. 2. Caesar. de Grass. decis. 4. de restit. spoliat.*

Non obstat defectus hypothecae ex eo, quod domus haec sit emphyteutica prohibita quoquomodo vendi, aut alienari requisito proprietario sub poena caducitatis. Quia praeter quod non fuit expressè prohibita hypotheca, nec aliena-
3 tio † latissimè sumpto vocabulo, quae hypothecam etiam comprehenderet, *glos. in l. final. verbo, vel hypothecam, C. de rebus alien. non alienan. Socin. consil. 75. num. 2. lib. 1.* sed solum venditio, & alienatio, per quam scilicet ius illud emphyteotica-
4 rium, in alterum transferatur, quae † nullo modo capit simplicem hypothecam per quam bona non alienantur, sed remanent in bonis hypothecantis, *l. pignus C. de pignor. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22 tit. 28. num. 51. cum duobus sequentibus, Rot. diuers. decis. 426 num. 6. & 7. par. 1.*
5 Immissio fuit solutum concessa super † commoditatem percipiendi fructus, quae venit in generali obligatione, & semper remanet hypothecabilis quantumuis omnis hypotheca prohibita fuerit, vt post *Bartolum in l. si is qui, §. vsusfructus n. 2. ff. de pignor tradit Neguss. eo titulo 2. membr. 5. p. num. 9. ante med. vers. Tamen hoc non obstante, Aym. cons. 213. num. 2. Menoch. cons. 1022. num. 6. vers. tertia est dubitatio, & num. 7. & 8. cum pluribus seqq. Gratus cons. 54. num. 14. & seqq. lib. 1. Ciruba ad consuetud Messan. cap. 1. glos. 2 par. 1. num. 110. Gratianus discept. forens. cap. 43. n. 11. cum seqq. Rota coram Put. decis. 111. lib. 3. in correctis.* Quod idem in materia feudi tradunt *Ioan. Faber. in §. Item seruiana num. 26. vers. sed fructus inst. de actio. Isernia in cap. Imperialem n. 3. ibique Aluarott. & caeteri communiter de prohib. feudi alienan per Federicum Alex. cons. 18. nu. 4. ante med. vers sed hanc obligationem lib. 5. Clar. attestans de communi, §. feudum, q. 31. num. 9. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 10. nu. 4. vers. hoc omnibus placet, Scrader. eodem tractat. par. 8. c. 1. num. 25. ad fin. vers. licet feudum, Coler. de process. executiu. par. 2. cap. 3. num. 289. cum plurib. seqq. & praecipuè num. 295. Kapper. decis. German. 39. nu.*
6 *12. cum seqq.* qui † enim habet facultatem & cō-

 modi-

moditatem percipiendi fructus, alienare non dicitur illos obligando, *Molin. de primog. Hispan. lib.1.cap.22.num 10.cum seqq.*

7 Et ratione † huius eom noditatis cadentis sub obligatione generali intrat Saluianum, & conceditur immissio creditori in possessionem rei prohibitæ alienari ad effectum vt immissus tandiu fructibus, & commoditatibus fruatur donec sibi de suo credito satisfiat, *Specul.de pignor.§.1.n.30. in fin.vers.creditor tamen, Coler.dicta par.2.c.3. num.29 cum seqq. Tiraquel de retract.lignagier. §.1.gloss 7.num.49.cum sequentib.* & dixit *Rota in Romana Saluiani 15.Aprilis 1622.coram b. m. Merlino, impress.apud Cenetum de censibus in ordine 403.num.7.8.& 9.* Non enim modo immissio datur in ipsa re, vt tangatur eius substantia, aut vtile dominium ad hoc, vt Domino directo inuito alter introducatur, sed ad effectum

8 dumtaxat percipiendi commoditates, † ex quarum perceptione nullum Domino directo præiudicium infertur. *Coler vbi supra cap.3. num.297. Kopper.d.decis.39.num.11.*

Minus obstat, quod huiusmodi facultas percipiendi fructus non sit perpetua, nec ad extraneos transitoria, sed restringatur ad vitam obligantis, & tandiu duret, quandiu durat ius obligantis: Obiectum enim procedit in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, secus in merè hæreditaria, prout hæc acquisita à laicis pro se, & heredibus, in hac

9 enim † primus acquirens potest illius fructus ne dum eius vita durante, sed perpetuo obligare, & hypothecare in præiudicium emphytheutæ, & quorumcumque hæredum, & successorum, & ab eis causam habentium, vt distinguendo tradunt, *Ruin.cons.176.num.13.& 14.lib.1.Alexand.cons. 173.num 3 & 4.lib.2.Roland.cons. 55.num. 39. cum seqq. lib.3. Caldas de emphyt. extinct. lib.4. cap 5,num.75.Scappucin.de Saluian. lib.2.q.10 num.3.Gratian.discept foren.cap.43.num.15.Rot. in Cesenaten.emphyteusis 14. Decembris 1635.co-*

10 *ram bon.m. Merlino.* Præsertim † quia acquisitio fuit facta titulo oneroso, dum Vincentius non solum promisit pro situ infructifero annuum canonem soluere, sed domum suo proprio ære fabricare, quo casu reputatur sicut reliquum patrimonium, & primus acquirens potest absque difficultate hæredibus successoribus, & ab eis causam habentibus præiudicare, *Marescott. variar. resol. lib.1.cap.74.num.3.& 4.Rot.in Perusina de Alphanis 4.Decemb.1624.& 2. Maij 1625.coram bon.me.Coccino.*

Et ita vtraq. &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Saluiani Domus.

Lunæ 27. Nouembris 1634.

SVMMARIVM.

1 *Extensioni clausulæ factæ per Notarium standum est, & plena fides adhibenda est.*
2 *Nam præsumitur illa extensio facta secundum partium intentionem de quibus notarius erat informatus.*
3 *Quando aliquod verbum in Instrumento est dubium standum est declarationi Notary rogati.*
4 *Obligatio Cameralis continet obligationem bonorum omnium nedum propriorum, sed etiam hæredum.*
5 *Clausula bona &c. in extensione obligationi cameralis comprehendit non solum bona propria sed etiam bona hæredum, quando extensio facta fuerit per Notarium A. C. quidquid aliud esset, quando fuisset extensa à Notario Capitolino, quia tunc posset intelligi de bonis mobilibus, & immobilibus.*
6 *Quando in donatione exprimantur tantummodo bona testatoris, licet pro obseruatione donans obliget bona &c. tali casu huiusmodi clausula bona &c. non extenditur ad bona hæredum quidquid aliud sit, quando Instrumentum non se restringit ad bona propria.*
7 *Hæres adheundo hæreditatem censetur approbare obligationes factas à testatore.*
8 *Prædicta tamen aditio non inducit approbationem quotiescunque sit facta cum beneficio l.& inuentarij.*
9 *Possessio probatur, ex litis sustentatione iuncto Instrumento acquisitionis.*

DECISIO CCXXXIX.

CVM q. Marcus Antonius a Valle vendidisset domum D. Cosmo Sansonio pro scut. mille noningentis cum promissione de euictione & de liberando à molestijs, ac faciendo consentire omnem personam. Postea vero Vittoria Riehina cui dos per dictum Marcum Antonium venditorem promissa fuerat obtinuisset exequi mandarum contra domum prædictam pro scutis 290. iuxta dispositionem Statuti Vrbis lib. primo Cap.83. dictus Cosmus egit contra Fuluium dicti Marci Antonij hæredem, & obtinuit relaxari mandatum primo con. bona hæreditaria, successione illud mandari exequi contra personã & bona propria, & vltimò etiam introduxit Iudicium Saluiani super immissione in possessionem eiusdem alterius domus per Franciscum possessæ, & sibi per dictum Fuluium venditæ eu autem objiceretur non esse locum Saluiano quia domus prædicta super qua illud fuit intentatum numquam extitit in bonis dicti Marci Antonij debitoris, nec ab eo possessa fuit, sed erat propria dicti Fuluij hæredis, Dubitaui An d. Cosmo esset danda petita immissio & Domini affirmatiue responderunt.

Constat enim de vtroque extremo ad hunc effectum requisito, siquidem creditum remanet sufficienter probatum ex d. M. Antonij obligatione iunctis molestijs per dictã Victoriam illatis, quibus stantibus d. Cosmus obtinuit etiam mandatum exequtiuum, vt supra, tam contra bona hæreditaria quam etiam con. personam, & bona propria d. Fuluij hæredis: de hypotheca vero super domo prædicta in euius possessionem petitur immissio satis constat ex eo, quia non controuertitur illam fuisse per d. Fuluium possessam, & ad ipsum spectasse ante venditionem ipsi

ipsi Brunetto factam, cum autem ipse Fuluius
sit d. Marci Antonij hæres aperte sequitur domū
prædictam, & omnia alia bona illius fuisse ad d.
Cosmi fauorem obligata. & hypothecata stan-
tibus illis verbis in venditionis instrumento ap-
positis. Pro quibus obseruandis &c. Ambo se
ipsos &c. eorumque hæredes &c. bona &c. iura
&c. form Cameræ Apostolicæ &c. cum solitis
clausulis &c. citra &c. obligauerunt &c. Quæ
hoc modo ceterata comprahendunt etiam bo-
na hæredum, & sic d. Fuluij stante extensione
de mandato Iudicis, & parte citata facta ab ip-
somet Notario de d. instrumento rogato, qui
clausulam illam bona &c hoc modo extendit
bona sua, & dd. suorum hæredum & successorū
omnia, & singula mobilia, & immobilia, præ-
sentia, & futura vbilibet existentia, vt ex fide
1 data pro parte dicti † Cosmi, cui extensioni est
standum, & plena fides adhiben. *Butr. in cap.
cum p. Tabellio num. 7. de fid. instr. Bald. in l. con-
tractus num. 8. in fin. vers. aut partes cum seqq.* C.
*de fid. instr. Socc. cons. 94. lib. 1. Paris. cons: 48. n. 27.
lib. 1. Rot. decis. 360. nu. 1. part. 4. diuers. & dec. 487.
2 num. 4. par. 2. recent* Illa † enim præsumitur facta
secundum partium intentionem de quibus erat
informatus *cap. ad audientiam de præscript. Dec.
cons. 450. num. 2. Rot. decis. 360. par. 4. diuers. nu. 2.
vers. quando magis, & in Romana donationis de
Luraghis decis. 136. num. 11. & decis. 147. num. 9.
inter impressas per Pacificum de Saluia.* prout
3 etiam ob eandem rationem, † quando verbum
aliquod est dubium, & obscurum statur No-
tarij rogati declarationi iuxta *doctr. Angeli in
l. Imperator la prima §. 1. vers. iudic. ff. de stat. ho.
quam probarunt Alex. in cons. 146. num. 25. lib. 5.
Aleiat. de præscript. reg. 3 præsumpt. 13. num. 30.
in fin. & adden. ad Ias. l. Gallus §. idem credendū
num. 18. in lit. A. ff. de liber. posth.*

Idque tanto magis sine difficultate procedit,
quia extensio prædicta omnino congruit oblig.
Camerali dicto venditionis instrumento apposi-
tæ, quæ extensa iuxta stylum A.C. cuius erat No-
tarius, is, qui de dicto Instrumento fuerat roga-
4 gatus a parte † continet omnium bonorum, ne-
dum propriorum, sed etiam hæredum obligatio-
nem, vt legitur in ipsius formula per extensum
petita, & impressa penes *Zacchiam ad Gallesi. de
oblig. Camerali in princ.* & pro indubitato sup-
posuit *Rot. in d. decis. 136. num. 1. vers. & præsup-
posita, & vers. quod petens impressa penes Pacif.*

Nec visum fuit obstare, quod in *d. decis.* 136.
5 & 137. fuerit firmatum clausulā illam bona &c.
nil aliud continere, quam ipsorum bonorum
qualitatem, videlicet omnia bona mobilia stabi-
lia seq. mouentia non autem bona hæredum,
quia fuit responsum casum dd. decisionum esse
valde diuersum. In primis, ibi aderat extensio fa-
cta à Notario Capitolino de eodem instrumento
rogato absq. bonorū hæredum comprahensione
contrauen. in præposito habens extensionem vt
1 supra factam à Notario A. C, cum aperte com-
præhensione bonorum, etiam hæredum, secun-
dò, ibi ante dictam Clausulam bona &c. nulla
alia aderat clausula ceterata, sed scriptum fuit
per extensum. Pro quibus omnibus, & præmis-
sis. semper firmiter tenen., & inuiolabiliter

obseruan. prædictus D. Paulus Luragus donator
se ipsum eiusq. hæredes & successores quoscunq.
& omnia, & singula bona &c. iura &c. obliga-
uit, & hypothecauit in for. Cam. Apostolicæ cum
solitis clausulis &c. vt in d. *decis.* 136. *n.* 4. & 5.
Vbi ex hoc infertur, quod non præexistebat ma-
teria extenden. prout præextitisset si ante dictam
clausulam bona &c. ad fuisset clausula ceterata,
quæ extensa iuxta communes formulas, & ex-
primeñ, & adijcieñ. ea, quæ deficiunt in sermo-
ne, & sequi solent secūdum consuetudinem iuxta
tradita per *Bald. in l. Gallus §. idem creden. n. 3.
ff. de lib. & posth. & Corn. cons. 225. in fine lib* 8.
cum alijs allegatis *in d. decis. 137. num. 1. & seqq*
comprahenderet, etiam bona hæredum, sed ce-
terata tantum erat dicta clausula bona &c. vbi,
vt dictum est extenduntur bona mobilia, & im-
mobilia vt in *d. decis. 136. nu. 5. & seqq. & in d. dec.
137. num. 4. &* 8. Hic vero ante dictam clausulā
ceteratam bona &c. adsunt etiam plures aliæ
similiter ceteratæ de quibus supra & signanter
clausula illi eorumque hæredes &c. quæ potest
commode extendi, vt contineat omnia alia
illa verba, & successores. & omnia, & singula
sua & suorum prædictorū hæredum, quæ ante il-
lud verbum bona leguntur, ac continentur in
d. formula impressa pœnes *Zacch. de obl. Camer.*
quæ expressè comprahendunt bona hæredum
denique, quia in casu dd. decision. aderat etiam
verisimilis intentio, ac mens donatoris cui repu-
gnabat quòd pro bonis donatis, quæ deficerent
teneretur hæres de proprijs supplere, & in alia
decisione fuerat iam firmatum, quod donatio
ipsa erat expresse restricta ad bona donantis, &
Ideo verisimile videbatur, quod stante tali re-
strictione, nec etiam donans noluerit pro dona-
tione obligare bona hæredis, cui illa non erat
apta prodesse, sed tantum nocere, vt dicitur in
d. decis. 136. *num.* 10. & *decis.* 137. *num.* 5. & *seqq.*
In casu vero rerum huiusmodi restrictio ad bo-
na propria non adest. & sumus in contractu em-
ptionis, & venditionis vltrocitroque obligato-
rio, in quo omnis æquitas suadet quòd pro illius
obseruatione sunt etiam hypothecata bona hæ-
redum prout passim obligari, & hypothecari
consueuerunt vt in eadem *decis.* 137. *numer.* 6.
Quæ contrahentium intentio sufficit, vt exten-
sio vt supra fieri potuerit, ac debuerit, vt not.
communiter DD. in *cap. cum P. Tabellio de fid.
instr. & alijs in d. decis. 137. num.* 8.

Ex quibus satis constare videtur d. Marcum
Antonium, etiam bona hæredum, & domum
de qua agitur obligare, & hypothecare voluisse,
& effectualiter obligasse, quòd autem hoc facere
potuerit non videtur dubitan. stan. dicti Fuluij
7 hæredis aditione per quam talis obligatio ratifi-
cata, & approbata censetur *Bald. l. 1. num. 27.
vers. sed an veniant bona hæredes ff. sol. matr. &
l. si hæredis seruus num. 1. post med. vers. quare
testator de leg. 1. Alex. cons. 173. num. 4. vol. 2. Pa-
ris. cons. 2. num. 35. vol. 3. Honded. cons. 3. num. 64.
& 65. vol. 1. Affl. decis. 26. nu. 3. & latius dec. 111.
num. 15. vsque ad fin. Rot. decis. 43. numer. 23. post
Zacch. de obl. cam.*

8 Neque obstat quia dicitur dictum Fuluium
adiuisse hereditatem cum ben. leg. & inuent. non

censeri dictam obligationem approbasse, nec esseri illi stare, nisi quatenus ferunt vires hæreditatis *Bart. l. cum vir. nu. 14 ff. de usucap. Dec. l. ex qua persona num. 2. ff. de reg. iur. Aym. cons. 225. num. 12. Menoch. cons. 89. numer. 14.* Quia de aliquo incent. per cum confecto doctum non fuit.

Secundū vero extremū possessio scilicet d. Brunetti rei conuenti non controuertebatur, & satis probatur remanet ex litis substentatione iuncto dicto instrumento venditionis, sibi per Fuluium factæ *Caputaq. decis. 172 p. 2. Rot. decis. 775. par. 1. recens. & coram bon. m. Greg. XV. decis. 491 num. 41.*

Et ita vtraque parte Informante fuit conclusum.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Saluiani de Casalibus.

Mercurij 11. Martij. 1643.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypotheca est præcipuum requisitum ad obtinendum in iudicio Saluiani.*

2 *Stante obligatione Camerali dubitari non potest de existentia hypoteca.*

3 *In concursu potior est causa dotis.*

4 *Dispositio de dotandis fæminis facta à Testatore in constitutione fideicommissi semper intelligenda venit secundum dispositionem Iuris cōmunis, scilicet in subsidium, & quatenus fœminæ aliundè dotari non possint.*

5 *Dispositio Testatoris succedit loco dispositionis legalis.*

6 *Pretium quando fuit solutum cum cautione de restituendo anterioribus, & potioribus dicitur extare.*

7 *In ijs qua fuerunt promissa sub eodem Instrumento non datur prius, & posterius.*

8 *Omnia contenta in eodem Instrumento iuris censura censentur facta eodem tempore.*

9 *Hypoteca pro dote licet transeat in heredem extraneum non tamen transit cum priuilegio prælationis.*

10 *Priuilegium concessum pro dote mulieri vt sua in hypotheca preferatur, non transit mortua muliere nisi ad filios eius hæredes.*

11 *Relatio Periti concernens probationem status probat etiam in alio Iudicio, & inter diuersas personas.*

DECISIO CCXL.

DOMINI stando in decisis immissionem in domo, de qua agitur ex remedio vtilis Saluiani Casalibus concedendam esse dixerunt, cum omnia ad illud requisita concurrant.

1 Creditum enim cum hypotheca, quod est præcipuum requisitum in hoc iudicio, *Honded. cons. 3. num. 9. lib. 2.* cum alijs relatis per *Pacif. de Saluian inspect. 1. c. 5. num. 1.* satis deducitur ex Instrumento donationis factæ per Bernardinum Castrellum Mario nepoti cuius linea masculina deficiente mandauit dari scut. 4000. Michaeli de Casalibus & illo tunc defuncto eius filijs, seu

2 descendentibus, pro cuius † donationis, & omnium in ea contentorum obseruatione tàm Donator, quàm Donatarius in ampliori forma Cameræ se, bonaque sua, suorumque hæredum obligauerunt, ex quo de hypoteca nullo modo dubitari potest vt pluribus latè firmatur in decisione huius causæ emanata *sub die 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro vers. ad primum cum seqq. & 23. Maij 1642. coram bo. mem. Merlino.*

Quod autem domus hæc fuerit possessa per Bernardinum Donatorem, & successiuè per Marium Donatarium illiusque descendentes hodieque possideatur per R. P. D. Prosperum Castarellum, vltra quod inter partes non controuertitur, fuit abundè probatum in alia decisione emanata *sub die 17. Nouembris 1637. coram bo. me. Buccabella, & 23. Maij 1642. coram bo. mem. Merlino supra relat.*

Nec obstat principale fundamentum hodie excitatum ab Informantibus pro altera parte, quod cum per defectum lineæ masculinæ Bernardini expirauerit fideicomm issum bonaq. omnia remanserint libera, potest adhuc Marius iunior, & ex eius persona R. P. D. Prosper vigore eiusdē Donationis (in qua idem Bernardinus ante omnia mandauit dotari fœminas) agere, seu potius retinere domum, de qua agitur, ratione crediti dotalis Faustinæ, & quidem cum priuilegio po-

3 tioritatis, & anterioritatis † cum in concursu potior sit causa dotis vt disponitur *in l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab. cum alijs per Bald. Nouel. tract. de dot p. 7. priuil. 19. num. 1.* & prior ille dicatur qui prius est in instrumento nominatus *Angel. in §. etenim num. 12. auth. de hered. & falcid. Soccin. iun. cons. 71. n. 17. lib. 1. Negusant. de cap. 2. 2. membr. 5. par. num. 41. cum alijs per Pacif. de Saluia. inspect. 3. pignor. nu. 439. cum seqq. & cap. 3. num 52.*

Quicquid enim sit de extinctione fideicommissi, quæ non probatur ex sola deficientia masculorum, & descendentium legitimorum fideicommittentis, cum ad illud nedum vocati fuerint masculi, sed etiam fœminæ, nec soli descendentes legitimi, sed etiam naturales, quorum tamen deficientia huc vsque probata non fuit, vt admittunt decisiones in causa factæ, in quibus pro constanti supponitur super domo, de qua agitur adhuc extare fideicommissum.

Responsum fuit quod vbi adhuc fideicommissum expirasset nō posset R. P. D. Prosper ex persona Marij retinere domum, de qua agitur, quia licet in eodem Instrumento donationis Bernardinus præceperit dotari fœminas, quod comprehendit nedum dotis constitutionem, sed etiam restitutionem vt in terminis huius donationis firmauit *Rot. in Romana Dotis 14. Februarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Huius-

4 modi tamen † dispositiones de dotandis fœminis factæ in constitutione fideicommissi semper intelliguntur iuxta dispositionem iuris communis scilicet in subsidium, & quatenus fœminæ aliundè dotari non possint vt aduertit *Castir. cōs. 64. num. 4. lib. 2.*

5 vbi † quod dispositio testatoris succedit loco dispositionis legalis *Rub. Alexan. cons.*

conf.124.nu.3.Bero.conf.116.nu.14.lib.2.Cephal. consil.105: num.13. vsque ad 22. Simon. de Pret. conf.137.num.27.cum pluribus seqq. Menoch. conf. 704.num.16.& conf.736.sub num.20.Peregr. de fideicomm.art.42.num.76.Molin.de primog. Hispan.lib.4.cap.7.num.2.Rot. coram Card. Seraph. decis.440 sub num. 4. vers. alia ratione Add. ad san.me.Gregor.decis.543.num.5. vbi aliæ decisiones concordantes referuntur.

Vnde cum in præsenti casu adsint alia bona ex quibus dos illa detrahi possit siquidem ex speciali licentia S.me.Pauli V. Pontificis distracta fuerant bona valoris scut.25. mill, ad effectum satisfaciendi creditoribus Maximiliani, qui dictæ do-
6 tis est debitor, quod † pretium cum fuerit solutum sub cautione de restituendo prioribus, & potioribus adhuc dicitur extare, vt pluribus firmatum fuit in decisione *dici 21. Iunij 1641. corã R.P.D Cerro*, & in specie quod d. scuta 25.mil. sint obnoxia pro restitutione dotium firmatur *in dicta Romana dotis 14.Februarij 1641.coram Reuerendiss.D. meo Decano*, necnon ex eiusdem Pontificis gratia permissa fuit alienatio quinquaginta quatuor locorum montium ad effectum soluendi d. dotem vtique super domo, de qua agitur vigore istius crediti dotalis nulla actio exerceri potest ex supra allegatis,

Hinc non obstant quæ dicebantur de prioritate, quia cum propter extantiam aliorum bonorum ex quibus dos detrahi potest, pulsari non debeant bona Bernardini testatoris cessat quæstio prioritatis, & potioritatis; licet etiam ad excludendam anterioritatem fortiter vrgere videatur ratio adducta *per Bart. in l. contractus num.5. & 6. C. de fid. instrum.* quod in ijs quæ fuerunt promissa in eodem Instrumento non detur prius, & posterius, quam sequuntur *Cagnol. in l.lecta num.157.ff.si cert.pet. Bocc. plures referens consi.92.num.6.Surd.consi.217.num.9.* reddẽs
8 pro ratione, † quod omnia contenta in eodem Instrumento Iuris censura censentur facta eodẽ tempore, quod idem repetit *decis.322.sub n 65. vers.nec mouet cum seqq.*

Quo vero ad potioritatem ex causa dotis illã
9 suffragari non posse R.P.D. Prospero, † quia licet in hæredem etiam extraneum, & singularem successorem transeat hypotheca pro dote, non tamen transit cum priuilegio prælationis, vt apertè disponitur *in §.fuerat instit.de action.* Ibi Præterri autem alijs creditoribus in hypotheca tunc censuimus cum ipsa mulier de dote sua experitur cuius solius prouidentia hoc induximus,
10 *Alex.cons.58.num.4.lib.7.* † vbi quod Priuilegium concessum pro dote mulieri, vt in sua hypotheca præferatur non transit mortua muliere nisi ad filios mulieris eius hæredes sequitur *Facchin.controuers.iur.lib.10.cap.34. § priuilegium prælationis*, & distinguendo pluribus authoritatibus dictum fuit in decisione huius causæ emanata *coram R. P. D. meo Cerro 21. Iunij 1641. vers.& in omnem casum.*

Quod autem dicebatur legatum hoc soluendũ fuisse ex bonis seu Prædijs Ardeæ cessat ex lectura donationis, in qua licet donator voluerit Ersiliam, & Philippam eius sorores, seu earum descendentes habere scut.4000. super dd. Prædijs, hanc tamen restri ctiuam non apposuit in legato facto Casalibus in sep arato Ca pitulo, vt benè ponderatum fuit *coram bon. me. Buccabella sub die 17.Nouembris 1637.*

Et in hanc sententiam facilius iuerunt Domini aduertentes dotem hanc fuisse plusquam integraliter restitutam: Habuit enim Primo Marius scuta 3000. redacta ex locis 54 montium vt fatetur pars ipsa,

Secundo habuit alia scuta 1500. prouenientia ex censu Iulij Busalini vt admittitur in decisione emanata coram Reuerendissimo D. meo Decano, *quæ est in ordine 24 sub num.24. vers. & vlterius eidem debitori p.7. rec.*

Tertio habuit alia scuta 7111. b. 50. prouenientia partim ex fructibus partim ex alienationibus locorum montium vt ex fide calculatoris, & Periti electi data in *Summario Casalium numer.2.* iuncta ratificatione Marij *Summ. nu.4.* quæ procul dubio exuberant ad satisfactionem dotis scutorum 9000. Parum obstante, † quod relatio Periti facta fuerit in alio iudicio vertente inter Marium Capharellum, & Lauram Crescentiam quia cum concernant probationem status probant in quocumque iudicio etiam diuerso, & inter alias personas *ad tex. in l. ingen. ff.de statu homin.Rota passim coram S.m. Greg. decis.535.num.3.& decis.90. num.4.par.5. recent. & alibi sæpè.*

Et ita vtraq. &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Census.

Ven. 18. Februarij 1639.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum accessionis obligatione camerali vallatum habet executionem paratam.*
2 *Filij familias possunt valide contrahere cum consensu, siue mandato patris vel aui, & dicitur satisfactum statuto Vrbis cap.152.lib.1.*
3 *Statuto Vrbis requirente consensum parentis in contractu filijfamilias intelligitur satisfactum etiamsi consensus ante siue in actu, vel post obligationem contractam interuenerit.*
4 *Consensus patris ad perfectionem contractus, quando pro solemnitate requiritur ad integrãdam personam filij interuenire debet cõtemporanee cum obligatione, secus, si pro solo interesse patris, & præiudicio sit adhibendus.*
5 *Statutum Vrbis de contractibus cum filijsfamilias non requirit simpliciter consensum patris, sed cum decreto irritanti inferente solemnitatem.*
6 *Decretum irritans pernecesse præsupponit formam.*
7 *Ad cognoscendum an consensus contemporaneus sit de forma contractus pendet ab eo, an interponatur ad integrandam personam filij, vel ad reparandum præiudicium patris.*
8 *Ad dignoscendum, an requiratur ad integrandum, vel ad reparandum præiudicium attenditur persona illius, qui consensũ dare tenetur.*

9 Si

9 *Si pater præstans consensum nullum habet interesse consensus illius videtur requisitus pro forma, & in ipso contractu, si vero non habet interesse cessat forma cõtemporaneæ actus.*

10 *Filijfamilias maiores non egent consensu patris pro integranda eorum persona.*

11 *Pater non habet vsumfructum in bonis filiorum clericorum.*

12 *In bonis tamen per filium quæsitis ante clericatum pater habet vsumfructum.*

13 *Statutum requirens parabolam patris importat auctoritatem.*

14 *Auctoritas adhibenda est contemporaneè ad actum.*

15 *Mandatum pro validitate actus quandocunque potest exhiberi.*

16 *Licentia tributa filio per patrem ad se obligandum ad fauorem cuiuscunque personæ, & pro quauis re summa, & negocio comprehendit etiam facultatem fideiubendi.*

17 *Notarij habent peculium quasi castrense, & ideo possunt se obligare sine solemnitatibus requisitis per Statutum in contractu filij familias.*

18 *Maxime si dicti Notarij sint in aula Principis, vel Papæ.*

19 *Salarium quod recipiunt Notarij à priuatis subrogatum est loco salarij publici, & censetur peculium quasi castrense.*

20 *Via executiua non competit postquam obligatio est vulnerata per sententiam ad fauorem obligati.*

21 *Sententia lata super nullitate obligationis non operatur effectum vulnerationis si ab ea fuerit appellatum.*

DECISIO CCXLI.

DOMINVS Ceccarellus imposito Censu super proprijs bonis annuorum scutorum 180. vsque de anno 1630. illum vendidit DD. Oricellarijs, cui vti principales, & principaliter insolidum accesserunt Martius, & Ioannes Berardinus fratres Nuculæ pro omnibus in eodem Instrumento Census contentis, præcedente vsque de anno 1626. paterna facultate amplissima ad se obligandos quamuis filios familias, formalibus verbis concepta, Ioannes consensit, suumque consensum, & assensum prestitit, & præstat cuicumque promissioni, & obligationi, seu promissionibus, & obligationibus per Martium, & Ioannem Bernardinum de Nuculis eius filios, tam coniunctim, quàm diuisim, tam ad fauorem Domini Grisantis de Rosciolis, quàm alterius cuiusuis personæ, ac pro quauis re summa, & negocio faciendis liberè &c. & recusantibus fructus decursos soluere, quæsitum fuit, an contra Martium esset relaxandum mandatum, quod per DD. fuit affirmatiuè responsum.

1 Quia † Martius in eodem Censu legitur in forma Cameræ Apostolicę obligatus per Instrumentum accessionis habens exequutionem paratam *Gallesi. de obligat. Camerali, par. 3. tit. de vi Instrumenti oblig. Cam. num. 15. Thes. dec. 26. num. 11. & decis. 415. num. 3. & 545. nu. 1. & 620. nu. 1. par. 1. recent.*

2 Cui non obstat exceptio nullitatis obligationis eorumdem fratrum vti filiorum fam. habentium expressam prohibitionem se obligandi a Statuto Vrbis 152. lib. 1. & cum decreto irritãti omnes, & quascunque obligationes tàm principalium, quàm fideiussorum.

Quia ab eisdem contractibus prohibitis cum filijs familias plures ab eodem statuto excipiuntur quorum præcipuus est, si ijdem filijfamilias de consensu, & voluntate, aut mandato Patris, vel aui, in cuius potestate sunt, contraxerint, vnde cum consensus Ioannis eorum Patris amplissimus ex supranarrato contextu Instrumenti
3 colligatur † satisfactum fuisse statuto dicendum est siue ante, siue in actu, vel post obligationem intercesserit huiusmodi consensus, sunt tex. aperti de consensu quandocunque præstando *l. vlt. C. ad Maced. l. 1. §. prodest in 2. respons. ff. quorum legatorum cap. cum nos de his quæ fiunt à Prelat, cap. cura cap. suggestum de Iur. patr. & comprobant Cuman. in l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acq. hæred. Tiraq. de ll. Conub. glos. 6. num. 1. Gab. cons. 2. num. 21. & 22. vol. primo Menoch. consil. 767. num. 6.*

Non obstat, quod omnes supra allegati admittant distinctionem consensum Patris contéporaneè ad perfectionem contractus esse præ-
4 standum quando † pro solemnitate ad integrandam filij personam desideratur secùs autem si pro solo Patris interesse, & præiudicio est adhibendus; pro solemnitate autem actus, & sic ad integrandam personam filij &c. dicebatur præstandum esse, quia statutum non requirit simplicitèr consensum sed cum decreto irritanti in-
5 ferente † solemnitatem *Aret. in l. si quis mihi bona §. iussum num. 8. ff. de acquir. hæred. & de consimilibus statutis idem senserunt Carp. ad statutum Bonon. lib. 3. tit. de contract. cum minor. & fil famil. § item dicimus Tiraq. post ll. conub. ad consuet. Paris. glos. 6. num. 1. Rot. in Rom nullitatis donationis 4. Nouembris 1614. coram b. me. Cardinali Verospio, & in Bononien. pecuniaria 21. Februarij 1625. coram me, & in eadem Romana nullitatis donationis 442. in fin. coram bo. me Card. Caual.*

6 Quia & si decretum irritans de necessitate præsupponat formam, vt possit effectum operari tanquam in subiecto illam annullando, difficultas tamen est, an consensus contemporaneus
7 sit de forma contractus † quod semper pendet à supradicta distinct. an interponatur ad integrandam personam, vel ad reparandum præiudicium Patris, & ad cognoscendum hanc qualitatem *Bart. & Aret. in alleg. §. iussum* asserunt. infallibilem rationem attendendam esse personã
8 eius, † qui consensum dare tenetur, nam si nul-
9 lum habet interesse † in consentiendo, semper videtur requiri pro forma, & in actu: Aut potest habere interesse, & tunc cessat forma contemporanei actus. Cæterum, quod Patris consensus vacet ab omni interesse suaderi non potest quoniam regulariter, nisi aliud appareat, requiritur ratione præiudicij, & etiam si hoc esset dubium, standum esset regulæ, donec contrarium probaretur

retur

10 retur, vt dixit *Gabr. alleg. conf. 2. num. 13.* † filij
namque familias maiores non egent Patris con-
sensu ad integrandam eorum personam, neque
de Iure communi per supradicta, neque ex Sta-
tuto Vrbis 152. de quo est controuersia, ita vt
pro solemnitate sit adhibendus: nam statuentes
discretiuè loquuti sunt de solemnitatibus in sta-
tuto præcedenti 151. nempè de contractibus si-
ne certa solemnitate non valituris. In sequen-
ti vt in statuto 152. de contract. absolutè prohi-
bitis cum filijs familias, qui ex quauis causa, aut
solemnitate annullantur ex censura eiusdem sta-
tuti, & in prædictis immediatè legitur appositum
decretum irritans, in exceptis autem casibus nõ
fit mentio de solemnitate respiciente fauorem
filiorum fam. sed tantum de consensu Patris rã-
gentis illius interesse, & præiudicium *per l. vlt.
C. ad Maced. & alij supra alleg.* nec aliter suade-
ri potest ex eo, quod statutum comprehendat fi-
11 lios fam. Romanos † Ciues, vel Incolas etiam
Clericos, in quorum bonis Pater non habet vsũ-
fructum, & per consequens interesse in *decis. 442
in fin coram bo. mem. Cardinali Caualerio*, quia
datur casus, in quo Patri quæritur vsusfructus in
12 bonis † filij Clerici, in bonis scilicet quæsitis
antè Clericatum *Graß.* post alios, quos allegat
de *effect. Cleric. cap. 19. num. 67.* Et eo minus de-
seruiunt ad conuincendam solemnitatem per
consensum Patris auctoritates supra allegatæ: nã
statutum Mediolani 416. lib. 1. requirit Parabo-
13 lam Patris, quæ † importat auctoritatem secũ-
14 dum *Bald. cons. 212. num. 2. vol. 2.* quæ † contẽ-
poraneè ad actum est adhibenda *per l. obligari §.
tutor ff. de auct. tut. & §. tutor instit. eodem tit.*
& latè comprobat *Tiraq. eadem glos. 6. num. 2.
statutum verò* Bononiæ desiderat consensum, &
auctoritatem, & propterea benè intrant termi-
ni decisionis Bononien. pecuniaria supra allega.
Tiraq. vero in gloss. 6. loquitur in terminis con-
suetudinis Parisien. requirentis consensum, &
auctoritatem, *& decis. 442. in fin.* non fuit intẽ-
tionis Dominorum determinare hunc articulũ,
prout nec in alia coram bo. me. Cardinali Ve-
rospio, sed an consensus esset necessarius quoad
bona in quibus Pater non habebat vsumfructũ
propterea sicuti consensus, quando iungitur
verbo auctorizabili contemporaneè ad actum
debet interponi, vt in casibus supradictis eodem
modo, quando iungitur verbo in inferente au-
ctoritatem, vt in præsenti non debet impropria-
ri sensus, & natura illius prout non impropria-
tur si simultaneè copuletur consensus cum vo-
luntate requisita a Statuto, quoniam, & volun-
tas potest quandocunque accomodari *Rom. cons.
474. nu. 20. Surd. decis. 206. num. 10.* & idem dica-
tur, si loco consensus, & voluntatis vtatur mã-
15 dato per statuẽtes in alternatiua admisso quod
semper potest ad validitatem actus exhiberi, vt
determinant idem *Roman. d. cons. 340. nu. 7. Gabr.
cons. 194. num. 5. lib. 1. Lancell. de attent par. 1 c. 1.
num. 46. Surd. decis 159. num. 12. & 525. numer. 4
coram Papa Greg. XV.*

Neque dicatur, quod consensus Patris intel-
ligi debeat quatenus Martius, & Bernardinus
se obligarent pro proprijs negotijs secus autem
pro alijs fideiubendo, pro quibus non se exten-
dit mandatum *Cephal. cons. 220. num. 13. cum al-
leg.* quia verba paterni consensus sunt nimis am-
16 pla † vt non patiantur restrictionem scilicet ad
fauorem cuiuscunque personæ, & pro quauis
re, summa, & negotio apta ad fideiubendum, &
ex eadem causa obligandum.

Præterea aduertunt Domini respectu personę
Martij etiam sine consensu Patris contractum
sustineri, nam cum ille sit Notarius A. C. & in
statuto excipiantur post enumeratos etiam re-
liqui casus, quibus filij familias ex causa mutui
de Iure communi sine non obstante *Sen. consil.
Maced.* obligantur, potuit se obligare non ob-
17 stante † *Maced.* tanquam habens ex officio pe-
culium qvasi Castrense, & prout de habente of-
ficium Notariatus, quod habeat peculium qua-
si Castrense, & possit se validè obligare firmarũt.
*Alex. cons 2. nu. 6. lib. 6. Bald. in l. fori C. de Aduo.
diuers. Iudic. num. 4. Franc. in cap. licet §. quam-
uis numer. 1. de spol. in 6. Cappell. Tolos. decis. 10.
Trentacinq. var. lib. 1. tit de pecul. resolut. 1. nu. 5.*
18 dicens id maximè † procedere in Notarijs, qui
sunt in Aula Principis, vel Papæ, & quamuis,
*Bald. in l. cum oportet C. de bonis, quæ lib. & Apo-
stilla ad eundem Alex. cons 2. & Capella Tolo-
sana decis. 10.* secundùm iura antiqua dubitaue-
rint, quando emolumenta de publico non pro-
ueniunt, tamen idem *Alex. d. cons. 2. numer. 4*
19 tenet salarium, quod Notarij recipiunt a pri-
uatis esse subrogatum loco Salarij publici. &
tanquam peculium quasi Castrense esse penes
Notarios Actuarios.

Denique non obstat in omnem casum viam
exequutiuam non competere Dominis Oricel-
larijs vti vulneratam per sententiam super nul-
litate ad fauorem Ioannis Bernardini alterius ex
fratribus obligatis latam, & habentem eandem
20 causam defensionis *Bart. in l. penult. in fin. ff. de
duobus reis Rot. in Roma. Vinea 18. Iunij 1636.
coram Domino meo Dunozetto.*

Quia versamur in diuerso Iudicio & inter di-
uersas personas habentes separatas obligatio-
nes, & in sententia suspensa per appellationem,
21 quæ † non potest operari effectum vulneratio-
nis *Rot. decis. 537. num. 3. per. 3. recent. & 63. nu. 9.
Galles. de obligat. Cam. Grat. discept. 765. n. 43.*
Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ Census.

Mercurij 16. Ian. 1630.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura, seu liber rationum probat contra scribentem.*
2 *Bona Tutoris sunt tacite obligata pupillo.*
3 *Nulla existente obligatione principalis corruit quoque obligatio fideiussoris tanquam accessoria, quod quando procedat nu. 4.*
5 *Quando fideiussore principaliter obligauit non dicitur fideiussor, sed respectu creditoris.*
6 *Iuramentum confirmat contractum.*
7 *Fideiussores, quando accedant obligationi iuramento vallatæ si non valet obligatio valet,*

vt

ut melius valere potest.

8. *Licet obligatio pupilli non teneat tenet, tamen obligatio illius fideiussoris.*

9. *Verba promissionis, & obligationis sunt strictissime intelligenda, nec extendenda ultra formalitatem verborum.*

10. *Euictionis natura est ut fideiussor teneatur ad pretium rei.*

11 *Rot.dec.50.par.1.Recen.declaratur.*

DECISIO CCXLII.

RESOLVTO coram me 14. Maij præteriti censum impositum per D. Antonium Bouium in pupillari ætate existentem cum fideiussione Domini Dominici Turini Tutoris propter defectum solemnitatum Statuti Bonon. de contractibus pupillorum non substineri; Dubitaui, An pupillus siuè Tutor teneatur ad restitutionem pecuniarum, & Domini Turinum Tutorem teneri censuerunt, Nam constat eas peruenisse ad manus Tutoris qui eas descripsit in
1 libro Tutelari ad creditum ipsius pupilli † ut ex partitis extractis ex libro ipsius Tutoris qui bene probat contra scribentem *gloss.in l. quidem § numularios ff. de eden.gloss in clem.1. §.cæteris in verb.rationem de resur.Bart. in d.§. nummulario num.2.& in l.admonendi num.26.ff.de iurepatr.ubi Ias num.117.& Rip. num.117. Masc. de prob.concl.974.in princ.San.me.Gregor.XV. decis.79.num.1.& decis.475.num.8.* & de his tutor vel teneatur reddere rationem pupillo, vel si non reddat eas cogatur restituere, cum illius
2 bona † tacitè sint hypotecata pupillo ex *l. pro officio, & ibi glos. C. de admin.Tutor.& glos.in l.dabimus §. 1.de priuil.credit.Ruin.cons.94.n.2. cum seqq.lib.5.Rip.in l.quæsitum §. si cum autem Tutor num.9.& in fin.alegat.io tit.de priuil.credit.Rot.diuers.decis.114.num.1.par.1.*

Nec quicquam releuat nullitas contractus
3 ipsius census † cum existente nulla obligatione principalis, corruat etiam obligatio fideiussoris tanquam obligatio fideiussoris tanquam acces-
4 soria ut not.*Doct.in l.non dubium C.de leg.* † quia conclusio nō applicatur, quando fideiussor obligauit se tanquam principalis principaliter, & insolidum: nam tunc considerantur tanquam duo correi debendi. *Bart.in l.si quis pro eo n. 15. ff.de fideiuss.Natt.cons.262.num.14.Alexan.cons. 32.in fin.lib.4.san.me.Greg.XV.decis. 321. nu.7.* & quamuis respectu Bouij sit fideiussor respectu tamen Montesancti est reus principalis *Bart. Angel. & alij in l reos in princ. ff. de duob. reis*
5 *Natt.cons.52. numer.1.& 6.* Quia † respectu creditoris neuter eorum potest dici fideiussor ex quo uterque se obligauit uti principalis principaliter, & insolidum, ita dicunt *Bart. Ang.Paul. de Castr.& Imol.in d.l.reos in princ.Salic.in l.1. quæst.3.C.eod.* ideo Tutor fideiussor tenetur nō
6 solum ex supradicta obligatione, sed † propter iuramentum, quod confirmat contractum iuxta notata *in l. si quis pro eo ff. de fideiuss, Natt. cons.162.num.14.Gratian.discept.forens.cap.122. nu.10.Gabr cons.5.de minor.Seraph.de priuileg. iuram.§r.uil.88.num.5.Mohed.decis.2 de fideius. san.me.Greg.XV.decis.560. nu.3.* † quia quando fideiussores accedunt obligationi iuramēto vallatæ si non valet obligatio, ut agitur valet, ut melius valere potest *l.cum pater §. filius matrē ff.de leg.2. Angel. in §.fideiussores in fin. instit. de fideiuss.* & ita propter Iuramentum appositū contractui fideiussor obligatus principaliter, & insolidum non gaudet priuilegio licet pro minore, qui non tenetur fideiusserit.

Nec facit, quod fauore pupilli annulletur obligatio principalis ex priuilegio ei concesso ratione minoris ætatis: Quia non ideo corruit obligatio accessoris, quæ non est æque fauorabilis cum respectu fideiussoris non militet eadem ra-
8 tio, quæ militat respectu pupilli † & propterea cum prohibitio alienationis concernat solum commodum minoris, & non alterius personæ, Ideo Tutor, & fideiussor de euictione tenetur, ut per *Bart.in l. non dubium nu.28.C.de leg. Salic.ibid.num 11.de communi Paris.cons.16.num. 111.lib.2.Alex.cons.66.num.7.lib.4.Rot.coram b.me Orano in Roman. census de Prouanis 8.Apr. 1598.& coram eodem in Romana euictionis 5. Iunij 1599.extensa per Seraph. quæ est impress. 1324.San.me.Greg.XV. d.decis.321. num. 6. ubi Add.num.13.*

Non obstat quod D. Turinus non se obligauerit ad pretij restitutionē in casu nullitatis cēsus, cum hoc non legatur in promissione, & obli-
9 gatione sua quæ † etiam videtur strictissimè intelligen., nec extenden. ultra formalitatem verborum *Menoch.cons.763.num.2.Honded. d.cons. 111.num.26.lib.1.Mant.de tacit.lib.6.tit.14.n.1. Rot.decis.50.par.1.recen.* Quia cum Turinus explicitè se obligauerit de euictione in forma quæ iam euenit ex declaratione nullitatis impositionis census, tenetur ad interesse & remanet obligatus ad restitutionem pretij loco illius succe-
10 dentis est enim de † natura euictionis, ut fideiussor teneatur ad pretium rei, & propterea ex clausulis pregnantissimis non potest dubitari de illius obligatione, neque quod constet de interesse Montesancti cuius interest si nullus est cē-
11 sus, habere pretium † neque supradicta decisio 50. applicatur cum loquatur in diuersis terminis, ibi enim agebatur de contractu non sortito effectum, & propterea cessante causa, propter quam Cardinalis Cusentinus se obligauerat Domini resoluerunt illius obligationem, tanquam sine causa remanere inefficacem, & inualidam.

Vnde cum in casu de quo agitur obligatio Turini fideiussoris nullam habeat dependētiam ab obligatione Domini pupilli, sed consideretur per se sola inducta in fauorem pupilli non applicantur Tutori ex supra deductis cum priuilegia personalia personam non egrediantur, *l.etsi fideiussor.ff.de re iudic.Gratian. discept. for.c.122. num.14.& seq.*

Et ita fuit resolutum informantibus quibuscunque interesse habentibus &c.



R. P. D.

R. P. D. MANZANEDO.

Patriarca Hierosolymitano.

Anconitana pecuniaria.

Veneris 14. Martij 1625.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in solidum facit vt quilibet ad totum teneatur.*

2 *Clausula in solidum posita in vna obligatione non est in alia subintelligenda nisi fuerit expressa.*

3 *Verba* per li quali *posita in Instrumento in quo quis pro aliquibus se obligauit indicant, & referunt personas pro quibus se obligauit.*

4 *Clausula in solidum apposita in fine instrumenti referri debet ad omnia supra in Instrumento contenta etiamsi versetur in materia odiosa.*

5 *Certa dies in obligatione quando fuit apposita tunc non requiritur interpellatio, nam tunc dies interpellat pro homine.*

DECISIO CCXLIII.

PRAETENDEBAT D. Carolus Nappius post duas decisiones in ista causa factas in quibus fuit resolutum mandatum contra ipsũ relaxatum à R.P.D. Sacchetto esse exequendum, vti validum & iustum illud esse hodie reuocandũ ratione excessus quatenus in eo fuit condemnatus ad soluendum scuta 2000. ad quæ dicebat se non teneri, nisi pro sua virili portione cum fratribus pro quibus de rato promiserat, & cum super hoc insietisset pro particulari dubio, an scilicet mandatum esset reuocãdum ratione excessus d. dubio dato illud hodie proposui, & Domini vtraque parte informante responderunt mandatum non esse excessiuum, quid cum in instrumẽto obligationis per D. Carolum factæ quod datur *in Sum. num.* 1. legatur qupd ipse obligauit se in
1 forma Cameræ,† & cũ clausula in solidum ad soluẽdum intra certum tempus d. scuta 2000. bene potuit solus conueniri, & mandatum absq; dificultate contra ipsum pro tota d. summa relaxari, vt fuit dictum *in vna Romana mutui 8. Nouembris 1601. coram bon. mem. Card. Lancellotto, quæ est inter impressas per Zacchiam post tract. de obligas. Cam. dec. 22. nu. 1.*

Nec obstat quod dicatur in eodem Instrumento contineri duas obligationes diuersas vna de redimendo nempe domum, & tunc Carolus obligauerit se nomine fratrum, & insolidum, altera vero de qua nunc agitur, de redimendo prædium pro d. summa scut. 2000. & ista seruanda obliga-
2 tio† non contineat clausulam in solidum, quæ propterea non debet subintelligi in hac parte nõ expressa *iux. tex. in l. si fundus §. si duo in fin. ff. de pignor. Surd. cons. 271 num. 63. Rota Ianuen. decis. 97. num. 8.*

Quia fuit responsum quod licet obligationes, & rationes in obligando fuerint diuersæ, tamen oratione inter se coniunctæ videntur, quia dum Carolus se obligauerat pro redemptione domus, ibi, *come sopra s'obliga in detti nomi, & in solido alla redentione della detta casa,* & deinde, *e per il resto del credito cioè per scudi 2000. d. Sig. Carlo s'obliga nelli nomi come di sopra per li quali come di sopra,* dicitur nedum se obligasse pro fratribus propter verba illa *per li quali,* quæ indicant, &
3 referunt† personas pro quibus se obligauit *Bero. cons. 66. nu. 14. & seq. lib. 2. Surd. cons. 336. nu. 18. Pereg. cons. 43. num. 4. lib. 2.* sed etiam se obligasse cum illa qualitate in solidum antecedenti, quæ pariter censetur repetita in d. obligatione per illa verba *nelli nomi come di sopra Surd. cons. 565. nu. 14. lib. 4. & decis. 291. num. 13. & num. 18. Pereg. de fideicomm. art. 16. num. 23. vers. item dictio, vt supra cum adductis in Rom. donationis 6. Febr. 1623. coram me.*

Quod multo magis visum fuit Dominis procedere ex eo quod postmodum d. clausula in solidũ
4 † fuit etiam adiecta in fine instrumenti, quæ propterea debet comprehendere, & referri ad omnia supra in d. instrumento contenta *cap. inquisitioni in fin. de appell. l. talis scriptura §. fin. ff. de leg. 1. Dec. cons. 11. num. 13. Surd. cons. 282. num. 4. & cons. 524. num. 6. Decian. cons. 70. numer. 19. & seq. lib. 3. Rota decis. 227. nu. 1. par. 1. diuers.* etiam quod versemur in materia penali, & odiosa idem *Surd.* qui alios etiam adducit *cons. 379. numer. 1. & cons. 565. nu. 18. vers. imo etiam lib. 4.*

Non obstat quod D. Carolus non fuerit interpellatus, quia cum in supradicta obligatione esset
5 apposita † certa dies ibi, *nel termine di quindeci mesi da hoggi a incominciarsi, & in capo a dieci mesi promette dare, e pagare al Signor Giouanni scudi mille, & il resto fino alla somma di scudi 2000. per resto pagare in termine d'altri cinque mesi,* non requirebatur alia interpellatio cum dies tunc dicatur interpellare pro homine *l. magnam C. de contrahen. & commit. stipulat. Ancar. cons. 65. in fin. Dec. cons. 452. num. 9. Surd. dec. 57. nu. 7. & nu. 14. Rota decis. 252. par. 4. diuers.*

Ex quibus ita fuit resolutum.

R. P. D. VEROSPIO.

Postea S.R.E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 4. Iulij 1618.

SVMMARIVM.

1 *Quando agitur vigore obligationis Cameralis non potest retardari executio.*

2 *Per stipulationem Notarij pro omnibus quorũ interest acquiritur absentibus ius sine cessione.*

3 *Compensatio cum credito alieno non inducitur.*

4 *Fructus succedunt loco damnorum, & interesse ideoq; obligatus ad damna tenetur fructus soluere.*

DECISIO CCXLIV.

REVERENDVS Pater Dominus Paulus, necnõ Dominicus, & Octauius fratres de Capranica Faustinam sororem suam nuptui tradiderunt Nicolao Ghisellio cum dote scutorũ octo millium de quibus illicò quattuor millia soluerunt

uerunt, alia verò scuta quattuor millia vnusquisque pro sua rata intra annum eidē Nicolao promisit erogare, aliàs ad omnia & singula damna expēsas, & interesse cum omnium bonorum obligatione, & in forma Cameræ teneri omnes voluerunt. Mortuo postmodum Nicolao fuit secundo loco Faustina cum dote omnium eius bonorum,& Iurium nupta Bartholomæo de Piccolominibus, qui contra Dominici hæredes, & Octauium egit ex quo integram suam ratam scutorum quattuor millium illi non soluerant. Vndè causa mihi commissa dubitaui. An contra bona hæreditaria Dominici, & Octauij mandatum esset relaxandum pro sorte principali, & fructibus ad quam rationem, & pro qua summa, & Dominis visum fuit relaxandum esse mandatum, cū

1 † enim agatur in vim obligationis Cameralis executio retardari non potest *Cyn. & Fab. in l. si actum C. famil. hereisc. Angel. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Boer. quæst. 295. num. 6. vers. Secus Menoch. de arbitr. Iud. cas. 17. numer. 4. Gallesi. ad formam oblig. Cam. par. 1. q. 2. nu. 11.*

2 Nec potest controuerti † d. obligationem ad Faustinæ, & Bartholomæi coniugis fauorem emanasse cum Notarius fuerit stipulatus pro omnibus quorum interest, aut quomodolibet in futurum poterit interesse per quam stipulationem absentis quorum interest sine cessione ius acquiritur *Natt. cons. 534. nu. 8. Paris. cons. 72. num. 2. lib. 1. Gab. de iur. dot. conclus. 3. num. 7. & fuit dictum in Romana fructuum dotis 11. Martij 1603 coram Illustriss. D. Card. Ludou.*

Non obstat Dominicum censeri Faustinæ dotem promisisse animo illam cum legitima in bonis maternis ei debita compensandi; Vnde cum iam Faustina d. legitimam habuerit ipsum adhoc dotis residuum amplius non teneri. Quia respondetur Dominicum legitimæ debitorem nō fuisse cum suæ matris hæres ipse non extiterit, sed alij fratres, & ideò non possint Dominici hæres compensationem hodie prætendere, quæ cū

3 alieno † credito non inducitur *l. 1. & 2. & l. in rem ff. de compens. l. eius C. eodem.*

Nec releuat saltim quoad alios fratres, qui matri successerunt huiusmodi compensationem esse admittendam: nam cum illi dictam legitimā post liquidationem à bon. mem. Cardinale Blanchetto factam soluere promiserint, & nihilominus vltra eam se vnusquisq; pro tertia dotis parte obligauerit, clarè patet eosdem noluisse cum legitima dotem compensari.

Quod eo fortius arguitur, quia dos prædicta ex testamento Patris de ipsius bonis erat extrahenda; Vndè non censentur isti fratres compensare voluisse cum legitima dotem, quæ de bonis ipsorum soluenda non erat.

4 Quo verò ad fructus Domini pariter censuerunt mandatum esse relaxandum, cum ad eorum solutionem in forma Cameræ se dicti fratres obligauerint ex quo post annum à die promissionis ad damna, & interesse quorum loco succedunt fructus teneri voluerunt, *Doctor. in cap. salubriter de vsur. Paul. de Castr. cons. 11. num. 41 lib. 1. Magon. decis. Florent: 83.*

Cum præsertim à Bartholomæo fuerint isti fructus petiti iudicialiter, necnon semper idem onera matrimonij sustinuerit *l. pro oneribus C. de iur. dot. Alex. cons. 147. num. 4. lib. 5. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 1. num. 3.*

Ad quam vero rationem dicti fructus debeantur satis constare dicitur ex ipsius statuti dispositione *cap. 137. lib. 1.* & illorum quantitas à calculo in mandati relaxatione faciendo apparebit. Et ita &c.

R. P. D. MERLINO.

Albanen. Donationis.

Lunæ 27. Nouembris 1623.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum obligatione camerali vallatum facit probationem probatam, & manifestam.*
2 *Augumentum dotis factum à marito constante matrimonio reprobatur de iure communi, tāquam donatio inter virum, & vxorem.*
3 *Quod procedit etiam de iure municipali attenta dispositione Statuti Vrbis cap. 135. 149. & 150. vnde etiamsi in Instrumento talis augumenti adsit obligatio cameralis, tamen illud instrumentum, tanquam continens nullitatem, non meretur executionem.*
4 *Donatio propter nuptias fieri valide potest etiā stante matrimonio.*
5 *Donatio propter nuptias cum sit donatio impropria non requirit insinuationem.*
6 *Præsertim si donatio fuerit facta à marito vxori, nam tunc in mulieris fauorem non requiritur insinuatio.*
7 *Quod procedit etiamsi statutariæ solemnitates non fuerint obseruatæ.*
8 *Donatio ad hoc vt dicatur propter nuptias sic nuncupari debet in Instrumento donationis.*
9 *Augumentum dotis factum in Instrumento dotali dicitur donatio propter nuptias non fuerit expressum.*
10 *Donationis propter nuptias proprium est recompensare dotem.*
11 *Donatio propter nuptias antiquitus* antiferna *nuncupabatur.*
12 *Donatio propter nuptias de iure communi non est necessarium, vt ad vnguem respondeat doti.*
13 *Donatio propter nuptias non ad haredes donatarij, sed ad donantem reuertitur.*
14 *Antiquitus donatio propter nuptias seruiebat pro pignore dotis.*
15 *L. 1. ff. & C. de donat. declaratur.*
16 *Donatio inter virum & vxorem non est prohibita quando est facta ante contractum matrimonij, vel in ipso contractu.*
17 *Ratificatio pluries facta in actu testandi donationis propter nuptias iam factæ aliquando inseruire potest loco insinuationis.*
18 *Verba in dubio potius præsumi debent stare demonstratiuè, quam taxatiuè.*
19 *Amor, beneuolentia, seu liberalitas nō repugnat donationi propter nuptias.*

DECI-

DECISIO CCXLV.

VNANIMI Dominorum consensu responsum fuit mandatum A.C. esse exequendum, illius enim validitas in dubium non reuocabatur
1 de iustitia verò satis constare † dicebatur ex publico Instrumento obligatione camerali vallato, quod probationem probatam, & manifestam facit *Crauett. cons. 317. num. 1. Card. Seraph. decis. 736. num. 1.*

Nec visum fuit obstare, quod per informantes pro hæredibus q. Equitis Bernardini obijciebatur ex ipsiusmet instrumenti inspectione manifestè apparere de omnimoda illius, & contractus in eo contenti inualiditate tam attenta iuris communis dispositione; secundum quam
2 dotis † augumentum factum à marito constante matrimonio reprobatur tanquam donatio inter virum, & vxorem prohibita, *l. 1. & l. 2. & tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. C. de donat. ante nupt. l. si quis vxori sub cõditione ff de donat. inter vir. & vxor. Paris. cons. 59. numer. 45. lib. 3. Gab. cons. 10. num. 3. vers. cum igitur, & num. 6. lib. 1. Surd. cons. 164. num. 58. & cons. 196. nu. 25.*
3 *& 26.* quàm etiam statutorum † Vrbis lib. 1. cap. 135. 149. & 150. & consequenter nõ esse executioni locus etiamsi adsit cameralis obligatio, cũ nullitas, de qua incontinenti constat illam retardet *Gallesi. de oblig. cam. par. 1. q. 3. num. 2. & 31 & seqq. cum alijs allegatis per Adden. ibi nu. 3. 4. & seqq.*

Quoniam fuit responsum contractum de quo agitur, nil aliud esse quam donationem quãdam propter nuptias, quæ fieri validè potest etiam constante matrimonio, *vt est tex. in l. si constante C. de donat. ante nuptias*, cuius Iustini Patris sanctionem nedum ratam habuit, sed plenissimo fini congruentiorem assignando nuncupationem tradere professus est Iustinianus filius *tam in §. est & aliud instit. de donat. quam in l. cum multa C. eod. tit. de donat. ante nupt.* & idem passim tradiderunt DD. *Surd. decis. 214. nu. 4. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 20. tit. 4. num. 2. & 5. & seqq.*
5 *& alij*, huiusmodiq; † donatio veluti in propria, & ob causam insinuationem non exigit *l. fin. & ibi not. Bart. & communiter omnes C. de iur. dot. Guidop. decis. 325. circa finem Menoch. cons. 26.*
6 *num. 16. & seqq.* Præsertim † si donatio facta sit à marito vxori, prout est illa de qua agitur, in mulieris enim fauorem hoc casu insinuatio non requiritur, vt inquit *tex. in l. nouell. 119. vt sponsalarg. sponsalis fit cõtract. & clarius in nouell. 127. §. illud quoq; ibi,* Non opponi mulieri non insinuatam fuisse donationem *Auth. vt fratr. fil. succed.* Quid quid sit quando agitur de interesse mariti, & de illius lucro, *vt in d. §. illud quoque, & ibi Doctor. & alibi. & præsertim Peregrin. cons. 78. num. 8. lib. 3.* in quibus terminis loquitur *Surd. cons. 361. vt num. 24. coram D. Henriquez.*
7 *allegat.* Et sustinetur talis donatio propter nuptias etiamsi statutariæ solemnitates in donationibus exigitę nõ fuerint seruatæ *Bald. in auth. decursum in fine C. toties cit. tit. de donat. ante nupt. Caput. decis. 3. & decis. 199. par. 3. Surd. d. decis. 214. num. 15. & 16. & fuit etiam resolutum coram Sanct. mem. Greg. XV. dec. 563.* Et in terminis statutorum Vrbis *in Fanen. Saluiani 16. Martij 1618. coram R.P.D. Pamphilio. & corã R.P.D. meo Buratto in Romana augumenti dotis 13. Nouembris 1619.* Ex quibus etiam depræhẽditur donationem istam in d. Statuto Vrbis cap. 149. subscriptionem donantis, & duorum testiũ requirentẽ nequaquam comprehendi, prout nec etiam comprehenditur in alijs capp. Nam statutum cap. 153. quod disponit de donationibus inter virum, & vxorem signanter excipit casus à iure permissos. Aliud vero statutum de donationibus insinuandis cap. 150. loquitur de donationibus, quæ de iure insinuationem exigunt, vt etiam considerabatur *in d. Fanen. coram D. meo Pamphilio.*
8 Neque obstat † quod donatio prædicta nõn fuerit non fuerit à contrahentibus nuncupata donatio propter nuptias, prout requiri videtur ex doctrina *Saliceti in d. cap. fin. numer. 4. in fine, & Rota in præallegata Rom. augumenti*, sed immò potius ex ipsiusmet Instrumenti lectura apparere videatur fuisse verum, ac proprium dotis augu-
9 mentum, † ibi, auxit & augumentauit dotem prædictam, quia cum augumentum huiusmodi factum fuerit in ipsomet Instrumento dotali adhuc dicitur donatio propter nuptias in recompensationem dotis, etiamsi hoc nomen donationis propter nuptias non fuerit expressum *l. cum multa §. sin autem C. de donat. ant. nupt.* & in puncto tradit *Mandel. Alb. cons. 2. nu. 4. 5. 7. & 8. & cons. 68. nu. 1. Surd. cons. 164. num. 16. & 17. Card. Mantic. de tacit. & ambig. coniect. lib. 20. tit. 4. num. 5. 6. & 7.* & idem considerauit etiam *Rota in d. decis. 563. coram S. mem. Greg. XV.*
10 Quod & eo magis est dicendum, † quia dictum augumentum omninò adæquat dotem per Hieronymam datam, & assignatam, quod est proprium donationis propter nuptias secundum Iuris dispositionem *l. fin. §. igitur C. de donat. ant. nupt. gloss. in auth. æqualitas, & in corpore vnde sumitur C. de pact. conuent. Cephal. cons. 613. n. 30. & seqq. lib. 4. cum alijs per Hond. cons. 48. nu. 9.*
11 *lib. 1.* Et proinde † huiusmodi donatio propter nuptias *antiferna* scilicet vicissim loco dotis data antiquitus appellabatur, *vt in d. l. final. C. de donat. ant. nupt. & notat Ant. Giurb. cons. de mar. cap. fin. quod est de donat ante nuptias num. 8. & 9.*
12 quamuis † tamen hoc quod nempe donatio propter nuptias ad vnguem respondeat doti non vti necessarium attenta communi consuetudine, de qua testantur *gloss. Bart. & Bald. in aut b. æqualiter de pact. conuent. & alij congesti per Mantic. d. lib. 20. tit. 4. nu. 15.*

Amplius fuit etiam in eodem Instrumẽto dotali expressè conuentum, quod vbi moreretur D. Hieronyma ante ipsum D. Equitem augumẽtum prædictum ad illum reuerteretur, & reuersum esse intelligeretur absque alia declaratione, quod pariter propriè cõuenit donationi propter
13 nuptias, † quæ non ad hæredes donatarij sed ad donantem reuertitur *gloss. in d. §. est & aliud in verb exequentur Instit. de donat.* & firmant multi congesti *ab Honded. d. cons. 48. numer. 2. & 23. lib. 1. & Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 1. nu. 1. vers. donatio autem, & Peregrin. cons. 128. nu. 4. lib. 5.* vbi eruditè hanc materiam enucleauit, &

a a proinde

proinde subsequitur hanc omninò fuisse donationem propter nuptias.

14 Neque obstat † quod donatio propter nuptias olim fieri solebat adhoc, vt mulieri tutius esset cautum, & huiusmodi donatio pro pignore dotis inseruiebat, *vt dixit gl. ff. in d. §. est & aliud Instit. de donat. & in §. fin. vers. incipiat auth. de nõ eligen. Becc. conf. 43. num. 12. & Honded. d. consil. 48 num. 11. & Peregrin. d. cons. 125. num. 1. lib. 5.* Hodie vero de consuetudine amplius obseruari non videatur, & post alios idem *Honded. ibidem num. 10. & Card. Mantic. d. lib. 20. tit. 4. numer. 5.* Quoniam licet hodie maritus non possit cogi ad hanc donationem quasi mutuam dotem constituendam, pront olim omninò maritus tenebatur, *vt in ipsa iam necesse, & ibi not. Doct. C. de donat. ant. nupt. Auth. dos data C. de donat. propt. nupt. Alba d. cons. 22. nu. 8. & Peregr. praallegat. cons. 128. nu. 1.* Ex hoc tamen non sequitur, quia aliquando vbi partes velint obseruari non possit; & debeat etiam conueniendo, quod vxor donationem ipsam lucretur, & ad virum, vel eius hæredes redire nõ debeat *l. fin. vbi gloss. C. de donat. inter vir. & vxor. Alba d. cons. 68. num. 3. Surd. cons. 198. num. 32. & d. decis. 214. num. 6:* & latius prosequitur *Honded cons. 48. nu. 26 & 27. & seqq. lib. 1.* Et quod etiam hodie nedum apud Germanos, sed & apud Italos vigeat huiusmodi consuetudo donãdi propter nuptias attestatur *Fachin. contr. Iur. lib. 8. cap. 67. in fin & Alba locis praallegatis.*

15 Neque obstat † *tex. in l. 1. & tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. cum alijs ibi eius allegatis,* quia procedunt in donatione simplici facta constante matrimonio, vel in augumento facto ex interuallo, secus autem in donatione propter nuptias, & in augumento facto in ipsomet Instrumento assignationis, & consignationis dotis, quo casu cessat suspicio fraudis, vt in specie aduertit *Alba d. cons. 22. & optimè explicat Cardin. Mantic. d. tit. 4. lib. 10. nu 6. 7. 8. 10. & 13.*

Quæ & eo certiora visa sunt in casu præsenti, quia ex lectura Instrumenti dotalis, vbi in prohemiali narratiua asseritur promissũ fuisse ab Equite Bernardino d. Augumentum iuncta Apoca, qualis qualis illa esset de per se manu eiusdem Equitis ante mandatum conscripta, & eidem Instrumento penitus conformi, quod quidem Instrumentum super contentis in d. Apoca videtur ad maiorem probationem postea confectũ. Nec non iuncta attestatione Excellentiss. DD. de Gabrielis, qui fuerunt mediatores illius matrimonij, & ex alijs simul iunctis satis apparere videbatur in rei veritate ante ipsum matrimoniũ, & contemplatione illius tractatum, & conclusum fuisse de constituenda dote, & illius augumento, ac donatione prædicta respectiuè; Nulli

16 † autem dubium est donationem inter virum, & vxorem nequaquam prohibitam esse quoties facta sit ante contractum matrimonij, vel in ipso contractu *l. seia §. virgini ff. de donat. inter vir. & vxor. l. inter eos ff. eod. l. cum in te C. de donat. ant. nupt. vbi Bald. Menoch. conf. 496. num. 107. 108. qui & numer. 109. post Cassan. cons. 1.* tradit valere pactum ante matrimonium contractum, vel in ipso contractu, vt reseruata sit facultas coniugibus post ipsum matrimonium inter se donandi.

Præsertim etiã, quia idẽ Eques Bernardinus in in eius testamento per quinque, vel sex vices iussit satisfieri d. D. Hieronymæ iuxta formam Instrumenti dotalis ex quo apparet de deliberata, & valde enixa voluntate, vt in proposito considerat *Menoch. cons. 261. num. 19. 20. & 25.* Et hæc

17 præseruãtia in voluntate donandi in actu † testãdi toties expressa, vt vnus ex Dominis considerabat videri fortasse posset inseruire loco insinuationis, cum huiusmodi solemnitas nil aliud sit, quam confirmatio donationis *Bald. in l. fin. n. 10. de donat. ant. nupt.*

Nec refragantur verba illa quod iuridice prætendit, quia vltra quod ex prædictis liquet augumentum huiusmodi in rei veritate iustè, & meri-

18 dicè à D. Hieronyma prætendi, nõ stant † restrictiuè d. verba, sed demonstratiuè, pront in dubio præsumitur *l. fin. §. Titia ff. de libert. legat. Bart. in l. centurio ff. de vulgar. Rota decis. 257. nnmer. 4. par. 1. recent.*

Postremò non obstat quod in d. Instrumento dicatur Equitem Bernardinum maritum dotem augere ob amorem, & beneuolentiam, quibus D. Hieronymam eius vxorem prosequebatur, tũ quia ex dictis supra in uers. Quæ & eo certiora, constat quod huiusmodi verba apposita fuerunt tam ex quodam stylo, & consuetud.ne Notarij, quam ex eo quod talis fuerit solummodo saltem

19 ac simpliciter voluntas contrahentis, † tum etiam quia amor, & beneuolentia non repugnant nec contradicunt donationi propter nuptias, quemadmodum nec liberalitas, vt in specie respondet *Mandell. Alba d. cons. 72. nu. 7. & Card. Mantic. d. lib. 10. tit. 4. num. 9. & conferunt tradita d. Surd. cons. 407. num. 31.* Et sane hæc materia donationis prohibitæ inter coniuges non amarè accipienda est, nec tamquam inter infensos, sed tamquam inter coniunctos maximo affectu, & solam inopiam metuentes, vt eleganter monet *Paulus in l. si id quod §. si quis serui operas ff. de donat. inter vir. & vxor.* in hoc autem augumento dotis nullus subest timor inopiæ cũ donationis exequutio esset collata post mortem donantis.

Ex quibus vtraque parte informante dixerunt Domini constare de validitate contractus, & proinde mandatum A.C. omnino exequendum esse, &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Dotis, seu Attentatorum.

Luna 4. Decembris 1623.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in vna causa non parit attentatum in alia Limit. vt num. 3.*
2 *Ex quibus dignoscatur diuersitas causarum.*
4 *Clausula quam, & quas non se extendit ad causas expressè exceptuatas, & sic ad has obligationis Cameralis.*

DECI-

DECISIO CCXLVI.

FVERAT coram Reuerendiss. D. meo Caualerio responsum constare de attentatis informante tantum D. Carolo, & illius resolutionis fundamentum fuit, quod mandatum à Præside Carcerum relaxatum, deinde per Aurelium fuerit exequutioni demandatum post inhibitionem Rotalem, & lite pendente in gradu appellationis; Cœterum hodie super iisdem repropositο dubio vtraq; parte informante DD. recedendo à decisis censuerunt non constare de attentatis, quia causa, in qua Aurelius obtinuit fieri exequutionem toto cœlo diuersa est à causa commissa in Rota, & in qua emanauit inhibitio iuxta formam commissionis; Vnde intrat receptissima iuris conclusio quod attentata non cadunt in causis diuersis, & † Inhibitio in vna causa non parit attentatum in alia *Egid. Bellam. cons. 18. num 3. vers. bene contrarium & 4. Soccin. in cons. 3. sub num. 45. vers. quibus suppositis Lancellott. de attentat. 2. par. cap. 12. limit. 2. nu. 2. 15. & seqq.* & passim decantatum est *in Rot. vt in decis. 500. num. 5. & 10. par. 1 recent. & coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 345. nu. 1. & alibi sæpissimè.*

Quod autem d. causæ sint diuersæ nullo modo potest dubitari quoniam causa pro qua fuit facta exequutio pendebat coram A. C. de cuius mandato fuerat in carcerem coniectus Æmilius, qui cum bona indicasset d. Præses Carcerum mandatum relaxauit contra d. bona: Hæc verò, in qua iuxta formam Commissionis appellationis emanauit Inhibitio pendebat coram Illustriss. Vicario Vrbis siue illius Locumtenente: illa causa erat inter Aurelium, & prædictum Aemilium; hæc vero inter D. Carolum, & Plautillam Vxdrem dicti Aurelij, in illa agebatur vigore obligationis cameralis, in hac vero nedum non agitur in vim d. obligationis, sed immo in ipsa commissione excipitur obligatio Cameralis ibi, non tamen vigore obligationis Cameralis; per quæ verba liquidatio apparet Signaturam non commisisse causam prædictam coram A. C. in vim dictæ obligationis agitatam, & proinde non Aurelio prohibuisse, quin posset prosequi Iudicium vigore d. obligationis cameralis intentatum, in illa agebatur de prorogando, vel augendo multiplico hæreditatis bonmem. Hieronymi Gabrielis, in hac verò agitur de debito dotis promissæ ab Aemilio in pactis matrimonialibus cum Aurelio conuentis, † & consequenter apertissima est diuersitas causarum tum ratione Iudicum tum ratione personarum agentium, & reorum, tum ratione actionum, tum ratione rerum Iudicio deductarum *ad not. per Bellam. d. cons. 18. num. 4. vers. dico primo, Lancellott. de attent. d. lim. 2. nu. 10. vers. & dicit.*

Nec D. Carolo suffragatur † quod causæ quatenus essent diuersæ, attamen connexæ videantur, & proinde inhibitio in vna operetur attentatu in altera ex congestis *à Lancellott. d. limit. 2. num. 23.* quia vt benè *idem Lancell. declarat sub num. 28. & Rota etiam est sequuta coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 304. num. 2.* talis debet esse connexio, vt sententia in vna causa lata pariat exceptionem rei iudicatæ in altera, quod penitus cessat in præsenti casu, quia esto, quod D. Carolus obtineat in Rota non esse prodorada d. Plautilla diminuendum, vel prorogandum multiplicum, cuius ipse D. Carolus esset Administrator, non inde tamen cessabit obligatio prædicti Aemilij in forma Cameræ, qua se obstrinxit ad soluen. dotem Aurelio marito Plautillæ sororis, & cessat omnis difficultas connexionis, cum Signatura signanter exclusεrit à commissione quamcumque causam, in qua esset agendum vigore obligationis cameralis, prout actum fuit in d. causa coram A. C. & Præside carcerum agitata.

4 Eodem modo † etiam tollitur, quod dicebatur de clausula quam, & quas, quæ vltra quod intelligitur quatenus pars vtatur illa clausula, & deducat ad speciem *Caputaq. decis. 125. numer. 2. part. 3. Rota in Florentina damni, & interesse 9. Decembris 1585. coram Gyptio*, quod numquam perstitit D. Carolus d. clausulam nullatenus potest extedi ad d. causam vigore obligationis Cameralis attentatam, cum, vt dixi, expressè in commissione huiusmodi causa fuerit exceptuata.

Quæ dicuntur de nullitate exequutionis ex eo quod fuerit facta in bonis eiusdem D. Caroli non autem Aemilij debitoris non sunt præsentis inspectionis, cum tantum agatur de attentatis; Illa verò in alia disputatione poterunt discuti.

Et ita &c.

R. P. D. MERLINO.

Hydruntina Pecuniaria.

Mercurij 11. Decembris 1641.

SVMMARIVM.

1. *Pro fructibus dotalibus, & pro transactione competit via executiua.*
2. *Causa est diuersa, quando agitur super diuersis terminis fructuum, & tot dicuntur causa, quot sunt termini.*
3. *Fructus dotales ad rationem octo pro centenario non sunt excessiui.*
4. *Fructus dotales ad rationē nouē pro centenario si totidem reddat fundus dotalis peti possunt.*
5. *Taxatio moderata fructuum dotis rectè inconuentionem deducitur.*
6. *Per renunciationem omni legum auxilio censetur renunciatum Auth. hoc nisi C. de solut.*

DECISIO CCXLVII.

IAM fuit resolutum sub die 26. Iunij præteriti, mandatum esse relaxādum pro fructibus; eo quod sunt fructus dotales, & fuerunt conuen-
1 ti per viam transactionis. † Vnde, tam ex capite, & priuilegio dotali, quàm ex priuilegio transactionis, de iure communi competebat via executiua, vt in decis. In qua Domini hodie etiam permanserunt.

Et hæc via executiua nec rectè quidem impediri poterat exceptione Vsurariæ prauitatis, quia Congredus non agit pro fructibus scutorum 310. pro quibus posset considerari super fa tatio, siuè Anatocismus, qui omni iure prohibitus est; Sed

agit tantum pro fructibus scutorum 1090. Quæ summa est prima, & antiqua sors dotalis, nullusq; quoad dictam summam, considerari potest Anatocismus.

Neque attendenda videtur sententia Vicarij, quia postea Congredus obtinuit commissionem cum facultate A.C. cum clausula quam, & quas, & sic tanquam in prima, & se, restringit ad fructus dotales, respectu dictæ summæ scutorum 1090. & quoad fructus decursos post dictam sen-
2 tentiam Vicarij, † Et hæc profectò causa est omninò separata à priori, & tot dicũtur causæ, quot sunt termini fructuum separatim petitorum, *l. scire debemus, ff. de verb. oblig. Bart. in l. non potest videri num. 2. ff. de Iudic. Ias. cons. 9. sub n. 5. vers. & est aduertendum, volum. 1. Rota coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 345. nu. 2. & 3.*

Nec modo agitur de exequendo mandato dicti Vicarij, nec de fructibus tunc petitis; Sed agitur de relaxando nouo mandato vigore Commissionis obtentæ, & pro fructibus decursis post dictam sententiam Vicarij.

3 Neque † fructus, ad rationem octo pro centenario, videntur excessiui, quia immo in fructibus dotalibus hãc taxationem approbarunt *Gramat. decis. 103. nu. 100. & 101. Magon. decis. Florent. 83. num. 3. Thesaur. decis. 45. sub num. 3. vers. sed cum iterum, Gratian. discept. forens. cap. 759 n. 17. Rota decis. 428. nu. 3. par. 3. recent.*

Quod eo magis in hoc casu est admittendum, quia dos fuerat constituta in tot censibus, creatis ad rationem scutotum 9. pro centenario, vt sæpiùs creantur in Regno Neapolitano; Cumq; illi census reperti fuissent inexigibiles, & iustè
4 † potuissent peti illi fructus censuales tanquam dotales, nempè ad rationem scutorum 9. pro cẽtenario, & pluries dixit *Rota, vt in Bononien. fructuum Dotis 23. Martij 1529. & 4. Martij 1630. coram R.P.D. meo Ghisilerio, & in Romana dotis 24. Maij 1635. & 21. Aprilis 1636. corã R.P.D. meo Panzirolo.* Tamen Cõgredus mitius egit, & illos reduxit ad rationem scutorum octo
5 pro centenario, & † consequenter hæc taxatio, tanquam moderata, & proportionata, rectè potuit deduci in conuentionem, *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 42. num. 23. & seqq. & quæst. 45. numer. 77. ac decis. 259. sub num. 15. vers. illud quoque Rota decis. 331. nu. 5. par. 1. recent. & decis. 84. 90. ac 91. post Fenzon. ad Stat. Vrb.*

Non obstat, quod Dorotheo debitori videatur competere beneficium *Auth. Hoc nisi, C. solut.*
6 Quia † ipse Dorotheus renunciauit omni legum auxilio, per quam clausulam dicitur renunciatum beneficio dictæ Auth. *Franch. decis. 81. nu. 6. & decis. 83. in princ. Rota decis. 42. sub numer. 2. vers. tum denique par. 1. recent. & coram S. mem. Greg. XV. decis. 352. num. 6.*

Et ita, vtraque parte informante, DD. steterunt in decisis.



REVERENDISS. P. D. DVNOZET.

Nunc S. Rotæ Decano.

Taurinen. Pensionis.

Veneris 29. Maij 1643.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis se obligauit in forma Cameræ ad solutionem pensionis litteræ reseruationis exequendæ veniunt absque aliqua illarum iustificatione.*
2 *Ablatiui absoluti important conditionem.*
3 *Reseruatio fructuum beneficij diuersa est à reseruatione pensionis.*
4 *Subrogatum non assumit naturam eius, in cuius locum subrogatur quando in illo viget diuersa qualitas.*
5 *Reseruatio fructuum est magis odiosa, quam reseruatio pensionis.*
6 *Reseruatio fructuum concedi non solet, nisi dempta aliqua portione pro titulari.*
7 *Dictio, seu, est alternatiua, & diuersificat vnum casum ab alio.*
8 *Dispositiones duæ concurrentes habentes qualitates, & onera diuersa cõditio vnius non censetur repetita in alia, quamuis vtraque dispositio contineatur in eadem scriptura.*
9 *Pensionarius, qui in vim alternatiuæ sibi concessæ semel elegit non potest ampliùs variare.*

DECISIO CCXLVIII.

RESOLVTVM fuit mandata relaxata ab A.C. ad fauorem D. Thomæ Vibò contra D. Claudium eius fratrem pro terminis pensionis reseruatæ ad illius fauorem super fructibus Abbatiæ de qua agitur esse exequenda, quia apparet esse valida, & iusta.

Validitas probatur ex reuolutione actorum.

Iustitia vero liquet, quia cum d. mandata fuerint relaxata vigore litterarum Apostolicarum reseruationis d. pensionis contra d. Claudium,
1 qui † reseruationi eiusdem pensionis expressè consensit illamque etiam sub obligatione Camerali soluere promisit vtique merentur executionem absq; iustificatione dd. litterarum, cum pensionarius agens pro consequutione pensionis contra eum, qui illius reseruationi consensit non teneatur iustificare gradum d. reseruationis, quãdo illa, prout hic est pura non autem conditionalis *Seraphin. decis. 1017. num. 3. Rota in Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram Gyptio post Marchesan. par. 1. fol. 537. & in Abulen. pensionis 27. Ianuarij 1600. coram Litta num. 1. post Marchesan. par. 1. fol. 51. Garz. de Benefic. par. 1. c. 5. num. 456. Adden. ad Buratt. decis. 261. sub nu. 17. vers. & talis iustificatio, & in Perusina Parrochialis, seu pensionum prima Iulij 1641. coram me §. nec refragatur.*

Non obstat quod ista pensio fuerit reseruata sub eisdem modo, & forma, & cum omnibus decretis appositis in priori reseruatione alterius pensionis ad fauorem Eminentiss. D. Cardinalis Sabelli, qui hanc Abbatiam ipsi Claudio alias resigna-

resignauit, reseruatio autem ad fauorem d. Eminentiss. Cardinalis contineat inter alia clausulã Demptis tamen centum scutis pro eodem Clau-
2 dio resignatario, quæ † clausula vti concepta per ablatiuum absolutum dicebatur inducere conditionem *l. à testatore 109 ubi glos. in verb. conditio esset ff. de condit. & demonstrat. Iaf. in rubr. num. 1. ff. solut. matrimon Verall. decis. 150. num. 2 par. 1. Gregor. XV. decis. 492. num. 7.* Quia fuit animaduersum litteras prioris reseruationis emanatas ad fauorem d. Eminentiss. Cardinalis habere duas partes, quarum prima continet reseruationem omnium fructuum huius Abbatiæ ad illius fauorem sub duplici conditione. Vna, vt reseruatarius fructuum subiret omnia onera beneficij ibi: Supportatis tamen prius debitis, & consuetis illius oneribus, & altera quando demerentur scuta centum monetæ Romanæ pro eodem Claudio, alia vero pars dd. litterarum, quæ fuit alternatiuè concepta continet reseruationem pensionis in quantitate pecuniarum népe scut. 1100. absque alia conditione ibi, seu loco permutationis, & exactionis omnium, & singulorum fructuum &c. quatenus sibi placuerit pẽsionem annuam ab omni quarta decima &c liberam reseruamus &c. Vndè quamuis reseruatio fructuum fuerit facta sub d. conditione demptis tamen scutis centum &c. nihilominus huiusmodi conditio non censetur repetita in secunda parte, quæ continet reseruationem pensionis, cum † reseruatio fructuum diuersa sit à reseruatione pensionis *Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 35. num. 55. & seqq Rota in Romana pensionis 28 Ianuarij 1641. coram Eminentiss. Card. Verospio*, conditio apposita in prima reseruatione non censetur repetita in alia sequenti quamuis concepta per viam subrogationis cum subrogatum † non assumat naturam eius, in cuius locum subrogatur quando in illo viget diuersa qualitas *Alexan. consi. 106. num. 17. lib. 3. Paris. consi. 49. numer. 78. lib. 3. Menoch. consi. 340. sub numer. 43. vers. & ad rem & de arbitrat. lib. 1. q. 54. num. 29. vers. aliter satisfacit cum alijs relatis a Gabr. comm. opin. de reg. iur. conclus. 2. num. 66. & à Gratian. discept. forens. cap. 848. num. 28.* eoque minus cum reseruatio † fructuum sit magis odiosa, quam reseruatio pensionis *Rot. decis. 217. num. 3. & decis. 454. num. 1. vers. maximè par. 1. diuers.* illaque † concedi non soleat, nisi dempta aliqua portione pro titulari *Mãdos. in praxi sign. Gratiæ in verb. fructuum reseruatione vers. vel saltem*.

Quibus accedit quod secunda pars dd. Litterarum non solùm incipit à dictione, † seu quæ alternat, & diuersificat secundum casum à primo *iuxta doctr. Bart. in l. generale 13. num. 2. C. de Sacr. Sanct. Eccles. Rota decis. 211. num. 4 part. 5. recent.* verum etiam continet reseruationem pensionis exemptæ ab omnibus oneribus, & sic habet in ventre qualitatem omnino diuersam à reseruatione fructuum contentam in prima parte cuius vigore reseruationis subire tenetur omnia onera beneficij, quãdo † autem concurrunt duæ dispositiones, quarum qualibet habet qualitates, seu onera diuersa conditio vnius non censetur repetita in alia quamuis vtraque dispositio in eadem scriptura contineatur, prout *ex glos. in l. sub conditione 17. in verb. purè vers. responde ff. de hæred. instituen. tradit Alb. cons. 478. num. 2.*

Et visa fuit cessare difficultas ex eo, quia Eminentiss. Cardinalis Sabellus, ad cuius fauorem fuerant reseruati omnes fructus huius Abbatiæ, seu loco illorum, si magis illi placeret annua pẽsio scut. 1100. monetæ iam elegit secundam partem nempè reseruationem pensionis, & successiuè consensit extinctioni medietatis eiusdem pẽsionis ad effectum, vt simil. s pensio reseruaretur ad fauorem D. Thomæ, & non aliàs, aliter, nec alio modo, Vndè sequitur non esse ampliùs agẽdum de reseruatione fructuum, sed pensionis cum
9 † pensionarius, qui in vim alternatiuæ sibi concessæ iam semel elegit reseruationem aut fructuũ aut pensionis non possit amplius variare, prout in terminis respondit *Rota coram Puteo decis. 193. sub num. 1. lib. 3. in correct.* quam refert, & sequitur *Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 39. numer. 18. vsque ad 21.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Taurinen. Regressus.

Luna 5. Decembris 1644.

SVMMARIVM.

1 *Regressui vt sit locus requiritur nedum pertinacia, & potentia nolentis soluere pensionem.*
2 *Sed etiam quod cumulatiuè constet de possessione antecedenti illius, qui petit regressum.*
3 *Regressus impetrare non valitis, qui nunquam beneficium possedit, & num. 8. Amplia vt nu. 7.*
4 *Regressus dicitur habere causam de præterito.*
5 *Regressus de stylo Dataria reseruatur cuicunque beneficium resignanti.*
8 *Subrogatus nõ assumit naturam illius, in cuius locum subrogatur quando in ea viget diuersa qualitas.*
9 *Obligatio Cameralis non est apta facere possessorem eum, qui nunquam possedit.*
10 *Obligatio in forma Cameræ soluendi pensionem regulatur à litteris reseruationis pensionis.*
11 *Pensiones de stylo constituuntur cum regressu ad fauorem cuiuscunque pensionarij. Declara vt num. 12.*

DECISIO CCXLIX.

IVLIVS bon. mem Cardinalis Sabellus Commendatarius Monasterij SS. Petri, & Andreæ de Ripalta Taurinen. Diœcesis anno 1526. Cõmendam huiusmodi resignauit Claudio Amadeo Vibo, reseruata sibi annua pensione scutorum mille, & centum cum indulto regrediendi ad Commendam, tàm casu, quo molestaretur in illius exactione, & perceptione, quam in defectu solutionis faciendæ per resignatarium, illiusque successores *Sum. Claudij nu. 1.*

Anno 1633. extincta fuit hæc pensio, & alia similis scutorum 550. reseruata Thomæ Vibo per Sedem Apostolicam, ac de consensu eiusdem resignatarij cum omnibus, & singulis libertati-

 bus,

bus, immunitatibus, exemptionibus, & decretis,
cæterisque vniuersis clausulis in priori reserua-
tione ad fauorem Cardinalis appositis *Summario*
num.2. qui prætendens Claudium defecisse per
aliquot terminos *in* illius solutione introducto
prius Iudicio coram A.C. ibique impetratis duo-
bus mandatis exequutiuis, & successiuè coram
Reuerendiss. D. meo Decano exequatur vna cū
sequestro super omnibus bonis proprijs *Summ.*
Thoma numer.6. & 7. instituit coram me causam
regressus ad Commendam resignatam, & dispu-
tato dubio fuit per DD. hodie negatiuè resolu-
tum.

1 Ratio resolutionis fuit, quia † ad effectum, vt
sit locus regressui nedum requiritur pertinacia, &
magna protervia Pensionarij pensionem non sol-
uentis, vt tradunt *Anton. August. in epitom. de*
pension. tit. de priuat. ob non solution. Lotter. de re
benefic. lib.1. quæst.40. num.277. Paris. de resignat.
lib.6. quæst.3. num 13. cum alijs per Rotam in
Theatina, seu nullius Abbatiæ 10. Decēbris 1640.
coram bon. mem. Coccino, & 10. Martij, sed
2 quod † cumulatiuè constet de præterita possessio-
ne regressum petentis cum regrediens ad bene-
ficium ius suum continuare dicatur, *vt resoluit*
Rota coram Put. decis.260. numer.5. lib.1. in cor-
rect. & tradit Paris. vbi supra d. lib.6. quæst.5.
3 *num.41.* Dum itaque Thomas † nunquam pos-
sedit Commendam de qua agitur regressum im-
petrare non valet, vt resolutum fuit *in Troiana*
pensionis 14. Maij 1629. coram Queippo impress.
post modern. de manuten. decis. 316. numer.13.
decis.206. num.1. vers. & tanto magis part.2. &
4 *decis.287. num.18. part.5. recent.* regressus † enim
dicitur habere causam de preterito *Cassad. dec.1.*
numer.1. & 3. de pact. Rodoan. de Simon. part.2.
cap.17. & cap.18. num.26. Paris. d. lib.6. quæst.5.
numer.8. Mandos. de signat. Grat. tit. regressus, &
accessus col.3. lib 2. in correct. Itaut ea non præ-
cedente competere non possit *ad tex. in l. decem*
ff. de verb. oblig.

Non obstat, quod Thomæ reseruata fuerit pē-
sio cum omnibus exemptionibus, decretis, &
clausulis, prout reseruata fuerat bon. mem. Car-
dinali Sabello.

Quia Cardinalis Sabellus Commendam posse-
dit, illamque resignauit cum reseruatione pensio-
5 nis, & † consequenter benè potuit in defectu so-
lutionis, alijsque casibus expressis sibi reseruare
regressum iuxta stylum Datariæ illum reseruandi
cuicumque resignaretur, seu Beneficio cedenti,
vt testatur *Mandos. loco cit. d. tit. regressus, & ac-*
cessus col.7. vers. regressus, & accessus ob non so-
lutionem &c. Secus tamen est respectu Thomæ,
qui dum nunquam possedit Commendam, de
qua agitur est penitus incapax regressus ex Iuri-
bus supra allegatis. Reseruatio vero cum omni-
bus, & singulis clausulis, & decretis fauore Car-
dinalis appositis intelligi debet congrua congruis
referendo de ijs scilicet, quæ ipsius personæ, &
habilitati conueniunt, non autem de regressu, qui
6 † cessante possessione de præterito illi tanquam
incapaci competere non potest, vt in terminis
resolutum fuit *in Veronen. pensionis 14. Ianuarij*
1613. coram bon. mem. Cardinali Fabritio Ve-
rospio in recent. decis.119. numer.6. par.4. Idque
7 † etiamsi huiusmodi reseruatio concepta esset per
8 viam subrogationis cum subrogatus † non assu-
mat naturam illius in cuius locum subrogatur,
quando in illa viget diuersa qualitas *Alex. consil.*
106. num.17. lib.3. Paris. cons.49. numer.78. lib.3.
Menoch. cons.340. sub num.43. vers. & ad rem, &
de arbitr. lib.1. quæst.14. numer.29. vers. aliter sa-
tisfacit Gabr. de reg. iur. conclus.2. num.66. & di-
xit Rota in hac eadem causa Taurinen. pensionis
29. Maij 1643. coram Reuerendissimo D. meo
Decano.

Nec aliquid alterius operantur consensus, &
Cameralis obligatio Claudij, quia cum emana-
uerint consequutiuè ad dictam secundam reser-
uationem ad illius terminos restringuntur, nec
9 † apti sunt facere de non possessore possessorem,
& sicut clausulæ reseruationis intelliguntur se-
cundum habilitatem reseruatarij, vt supra fir-
matum fuit, ita etiam intelligi debent consensus,
& obligatio cum pari passu ambulent, vt in simi-
10 li quod † obligatio Cameralis reguletur iuxta
reseruationem, itaut quidquid sit in litteris re-
seruationis in promissione esse dicatur, resoluit
Rota coram bon. mem. Buratt. decis.915. num.3.
& 5.

11 Nec † obstat moderna praxis constituendi pē-
siones cum regressu ad fauorem cuiuscumque
Pensionarij relata *per Paris. loco cit. dicto lib.6.*
dicta quæst.3. numer.3. & 6. vers. sed aduerten-
dum.

12 Quia † non procedit indistinctè in quibuscum-
que pensionibus, sed dumtaxat in ijs, quæ reser-
uantur gratia resignationis, vel cessionis Benefi-
cio, in quibus cum necessario præcesserit posses-
sio cōpetit etiam regressus ex deductis per eum-
dem Paris. ibidem Secus vero quando prout hic
pensio reseruatur per Sedem Apostolicam super
Beneficio iam pleno, quod cum pensionarius
nunquam possederit super eo regressum obtinere
non valet, vt resoluit *Rota in d. Troiana pensio-*
nis coram Queippo, & in recent. d. decis. 206. sub
num.1. par.2. & decis.287. num.18. par.5.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PIROVANO.

Bonon. Dotis.

Lunæ 19. Aprilis 1627.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta regulariter non habent executio-*
nem paratam.
2 *Obligatio Cameralis non comprehenditur sub*
clausulis generalibus.
3 *Obligatio Cameralis tribuit facultatem proce-*
dendi executiuè.
4 *Clausula, cum promissionibus &c. apposita in*
mandato includit promissionem rati.
5 *Constitutio Marchia lib.5. cap.5. dans execu-*
tionem instrumentis loquitur de ijs, qui sunt
obligatione Camerali vallati.

DECISIO CCL.

MARCHIO Franciscus & Co. Alexander fratres, & filij Con. Vlixis de Bentiuolis, & Co. Peregrinæ successerunt in dote materna quæ fuit scutorum 30. mil. vt ex Instrumento dotali, & exactionibus eiusdem quantitatis constat, & cum idem Marchio ageret contra Comitem Vlixis patris hæredem, & dotis debitorem dubitatum fuit an sit relaxãdum mãdatum ad fauorem dicti Marchionis pro rata dotis maternæ, & negatiuè fuit resolutum.

1 Quia † instrumentum obligationis Co. Vlixis quod datur, & cuius vigore actum fuit, & prout alia quæcunque regulariter non habent executionem paratam *l. si puto quo ponam C. de pac. Becc. consf. 17. num. 2. Franc. Marc. decis. 393. n. 1. Osasch. dec. 129. num. 2. Boer. decis. 295. numer. 5. Thes. decis. 26 num. 1.*

2 Non † obstante clausulæ eiusdem instrumenti quia non continent formulam Cameralis obli-
3 gationis † quæ tamen si reperiretur executiuè agendi facultas non deficeret *Gallesf. de form. obl. Cam. 3. particula q 4. Becc. d. consf. 17. numer. 3. Vrsill. ad Afflict. decis. 30. num 6. Mohed. decis. 2. & 3. de except. Rot. decis. 800. num. 6. par. 3. diuers. & in Casaraguslana de maella, quæ est dec. 33. apud Zacch. de oblig. Camer.* nec vim facit quod obligatio dotem restituendi fuerit stipulata cum clausulis solitis apponi Florentiæ, Bononiæ, Romæ, & generaliter vbique inter quas solita poni dicebatur hæc cameralis *Rot. decis. 73. num. 10. apud eundem Zacch. quarta decis.* illa loquitur de clausula promissionis rati virtualiter in man-
4 dato contenta † propter clausulam cum promissionibus &c. qua extensa & solita apponi iuxta formularium benè promissionem rati includit, quod idem non est in clausula obligationis Cameralis, quæ neq. ex formulario neque per extensionem clausulatum videtur posse comprehẽdi, & de solito aliarum Curiarum non datur alia probatio propterea non est quærendum, an statutum Florentinum lib. 2. cap. 42. de quo meminit *Magon. dec. Florentina 121. aut Bonon. lib. 2. de instr. vel Vrbis cap. 82. & 85. lib. 1.* præscribant formam exequendi instrumenta, quia in primis probandum esset solitum apponendi in instrumentis facultates d. statutorum quod in præsenti non probatur, & exindè discutiendum tãquam ordinatoria possent parare executionem.

Si vero petatur relaxari mandatum vigore
5 constitutionis † Marchiæ lib. 5. cap. 5. cum illa loquatur de instrumenti obligatione Camerali validatis non conuenit præsenti eiusmodi formæ.

Ex quibus patet non esse necessarium ingredi aliam disputationem de quantitate crediti, aut compensationis pretij Clericatus postquam deficit facultas executiuè agendi.

Et ita &c.



R. P. D. CERRO.

Romana, seu Nepesina Tutelæ.

Veneris 4. Iulij 1642.

SVMMARIVM.

1 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem, & restituere reliquatum.*

2 *Administrator obligatus in forma cameræ ad redditionem rationis administrationis, dicitur obligatus ad soluendum reliquatum.*

3 *Contra obligatum in forma cameræ pro redditione rationis administrationis executiuè proceditur.*

4 *Inuentarium tutelare plenè probat contra ipsum tutorem, & num. 11.*

5 *Libri officialis publici probant sufficienter pro tertio contra tertium.*

6 *Liber licet confectus a priuato, tamen plenè probat contrà eum, qui illum confecit, eiusque hæredes.*

7 *Producens scripturas censetur illas quoad omnia tacitè approbare.*

8 *Liber tutelaris ad hoc vt inseruire possit pro redditione rationis quid debeat continere?*

9 *Tutor administrans gregem, & armenta tenetur restituere non solum animalia; sed etiam fructus, & fœtus.*

10 *Liber qui apparet continere errorem in aliquibus partitis non probat, quia sicuti interuenit error in aliquibus, ita potuit in omnibus errari.*

12 *Testes discordes in quantitate cõtestes dicuntur in minori numero, in quo conueniunt.*

DECISIO CCLI.

CVM Veronica de Piscibus tanquam filia, & hæres q. Iacobi de Piscibus conuenisset Dionysium de Sanctis ad reddendam rationem administrationis bonorum, & introituum, cæterorumque effectuum hæreditariorum dicti Iacobi, quæ ipse vti eius Tutor, & Curator spatio 14. annorum administrauit, ista obtinuit à Sanctissimo huiusmodi causam cognosci ab A. C. de voto Rotæ appellatione remota. Vnde proposito hodie dubio, An, & pro qua summa mandatum sit relaxandum. Domini informante tantum Veronica dixerunt pro nunc esse relaxandum pro scutis 4587. Nec non pro restitutione animalium descriptorum in Inuentario tutelari, siuè eorum valore, ac pro rata Vaccarum, aliorumque animalium num. 113. quæ cõstat remansisse in hæreditate Iacobi, & à Dionisio fuisset retenta in Socitam, sine tamen præiudicio residui.

Nàm quoad scuta 4587 constat Dionisium esse debitorem scutorum 19233. pro fructibus bonorum hæreditariorum, pecunijs in hæreditate repertis, creditis exactis, ac pro pretio frumenti, & animalium, aliorumque fructuum, quæ ad eius manus peruenisse apparet ex partitis registratis *in Summario Veronicæ num. 3. et seqq.* Ex quibus demptis scutis 11951. erogatis in tem-

in emptionibus Censuum, & locorum Montium
ad fauorem Pupillæ, ac in expensis necessarijs,
quæ Informantes pro Veronica admittunt esse
ponenda in creditum Dionysij, nec non relictis
insuspenso quatuor partitis constituentibus in
totum scuta 2625. nempè prima sc. 1836. pro ru-
bris 51. sementæ, secunda 240. pro rubris decem
ordei, tertia scutorum 319. pro tot suibus datis,
vt dicitur à credenza diuersis personis, & quartæ
scut. 300. pro sorte vnius Census, qui prætendi-
tur extinctus cum Communitate Formelli, quas
Domini censuerunt adhuc non esse sufficienter
iustificatas, debitum Dionysij remanet certum,
& liquidum in dictis scutis 4587. pro quibus
mandatum est relaxandum, tàm ex dispositione
1 iuris communis, cum † quilibet administrator de
iure teneatur reddere rationem, & restituere
reliquatum *l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rat. distra.*
l. rationes, C. de administr. tutor. Quàm etiam
2 vigore eius particularis promissionis, quia † ipse
sub obligatione Camerali promisit de admini-
stratis reddere bonum, legale computum, aliàs
teneri voluit ad omnia damna, *vt in Sum. nu. 2.*
quæ promissio includit obligationem soluendi
reliquatum *l. cum seruus, ff. de condit. & demonst.*
l. boues, §. fin & ibi glos. ff. de verb. signif. Rot. co-
ram sanct. mem. Greg. XV. decis. 554. num. 2. & in
Romana fideiussionis 21. Iuny 1631. coram Emi-
3 *nentiss. D. meo Card. Verosp io.* Et † stante obli-
gatione Camerali relaxandum est mandatum
executiuum, vt dictum fuit *in Imolen. Tutela 2.*
Decembris 1593. coram bo. mem. Card. Pamphi-
lio sen. & in Rom. redditionis rationum 19. Decē-
bris 1598. coram Litta, & in Ariminen. admi-
nistrationis Tutelæ 24. Nouembris 1625. coram
R. P. D. meo Merlino Decano.

Nec dubitari potest de veritate partitarum,
ex quibus deducitur debitum Dionysij. Quia
plenè iustificantur partim ex Inuentario tutela-
4 ri, † quod contra Tutorem scribentem plenè
probat ad *trad. in l. fin. vbi glos. & DD. C. arbitr.*
tut. Rota coram bonæ memoriæ Buratt. decis. 557.
num. 6. & 7. & decis. 637. num. 6. & in recent. dec.
301. nu 4. par. 6. & in supracitata Ariminen. Ad-
ministrationis coram eodem D. meo Merlino;
Partim ex publicis Instrumentis, & ex partitis
formiter extractis ex publicis libris Depositariæ
5 Sacri Montis Pietatis Vrbis, qui † sufficienter
probant pro tertio cōtra tertium *Bart. in l. qua-*
dam, §. nummularios num. 4. ff. de eden. Card. Se-
raphin. decis. 1088. num. 4. Rota in recent. dec. 19.
num. 3. part. 7. & fuit dictum in Tiburtina admi-
nistrationis, seu redditionis rationis 9. Decembr.
1641. coram R. P. D. meo Dunozetto. Partim
ex receptis, & notulis manu eiusdem Diony-
6 sij descriptis in suo libro, † qui licet confectus à
priuato, probat tamen contra ipsum, eiusque
hæredem *l. publica 16. §. fin. ff. deposit. Specul. in*
secunda part. tit. de Instrument. edit. §. 7. Nunc
dicendum num. 5. vers. nisi contra eum Alex. cons.
84. num. 1. lib. 7. Surd. cons. 439. num. 20. lib. 4. Rot.
in recent. dec. 195. num. 6. & 7. par. 6. & in supra-
citata Tiburtina Administrationis; Præsertim
7 cum † dictus liber fuerit in actis productus ab eo-
dem Dionysio, qui propterea censetur tacitè
quoad omnia approbasse *l. scripturas, C. qui*
pot. in pign. hab. Boer. decis. 333. num. 9. vers. & in
hac causa Reuerendissimus Vrgellen. decis. 352.
num. 2. & decis. 368. num. 4. cum pluribus addu-
ctis *in dicta Tiburtina.*

Nec releuat dictus liber quatenus Dionysius
illum exhibet pro sui exoneratione, & ad suum
debitum extenuandum. Quia cum appareat
confectus de recenti, & in eo ferè omnia sint in
confuso inordinatè, & in genere descripta sine
expressione causæ; & diei, itaut non possit elici
veritas, & depræhendi iustificatio partitarum
in eo descriptarum, non probat ad eius fauorem,
nec deseruire potest pro redditione rationis,
8 quia † ad huiusmodi effectum liber tutelaris de-
bet distinctè, & singulariter continere quid in
singulos annos, menses, & dies perceptum fue-
rit, quibus, & qua de causa datum, & impen-
sum, à quo fundo fructus recollecti, exactamq.
& integram continere descriptionem omnium
datorum, & receptorum, ac introitus, & exi-
tus totius temporis, quo continuauit admini-
stratio. *Bart. in l. comperimus, C. de nauicul. lib.*
10. & cons. 150. num. 9. in fin. par. prima. Rip. in l.
admonendi num. 116. ff. de iur. iur. Escobar de
ratiocin. administr. cap. 10. nu. 42. & 43. & n. 47.
cum seqq. Rolan. a Valle cons. 29. num. 20. & seqq.
lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 563. nu. 32. Me-
noch. de arbitr. Iudic. cas. 108. num. 18. & seqq. &
sæpiùs *Rota tenuit, & signanter in recentior. dec.*
590. num. 5. par. 1. & decis. 111. num. 5. par. 7. &
fuit dictum in dicta Ariminen. coram Reueren-
dissimo Domino meo Merlino, & alijs multis
relatis *in Romana redditionis rationis 15. Decē-*
bris 1636. coram bonæ mem. Coccino, & in di-
cta Tiburtina coram R. P. D. meo Dunozetto.

Idque multo magis procedit, cum in multis
partitis dictus liber detectus sit erroneus, nem-
pe in septima, octaua, & nona, in quibus Ve-
ronica creatur debitrix scut. 1612. b. 20. pro ex-
pensis in alendo boues, vaccas, & cætera ani-
malia, eorumque Custodes, quæ tamen non
erant ponendæ ad sui debitum, Tum quia huius-
modi expensæ spectant ad socium minorem iux-
ta morem consuetū omnium locorum, & vsum
specialem illarum partium, de quo dantur at-
testationes *Summ. num. 23.* Tum quia compen-
santur cum fructibus eorumdem animalium,
quorum Tutor mentionem non fecit, prout de-
9 bebat, cum † Tutor administrans gregem, &
armenta, non solum teneatur restituere anima-
lia, sed etiam fructus, & fœtus *l. sed, & si 25. §.*
fin. cum duobus seqq. ff. de petit. hared. late Luder.
cons. 99. num. 9. & 10. Item creatur debitrix in
quinque partitis constituentibus scuta 2411.
b. 34. pro alimentis præstitis Donato, Veroni-
cæ, & Hortensiæ de Piscibus, Felicique eorum
matri, Antiniæ, & alijs personis spatio quatuor
annorum, hoc est ab anno 1624. vsque, & per
totum 1628. ad rationem scutorum sex pro sin-
gulis quolibet mense, & tamen ex testibus da-
tis *in Summario num 21. & 22.* probatur Anti-
nam nihil habuisse pro victu, Donato verò,
Veronicæ cæterisq. personis subministrata fuisse
solùm scuta tria, vel tria cum dimidio pro om-
nibus insimul multæque aliæ partitæ fuerunt ap-
positæ ad debitum Veronicæ nullatenus appo-
nendæ,

nendæ, & aliæ plures repertæ sunt excessiuæ, quas sigillatim denumerant Informantes pro
10 Veronica, & † propterea dicto libro ad eius fauorem minimè est standum, nisi omnes partitæ aliundè plenè iustificentur, quia sicut in supradictis interuenit error, ità etiam in cæteris potuit errari *Gabriel.consil.148.num.9.lib.1.Farin.consil.100.num.14.lib.2.Rota diuers.decis.743.num.1 & per tot. part.4. & coram sanctæ mem. Gregor.XV.decis.79.& ibi Adden.num.6.& in recent dicta decis.111.nu.9.par.7.& fuit dictum in Papien. bonorum prima Iunij* 1605.*coram Ortembergo*, & bis *in Romana Tutelæ de Ferratinis nempè* 13.*Martij* 1595.*&* 19.*Iun.*1600 *coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio*, quæ tres decisiones habẽtur impressæ *apud Marches. de commiss.par.1.fol.*898. correcto tamen errore fol. & latè *in dicta Romana redditionis rationis* 15.*Decembris* 1636.*coram bonæ mem.Coccino*.

Quo verò ad animalia, pro illis, quæ descripta sunt in Inuentario nulla adest difficultas, cum
11 † inuentarium plene probet contra Tutorem, scribentem *l.fin.C.de arbitr.tut.Bart.in l.Tutor qui repertorium num.11.ff.adminiftr.tut.Paris.consil.26.num.55.lib.2.Rota diuers.decis.71.n.3.par.1.& in recent.decis.762.num.1.par.2.& in dicta Ariminen.administrationis tutelæ* 24.*Nouembris* 1626.*coram Reuerendissimo D.meo Decano*. Pro alijs verò, quę in Societatem retinebat ipse Dionysius dictus numerus 113. animalium iustificatur ex duobus Testibus datis *in*
12 *Summario num.*18. quibus † non obstat, quod sint in quantitate discordes, ex quo alter deponat de 150. alter de 113. quia in hoc minori numero, in quo conueniunt dicuntur contestes, & probant *l.diem proferre, § si plures, ff.de arbitr. DD.in l.penult.ff.de in litem iur.in.& in l.1.§.si stipulanti, ff. de verb.obligat.Rota coram Greg. decis.558.num.2.ubi Adden.sub litera A*, & *corã Buratto dec.*865.*nu.*2.

Et ita vna tantum &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana Census.

Merc. 14. *Iunij* 1645.

SVMMARIVM.

1 *Obligatione Camerali stante relaxari debet mandatum executiuum pro eo, ad quod quis se obligauit.*

2 *Obligatio Cameralis non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

3 *Obligationis Cameralis executio non impeditur nisi per exceptiones notorias.*

4 *Hæres propter inuentarium non liberatur à debitis quatenus hæreditatis vires sufficiant.*

5 *Exceptio fideicommissi requirit altiorem indaginem, ideoque non retardat executionem transactionis, quæ habet paratam executionem.*

6 *Legitima non recipit aliquod onus seu grauamen.*

7 *Legitima non potest grauari onere fideicommissi.*

8 *Obseruantia est vera interpres, & magistra, & omnem remouet dubitationem.*

9 *Obseruantia transactionis valdè operatur contra illius nullitatem.*

10 *Transactio facta per possessorem bonæ fidei cum hærede nocet etiam alijs fideicommissarijs.*

DECISIO CCLII.

DECISIO emanata in hac causa sub 10. Februarij præteriti, fuit per DD. informantibus tantum illis de Vrsinis sub hac die confirmata, clara est enim obligatio erga eosdem de Vrsinis illorum de Cupis, qui conuenti fuerunt vti hæredes Francisci, qui vna cum Iosepho, & Andrea de Cupis in instrumento transactionis inito de anno 1622. 21.Iunij occasione census scutorum 1000. impositi super Palatio posito in Platea Agonis, de quo agitur se obligauit pro summa scutorum 66.⅔ monetæ annuorum occasione fructuum dicti census, vt ex summario eorum de Vrsinis num.5. ex quo apparet eumdem Franciscum pro dicta summa se obligasse in forma Cameræ, cuius vigore dicti de
1 Cupis executiuè fuerunt conuenti; Vnde pro dicta summa debet mandatum relaxari, & exequi stante dicta obligatione Camerali, *add. ad Gall.de oblig.cam.quæst.2.num.9.& quæst.27.num.1.Rot.decis.415.num.3.par.1.recent.Caual.decis.54.num.1.Rot.decis.112.num.1.404.coram Reuerendissimo Durano, & in Romana Dotis* 10. *Decembris* 1632.*coram bon.me.Pir.uano*.

Non obstat quod hæreditas Hieronymi, qui censum imposuit, vel Francisci patris, & auctoris Io. Dominici, qui in dicta transactione interuenit dicatur exausta, & per consequens non
2 soluendo. Quia cum † in hoc casu agitur vigore obligationis Cameralis appositæ, tàm in instrumento census, quàm in transactione inita occasione eiusdem census contra executionem dicti mandati non admittuntur huiusmodi exceptiones, cum requirant altiorem indaginem
3 nec † executio impeditur, nisi per exceptiones notorias, *Gratian.discept.for.cap.*692.*numer.*21. *Baldus consil.*152.*in fin.lib.*3.*Aym.consil.*207.*n.*7. *Rot.decis.*35.*num.*1.*par.*7.*diuers.& decis.*220.*n.*5. *& ibi add.num.*7.*coram Papa Gregorio XV*.
4 Parumque † refert, quod ab eodem Io. Dominico exhibeatur inuentarium continens bona hæreditaria Francisci eius patris. Quia primo illud non probatur, fuisse legitimè confectum, & quatenus etiam legitimum probaretur, non operaretur quatenus vires hæreditarię sufficiũt vt plenè firmauit *Rota coram Martino Andrea. decis.*105.*num.*8. *Card.Caual. decis.*430. *num.*6, *& in Bononien. legati de Marescottis* 14. *Iunij* 1627. *coram bon.me.Merlino, & in eadem* 21. *Februarij* 1628. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*.

Neque ad impediendum effectum transactionis, cuius virtute agunt isti de Vrsinis, valet dicere, quod Palatium, super quo census, de quo agitur fuit impositus subiectum reperiatur fideicommisso instituto a bo. me. Cardinali de Trano. Quia cum iam Rota declarasset coram

Litta

Litta decis. 53. *post Cenc. de Cens.* super validitate Census non obstan. exceptione fideicommissi, † propterea, dum remanebat dubia, & altiorem requirebat indaginem, non potest retardare executionem dictæ transactionis, quæ semper habet executionem paratam adeout transigentes pro contentis in ea ad obseruantiam executiuè compelli possint *Crauet. consl.* 685. *num.* 27. *Grat. disc for. c.* 665. *num.* 11. *Caual. dec.* 23. *nu.* 3. Vltra quod præsuppofita etiam existentia fideicommissi Hieronymi de Cupis, qui censum vēdidit debeatur legitima in bonis fideicommissis quæ † nullum onus, siuè grauamen recipere poterat, *l. quoniā in prioribus C. de inof. test. l. cohærendi §. cum filia ff. de vulg. & pupill. Gabriel. consl.* 170. *num.* 9. *lib.* 2. *Rot. decis.* 27. *num.* 8. *par.* 5. *diuers.* & † per consequens fideicommisso grauanda non erat *Rot. decis.* 35. *nu.* 2. *par.* 6. *diuers.* concurrente etiam quod transactio fuit obseruata ab anno 1622. quo illa fuit facta vsque ad annum 1635., vt constat ex solutionibus exhibitis ab eisdem Vrsinis eorum Summario num. secundo, quæ † obseruantia sicut in omni, & quæcunque materia est vera interpres, & magistra, ita in præsenti casu omnem remouere debet difficultatem, quæ oriri ponitur *cap. cum dilectus de consuet. l. si interpretatione, & l. minimè ff. de leg. Rom. consl.* 338. *num.* 5. & † valdè operatur contra prætensam nullitatem transactionis, *cap. contingit. de transact. Decian. resp.* 24 *num.* 207. *Surd. consl.* 451. *num.* 19. *lib.* 3. *Rot. decis.* 715. *in fin par.* 2. *& decis.* 231. *par.* 4. *recent* † maximè cum talis trāsactio fuerit facta per bonæ fidei possessorem illius temporis propter litem quo casu etiam nocet fideicommissarijs, vt præter allegatos in alia decisione coram me sub dicta 10. Februarii præteriti firmant. *Mazar. de fideic. art. vlt. vers. de trans. Petra eodem tract. q.* 8. *num.* 72. *in fin. Gratian. discept. for. cap.* 476. *num.* 5. *& sequenti Mant. de tacit. lib.* 26. *tit.* 4. *num.* 20.

5
6
7
8
9
10

Et ita informantibus tantùm illis de Vrsinis fuit &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana Census.

Ven. 10. *Februarij* 1645.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*

2 *Obligationis Cameralis virtus transit ad hæredes tàm actiuè, quàm passiuè.*

3 *Transactio diù obseruata à partibus non debet reuocari.*

4 *Transactio habet vim rei iudicatæ, & executionem paratam.*

5 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem nō admittuntur in iudicio executiuo.*

6 *Executio obligat. Cameralis retardari non debet per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

7 *Consentiens impositioni census non potest illam impugnare.*

8 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*

9 *Hæres cum benef. l. & inuent. tenetur approbare factū defuncti quatenus ad eum aliquid peruenit ex bonis hæreditarijs.*

10 *Hæreditas præsumitur esse soluendo donec contrarium probetur.*

11 *Transactio facta bona fide cum hærede, afficit etiam fideicommissarios.*

12 *Transactio substinetur quando adest timor litis.*

13 *Transactio fieri non potest super iuribus fideicōmissi.*

14 *Fallit quando iura fideicommissi sunt obscura & super illo cadit dubietas.*

DECISIO CCLIII.

VSQVE de anno 1558. Celidonia soror Bernardini de Cupis fuit nuptui tradita Marco Lepido Vrsino cum dote ducatorum 3. mill. de Cagolenis soluendorum in termino trium annorum, quo elapso, & Dote non soluta, Hieronimus de Cupis frater Bernardini, & Celidoniæ de anno 1561. tam nomine eiusdem Bernardini, quam eius proprio, pro adimplemento dotis promissæ imposuit annuum Censuum scutorum 187. cum dimidio super Palatio Plateæ Agonis illumque sic impositum vendidit, & in fundum & pro fundo dotali assignauit eidem Marco Lepido pro scutis 2500 vt ex Summ. eorumdem de Vrsinis *Numero*. 1. Defuncto Marco Lepido Ector, & Ferrantes illius filij de anno 1603. cōtra Franciscum, & Andream de Cupis in Saluianobtinuerunt immitti in possessionem medietatis Palatij, & ab inde fuerunt consecuti pensiones d. Medietatis ad bonum Computum fructuum dicti Census obtento etiam postea mandato de manutenendo in quasi possessione exigēdi pensiones pro dicta medietate Palatij; Ad obuiandas lites dicti Franciscus, Ioseph, & Andreas de Cupis transigerunt cum dictis Vrsinis soluendo eisdem fructus non solutos redimerunt censum pro rata scutorum mille, & accesserunt vti principales principaliter, & insolidum promittendo soluere fructus d. census ad rationem scutorum sex cum dimidio, vt exinde Ector, & Marcus eius nepos, ac principalius, hæres dicti Ferrantis vigore d. Concordiæ exigerunt nonnullis ab hinc annis, recusarunt deinde dicti de Cupis eosdem fructus soluere illis de Vrsinis, vndè mihi causa commissa, & disputato dubio an sit relaxandum mandatum, & contra quæ bonas fuit per DD. resolutū mandatum esse relaxandū contra Palatium. Duplici enim fundamento nituntur isti de Vrsinis pro exequutione d. mandati instrumento, scilicet impositionis census, cui accesserunt Ioseph, & Andreas, & Franciscus, vti principaliter, & insolidum obligatio-
1 ne Camerali vallato, † quæ habet exequutionem paratam *text. in l. per rem iudicatam in fine ff. de re iud. l.* 3. *§. ibidem ff. ad exhiben. Gallef. de oblig. Camer. par.* 4. *q.* 1. *num.* 17. *Rom. consl.* 76. *num.* 38. *Castr. consl.* 260. *nu.* 4. *par.* 1. *Rot. decis.* 168. *num.* 1. *par.* 7. *diuers. & decis.* 686. *num.* 2. *par.* 2. *rec.* cuius
2 † obligationis virtus transit in hæredes tàm actiuè, quàm passiuè *Gallef. eod. tract. q.* 1. *n.* 2. *& ibi adden.*

add.num.6.& 13.Rot.apud eundem Gallef. decis. 69 num.1.decis.74.num,13 par.1.641.num.15.& 647 num.par.4.& 194.n.1 par.8 diuers.& Rom. Dotis 22.*Iunij* 1640.*& 28 Ianuarij 1641.coram bo.me.Coccino,& in Maceraten.pecuniaria.4.Iunij 1641.coram bon. mem. Merlino, & decis.276. nu. 2 coram Cardinali Caualerio*. Alterum fundamentum illorum de Vrsinis consistit in Instrumento transactionis initæ de anno 1622. cuius virtute soluti fuerunt Ectori Vrsino, & Marco eius Nepoti, filio, & hæredi Ferrantis fructus d. census, † dum diù fuit inter partes obseruata non debet reuocari *Rimin.cons.483.nu.95.* & 67. *Dec. cons 583 num 4 vers.Vlterius comprobatur*, cum etiam † transactio habeat vim rei Iudicatæ, & executionē paratam *l. non minorem, & ibi.DD. C de transact.Caphal.cons 210.num 71.Rol.cons. 28 num 17.lib.4.Grat.discept.for.cap.665.nu.11. Rot.dec.402.num.2.par.2.rec.*

Exceptiones † verò, quæ asseruntur pro illis de Cupis circa inualiditatem huius census vti imposi l super dicto *Palatio* fideicommisso supposito Cardinalis de Trano cum requirant altiorem indaginem non admittuntur in hoc Iudicio executiuo *Gratian discept for.cap.740 numer.4. & seq. Rot.in Roman.Saluiani interdicti 18.Ianu. 1603. coram Litta, & decis 234.num.1.& 406.num.17. coram Papa Greg.XV.* & † per consequens non debet retardari executio dicti mandati obligatione Camerali vallati habentis executionem paratam vt supra fuit firmatum.

Et † eo minus exceptio huius fideicommissi prodesse potest Iosepho,& Andreæ de Cupis, quia ipsi mediante illorum procuratore solemniter cōstituto interuenerunt in d. transactione, & d.censum pro supradicta rata scutorū mille approbarūt, & specialiter promiserunt illius exactionem in futurum non impedire licet nunc duraret lis super eius nullitate, ex causa eiusdem fideicommissi coram Litta, de qua fit mentio in dicto Instrumento, vt benè colligitur ex *decisione coram eodem Litta emanata 18.Ianuarij 1603. quæ est 53. inter impressas apud Genc.de cens.nu 6.*

Neque suffragatur Dominico de Cupis eo quia ipse non interuenit in asserta transactione; nā sufficit quod interuenerit Franciscus eius pater, cuius fuit hæres qui factum illius nullo modo impugnare potest *l.post mortem ff. ad sen.Consu. Trebell l.cum à Matre C.de vi vend.* Rot.*decis.176.nu. 47 par 5.diuers.*

Nec obstat quod ille sit hæres cum ben.I. & inuent cuius virtute fuerint illa preseruata iura fideicommisso Cardinalis separata. Sicque confusa eum hęreditate Francisci eius Patris *per text. in l fin.§.& si præfata C.de iur.deliber.*

Quia hæres † etiam cum benef. I. & Inuentarij tenetur sub eadem obligatione approbandi factum D. functi quatenus ad eum aliquid peruenit ex bonis hæreditarijs, ne locupletetur cum iactura aliena *Greg.XV.dec.67. num. 17. & seq. vers. nec obstat Inuentarium, & diffusius dec. 48. num.6. & seq. vbi Add.num.15.*

Vlterius cum vsque adhuc exhibitum minimè fuerit inuentarium continens hæreditatem Francisci, neque doceatur illam fuisse exaustam intrat

10 † præsumptio esse soluendo donec, & vsquequo aliud probetur *Seraph.dec 1394.num.5 Rot. dec. 696.num 2 par.1.rec.& dec.1.nu.3.coram Reuerendiss.Vrgellen.* & propterea ex his neque retardanda videtur executio contra bona fideicommisso subiecta maximè, cum valde fauere etiam
11 videatur enarrata transactio † quæ tanquam facta lite pendente, ac post decisionem emanatam ad fauorem illorum de Vrsinis super validitate, & exactione census prædicti censetur vtique bona fide facta, & afficit etiam Dominicum, ac alios ad idem fideicommissum successiuè vocatos, qui in ea non interuenerunt vt per DD. *in l.cum hæreditas ff. ad senat. Consult. Trebel. Cephal.cons.375.nu.36.et seq. Peregr.de fideic.ar.52. num.88 Fusar.de substitut.quæst.562. num. 4. & quæst.708.num.10.& seq.*

Neque dici potest, quod transactio huiusmodi nulla sit veluti facta ex falsa & erronea causa. Quia cum de tempore quo condita illa fuit adesset supra allegata decisio coram Litta per quam Rota declarauit Hieronymo debitā fuisse legitimam ex bonis fideicommisso subiectis, nec erat incertus, nec dubius reddebatur euentus litis, vnde partes bene potuerunt transigere ad effectum re-
12 cedendi a lite † transactio enim substinetur quando concurrit solus timor litis, atque suspicio *l. 2. & ibi glo.C.de transact. Seraph.decis. 638. nu. 7. & decis.149.num.2.coram Greg.XV.*
13 Vndè licet † super litibus fideicommissi transa-
14 ctio fieri nequeat, hoc tamen † non procedit quādo illa sūt obscura, vel circa ea cadit aliqua dubietas, prout in præsenti casu in quo transactio super bonis eidem fideicommisso subiectis permittitur, *Natt.cons.304.nu.8.Bero.cons.176.num.28.lib.1. Odd.de alienat fideicom.q.19.n.176. & seq. Fusa. de substit.q.562.nu.5.& q. 608.in fine.*

Et ita vtraq. parte Informante.

R. P. D. ARGVELLES.

Maceraten. Censuum.

Veneris 22 Iunij 1646.

SVMMARIVM.

1 *Impositio census super fundo alieno dicitur nulla & inualida.*
2 *Acceptatio Donatarij requiritur ad hoc, vt donatio sit valida.*
3 *Donatio, vt valeat, an sufficiat acceptatio notarij.*
4 *Ratificatio donationis inducitur ex sola scientia.*
5 *Donatio absque insinuatione, non valet quando excedit quantitatem à lege statutam.*
6 *Etiamsi facta sit coram Iudice.*
7 *Promittens bona esse libera debet illa talia manutenere, aliàs tenetur ad damna, & interesse.*
8 *Et tenetur de dolo.*
9 *Allegans propriam turpidinem non est audiendus.*
10 *Solutiones præcedentes præsumuntur, quando de tribus vltimis docetur. Quales autem debeant*

esse

esse solutiones ad istum affectum numer. t 3. 14. *& t.* 5.

11 *Quod procedit etiam in censibus licet de solutione trium tantum semestrium doceatur.*

12 *Quietantia facta à cessionario non praeiudicant cedenti.*

16 *Mandatum relaxatum vigore Obligationis Cameralis, eius forma non extensa, est nullum.*

17 *Quod non procedit quãdo partes consenserunt in mandatum executiuum unica praecedente citatione.*

18 *A C. exequutionem potest dare instrumentis, etiam quod non adsit camer. oblig. quando fuit consensum in relaxationem mandati.*

19 *Mãdatum procura alieni factam ad lites motas, & mouendas sufficit etiam pro lite iam cepta.*

20 *Mandatum praesumitur ex productione iurium.*

21 *Mandatum praesumptum est sufficiens ad sub-stinenda acta.*

22 *Mandati procura defectus à parte oppositus reddit iudicium nullum.*

23 *Nec ratificatio gestorum aliquid operatur post dictam oppositionem.*

24 *Mandatum procura probatur praesumptionibus, & conjecturis.*

25 *Mandatum procura per coniecturas probatum sufficit ad hoc, vt substineatur Iudicium etiã si pars opposuerit nihil fieri, nisi docto de mandato.*

26 *Mandati procura sufficiens probatio resultat ex productione iurium, & impensa in litem facta.*

27 *Praesumptio connumeratur inter genera probationum.*

28 *Praesumptio iuris facit claram, & manifestam probationem.*

29 *Instrumentum non requiritur ad mandati procura validitatem, seu probationem.*

30 *Protestatio neminem audiri, nisi docto de legitimo mãdato procura nisi fuerit in quolibet actu reiterata nihil operatur.*

31 *Iuramenti calumnia omissio non attenditur, quando constat de bono iure agentis.*

32 *Iuramentum calumnia non est praestandum ex dispositione Constitutionis Aegidiana, quando agitur vigore instrumenti.*

DECISIO CCLIV.

CONTRA mandatum Auditoris Camerae (de quo dubitabatur, An esset exequendum)

1 Opponebatur Primo Iniustitia ex eo quia † census impositi fuerint à Theodoro super bonis prius donatis D. Iacobae filiae, & inde impositio nulla, & inualida tamquam facta super rebus alienis, *ex cumulatis per Duard. de Cens. §. t. q.* 25. *n.* 9. *& Cinc. q.* 14 *num.* 6. Sed quidquid sit de validitate, & effectuatione donationis, quae multum peri-

2 clitatur † propter defectum acceptationis Donatariae, quam requiri *docent textus in l. absenti.* 10. *ff. de Donat. l. nec ambigi* 6. *C. eod. l. si ego* 9. *§.* 1. *ff. de iur. dot. l. t. §. si quis* 6. *& l. hoc iure* t 9. *§. si quis* 2. *verbo si autem ff. de donat. Gotfred. in d. l.* 1 *litt. X. Henric. Bocer. de Donat. cap.* 3. *n.* 2. *Giriac. consult.* 42. *versus finem, & lib.* 2. *obser. c.* 29.

3 Et quidquid sit An † Donatio valeat acceptante Notario, cum negatiuam tueatur. *Hotbom. lib.* 4. *obseruat. cap.* 25. *contra alias quor m opinionem videtur probare Rota. decis.* 663. *num.* t *par.* 1 *diuers.* Et de hac acceptat one Notarii nihil appa-

4 reat, nec de Donatariae ratificatione, quam † saltem per scientiam constare voluit Rota *vbi supra num.* 2. *&* 3.

5 An sit insinuata, sine † qua insinuatione donatio vltra statutam à lege quantitatem est inualida; *l. in hac sacratissima* 30. *l. Sancimus* 34. *l. si quis argentum.* 35. *§. sin autem* 3. *verb. sed in*

6 *his omnibus C. de donat.* etiam † quod facta fuerit coram Iudice *Anton. de Cauer. de insinuat. par.* 1. *q* 14. *num.* 30. *Pistor. lib.* 3. *q.* 15. *Boarr. vbi supra num.* 56 *&* 57.

Et An bona censuata contineantur in donatione de quo nullibi constat, & donatio loquitur de bonis tunc à Donante possessis, qualia non probantur ista.

Placuit Dominis Responsio, quod cum in In-

7 strumentis impositionum censuum † fuerit expressum tam per Theodorum imponentem, quã per D. Iosephum fideiussorem bona esse libera, & ad Theodorum pert nentia, & vlterius Iosephus tamquam Principalis, & in solidũ se obligauerit, vtique tenentur ista praestare talia, & in casu contrario ad fructus censuum locu damnorum, & interesse. *Duard de Cens. d. §.* t. *q.* 5. *n.* 8. *& quast.* 7. *num.* 43. *Cinc quaest.* 19. *numer.* 41. *& quast.* 42. *numer.* 13 *& quast.* t 19. *sub numer.* 6. *& post eum Rot. decis.* 13. *num.* 1. *decis.* 7. *num.* 2. *&* 3. *dec.* 59. *num.* 12. *&* 13. *& decis.* 549. *nu.* 5. *&* 8.

8 *& apud Seraph. decis.* 787. *num.* 7. † Praeter quam quod teneretur de dolo *l. Emptorem.* 2. *alias l. excepto § finali in fine. ff. de act. empt. Cinc. de cens. q.*

9 14. *num.* 14. *verb Pro vt nec &c.* alias † propriam turpidinem allegarent *contra textum in l. Creditoribus* 5. 6. *de fer. pign. dat. manumiss. cum alijs allegatis in Rom Nullit. Matrimony* t 9. *Ianuarij proxime praeteriti in §. Praeterea &c. circa finem coram me.*

10 Secundo deducebatur iniustitia, † ex tribus quietanti is, ex quibus pr sumitur solutio antecedentium terminorum, *l Quicunq.* 3. *C. de Apoc.*

11 *publ lib* 10. qua † vindicat sibi locum etiam in cõtractibus censuarijs. *Bald. in cap Litteras nu* 10. *de dilat. Alex. consil.* 115. *nu.* 3. *lib.* 3. *Gabr. de Praes. concl.* 11. *nu.* 4. *Menoch. praes.* 139. *n.* 7. *lib.* 3. *Gomez. in l.* 68. *Tauri ad finem. Masc. de Prob. concl.* 1321. *num.* 2. Etiam si triũ dumtaxat semestrium solutiones contineant. *Bald. in d. l. Quicunque n.* 5. *Menoch. vbi supra num.* t 3. *Rota decis* 481. *nu.* 2. *post Cinc. Font. Proreg. tit. de Regal. impos. §.* 2. *num* 5. *Thoro in compend decis. in verbo soluto, vbi plures.*

Sed ommissa hac quaestione, cuius disputatio nõ est hic necessaria, Dicebant Domini non applicari *d. l. Quicunq;* Iosephus enim iuuari non potest

12 ex apoca Margaritae, quia † quietantiae factae à cessionario non praeiudicant cedenti, vt in terminis *Menoch. d. praes.* 139. *numer.* 31. *lib.* 3. *Gratian. discept.* 716. *num.* 27. *Cinc. de censib. q.* 87. *num.* 42. *vbi plures.*

Nec visae fuerũt suffragari aliae duae Apocae quietantia-

cantiarum factæ ab Equite Mutio Patre,& Aucto-
re D. Antonij Iacobi de Iardinis Actoris. Tum
quia sunt factæ nomine eiusdem cessionariæ, & cō-
tinent terminos debitos eidem, non antem termi-
nos reseruatos Mutio cedenti de quibus hodie
agitur, vt patet ex lectura dictarum Apochatum,
13 & instrumenti cessionis. Tum † quia non con-
tinēt solutiones trium terminorum proximè præ-
cedentium liti motæ, nam vltima apocha facta est
sub die 5. Iulij 1637. lis vero mota fuit de anno
1642. vt cauetur *in d.l. Quicunq; ibi, trium coha-
rentium sibi annorum, & ibidem Gloss. in verbo
sibi, & in verbo Annorum, & in l. 2. C. de Iur.
Emphit. Valen. num. 13. Alex. cons. 115. numer. 3.
lib. 3. Pachin. controu. lib. 3. cap. 89. Cinc. d.q. 87.*
14 *num. 26. & 29.* Tum † etiam quia termini non
sunt distincti, & Apocæ dicunt *à bon conto*, &
sunt solæ duæ, quæ non sufficiunt, cum tres saltem
esse deberent. *Menoch. d. præs. 139. num. 4. Anton.*
15 *Gomez. ad d. l. 68. Tauri numer. 12.* Et † diuersis
temporibus factæ. *Amaya in d.l. 3. nu. 9. ad finem.
Gratian. discept. 716. numer. 12. Cinc. vbi proximè
num. 27.* & claré disponit ipse textus *in d.l. 3.* ibi,
Apochas securitatesq; procurent &c.

16 Opponebatur † etiam contra idem mandatum
A.C. de Nullitate. Primo ex eo quia non fuit ex-
tensa forma obligationis Cameralis. *Gratian. di-
scep. 68. num. 41. decis. 39. num. 1. decis. 56. num. 6.
& decis. 91. in princ. Rota dec. 122. numer. 2. post*
17 *Zacch. de oblig. Cam.* Sed † obiectum non proce-
dit quando (pro vt hic) partes consenserunt in
mandatum executiuū vnica citatione præcedente.
*Zacch. eod. tract. q. 51. numer. 10. & 11. & post eum
Rota decis. 35. numer. 2. & decis. 63. num. eod.* vbi
18 † quod stante consensu datur de stylo executiuo
instrumentis etiam rogatis extra Tribunal ex
Priuilegijs concessis A. C. per Summos Pontifi-
ces Greg XIII. Sixtum V. & Gregorium XIV.
& sequitur *Salust. Tiber. in Prax. A.C. lib. 1. c. 33.
numer. 1.*

Secundo. Nullitas ex defectu legitimationis
personæ d. D. Iacobæ. Sed hæc non fuit attenta,
quia non fuit actum contra ipsam, sed contra D.
Iosephum in vtroque instrumento principaliter
obligatum.

Tertio obijciebatur nullitas ex defectu manda-
ti Procuratoris eiusdem Iosephi, sed hæc quoque
19 sublata fuit ex facto, cum † in actis constet man-
datum ad lites motas, & mouendas, quod sufficit
etiam lite iam cœpta. *Menoch. controu. vsu fre-
quen. cap. 15. num. 9. Menoch. cons. 100. num. 41.
& 42. Gratian. discept. 216. num. 40. & 41.* Vltra
20 quod † ex iuribus ab eodem Procuratore produ-
21 ctis desumitur mandatum † præsumptum sufficiēs
ad sustinenda acta *Achill. dec. 6. de proc. Seraph.
dec. 933. num. 2. verb. quia ante sententiam. Rota
in Firmana Iurispatr 28. Iunij 1602. coram clar.
mem. Cardinali Pamphilio in Eugubina Pensio-
nis 7. Aprilis 1617. coram Manzanedo, & in Ma-
ceraten. Census 1. Februarij 1638. coram Emi-
nentiss. D. Card. Verospio.*

Quarta. Nullitas videbatur stringere ex eo,
quia fuit fuit specialiter oppositus defectus manda-
22 ti Procuratoris Antonij Iacobi Agentis, qui † de-
fectus nullum, & irritum reddit iudicium, *l. licet
24. C. de proc. l. in principio 3. C de Cognit. & Proc.
in Cod. Theodosian. Parlad. lib. 2. Rerum quotid.
par. 3. cap. final. §. 2. nu. 10. Rota diuers. decis. 196.
num. 1. & 2. par. 4. & decis. 264. num 1. & 2. coram*
23 *Sanct. mem Greg. XV.* Adeo † vt post d. opposi-
tionem nihil operetur ratificatio. *Bald. in c. 1. de
Rescr.* quem sequuntur relati *à Pinell. in l 1. p. 3.
num. 3. C. de bon. matern. Azeued. in l 3 tit. 2. lib. 4.
Recopilat. num. 10. Christoph. Mart decis. Senin.
Exam. 35. num. 38. Gratian. discept. 773. num. 51.
Rota penes Marches. de commiss. par. 3 fol. mihi 39.
num. 3.* Et ex hoc capite Vnus ex Dominis con-
tendebat Mandatum A.C. non esse exequendum.

Sed tamen fuit contrarium resolutum. Quia cū
24 † mandatum procuræ probetur præsumptionibus,
& coniecturis, *vt tenuit Rota decis. 440. numer. 5.
par. 2. decis. 725. num. 4. par. 3. & decis. 441. num. 7.
par. 4. rec. & penes Sanctiss. D. N. decis. 171. inter
criminales Farinac. & allegata Maceraten. cen-
sus 1. Februarij 1638. coram Eminentiss. D. Car-
dinali Verospio*, in quibus etiam dicitur quod
25 † probato mandato per præsumptiones, & con-
iecturas, etiamsi exaduerso opponatur nihil fieri
nisi docto de mandato, nihilominus tamen iudi-
26 cium substinetur. Quodque † sufficiens probatio
resultet ex productione iurium, & impensa in litē
facta inquit *Cassad. decis. 10. num. 2. & decis. 3. n. 4.
de Proc. Seraph. decis. 933. num. 2. & decis. 974. n. 8.
Rota decis. 185. num. 3 par. 2 rec. & in Maceraten.
Magazzeni, seu Manutētionis 24. Iannarij 1642.
§. Non obstat &c. coram Reuerendiss. D. Episcopo
Patauino, & alijs supra allegatis, & congruit do-
ctrina Bart. & Alex. in l. Cum seruus 104. num. 4.
ff. de verb. oblig. Caual. cum pluribus com. contra
com. q. 400. nu. 3.* Et ista est etiam communis opi-
nio Canonistarum, *vt ex Gloss. Abbat. & alijs tra-
dit Rodriquez de modo viden. Process. cap. 3. n. 19.
& 20.* licet ipse legibus Hispaniæ inseruiens con-
trarium defendat *lib. 1. Rerum quotid part. 4 cap.
final. §. 2. num. 3. in med. verb. licet alias &c.*

Quorum tamen opiniones fœdere distinctionis
nititur componere *Gratian discept. 505. à nu. 51.
ad 56. quem sequitur Christoph. Mart Medic. vbi*
27 *supra num. 44.* Et † præsumptio connumeratur
inter genera probationum *s. Afferte mihi gladium
2. de Præsump. cum ibi notatis, & alijs per Barbos.
in l. finali, C. de Prob. & per Menoch. de Præs.*
28 *lib. 1. q. 31.* Maxime præsumptio † iuris, quæ facit
claram, & manifestam probationem. *Menoch.
vbi supra numer. 8. Mascard. de Prob. concl. 1221.*
29 *num. 39 & 40.* Nec † reperitur vllo iure cautum
quod requiratur instrumentum ad mandati vali-
ditatem, aut probationem.

Et addebat vnus ex Dominis defectum manda-
30 ti ex eo etiam non obstare, quia licet † exaduer-
so fuerit per tres vices protestatum, attamen post
tertiam protestationem prosecutum fuit in causa
ab ambobus Procuratoribus, & pro parte Iose-
phi non fuit repetita protestatio, quæ ad hoc vt
operetur debet reiterari in quolibet actu, *ita Bart.
in l. licet num. 3. C. de Procm. & in l. Inter quos. §.
Alieno ff. de damn. infect. Bald. consil.* 498, incipit
*Circa primum col. 2. num. 2. Rebuff. cons. Franch.
tom. 2. de litt. dilat. art. 3 gloss. vnica. nu. 10. & fa-
cit textus in l. si ponas 23. §. Hæreditatem. 1. ff. de*

inoffic.sestam. Azeued. in d.l.3.tit 2.lib.4.Recopil. num.8. Christ. Medic vbi supra num.40. Mohed. dec 2.de Iudic. Greg. XV. decis 44. numer.7. & 8. Rota in Vrbeuetana Salutani 28. Ianuarij 1639. coram bon. mem. Pirouano in quibus alia recensentur.

Vltimo denique nullitas ex defectu iuramenti calumniæ non fuit habita in consideratione, quia
31 † ista omissio non attenditur à Rota quando constat de bono iure agentis, vt in præsenti, *Ias. in l.admonendi in 2. lectura nu.84. ff. de iure iurand. Addent. ad Vestr. in prax. cap.2. num.15. & fuit dictum in Marsicen.* assictus 8. *Maij* 16 2. *coram Manzanedo quæ est post Zacch. de oblig. Cam. decis.131. & in dec.441. num.6. par.4. rec. coram eod. Manzanedo, & dec.45. num.6. par.1. recent.* vbi aliæ citantur, & fit mentio decisionis 33. apud Manticam, (in qua Rota dubitauit,) *Marescott. lib.1. var cap.47. num.10. Fenzon. ad Stat. Vrbis lib.1. cap.66. num.23.* Sed etiam non præstandum quando agitur ex instrumento voluit *constitutio Aegidianæ lib 5. cap.3. paulo post medium* ante versiculũ, *si vero*, ibi, *& sine libello contestationis litis iuramento de calumnia, vel alia iuris solemnitate &c.* licet contrarium tenuerit *Anton. del Re de iuram. calumniæ cap.19. num.63.*

Et ita vtraque parte audita concluserunt Domini mandatum Auditoris Cameræ, pro fructibus cẽsuum in eo expressis esse exequendum &c.

R. P. D. VIRILI.

Postea S. R. E. Cardinali.

Imolen̄ Pecuniaria.

Merc. 23. Febr. 1628.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam*
2 *Per cessionem crediti translata censentur in cessionarium omnia iura competentia principali creditori.*
3 *Testes examinati absque citatione partis nihil probant.*
4 *Exceptio simulationis si non probetur plenè, & concludenter nõ potest retardare executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO CCLV.

PRO executione mandati A. C. responderunt Domini, quia de societate officij ad fauorem Oliuerij constat ex Instrumento publico cũ obli-
1 gatione Camerali, quæ † habet executionem paratã, *Mohed. decis.2. & 3. de except. Gregor. 234. num.1. Rota decis.415. num.8. par. 1. recent.* Et
2 † cum Oliuerius cesserit ratam scut. mille auri ad fauorem Simonis Portij, omnia Oliuerij iura in Simonem cessionarium fuerunt translata, *l.emptor, vbi Bald. in 1.notab. C.de hæred vel act. vendit. l.si ager. in fin. ff de rei vendic. Surd. decis.308. num.1. Socc. sen. cons 37. num.14. in fin. lib.4.*

Non obstat prætensio simulationis ex eo, quod ista societas fuerit facta ad effectum, vt Oliuerius edoceret artem Archimiæ, & propterea societas fuerit sine pecunijs, vnde non secuta acquisitione huiusmodi secreti corruat contractus societatis, & data ista causa simulãti sufficiant coniecturæ ex paupertate Oliuerij ex clausula insolita apposita in cessione, quod cessio non retorqueatur contra cedentem, & ex alijs adductis per informantes, quia cum testes, ex quibus prætenditur elici ista probatio sint examinati sine citatione Simonis Portij cessionarij nihil probãt *cap. in nomine Domini de test. auth. de test. §. & hic vero. l. si quãdo. C. eod. Abb cons. 36. num.1. lib.2. Rota decis.1. vers. modo receptio de fid. instrum. in nou.*

4 Et consequenter cum † exceptio simulationis non probetur plenè, & incontinenti, non potest impedire executionem obligationis Cameralis, *Mohed. d. decis.3. de except. Cas. de Grass. dec.3. de fideiuss Gallesi. ad form. obligat. Cam. quæst.1. §.4. num.1. Gregor. decis.195. num.16. Mantic. decis. 240. Fel. in cap. ex parte num.13. de offic. & potest. Iud. deleg. Matth. Coller. deput. exec. par.1. numer.268. vers. ideo alibi concludunt, & num.269. & seq. & par.4. cap.4. num.111.*

Et ita vtraque parte informante &c.

REV.MO P. D. DVNOZET.

Nunc S. Rotæ Decano.

Romana Vineæ.

20. *Aprilis* 1635.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratã.*
2 *Obligatio Cameralis si fuit vulnerata per decretum cessat via executiua, & agi debet via ordinaria.*
3 *Obligatio Cameralis quando dicatur per sententiam vulnerata.*
4 *Venditio facta vnico pretio est indiuidua, ita ut non possit pro parte valere, & pro alia non valere.*

DECISIO CCLVI.

CVM Alphonsus Ferrus, & Portia eius vxor de anno 1618 vendidissent vineam istam extra Portam S. Pancratij Francisco Rocchæ, & Clementiæ Gramulatæ pro pretio scut. 1000. cuius precij medietas fuit soluta mediante assignatione vnius census scutorum 200. & alterius crediti scutor. 300. aliam vero medietatem promisit soluere d. Rocchæ intra decennium, & interim soluere fructus recompensatiuos: Insurrexerunt Moniales S. Cosmati de Vrbe ad quas spectat proprietas, & dominium directum istius vineæ, & ob diuersas alienationes per dictum Ferrum factas de dicta vinea ipsis irrequisitis obtinuerunt mandatũ de associando, cuius mandati vigore fuerunt immissæ in possessionem eiusdem vineæ, postmodum prædictus Rocca præuio mandato recuperauit dicta scuta 500. in partem pretij assignata.

Defuncta postmodum Portia vxore dicti Ferri, eius filij, & hæredes prætendentes hanc vineam fuisse dotalem, & spectasse ad dictum eorum matrem, mouerunt litem contra dictum Roccham, & Moniales, quæ tandem absolutoriam obtinuerunt

runt sententiam: Cumq. vltimo loco egerit Ferrus contra Roecham pro residuo pretij dictæ vineæ, obtinuit relaxari mandatum, à quo fuit appellatum, & causa mihi commissa cum clausula, si quid exequendum, dubitaui an dictum mandatum esset exequendum, & Domini negatiuè responderunt.

Ratio autem huius resolutionis fuit, quia licèt Alphonsus habeat ad sui fauorem obligationem
1 Cameralem, † quæ habet exequutionem paratam ad trad. per *Angel. in l. 4. §. condemnatum 4 ff. de re iud. Rot. decis. 686. num. 1. par. 2. rec.* Nihilo-
2 minus eùm † ex supradicta serie facti appareat illam fuisse postea vulneratam per decretum factū super restitutione pretij iam soluti, ac etiam per sententiam absolutoriam latam ad fauorem Rocchæ emptoris, & Monialium dictæ vineæ Proprietariarum à quibus illa fuerat euicta, cessabat via exequutiua ex quo causa fuit effecta appellabilis, & agi debebat via ordinaria, *Gonzal. super reg. 8. glos. 6 num. 202. Caual. decis. 574. num. 2. & decis. 611. num. 1. & 2. Rot. decis. 28. num. 2. par. 2. rec. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 78. num. 1. 2. 5. & seqq.*
3 Non obstat, quod † ex decreto emanato super restitutione pretij iam soluti, & ex sententia absolutoria prędicta nō possit dici vulnerata dicta obligatio, ex quo nec decretum, nec sententia fuerunt lata ad effectum vulnerandi dictum instrumentum dicta obligatione Camerali munitum, quia etiamsi principaliter prædicta non fuerint gesta super solutione residui controuersi, fuerunt tamen gesta super illo contractu, & inter easdem personas citatō procuratore dicti Ferri, & sic implicitè tangunt etiam solutionem d. residui, cum decretum super restitutione partis pretij iam soluti ob euictionē totius vineæ sequutam contineat integrum pre-
4 tium ratione indiuiduitatis contractus, qui † non potest pro parte valere, dum vnico pretiō vinea vendita fuit, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit 19 num. 65. lib. 4. Rot. diuers. decis. 709. num. 5. par. 1.* quod pretium eo minus Roccha soluere tenebatur, dum vinea ei fuit vendita lite pendente cum Monialibus *iux. glos. in §. nouissimè, in verb. præstat instit. de suspect. tut.*

Ex quibus vtraque parte informante fuit resolutum mandatum non esse exequen. An autem residuum pretij debeatur via ordinaria, Domini mandarunt, vt particulariter videretur citatis Monialibus.

R. P. D. VEROSPIO.

Nepesina Pecuniaria.

Veneris 15. Februarij 1647.

SVMMARIVM.

1 *A.C. est executor obligationis Cameralis priuatiuè quoad omnes alios.*
2 *Rota procedit in causis obligationis Cameralis, quando fuit illi directa commissio cum facultatibus A.C.*
3 *Transactio habet executionem paratam ad instar rei iudicatæ.*
4 *Executiuè agi potest pro recuperatione dotis vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. contra bona tacitè, vel expressè hypotecata etiam penes tertium existentia.*
5 *Confessio dotis receptæ præcedente promissione probat numerationem non solum contra hæredes confitentis, sed etiam contra creditores, & tertios possessores.*
6 *Adminicula, quæ nam vna cum confessione dotis receptæ probant veram dotis solutionem.*
7 *Solutio maioris partis dotis promissæ in actu stipulationis subsecuta inducit præsumptionem veræ numerationis quoad reliquam partem.*
8 *Euictione sequuta rei in solutum data pro satisfactione dotis potest mulier pro recuperatione dotis primæuam actionem intentare, ac si datio in solutum non fuisset effectum sortita.*
9 *Hæres cum beneficio l. & inuent. transigens super debitis hæreditarijs præsumitur hæreditario nomine trāsigere licet proprium expresserit.*
10 *Hæres promittens soluere debita nomine proprio non gaudet beneficio inuentarij.*
11 *Valor rei probatur per subhastationem.*
12 *Valor rei euictæ attenditur de tempore sequutæ euictionis non autem quando fuit euictio promissa.*
13 *Pretium rei inter partes conuentum iustum reputatur.*
14 *Pretium rei non variatur spatio trium annorū, nisi interesserit causa, quæ solet pretiū mutare.*
15 *Hæres non potest impugnare transactionem factam per suum auctorem.*
16 *Fructus ex vrbano prædio, quod de sui natura est infructiferum, regulariter non retrahuntur.*
17 *Fructuum perceptio non probatur ex sola possessione prædij vrbani.*

DECISIO CCLVII.

PER obitum Marci Antonij dissoluto matrimonio cum Margarita antea contracto, hæc cum Fuluio illius hærede super suo credito dotali transegit, vineam, ac domum hæreditariam obtinendo sub amplissima euictionis promissione tum proprio, tum hæredum nomine stipulata per Fuluium: Pacto insuper adiecto, quod hinc potioritati, ac anterioritati dotis illatum non censeatur præiudicium super cæteris bonis hæreditarijs Marci Antonij, si in assignatis corporibus sequeretur euictio; sed tunc contra reliqua bona possit Margarita sua iura exercere. Euictione deinde secuta super domo ex mandato Iudicis deliberata Victoriæ creditrici anteriori Marci Antonij, & commissa mihi vtraque causa transactionis, ac crediti dotalis cum facultatibus A.C. ad instantiam Margaritæ dubium proposui, An, & pro qua summa debeat mandatum relaxari, & relaxandum esse pro summa scutorum 1125. ac fructibus ex euicta domo decursis in posterum, liquidandis tum contra bona hæreditaria Marci Antonij, tum contra propria Fuluij transigentis hodie DD. responde-
1 runt. Quia licet † A.C. regulariter vigore suarum facultatum sit executor obligationis Cameralis
2 priuatiuè quo ad alios, dum † tamen ille fuerunt in commissione demandatæ, potest pro eadem obligatione Camerali, tum in Instrumento transactionis, tum in Instrumento dotali apposita in

hoc Tribunali mandatum relaxari ex notatis in *cap. cum dilecti de donationibus, & in cap. si propter de rescr. lib. 6.* Rot. in *Parmen. datij 4. Iunij* 1612. *coram bon. mem. Coccino impress post Zacch. de oblig.* Camerali *decis. 1. num. 19. &* 20. non solum contra Marcum Antonium, ac Fuluium principaliter obligatos in Instrumento dotali, ac transactionis, sed etiam contra Brigidam hæredem Fuluij tertiam, quamuis bonorum detentricem:
3 tum ex priuilegio † transactionis ad instar rei iudicatæ paratam executionem obtinentis *iux tex. in l. nō minorem. C. de transac. & notant ibi DD. communiter, Guttier. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. num. 439. Aym. cons. 685. num 27.* Rot. *coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 216. num. 15. & in Hydruntina pecuniaria 26. Iunij 1641. coram bon. mem.* Merlino, *& in Baren. seu Neapolitana pecuniaria* 12. Decembris 1642. *coram* R. P. D. *meo Royas, & in Baren. seu nullius pecuniaria 26. Maij* 1645. *coram* R. P. D. *meo* Cerro *in §. nec relevant*
4 *duo*. Tum † ex dispositione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. paratam pariter executionem tribuentis dotalibus Instrumentis contra bona expresè, vel tacitè hypotecata pro dote penes tertios, quamuis possessores existētia, vt notat ibidem *Fenzon. num. 11, & pluries dixit* Rot. *in* Romana *dotis 17. Febr. 1578. coram Robusterio, & in* Romana *vinea 3. Iunij* 1606. *coram Penia penes eund. Fenzon. decis. 51. & 55. & in Terracinen. dotis 1. Decembris* 1614. *coram bon. mem. Card. Verospio, & in Rom. dotis 15 Febr. 1642. coram* Reuerendiss. D. *meo Decano*.
5 Neque † dubitari potest de dotali credito Margaritæ bis à Marco Antonio confessato tam in testamento, quàm in codicillis, & in Instrumento transactionis approbato per Fuluium, dum contractum matrimonij præcessit promissæ dotis instrumentum, quod confessioni de recepto vim tribuit, & non solum contra hæredes confitentis numerationem concludit, *iux tex. in l in contractibus, §. sed quoniam vbi notat, Cyn. nu 3. in fine, C. de non numerata pecunia, & alij relati per Gabr. de iure dot. concl. 4 num. 1. & in decis. 24. num. 3. par. 7. recent. & in Ariminen. dotis 4. Maij* 1646. *coram me*, sed etiam contra creditores, & quoscunque tertios possessores, vt notat *Tiraq. in l. si unquam, §. donatione largitus nu. 101. & alij adducti per eundem Gabr. eud. concl. 4 num. 2. & per Menoch. de præsumpt. conclus. 12. num. 53. Rot. coram Greg. decis. 62. num. 66. & 124. nu. 3. par. 2. rec. & coram* Seraph. 678. *num. 10. & in Terracinen. dotis 1. Decembris* 1614. *coram bo. mem. Cardin. Verospio.*
6 Et † plura etiam concurrunt adminicula à DD. ponderata ad effectum vt confessio de recepto vim veræ numerationis obtineat; Generalis videlicet præsumptio ex eo deducta, quod regulariter matrimonium sine dote nō contrahatur, alimentorum præstatio, geminata confessio, vinculo iuramenti vallata, quæ omnia adminicula approbauit, *Rot. in Ariminen. dotis 4. May, &*
7 *27. Iunij 1646. coram me*, & demum † solutio maioris partis promissæ dotis in actu stipulationis, subsecuta inducens præsumptionem veræ numerationis quo ad reliquam partem, vt aduertit *Didac. var. lib. 1. cap. 7. nu. 5. Menoch. præs. 12. nu. 25. Rot coram Greg. in adducta decis. 62. num. 7. & in Romana dotis 14. Febr. 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Hanc vero mandati relaxationem retardare non poterit præsumpta dotis satisfactio ex datione domus hæreditariæ Marci Antonij in solutum, quia illa per creditricem anteriorem fuit euicta,
8 hoc † enim casu eidem Margaritæ conceditur ex priuilegio dotis pro eius recuperatione primæuam actionem intentare non solum contra bona hæreditaria Marci Antonij, ac si datio in solutum effectum sortita non fuisset, vt notat *Bart. in l. qui res in principio, & in l. si quis aliam num. 2. ff. de solut. Bald. cons. 289 circa finem lib. 2. Petr. de Rauenna in suis singularibus singul. 633. Thesaur. q. 88. num. 13. lib. 2. Mangil. de euict. q. 145. nu. 37. & 41. Rot. decis. 92. num. 7. par. 7. rec.* sed etiam contra bona Fuluij tum proprio, tum suorum hæredum nomine transigentis, vt notat *Ang. cons. 31. num. 8. Surd. cons. 191. nu 26. & decis. 183. nu. 11. Peregr. cons 89. nu. 11. lib. Rot. dec. 545. num. 1.*
9 *& 2. par. 5. rec.* Qui † licet cum beneficio inuentarij Marci Antonij hæreditatem adiuerit, & consequenter hæreditario nomine transegisse præsumatur, licet proprium expresserit, vt ponderauit
10 *Rot. dec. 392. num. 3. par. 1. rec.* Non † tamen impedire poterit executionem contra bona propria dum in transactione proprium eum interesse deduxit obtinendo mobilium vsumfructum legatum Margaritæ à Marco Antonio, eius vita durante, & fructus dotales dissoluto matrimonio, & ante diem trāsactionis decursos, & Margaritæ debitos. Hoc enim casu cessat ponderata inuerisimilitudo in adducta *decis. 392. par. 1. rec.* quod solum hæreditario nomine contraxerit ex quo super re hæreditaria, ac propria transegit, prout deductum fuit in decisionibus factis coram me in hac eadem causa sub die 27 Aprilis, & Decembris 1646.

Neque etiam relaxationem mandati in summa scutorum 1125. debet retardare præsumptus excessus ex deliberatione domus pro solis scutis 700
11 subsecuta, quasi † ex ea verus eiusdem rei valor eliciatur, vt notat *Bald. in l. 2. num. 63. C. de rescind. vend. Angel. in § si quis agens num. 3. inst. de act. Alex. in l. pretia rerum num. 8. ff. ad l. falc. Coler.*
12 *de proc. exec. par. 3. cap. 9. num. 115.* qui † tamquam variabilis ex tempore tunc attenditur, cum commissa, non autem promissa fuit euictio vt probat *tex. in l. euicta re, ff de euict l. Titius, ff de act. empt. Rot. in Romana de Incoronatis 28. Februarij 1614. coram bon. mem.* Card. *Verospio*.

Hæc enim iusti valoris præsumptio excluditur
13 † ex pretio domus in summa scutorum 1125. inter partes conuento quod iustum idcirco reputatur, vt notat *Bald. in l. per diuersas num. 13 C. mandati Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 4. num. 43. C. de rescin. Rolan cons. 64. num. 8. Menoch. cons. 358. num. 23. Card. Mant. de tac. lib. 4. tit. 19. num. 21. Rota coram Greg decis 524. num. 5. & 553. nu. 2.* Etiam
14 de tempore subsecutæ euictionis. Quia † solo triū annorum spatio variari non potuit, dum causa mutandi pretium non intercessit, vt not. *DD. in l. 2 C de resc. vend. vbi Bald. num. 61. Castr. nu. 4. Salyc. num. Arrius Pin. in 3. par eius d. l. num. 15. Natt. cons. 353. num. 2. Surd. cons. 151. num. 71.*

Pretium

Pretium vero domus conuentum fuisse dignosci-tur tum ex assignatione vineæ pro scutis tantum mille, hinc enim arguitur, quod pro reliquo credito dotali scutorum 1125. æstimata fuerit domus in eius computum assignata, tum ex reseruata eiusdem domus redemptione intra quinquennium pro dictis sc. 1125. cum admodum reddatur inuerisimile, vt redemptio domus fieri debuisset pro maiori pretio, quàm inter transigentes æstimata fuisset.

Nec Brigidæ poterit opitulari sententia in Tribunali A.C. reportata contra lacentem hæreditatem Marci Antonij, vt ab ea reintegrari deberet fideicommissum Sempronij per ipsum in pluribus corporibus diminutũ, quia præterquam per duas decisiones reprobata fuit eadem sententia tanquã iniusta eidem Brigidæ non comprehensæ in fideicommisso Sempronij expirato per obitum Fuluij, nec ideo proprio nomine ad reintegrationẽ agen-

15 ti; sed tantum hæreditario eiusdem Fuluij, † semper obstat exceptio transactionis initæ per suum auctorem, vt probat *tex. in l. vindicatem. ff. de except. & in l. Seia. ff. eod. tit. Surd. cons. 15. num. 3. & cons. 70. nu. 16. Rom. cons. 457. num. 2. circa finem*, & plures alij quos secuta fuit *Rot. decis. 176. nu. 2. par. 6. recent. & dec. 48. num. 4. par. 7. rec.*

16 Quo vero ad fructus, † cum illi regulariter ex vrbano prædio tamquam de sui natura infructifero non retrahantur, nec ideo ex sola possessione percepti præsumantur, *l. Iulianus, §. ex vendito. ff. act. empt. Rot. in Firmana, seu Materaten. dotis 24. Ian. 1618. & 14. Martij, & 18 Iunij 1629. coram bon. mem. Pironano inter impressas par 2. decis. 259. num. 32. & 304. num. 15. & in Romandi seu domus 1. Iulij 1643. coram R.P.D. Bichio, & in Baren. seu nullius pecuniarum 24. Ian. 1646. coram R.P.D. meo Cerro*, vbi allegantur concordantes, debitos esse Margaritæ Domini censuerũt pro ea solum quantitate, quam Victoriam percepisse liquidauerit.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VBALDO.

Farsen. Dotis.

Veneris 10. Nouembris 1623.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ probat illius solutionem quãdo præcessit promissio in capitulis matrimonialibus, amplia vt num. 5.*

2 *Matrimonia regulariter non contrahuntur sine dote.*

3 *Alimentorum præstatio facta vxori à viro inducit præsumptionem solutionis dotis.*

4 *Confessio dotis receptæ emanata tempore non suspecto inducit præsumptionem realis solutionis.*

6 *Solutio aliquarum partitarum inducit præsumptionem solutionis totius dotis stante viri confessione.*

7 *Confessio dotis receptæ probat solutionem lapso tempore ad opponen. exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

8 *Probata vergẽtia viri ad inopiam succurrendum est vxori pro assecuratione suæ dotis.*

9 *Mulier prius agere nõ poterat pro assecuratione dotis ob vergentiã mariti ad inopiã, nisi probauerat, quod deducto ære alieno nõ remanerent tot bona, ex quorum redditibus onera matrimonij possent substineri.*

10 *Hodie tamen de iure nouissimo auth. sufficit probare, maritum abuti substantia sua, & esse suspectum de dilapidatione.*

11 *Paupertas ex quibus probata remaneat.*

12 *Mulier agere volens contrà tertios possessores pro assecuratione suæ dotis, an teneatur prius excutere bona mariti.*

13 *Excussio non requiritur quando debitor notoriè non est soluendo.*

14 *Excussio non requiritur in saluiano interdicto.*

15 *Obligatio Cameralis, & clausula constituti tollunt necessitatem excussionis.*

16 *Requisita ad obtinendum in iudicio saluiani.*

17 *Saluianum competit etiam contra tertios possessores.*

18 *Mulier habens hypotecata pro sua dote plura bona, si aliquorum alienationi consentiat, non amittit hypotecam in alijs sine suo consensu alienatis.*

19 *Creditor habẽs generalem hypotecam potest eligere bona debitoris, in quibus velit de suo credito satisfieri.*

DECISIO CCLVIII.

PAVLINA nuptui tradita Aeneæ cum dote scut. 1500. animaduertens virum ad expressã inopiam vergere eg t pro assecuratione suæ dotis, & pro immissione in possessionem certi prædij sibi pro dote expressè hypotecati, & nũc à tertijs possessoribus detenti, vnde dato in Rota, & disputato dubio super prædictis DD. affirmatiuè responderunt. Constat enim de credito dotali Paulinę per confessionem Pauli patris Aeneæ in tribus instrumentis in quorum primo die 25. Maij 1597. Paulus cõfessus est nomine sui filij recepisse ad computum suæ dotis scut. 700. in 2. die 28. Februarij 1609. scuta 452. & in tertio die 10. Octob. 1602. recepisse scuta 100. quas pecuniarum summas hypotecauit super omnibus suis bonis, & in specie super prædio suo in territorio Faræ in vocabulo

1 al Colle di S. Piero, quæ † confessiones dotis receptæ penè eiusdem quantitatis innixa promissione in capitulis matrimonialibus benè probant eius numerationem *l. in contractibus, §. sed quomodo, & ibi Cyn. in 2. quæst. num. 5. & aly. C. de non num. pecun. Castr. in l. 1. num. 8. vers. quartus est. ff. sol. matr. Afflict. decis. 402. num. 2. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. num. 7. Surd. cons. 117. numer. 23. lib. 1. & cons. 397. num. 5. lib. 3. Seraph. decis. 678. num. 10. Rot. coram san. mem. Greg. XV decis. 62. num. 6. & decis. 491. num. 7. & ibi adden. num. 12. fuit dictum in Romana dotis 9 Decembris 1613. & in Perusina dotis 9. Iunij 1614 coram me, & alias sæpè.* Et accedunt plures coniecturæ cumulatę per informantes, tum quia deponunt testes audiuisse publicè dici Aeneam, & Paulum eius patrem habuisse pro dote Paulinæ

 scut.

2 scuta 1500. Tum quia matrimonia † regulariter
sine dote non contrahuntur, Greg.d.decis.62. nu-
3 mer.4. Tum † quia Paulina habuit alimenta in
domo viri prout consideratur in d.decis.62.nu.5.
& latè per Surd. cons.489. num. 10. & seq. lib.4.
4 † & concurrit etiam quia dictæ cõfessiones ema-
narunt tempore non suspecto longè antequam
esset per Aeneam contractum æs alienum, Me-
noch. præsumpt.13. num.24. lib 3. fuit dictum in
5 dicta Romana dotis coram me, & † quod dicta cõ-
fessio emanauit ad fauorem Iurium, & curatorum
ipsius Paulinæ & fratrum, & sic non inter perso-
nas suspectas, & ideo probat Dec. cons.536.sub
num.9. Ruin. cons.183.num.4.lib.1. Couar.lib 1.
var. resol. cap.7 sub num.6. vers. est & alia, cum
6 aliis per Surd. d.cons.489. nu.21. ex † quo etiam
sequitur, quod cum probetur vera numeratio istius
partitæ verisimilis etiam reddatur aliarum nume-
ratio ad not. per Rot.d.decis.62.nu.7. & 8. coram
7 san.mem.Greg.XV. Et demum concurrit lapsus
temporis ad opponen.exceptionem non numeratę
dotis, Soce.in l.1.num.80. ff. sol.matr. Rol.cons.85.
num.42. lib 1.cum alijs per Ludou.decis.Perus.66.
num.37.& per Surd. d cons 489. nu.18. Rot.decis.
155.num.10. par.diuers. & in d.Romana dotis co-
8 ram me. Vnde † probata vergentia viri ad inopiam
merito succurren. est Paulinæ per assecurationem
dotis iux.tex.in l.vbi adhuc. C. de iur. dot. in §.il-
lud. Auth. de æqual.dot. l. si constante in princ. vbi
DD. ff solut. matr. . . . cons.9.num.12.lib.1.vbi
dicit veram & solidam iuris conclusionem, cum
alijs per Rot decis.192.num.2 par.1.recent.

9 Non obstat, quod † mulier quando agit ad do-
tem ex dicta causa debeat probare, quod deducto
ære alieno non remaneat marito bona ex quorum
redditibus onera matrimonij substineri possint
10 iux.d.l. si constante, quia imò hodie † de iure no-
uissimo authenticorum sufficit, quod maritus ma-
le vtatur substantia sua, vel incipiat esse suspectus
de dilapidatione, iux tex.in d.§ illud. Bald.consil.
60 incipit libellus sub num.2. vers.in contrarium
gl.in d. l. si constante, vbi Bar.num.4. Ang.nu.1.
Rip.num.8. vbi de communi, Bald.Nouell. de dot.
par.7. priuil.24. num.1. & latissimè Barbos. in d.
l. si constante à num.1. cum pluribus seqq. & infi-
nitos congerit Giurb. decis. concil.16. sub num.1.
vers.immo, & quod sufficiat maritum vergere ad
inopiam tenet Rot.apud Put.decis.359.nu.1.lib.3.
& d.decis.292.sub num.1. par.1. recent. Vergen-
11 tia † autem viri ad inopiam in hoc casu videtur
satis probata per testes datos in summario depo-
nentes Aeneam incidisse in magnam pauperta-
tem ob multa debita contracta, & sæpè latitare
ne carceraretur, & incedere male vestitum, immò
pluries fuisse carceratum, & ad se liberan. à car-
ceribus fuisse coactum assignare bona creditori-
bus necnon illi deesse necessaria ad vitam, nec
habere creditum vnius oboli, vt latius in summa-
rio num.2. ex quibus probatur summa egestas, vt
Bar. in d.l. si constante num.7. & per Modern. de
prob.concl.1154. num 14. & seqq. Quibus stan-
tibus competit sine dubio remedium d. l. vbi ad-
huc. C. de iur. dot. cum alijs supra adductis, &
non solum contra maritum, sed etiam contra ter-
tios possessores, Bart. in d.l. si constante num.71.
& ibi Ias. num.106. ff. sol.matr. Bart. in authen.
quod locum ae coll. Rol.d.cons.9.num.12.lib.1.

12 Nec † dicatur debere procedere discussionem
bonorum mariti antequam agatur contra tertios
possessores, quia licet sit articulus controuersus,
vt patet ex Bart. d. l. si constante num.72. & ibi
Barbos. latè num.58. tamen verior videtur opinio
in puncto iuris, quod non requiratur excussio ma-
riti, prout tenet Albor. in d.l. vbi adhuc num.16.
C.de iur.dot. Bald. nouell. de dot. par.7. priuileg.
18. & clarius 24. in fin. & ex professo par.8. pri-
uileg.37. & sensit Ias. post Roman. in d. l. si con-
stante num.207. Ioseph.Ludou.decis.Lucen.22.nu-
mer.12 & ratio istorum fuit, quia in causa dotis
agitur de bono publico, l.1. ff sol.matr. & in ea
proceditur simpliciter, & de plano iux. clem. di-
spendiosam de iudic. & clem. sæpè de verb. signif.
vnde non est curand. de apicibus iuris, inter quas
est exceptiones excussionis, vt not. glos. in l. si
mancipium §.1. ff. de euict. & quicquid sit de ista
13 opinione cum † constet ex dictis testium deponen-
tium, etiam de publica voce & fama maritum
non esse soluendo cessat excussio, vt per glos. &
Doct.communiter in l. vlt. in princ. vbi Dec. nu-
mer.11. ff. si cert. pet. Paris. cons.5. num.51. lib.1.
Natt.cons.531, num.6. Rol.cons.79.num.16. lib.1.
Bened.de Plumbin. in tract. discuss. num.4. Gayll.
pract.obser.lib.2.cap.27. nu.14. Capiec. decis.273.
in fin. par.2.

14 Et accedit secundo, quod † cum Paulina egerit
saluiano pro immissione, vt mox dicitur verum est
non esse necessariam excussionem, Soccin. cons.80.
col.2. vers. vel etiam, & tertio lib.3. Aym. consil.
201.num. 3.in fin. Rol d. cons.9. num.17. & seq.
cons.14.num.18.& d.cons.79.num.39.lib.1.Surd.
cons.4.num. 36. & cons.51. num.3. lib.1. Et de-
15 mum accedit † clausula constituti, & Cameralis
obligationis, de qua in prædictis instrumentis,
quæ tollit necessitatem excussionis, Tiraq.de iur.
consti.par 1. num.54 Card.Mant.de tacit. & am-
big lib.16. tit.17. num. 8. & seqq. & fuit decisum
in Interamnen. saluiani 19.Nouembris 1611. co-
ram Reuerendiss. nunc Patriarcha Hierosolymi-
tano.

Quod autem stantibus prædictis Paulina sic
immitten. vigore vtilis saluiani in possessionem
bonorum mariti, & signanter prædij sibi speciali-
ter hypotecati non videbatur posse dubitari, cum
16 † de creditum hypoteca ipsius satis constet ex
supradictis, & quod dicta bona, & in specie dictũ
prædium al Colle di S.Piero possideretur à Paulo,
& Aenea eius filio, & quod hodie dictum prædium
possideatur ab aduersario bene deponũt Testes in
summ.num.6. quæ sunt duo extrema in saluiano,
Rot. in Romana saluiani coram me, quæ est decis.
17 294. num.3.& 4.par.1. recent. vbi † quod saluia-
num competit, etiam contra tertios possessores,
vltra quod secundum extremũ, & sic possessio rei
conuenti satis probata remanet ex substentatione
litis, Caputaq. decis.364. par.2. Rot. d. decis.294.
num.4.

18 Nec † obstat quod mulier consenserit pluribus
alienationibus bonorum sui mariti, quia vltra
quod informantes pro Paulina negabant id iusti-
ficari in facto dicebatur etiam remanere mulieri
ius

ius hypotecæ in cæteris bonis alienatis sine eius consensu prout est prædium, de quo agitur, iuxta *tex. in l. Iulianus. C. ad Vellei.* & propterea cũ sit locus restitutioni dotis, & immissioni ex supradi-
19 ctis non † potest impediri quominus eligat sibi pignus bene visum cuius alienationi non consentit *l. creditoris, ff. de dist. pig. l. qui generaliter. ff qui pot. in pign. hab. Surd. decis. 44. num 6.* & fuit in terminis dotis resolutum in causa *Asculana domus 3. Iunij 1616. coram Reuerẽdiss D. meo nunc Decano.*

Et ita fuit decisum.

R. P. D. CERRO.

Romana fructuum census.

Lunæ 7. Maij 1646.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem pro alio nullum ius sibi acquirit, sed duntaxat ei, pro quo emit.*
2 *Emens rem pro alio si ex ea recipiat fructus tenetur illos restituere ei, pro quo emit.*
3 *Procurator si fuerit à muliere constitutus cum solemnitatibus statutarijs ad faciẽdum certum actum, non est necesse in ipso actu adhibere solemnitates à statuto requisitas in contractibus mulierum.*
4 *Solemnitates statuti loci, in quo contractus celebratur seruandæ sunt, non autem loci, in quo fuit constitutus procurator ad facien. illum actum Declara vt nu 5.*
6 *Actus factus à procuratore substituto ab habente facultatem substituendi dicitur valide & legitimè gestus.*
7 *Procurator ad vendendum non potest vendere habita fide de pretio Declara vt nu. 8 & 9.*
10 *Dictio, pro quolibet, est distributiua personarũ supra expressarum.*
11 *Et operatur vt legatũ cuilibet in solidum attribuatur.*
12 *Contractus valide gestus non potest absque omnium contrahentium consensu infirmari.*
13 *In contractibus nominatis altero inuito non est locus pœnitentiæ.*
14 *Reseruatio dominij conseruat venditori speciale hypothecam super re vendita; itaut cæteris emptoris creditoribus, etiam anterioribus præferatur.*
15 *Reseruatio dominij nõ operatur, vt vẽditor possit rescindere venditionem, quæ suum effectum sortita fuit, absque consensu emptoris.*
16 *Actio non acquiritur tertio non nominato in instrumento, licet illius fauorem respiciat, itaut ex eo agere possit.*
17 *Quod non procedit stante obligatione Camerali.*
18 *Obligatio Cameralis continet stipulationem pro omnibus quorum interest.*
19 *Obligatiõ Cameralis operatur ad fauorem omniũ interesse habentium ac si ipsius præsentibus, & acceptantibus stipulata fuisset.*

DECISIO CCLIX.

DOMINI persisterunt in resolutis sub die 11. Decembris præteriti coram me, mandatũ scilicet A. C. esse exequendum pro tribus ratis relicto in suspenso illo spectante ad Fuluium cuius hæredes non fuerunt in processu causæ citati non obstantibus de nouo deductis pro DD. de Astallijs.

Etenim non obstat, quod ex Apoca declarationis hodie data in eorum *Summorio num. 1.* appareat nomen Sacconarij fuisse simulatè appositum in contractu venditionis census de quo agitur, sed omne commodum, & incommodum spectare ad
1 Thomam Berghigaum, & proinde dum † Sacconarius emit non pro se, sed pro alio, sibi nulla actio quæsita dicatur, sed duntaxat ei, cui à principio fuit dominium acquisitum, *iuxta dispositionem text. in l. 4. §. ab ignoto, ff de manumiss. Bald. in l. cum precibus, sub num. 3. vers.* Adde quod, *C. de probat. Grat. discept. foren. cap. 131. nu. 16. Franc. Marc. decis. 46. num. 4. par. 1. cum alijs per Rotam coram Card. Seraph. decis. 660. nu. 5.*

Quia cũ in eadem Apoca reseruata fuerit facultas eidem declaranti agendi proprio nomine vsq; ad recuperationem sortis principalis, & fructuum decursorum, ib. *Contentandosi però fino alla recuperatione della sorte principale, e tutti li frutti di detto Censo si faccia giuditio à sua istanza, &c.*
2 Potuit † vigore dictæ facultatis agere ad consequutionem fructuum in commodum tamen, & vtilitatem eius, pro quo in effectu facta fuit venditio, *l. apud Celsum, §. quod si is cui. ff. de dol. mal. & met. except. Bertazzol. de claus. 29 glos. 4. nu. 6. vers. nono, & vltime circa finem, Vrsill. ad Afflict. decis. 335. nu. 20*

Nec obstat prætensa nullitas dictæ venditionis vti factæ hic in Vrbe de censu spectante ad mulieres non seruatis solemnitatibus Statuti nostri, lib. 1. cap. 151.
3 Quia cum † ipsæ Mulieres in Ciuitate Lauretana Procuratorem constituerint ad certum actũ, nempè ad vendendum dictum censum, seruatis omnibus solemnitatibus ibidem seruari solitis in huiusmodi venditionibus, non fuit opus solemnitates iterum adhibere in actu venditionis, *Iason. in l. 1. §. Item acquirimus, numer. 4. versic. tu autem considera, ff. de acquir. possess. Alex. cons. 189. num. 13. & 14. lib. 7. Soccin. Sen. cons. 254. sub numer. 2. vers. vbi patet, quod si pupillus, lib. 2. Tiraquell. de leg. Connubial. verb. contracter, glos. 5. num. 196. Lamberten. de contract. glos. 20. in verb. constituere Procuratorem, numer. 3. Carpan. ad Statut. Mediolanen. part. 1. cap. 328. numer. 517. Gabriel de reg. iur. concl. 2. num 34. & 35. Montic. de tacit. lib. 7. tit. 3. num. 30. Manent decis. 65. numer. 16. Rota in Romana Cambiorum 27. Maij 1603. coram bon. mem. Card. Mellino post Pic. ad statut. Vrb. decis. 5. nu. 10. & 11.*
4 Idque non obstante, quod † ad hunc effectum attendatur locus celebrati contractus, non autẽ locus in quo Procurator constituitur, *vt tradunt Corn. cons. 185. sub num. 10. vers. Et ideo quo ad ipsum contractum, lib. 2. Lamberten. vbi supra num. 6. Carpan. pariter vbi supra num. 92. versic.*

Quod

Quod habet locum, Pic. ad d. Statut. glos. 2. nu. 42.
cum seqq. & 46.
5 Quia † DD. proximè allegati loquuntur, vel
quando constitutus fuerat Procurator generaliter
non autem ad certum actum, vel casu quo in cō-
stitutione Procuratoris nullæ fuerunt seruatæ so-
lemnitates non autem vbi seruatæ fuerunt solem-
nitates illius loci particularis, vbi mandatum sti-
pulatum fuit, tunc enim illas sufficere, & non
requiri solemnitates loci contractus, in terminis
firmauit *Rota in Romana Donationis* 19. *Aprilis*
1641. *coram Reuerendissimo Domino meo Deca-*
no, § fin.
Prout pariter non obstant reliquæ allegatæ nul-
litates: Prima enim, quod non constet de man-
dato Berghigni facto à dictis mulieribus, cessat ex
6 facto, quia † cum dd mulieres ad illum actum
constituerint Procuratorem Ioannem Baptistam
Ridolfettum cum facultate substituendi, dictusq;
Ridolfettus vigore dictæ facultatis substituerit
Berghignum, *dicto Summario num.* 8. Vtique
contractus dictæ venditionis ab eo gestus dicitur
validè, & legitimè gestus, *Rota in Corduben. li-*
quidationis fructuum 6. Februarij 1626. coram
bon. mem. Merlino, quæ est decis. 638. nu. 9. & 10.
par. 4. tom. 3. recent.
7 Ad secundam verò, quod † dictus Procurator
censum vendiderit habita fide de pretio, quod fa-
cere minimè potuit, *iuxta doctrinam Bart. in l. à*
Diuo Pio, §. sed si emptor, numer. 2. ff. de re iudic.
Bald. in l. ciuile 12. num. 3. C. eod cum alijs allega-
tis per Gratian. discept. forens. cap. 329. num. 32.
& 33.
8 Placuit responsio, quod † cum in mandato tri-
buta fuerit plena facultas apponendi in venditio-
ne pacta, & conditiones sibi benè visas, ac facien-
di quicquid sibi placuerit, & videbitur potuit di-
lata solutione habere fidem de pretio, *ad text. in*
l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig. vbi
Bart. & Castrens. num. 1. idem Bart. in d. l. à Di-
uo Pio, §. sed si emptor ante num. 3. ff. de re iudic.
Soccin. Iun. cons. 21. num. 1. lib. 3. Bero. cons. 174.
num. 4. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 16. num. 42.
9 Contraria † verò procedunt in Procuratore con-
stituto ad venden. præsente pecunia, vel pro cer-
to limitato pretio, secus verò, vbi, prout hic in
mandato dictæ qualitates expressæ non fuerunt, *vt*
distinguendo consuluit Bero d. cons. 174. numer. 5.
lib. 1. Soccin. iun. d. cons. 21. num. 2. lib. 3. Rota co-
ram Sanct. mem. Greg. dec. 23. num. 4.
Tertia denique nullitas, ex quo Sacconarius
egit pro fructibus integri census scutorum 400.
vigore cessionis sibi factæ à Procuratore Legata-
riarum, quibus legata fuit duntaxat rata scutorũ
200. Cessat ex lectura testamenti: Marchesia enim
Domina Censum illum legauit per hæc verba,
ibi, *Iure legati reliquit Cæciliæ, Lauiniæ, & An-*
toniæ filiabus q. Dominici filij d. Testatricis scuta
centum de paulis decem pro quolibet, & alia scuta
centum similia D. Io. Baptistæ filio D. Faustinæ fi-
liæ dictæ Testatricis, quæ d. Testatrix dixit ha-
bere in alma Vrbe, sub annuo censu, &c. Dum
itaque illis tribus mulieribus legauit scuta cẽtum
pro qualibet, legasse dicitur scuta centum singulis
consignanda, non autem, vt altera pars præten-
dit, sola scuta centum inter omnes diuidenda:
10 Dictio † enim illa pro qualibet, est distributiua
singularum personarum supra expressarum, *glos.*
in l. si pluribus, verb. sed omnes, ibique Bart. ff. de
11 *legat.* 2. Et † operatur, vt legatum cuilibet in so-
lidum attribuatur, *Bart. in l. hoc articulo, num. 3.*
ff. de hared. instit. Soccin. sen. cons. 16. num. 19. lib. 4.
Ruin. cons. 76. num. 4. lib. 1. Corn. cons. 40. num. 19.
lib. 2.
Et hinc redditur prorsus nulla, & inefficax se-
cunda venditio, quæ prætenditur vltimo loco fa-
cta ab eisdem Legatarijs ad fauorem Domini de
12 Astalijs. Quia † cum venditio facta Sacconario,
ex supra deductis, fuerit omnino perfecta non po-
tuit ab ea recedi absque nouo omnium contrahen-
tium consensu, *l. si quam rem, vbi glos. verb. non*
possunt, ff. de rescind. vendit. l. 1. C. quand. liceat ab
empt. disced. Cephal. cons. 393. num. 35. cum seqq.
& cons. 407. num. 9. Surd. cons. 52. num. 19. & 20.
Modern. Mant. controu. forens. contr. 375. num. 2.
13 In † contractibus enim nominatis altero inuito,
non est locus pœnitentiæ, *l. in ciuile, vbi Bald. in*
princ. C. de rei vendic. Rota coram Sanct. me. Greg.
decis. 88. num. 2. decis. 192. num. 14. part. 5. & decis.
336. num. 31. part. 8. recent.
Nec aliquid ad hunc effectum operatur reser-
uatio dominij vsque ad integram pretij numera-
14 tionem: Huiusmodi † enim dominij reseruatio
conseruat quidem ad fauorem reseruantis specia-
lem hypothecam, itaut in casu non factæ solutio-
nis præferatur in re vendita cæteris creditoribus
15 emptoris etiam anterioribus, non † autem vt
possit absque consensu ementis rescindere vendi-
tionem, quæ in omnibus suũ effectum sortita fuit,
Couar. var. resol. lib. 3. cap. 11. nu. 5. Scacc. de camb.
§. 1. quæst. 7. par. 2. ampl. 8. num. 165. Gratian. discep.
foren. cap. 523. num. 15. cap. 730. numer. 1. cap. 946.
num. 4. & cap. 967. num. 1. Vinc. de Franch. decis.
506. numer. 4. part. 2. Larrea decis. Granaten. 42.
num. 6. par. 1.
Cæterum minus releuat repetitum obiectum,
quod obligatio Tiberij videatur restricta ad fauo-
rem solius Hospitalis. Quia cum promiserit in-
demne releuare hospitale, & extinguere censum,
illiusque fructus soluere, solutio, & census extin-
ctio pernecesse referri debet ad fauorem credito-
rum, quibus est facienda, non autem Hospitalis,
quod est hæres Poncialli debitoris, *vt dictum fuit*
in decisione, quæ reuidetur, §. Dupliciter enim.
16 Nec obstat replicatio, quod † cum Sacconarius
illiusque Auctores non fuerint, nec præsentes, nec
nominati in d. obligatione Tiberij, licet d. obliga-
tio respiciat eorum fauorem, ex ea tamen agere
non possunt directè contra dictum promissorem,
sed omnis actio dicitur quæsita Hospitali, quod
eum cogere potest, vt soluat creditoribus, *iuxta*
dispositionem textus in l. cum res filio tuo 22. C. de
donat. ibique glos. in figurat. Casus, & in l. stipu-
latio ista 38. §. si stipulatur, vbi glos. verb. fieri, &
in l. liber homo, §. fin. vbi pariter glos. in verb. in-
certi, ff. de verb. oblig.
17 Quia † prædicta procederent iure communi in-
specto, non autem applicantur, quando prout
hic actum fuit vigore obligationis cameralis: ob-
18 ligatio † enim Cameralis cum contineat stipula-
tionem

tionem pro omnibus quorum interest, nec reuocari possit in dubium quin de tempore dictæ obligationis Sacconario, vel suis Auctoribus interesset, & essent principales creditores census, cuius de causa Astallius fideiusserat, tanquam principalibus, & primarium interesse habentibus fuit à principio ipsis quæsita Actio directa contra dictū
19 promissorem, & † obligatio Cameralis operatur ad eorum fauorem, ac si ipsis præsentibus, & acceptantibus stipulata fuisset, *vt sæpius resoluit Rota in Decisionibus allegatis in d. decisione, qua reuidetur sub d. §. Dupliciter enim.*

Quæ repetuntur de legitimatione personarum ex parte actoris, & de omissione iuramēti calumniæ tolluntur ex responsionibus datis *in d. decisione, §. nullitas enim, & §. secunda verò, cum quibus DD. transierunt.*

Et ita resolutum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Permutationis.

Mercurij 20. Februarij 1647.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia sententiarum excludit rem iudicatam.*
2 *Promissio dum non adimpletur committitur stipulatio damnorum, & interesse in vsu inobseruantia concepta.*
3 *Aqua iuxta naturalem cursum solet modo fluere modo desinere.*
4 *Conuentionibus standū est in materia aquarum.*
5 *Testes inter alias personas examinati probant quando sunt adminiculati.*
6 *Appellans taxatiuè à sententia, seu relatione periti reliquis in sententia contentis consentire videtur.*
7 *Confessio facta in vno Iudicio probat in alio etiā ad fauorem aliarum personarum.*
8 *Periti qui in extimatione discordent in summa dicuntur concordes in summa minori, qua inest in maiori.*
9 *Relationi Periti à Iudice electi standum est licet discordet ab alijs electis à partibus.*
10 *Estimatio rei facienda est habita ratione valoris de tempore contractus.*
11 *Impediens cursum aquæ alicui ab altero concessæ dicitur euincere.*
12 *In æstimatione rei euictæ venit etiam id quod interest euictionem passi.*
13 *Valor rei euictæ inspiciendus est de tempore euictionis.*
14 *Venditio rei tunc dicitur facta, quando pretium soluitur.*
15 *Valor rei currens de tempore conuentionis non venit attendendus, sed temporis futuri in quod confertur executio contractus.*
16 *Beneplacitum Apostolicum requisitum pro validitate contractus, præsumitur interuenisse post lapsum triginta annorum, si contractus fuerit obseruatus.*
17 *Obligatus in forma cameræ obtinere beneplacitū Apost. pro validitate contractus requisitum, si illud nō obtineat tenetur ad damna, & interesse.*
18 *Quando duo fuerunt promissa alternatiuè in casu inobseruantiæ contractus ad illum ad cuius fauorem fuit facta promissio spectat electio agendi ad vnum, vel alterum.*

DECISIO CCLX.

PERMVTATIONIS titulo Reuer. Monaci Oliuetani de Vrbe tradiderunt bon. memor. Cardinal. Lanfranco Margotto duas petias vineæ, seu arboreti prope eorum Monasterium existentes, & vice versa receperunt ab eodem Cardinali mediam vnciam aquæ ex bottino sito in viridario Cardinalis proximo fontibus dicti Monasterij, quam aquæ quantitatem idem Cardinalis promisit semper manutenere, & in euentum in quem ea in totum, seu partem deficeret ex quauis causa voluit teneri ad soluendum Monacis pretium dictarum duarum petiarum terreni permutati, nec non omnia damna, & interesse.

Hinc ob deficientiam aquæ Monaci egerunt contra Laurentium d. Cardin. hæredem, tum ad pretium prædicti terreni, tum ad damna, & sententias modo fauorabiles modo contrarias reportarunt, nempe pro se in prima, & tertia instantia, & contra se in secunda, & quarta, cumque hæc vltima sententia in iudicatum lapsa prætenderetur, hodie in quinta instantia dubitaui, An constet de re iudicata, quæ veniat exequenda,
1 & negatiuè fuit resolutum ob † eiusdem sententiæ iniustitiam, quæ rem iudicatam excludit *Seraph. decis. 1123. n. 3. Caualer dec 600. n. 7. cum alijs allegatis ab adden. ad S. M. Greg. XV. decis. 1. nu. 6.*
2 Si quidem † debuit Laurentius condemnari ad solutionem scutorum 550. pro pretio terreni, & aliorum scut. 150. pro damnis, & interesse cum pro vtroq; ob deficientiam quantitatis aquæ promissæ commissa fuerit stipulatio in eum casum concepta, *iuxta tex. in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. l. fenerator vers. si nauis ff. naut. fauor. Castr. in l. in naui nu. 4.* ibi quando periculum euenit *ff. loc. Rot decis. 479. nu. 1. & 2. apud Cinc. de censib. & in recent. dec. 246 num. 1. par. 6.* neque promissor excusari possit ex quo
3 † aqua iuxta naturalem cursum modo fluere modo desinere soleat, vt per *Bimium cons. 97. nu. 46.* Quia in casu quo consuluit Bimius fuerat promissa aquæ defensio iuxta solitum, at in nostro verbis expressis conuentum fuit, quod promissor excusare se non valeat, eo quod aqua forsan dimi-
4 nuisset, aut alio quocunque prætextu, & † in materia aquarum standum est conuentionibus *Menoch. cons. 226. num. 125. Bursatt. cons. 156. n. 45. Rauden. cons. 12. num. 35. lib. 2. Schenard. cons. 74. num. 37. Thesaur. dec. 245. num. 6.*

Deficientia verò aquæ satis probatur tum ex duobus testibus datis in Sum. Monacorum nu. 2. deponentibus de visu aquam ne dum defecisse in magna quantitate, sed multoties fontes Monacorum ea penitus carere; idque non vitio aqueductuum Monachorum, qui imo institerunt quod viridarius Cardinalis aquam fluere permitteret,
5 sed ille respondit, *che non ci era acqua*, & † quāuis dicti testes examinati fuerint inter alias personas, quia tamen adminiculantur ex infra dicē-

dis

dis vtique probant etiam contra Laurentium *Fe-*
lin. in cap. causamque il 1. num. 19. de test. Rota
decis. 237. sub num. 3. par. 1. recent. dec. 252. nu. 4.
vers. praesertim coram S. mem. Greg. XV. dec. 225.
num. 11. par. 6. recent.

Tum ex consensu praestito à Laurentio, quod
eligerentur periti ad aestimãdum pretium terreni,
& damna passa ob aquae deficientiam; nam si
aqua non defecisset non erat locus peritorum ele-
ctioni. Tum ex relatione per eosdem peritos
facta, & signanter tertij periti, ibi, *per la man-*
canza dell'acqua permutatali, Summ Monacorũ,
num. 4. animaduertendo praesertim quod Lauren-
tius à dicta relatione tertij periti, ac decreto Iu-
6 dicis iuxta eam emanato appellauit † taxatsue in
ea parte tantùm, in qua peritus liquidauit valorẽ
terreni in scutis 550. vt in *Summ. responsionis pro*
Monacis num. 2. vnde reliquis in dicta relatione
contentis consensisse videtur *l. ab eo Cod. quom. &*
quan. iud. cap. solicitudinem de appellat. Rot. decis.
380. sub nu. 9. par. 1. recent. Tum quarto ex pro-
testationibus ab ipso Laurentio ter atque iterum
Iudicialiter factis contra Dominos de Pijs vti he-
redes bon. mem. Cardinalis Pij, cui ille viridariũ
vendiderat, in quibus Laurentius ingenuè, &
purè fatetur aquae deficientiam, eamque tribuit
non negligentiae Monacorum, sed culpae eorum-
dem de Pijs, quia aquam Monacis debitam de-
negarunt. *Sum. Monacorum num. 2.* idemque
fassus fuit procurator Laurentij in positionibus,
ibi; *Qualmente detto Sig. Card. Pio ha fatto mu-*
tar la fistola del condotto dell'acqua di detti Mo-
naci, Sum. responsionis Monacorum num. 3. in fin.
& confessionem ratificauit idem Laurentius spe-
cificando successiuè materias in articulis, & po-
sitionibus pro eius parte in actis datas, & iuran-
do desuper de calumnia. *Summ. ibidem num. 4.*
7 Hae † autem confessiones quamuis emissae contra
Dominos de Pijs, quia iudiciales sunt, & cohe-
rent iudicio praesenti à Monacis introducto plenè
probant etiam ad fauorem Monacorum *Dec. in l.*
2. num. 62. Cod. eden. Egid. decis. 3. Guidopap. decis.
254. in princ. Surd. decis. 325. num. 12. Caputaq.
decis. 210. num. 6. par. 2. Rot. in Boianen. Pensionis
27. Octobris 1600. corã Penia, impress. apud Mar-
ches. de commiss par. 1. fol. 617. sub num. 3.

Quod autem valor terreni ascendat ad sc. 550.
& damnorum ad scuta 150. constat ex relatione
tertij periti à Iudice electi, cui obijci non potest
quod non concordet cum aliqua ex relationibus
aliorum peritorum electorum à partibus: quia
imo adhaeret relationi periti Monacorum, tam
in aestimatione damnorum cum vterque aestima-
uerit in scutis 150. quam in pretio terreni; cum
8 † enim peritus electus pro Monacis illud liqui-
dauerit in scutis 700. & tertius in scutis 550. di-
cuntur cõcordes in hac minori summa, quia inest
in maiori *l. item proferre § si plures, & ibi gloss.*
verb. consenserunt, ff. recept. arbitr. l. 1. § si stipulã-
ti, ff. verb. oblig. cum pluribus ibi citatis à Gotfred.
Salyc. in l. rem maioris num. 28. & seqq. Cod. resc.
vendit. Alex. cons. 64. num. 9. lib. 2. Grat. discept.
187. num. 5. & 9. Rot. dec. 111. num. 2. par. 7. recen.
& in Romana Saluiani interdicti 10. Ian. 1611.
V baldo seniori, impress. penes Marches. de commiss.
tom. 1. fol. 159. num. 2. in consignationis sequestri
22. Maij 1620. coram Sãctissimo Domino Nostro
9 *Innocentio X,* Praeter, † quod agitur de relatione
periti à Iudice electi, cui statur quamuis ab alijs
discordent. *Gabr. de arbitr. conclus. 1. sub num. 1.*
& 4. Surd. cons. 452. num. 59. & seqq. Rota in Ro-
mana redditionis rationis 5. Martij 1646. coram
R. P. D. meo Peutingerio.
10 Minus obijci potest, quod tertius peritus † non
aestimauerit terrenum iuxta valorem currentem
de tempore contractus, vt debuit *l. bonitas, l. ex*
mille ff. euict. Quia non constat post contractum
fuisse mutatum statum terreni; Cumque aestima-
11 tio peratur, ex quo † modernus possessor viri-
darij aquae cursum denegando illam euicisse vide-
tur, vt per *Anchar. in cap. quarelam, sub nu. 6.*
vers. quandoque denegat de elect. Hostien. ibidem.
num. 14. Ferrett. cons. 204. num. 3. Rot. in Roma-
na Saluiani 30. Ianuarij 1645. coram me, & sic in
12 † aestimatione veniat etiam id, quod interest eui-
ctionem passi, benè fecit peritus aestimando ter-
renum iuxta valorem temporis praesentis; tum
13 quia † inspiciendus est valor de tempore euictio-
nis *l. euicta re la 2. ff. euict. l. si Titius la prima,*
vers. non enim ff. act. empt. Odofred. in dicta l. bo-
nitatis in fin. vers. sed si ageretur, ff. euict. Vinc.
de Franch. decis. 297. sub num. 1. Surd. cons. 52.
num. 50. Rot. decis. 378. sub num. 2. par. 4. diuers.
decis. 227. num. 1. decis. 281. num. 17. par. 4. tom. 2.
recent. & in Bononien. Praedij 13. Februar. 1640.
coram R. P. D. meo Ghisilerio. Tum etiam
14 quia † de tempore praesenti incipit contractus
venditionis terreni; antequam enim aqua euin-
ceretur, seu diminueretur non possidebatur ex
aduerso terrenum titulo venditionis, sed per-
mutationis: venditio vero collata fuit in tempus
euictionis, seu diminutionis aquae in quod partes
conuenerant, quod terrenum aestimaretur, &
pretium solueretur, ad *textum in §. pretium*
inst. de empt. & vendit. l. quod saepe §. 1. ff. cõtrah.
empt. l. fin. Cod. eod. tit. benè *Surd. cons. 52. sub n.*
51. in fin. vers. & ex hoc infertur, & numer. 52.
15 nec † debet attendi valor currens de tempore
conuentionis, sed temporis futuri in quod con-
fertur executio contractus, vt post *Panormita-*
num, Alexandrum, & alios ibi allegatos tradit
Arr. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 4. nu. 16. Cod. rescind.
vendit. Surd. d. consil. 52. num. 42. facit Bald. in l.
num. 30. Cod. commun. de legat.
16 Non † obstat nullitas contractus ex defectu
beneplaciti Apostolici; nam per lapsum triginta
annorum cum obseruantia contractus illud praesu-
mitur obtentum *Seraphin decis. 1042. nu. 2. & 3.*
& decis. 1228. num. 1. Rota in recent. decis. 21. n. 9.
17 *decis. 277. num. 5. par. 5. decis. 32. num. 6.* Et † ad-
uersarius qui sub obligatione Camerali in se as-
sumpsit onus impetrandi, & totaliter expediendi
beneplacitum suis sumptibus nisi impetrasset al-
legaret propriam turpidinem, & ob pacta non
impleta tenetur ad damna, & interesse, & sic ad
pretium, & aestimationem terreni venditi *l. si cõ-*
trouersia, l. cum successores Cod. euict. Ruin. cons.
141. num. 9. in fin. lib. 1.

Tandem non obstat, quod Cardinalis Lanfran-
cus se obligauerit in euentum defectus aquae illã
manu-

man utenere, & casu quo Monaci totam aquam habe re non possent teneri voluerit ad precium terr eni; vnde infertur quod prius contra Laurentium Cardinalis hæredem debebat agi pro manutentione eiusdem aquæ ad effectum, vt posset dici purificata conditio impossibilitatis habendi aquam, sub qua promissum fuerat pretium terre-
18 ni. Quia † Cardinalis, & manutentionem aquæ, & pretium terreni æquè principaliter promisit in euctum in quem aqua diminueretur, & illam Monaci in quantitate promissa habere non possent, prout non posse constat ex te stibus, & alijs supra ponderatis: cumque copulatiuè sit promissum situ re Monacorum ad illos spectat electio agendi ad vnum, vel alterum Purpur. consil.287. num.1. Afin. de execut. §.7. cap.167 num.5. Caldas de nominat. emphyt quæst.10. num 53. lib 2. Gancer. varian. resolut. tom.2. cap.6. num 98. Mouter. decis. Arago. ta 48. num.14.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. VEROSPIO,

postea S.R.E. Cardinali.

Reatina iuris redimendi.

Mercurij 20. Decembris 1628.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possidenti auctoritate Iudicis iustè procedentis.*
2 *Iustitia mandati arguitur ex decisionibus Rotæ.*
3 *Possessio capta auctoritate Iudicis iustè proceden. tis spoliatiua dici non potest.*
4 *Nullitates ad effectum spolij debent esse concludentes, & luce meridiana clariores.*
5 *Spolium vt excludatur omnis venit capienda interpretatio.*
6 *Mandatum de associando, quando per Iudicem non possit concedi. & num. seq.*
8 *In alternatiuis sufficit, quod vna pars verificetur.*
9 *Clausula omni meliori modo operatur, quod actus valeat quomodo validiùs substinetur.*
10 *Agenti contra obligatum in forma Cameræ ad retrouenditionem res competit immissio in executionem retrouenditioni promissæ.*
11 *Termini substantiales non seruantur, quando agitur vigore obligationis Cameralis.*
12 *Obligatione Camerali stante in executiua competit pro omnibus, quæ proueniunt ex natura contractus, vel in ipsius oblig. Cam. executionem.*
13 *Termini substantiales dicuntur communes, & sufficit quod ab altera parte sint seruati.*
14 *Creditor potest agere executiuè contra debitorem debitoris.*
15 *Res iudicata habet executionem paratam.*
16 *Vsusfructus venditus ex natura sui, si reuertitur ad proprietarium, venditor non tenetur de euictione.*
17 *Venditor non est obligatus de euictione ex casu, qui non erat de tempore venditionis.*
18 *Creditum non amittit is qui sibi præiudicat in hypoteca.*
19 *Legatum certæ quantitatis factum occasione dotis substinetur, licet dos verè non deberetur, amplia vt num. seq.*
21 *Extensio obligationis Cameralis non requiritur, quando partes consenserunt in mandatum executiuum vnica præcedente citatione.*
22 *Manutentio concedi solet etiam post sententiam, & rem iudicatam in gradu restitutionis in integrum.*
23 *Notarius tenetur apponere in instrumento clausulas consuetas.*
24 *Possessio capi potest in executionem instrumenti extensi ante relaxationem mandati.*
25 *Actus subordinati dicitur vnus ab alio depēdere.*

DECISIO CCLXI.

PROPOSVI dubium in alia decisione coram me resetuatum sub die 26. Maij prox. præteriti. An constaret de aliquo spolio, quod Cappelletti purgare tenerentur cū per duas decisiones, & coram bon. me. Buratto 22. Iunij 1626. & ea quā dixi, sub die 26. Maij præteriti coram me firmatū fuerit eisdemque competere ius redimendi prædium, cuius possessione dicebat se Vincentinus spoliatum; & in hoc etiam articulo pro Cappellettis, DD. responderunt, nec aliquod spolium di-
1 xerunt existere, vt immò † mandatum de manutenendo illis competeret, qui Iudicis auctoritate, & quidem iustè procedentis in prædij controuersi possessionem immissi in ea erāt manutenendi, *l.1. ff. ne vis fiat, §. retinendæ instit. de interd.*
2 Cum† enim ipsius mandati iustitia probata videretur ex decisionibus, prout ex ipsis argui dixit sæpiùs Rota *vt decis.350. nu.1. par.1. decis.668.*
3 *num.1. par.2. recent.* Possessio† quam Cappelletti ex Iudicis mandato acceperunt, spoliatiua dici non poterat, *glos. in cap. præsentium verb. in aliam in fin. quæst.1. cap. intra quatuor de maior. et obed. Gemin. cons.112. Aym. cons.5. num.8.* cum alijs quos congerunt *Gabr. cōclus.1. nu.123. de restit. spoliat. Menoch. de recuper. possess. re-*
4 *med.8. num.3.* Tum quod †nullitates ad effectum spolij debent esse concludentes, & meridiana luce clariores, vt sæpè etiam voluit Rota, *vt in Romana de Bombellis 13. February 1615. coram Card. Sacrato, & in decis.646. nu.1. & seq. par.2.*
5 *recent.* Quam etiam† quod omnis capi debet interpretatio ad excluden. spolium, *l. merito. ff. pro socio, Rot. decis.450. num.9 par.1. diuers.*

Et quia spolium Vincentinus deducebat ex eo, quod cum in instrumento in quo se idem prædium Claudio retrouendere obligauit, talis facultas capiendi possessionem propria auctoritate nō legeretur concessa per clausulā constituti precarij, aut
6 † similem, mandatum de associando per Iudicem, nec concedi potuerit *ad l. creditores, vbi Bart. num.25. & alij, C. de pignor. Negusan. de pign. lib.4. num.20. conclus.8.* cum alijs in decisione in hac causa 27. *Martij 1624. coram R. P. D. meo Merlino*, Dū omisso mandato de associando, quod tamen dixerunt etiam posse defendi, responderūt amplexi motiuum in facto ex quo omnia sublata videbantur, quod possessionem Cappelletti non magis dici possent cepisse vigore mandati de asso-
7 ciando, quam mandati de immittendo, vt † ideo actum illum possessionis (quatenus in vim mandati

dati de associando non sustineretur) vigore tamen
mandati de immittendo impugnate non liceret,
vt voluit *Rota in Romana de Noccielliis 26. Iunij
1624. coram bon. mem. Vbaldo*. Cum enim pars
in citatione vtrumque alternatiuè petierit, & Iu-
dex in decreto, & mandato idem alternatiuè cō-
cesserit, ipsique etiam exequutores alternatiuè
Cappellettos ad possessionem prædij associaue-
rint, vel immiserint, ratione huius alternatiuę sub-
8 stinerentur in altera sui parte, prout† in alterna-
tiuis satis est *l. si haredi plures cum similibus. ff. de
cōdit. instit.* Tam petitio quæ fieri sic potuit *Aret.
in l. naturaliter. §. nihil commune num. 22. ff. de
acq. poss. Rot. decis. 257. nu. 2. par. 1. diuers.* Quam
decretum, & mandatum quod etiam ita concedi,
& interponi potuit *l. si pupillorum, §. si Prator,
vbi Bald. num. 3.* expresse id notat *ff. de reb. cor.*
9 Stante maximè clausula † omni meliori modo
in mandato, & in ipsa exequutione, quę operatur,
vt actus valeat, quomodo validiùs sustinetur *Felin.
in cap. cum super num. 11. de offic. deleg. Dec. cons.
11. num. 20. cons. 14. nu. 3. & cons. 77 num. 4. Soc-
cin. cons. 66. num. 4. lib. 3.* Vt de possessione,
quod capta præsumatur eo titulo, quo meliùs po-
terat *Aym. cons. 322. num. 3. & 4. Signor. cons. 57.
num. 10. Cæsar de Grass. decis. 19. num. 5. de probat.
& de decreto Iudicis cum clausula. Put. decis. 230.
lib. 2.*

Et iustitia huius mandati de immittendo sicut,
& validitas etiam ex decisionibus indubitata red-
10 debatur, si †enim vt in illis firmatur, potuerunt
Cappelletti agere vigore obligationis Cameralis
ad retrouenditionem prædij vtique in eiusdem re-
trouenditionis exequutionem illis competebat
immissio, *vt in Romana domus 24. Maij 1602. co-
11 ram Litta*. Et † omissis terminis substantialibus
quod validitati opponebatur adhuc mandatum
consistebat, cum nō actum fuerit principaliter ad
immissionem, sed in exequutionem obligationis
Cameralis, *Bart. in extrauag. ad reprimendum
col. 2 vers. summarie, Ias. in l. 2. num. 1. C. de edict.
Diu. Adrian. toll. & in rubr. C. qui admitti, nu. 3.
Modern. Cornet. in pract. cap. 43. num. 17. lib. 1. &
cap. 10. num. 23. vers. tamen ex communiori lib. 2.*
12 † priuilegium viæ exequutiuæ competat proom-
nibus, quæ proueniunt, vel ex natura contractus,
in ipsius obligationis Cameralis exequutionem
*Papien. in forma libell. super restit. in integr. glos.
verb. immitti, & relaxari nu. 1. Guidop. decis. 45.
Rota Ianuen. decis. 21. nu. 15. Card. Seraph. decis.
321. num. 20. Rota in Romana de Cosciaris 13. Ia-
nuarij 1599 coram Orano, & in dicta Romana
13 domus coram Litta*. Cum † etiam quo casu re-
quirerentur cum sint communes satis esset, vt il-
los seruauerit Vincentinus, *Specul. in tit. de te-
stib. §. qualiter autem nu. 2. Scacc. de iudic. cap. 3.
num. 213. & 219. Verall. decis. 149 num. 3. par. 3.*
Eademque responsione tollitur, quod quo le-
14 gato via executiua non competeret, cum † Eu-
phemia Claudij fratris hæres ex sua cessione idem
ius transtulerit in Cappellettos, quod ipsi Claudio
competebat, & vti creditores ex causa d legati
stante debitoris inopia agere etiam potuerint cō-
tra Vincentinum debitorem debitoris exequuti-
uè, vt in decisionibus coram bon. mem. Buratto
22. Iunij 1626. & coram me 26. Maij præteriti fir-
matum fuit, & demum viæ exequutiuæ ex capite
rei iudicatæ locus esset, cum postquam actum fuit
ex causa legati in partibus, & obtentum manda-
tum contra hæredem illud transiuerit in iudica-
tum, ideoque etiam quod legatum paratam exe-
15 quutionem non haberet, haberet† tamen res iu-
dicata, *l. 1. & l. fin. vbi omnes, C. de exequut. rei
iud. l. si cum nullo. ff. eod. Rot. decis. 119. num 10.
par. 2. diuers. & in Recanaten. separationis thori
31. Ianuarij 1624. coram R. P. D. meo Pirouano.*
Nec ex quo fuit promissa euictio huiusmet præ-
dij, Vincentino ab Aegidio, & Paulo eidemque
venditioni & pacto consenserit Claudius: ideo le-
gatum sibi ab Aegidio factum super hoc prædio
consequi non possunt, aut debent Cappelletti, quia
cum post venditionem ad hoc vt illi Claudius cō-
sentiret se hoc pacto retrouenditionis Vincentinus
obligauerit, pendebat euictio à contractu vendi-
tionis, qui ex Vincentini promissione expirauit,
16 Indeque † & nihil habet commune cum hoc iure
quod venit ex obligatione, & facto emptoris *l. qui
insulam §. fin. & ibi Bart. locat. Alex. cons. 114.
num. 3. & per tot. lib. 3. Roman. cons. 503. num. 13.*
& legatum sibi factum super hoc prædio consequi
non prohibentur Cappelletti etiam quod euictio
fuerit per hæredes promissa, cum ex eadem pro-
missione, quæ post vēditionem & pactum euictio-
17 nis sequuta fuit, posset agere, & † ipse venditor,
qui non censetur obligatus ex casu qui non erat
de tempore venditionis, *l. Lucius. ff. de euict. Rip.
in l. qui Roma, §. duo fratres nu. 77. de verb. oblig.
& in l. 1. num. 24. C. de pact. Roman. cons. 503.
num. 13. Surd. cons. 70. in fin. num. 18.*

Idemque legatum debetur etiam quod factum
esset occasione doris, quæ dicebatur consumpta
cum filij consenserint pluribus patris alienationi-
18 bus etiam pro iure dotis maternæ, quia † non in-
de amiserunt creditum dotis, licet ex dicto con-
sensu sibi in hypoteca super bonis alienatis præiu-
dicauerint, *l. iubemus, & ibi DD. C. ad Vellean.
Barbos. in l. 1. par. 5. num. 69. ff. solut. matrim.
Dec. cons. 379. num. 6. Rot. in Romana donationis
de Carsauris 3. Aprilis 1610 coram Card. Sacra-
19 to.* & †legatum certæ quantitatis factum occasio-
ne dotis sustinetur etiam quod dos verè non debe-
retur, vt est *tex in §. sed si vxori instit. de legat.
l. cum filius, §. hæres meus, ff. de legat. 2. l. si non
designata, & l. refert, & ibi Bald. & alij, C. de
fals. caus. legat. ad rect. Bart. in l. 3. num. 2. ff. de
dot. præleg. Surd. decis. 161. num. 27. & seq.* Id-
20 que † eo magis propter scientiam testatoris de
consumptione facta ad sui commodum, *l. cum
alienam, & ibi DD. C. de legat. Menoch. cons. 192.
num. 13. & seq.*
21 Et demum non† obstabat, quod non præcesse-
rit extensio obligationis Cameralis in instrumē-
to non rogato in Curia, ex quo etiam validitatem
huius mandati de immittendo impugnabāt, quia
per consensum in mandatum vnica citatione præ-
cedente dixerunt Domini illam non fuisse neces-
sariam, cum id habeat in eius facultatibus A.C. vt
similia instrumenta exequi possit etiam quod de-
bitores in forma Cameræ obligati non sint, *Rot.
in Veneta donationis 9. Decembris 1605. coram*

Penia

Penis in Romana pecuniaria 26. Ianuarij 1609. coram Card. Caualerio, & in hac eadem causa d. decis. 22. Iunij 1626. coram bon. mem. Buratto.

Atque ita cum bene hoc mandato de im mittendo possessionem suã Cappelletti tuerentur, & spolium ex dictis omnino excluderetur. manutentio
22 illis denegari non poterat, quæ † solet quandocumque concedi, etiam post sententiam, & rem indicatam, & in gradu restitutionis in integrum, *Cas. de Grass. decis 4. in fin. de caus. poss. & propriet. Rot. decis. 38 par. 1. diuers. & coram Ludouisio decis. 458. num. 8.*

Cum præterea, vt dixi, mandatum de associando etiam competeret, & ex instrumento, quod Iudex mandauit confici ex officio talis facultas concederetur propter clausulas constituti, & obligationem Cameralem, quæ & in illo legebantur, &
23 † tanquam consueta, & solita tenebatur Notarius in eodem addere, *Gabr. de consuet. conclus. 3. num. 12. Boer. decis. 77. n. 3. Bertaz. de claus. claus.*
24 16 *in glos. 3. num. 2.* vt ideo † cum per diem ante relaxationem mandati fuerit extensum instrumentum possessio in illius exequutionem bene capi potuerit, *Afflict. decis. 325. Magon. decis. Florent. 120. nu. 11. Camill. Bostell. in summario decis. cit. 44. num. 455. Rot. in Romana domus 24. Maij 1602. coram Litta.* Cum etiam antequam conficeretur instrumentum præcesserit depositum pretij pro ipsius prædij retrouenditione, quæ omnia Iudex vno eodemq. decreto mandauerat tanquam ea quorum alterũ veniebat in alterius consequentiam, & vt actus † subordinari vnus ab alio dependebat, *Grat. conf. 77. num. 18. & consil. seq. nu 4. lib. 2. Rot. decis. 450. nu. 5. & seq. par. 2. diuers.*

Et ita vtraque parte informante, & causa plenius proposita ad fauorem DD. de Cappellettis resolutum &c.

R. P. D. BICHIO.

Fulginateñ Liberationis à molestijs.

Mercurij 27. Iunij 1546.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem*
2 *Promissio liberationis à molestijs purificatur per solam litis contestationem.*
3 *Mandatum venit relaxandum cõtra obligatum pro liberatione à molestijs in casu molestiarum.*
4 *Molestiaspatiens ad hoc, vt ab illis liberetur sufficit, quod illas intimet obligato pro liberatione à molestijs, nec tenetur discutere de illarum iustitia, vel iniustitia.*
5 *Obligatus liberare aliquem à molestijs non dicitur obligationem adimplere, nisi suscipiat litem in se, nec sufficit quod se admitti faciat ad causam.*
6 *Obligatus liberare aliquem à molestijs tenetur reficere damna, & expensas factas ei, qui molestias passus fuit.*
7 *Pro damnis, & interesse, licet non liquidatis decerni potest mandatum, dummodo ante illius executionem liquidato fiat, contrarium num. 8.*
9 *Contra obligatum in forma Cameræ ad factum relaxatur mandatum personale.*
10 *Damna, & interesse succedunt loco facti promissi, & non adimpleti.*
11 *Expensa iudicialiter facta dicuntur liquida, & pro eis, absque alia liquidatione, potest relaxari mandatum.*

DECISIO CCLXII.

TAM in capitulis matrimonialibus, quam in instrumento dotali successiuè stipulato Ioseph Lilius promisit Vrsulæ nepti siue Petro Augustino de Vntis eius sponso dotem scutor. 5000. & vice versa ad fauorem eiusdem Ioseph Vrsula renunciauit hæreditatibus paternis, & maternis ac idem Petrus Augustinus promisit, quod nec ipse, nec Vrsula, nec eorum filij descendentes venient contra dictam renunciationem quauis de causa & occasione, & sub quouis titulo, & prætextu etiam sub prætextu enormis, & enormissimæ læsionis alias autem in euẽtum in quem dictus Ioseph ex causis suprad ctis aliquo modo, etiam extraiudicialiter molestaretur teneri voluit Petrus Augustinus de proprio ad omnia damna, expensas, & interesse, pro quibus se obligauit in ampliori forma Cameræ Apostolicæ.

Sed non obstante huiusmodi renunciatione Vrsula post nouem annos coram Prætore Ciuitatis Fulginei petijt, & obtinuit in missionem in possessionem bonorum paternorum à Ioseph possessorum, eademq. bona actualiter apprehendit; cumq. in gradu appellationis concessum fuisset Iosepho mandatum de manutenendo in dictis bonis, illa ab hoc mandato appellauit, aditaq. Signatura cõmissa mihi fuit causa appellationis, cum clausula sine præiudicio mandati de manutenendo.

Vnde Ioseph præuia alia immissione mihi directa contra Petrum Augustinum super obseruantia supradictæ promissionis petijt contra eundem Petrum Augustinum relaxari mandatum pro liberatione à molestijs, & pro expensis, damnis & interesse, ac disputato desuper particulari dubio relaxandum esse, Domini dixerunt, nam ex verbis instrumenti initio relatis apertissima est promissio Petri Augustini in euentum in quem Ioseph ali-
1 qualiter molestaretur, † quæ cum sit munita obligatione Camerali habet executionem paratam, *Zacch. de obligat. Cam. quæst. 2. nu. 1. & num. 14. & seqq. vbi allegat concordantes.*

Et purificata fuit propter molestias ab Vrsula,
2 vt supra iudicialiter illatas, † cum ad hunc effectũ sufficiat etiam sola litis contestatio, *Dec. cons. 694. num. 12. Paris. cons. 54. nu. 22. lib. 3. Caputaq. decis. 372. num. 2. par. 2.* † itaut stantibus molestijs
3 locus sit relaxationi mandati pro adimplemento promissorum, vt benè ad propositum firmat *Abb. cons. 43. per tot. lib. 1. Natt. cons. 282. num. 1. Pancirol. cons. 45. & sub nu. 14. & seqq. Morott. consil. 92. num. 6.* vbi in his terminis sequendo prædictos DD. concludit, quod maritus tenetur de proprio si vxor etiam ex capite nullitatis impugnat renunciationem, *Surd. cons. 506. num. 12. & seqq.*

Quod facilius procedit in casu nostro, quo promissio Petri Augustini cõcepta est verbis amplissimis, & comprehendit nominatim molestias ex causa læsionis enormis, & enormissimæ, vel nulli-

 tatis

tatis etiam extraiudicialiter aliquo modo motas, vnde suffic't Iosepho litem sibi motam intimasse aduersario, nec ad eum pertinet discutere an iustè, vel iniustè mota fuerit, *Caphal.conf.451. nu.221. Surd.conf 143. num.28.conf 506.sub nu.13 vers. hac vero, & decis. 144. num.12. Simon. de Pret. de interpr. vltim. volunt. dubitat. 89. & 90. fol. 417. Fontanell. decis. 262 num.9. Rot decis. 815. sub num.1. vers. quia Zenobio par.4. diuers.*

5 Neque † Petro Augustino sufficit obtinuisse commissionem admissionis ad causam pendentem inter Vrsulam, & Iosephum, quia tenetur litem in se suscipere, *Bar.* per illum *tex. in l. pater numer.1.ff. dot. praeleg. Pars. conf.16.nu.124.lib.2. Card. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 12. num 9.* &

6 † reficere damna hactenus passa in amissione fructuum ab Vrsula perceptorum, & in expensis factis, ac in futurum expensas litis subministrare, vt dixit *Rot. in Tiburtina Castri S Poli 27. Martij 1574. coram Cotta impressa apud Zacch. de oblig. Cam. decis.147.num.14.*

7 Pro † quibus damnis, & interesse, licet adhuc non liquidatis decerni posse mandatum executiuum, dummodo tamen ante illius executionem fiat liquidatio sequendo doctrinam *Bar. in l. 1. numer.8. ff. de eden. & in l 2. num.5. C.de sent qua sine cert quant. voluit Add. ad Bar. in l. proinde, §.notandum litt B. ff. ad l. Aquil. Benedict. de Barzijs de guarantigia par.1. quaest.2. col.2. vers. sed tamen, Canar. de exec. instr. num.32.* vbi dicit rationem, quia obligatio ad damna, & interesse est omni respectu praesens, nec dicitur habere diem, aut conditionem, *Galles. de oblig. Camer. quaest.35. sub num.10. vers. aut in promissione, Scacc. de appellat. quaest.17. limit.9 num.35. & seqq. Gratian. in* fortioribus terminis *disceptat. 91. num.18.* & videtur sensisse *Rot. decis.224. num. 3. coram sanct. mem. Greg. XV. & in Narnien. dotium, & alimentorum 28. Martij 1631. coram R.P.D. meo Ghisilerio §. fin.*

8 Sed † contrarium nempè quod necessaria sit liquidatio damnorum, & interesse antequam decernatur mandatum tradit idem *Bar. in d l. proinde §.notandum num.3. ff. ad l. aquil. Bal. in l.2. C. de execut. rei iudicata, Ias. in l. 1. sub nu. 31. vers. ego etiam, ff. de eden.* vbi quod ante factam liquidationem, potest quidem adiri Iudex, vt declaret damnum, sed non vt condemnet, quia lex seu constitutio dans executionem instrumentis intelligitur de instrumentis liquidis, *Raph. Cuman. in d l. 1 n.6. ff. de leg.2. Alexan. conf. 119. sub nu.2. vers. facit etiam lib.1. & conf.90. nu. 8. lib.3. Barbat. conf.15. num.15. & conf.28. num.4. lib.1. Dec. conf.322. sub nu.3. vers. sed maior Coler. de process. execut. par.3. cap.6. num.32. & 33.* vbi quod haec sententia hodie est communior, & conciliando vtramque opinionem sibimet *Bart. cōtrarium loc.5. allegat. Roman. conf.21. sub nu.5.* ait quod prima opinio procedit quando agitur iudicio vniuersali, & in instrumento, cuius petitur executio continetur aliquid vniuersale non liquidatum, secunda vero quando agitur iudicio particulari ad aliquid particulare non liquidum in instrumento promissum eandemq. distinctionem sequitur *Socein. conf.89. sub num. 1. vers. primo per ea lib.3. Decid. conf.322. sub num.3. vers. tertio respondeti potest, Rota in Viterbien. restitutionis dotis 23. Iunij 1623. coram bon. mem. Manzanedo, §. vltra quod in fine,* vbi verbis expressis dicitur quod non facta liquidatione non potest mandatum executiuum relaxari, neque contrarium firmauit *decis. 224. num.4. coram san. mem. Greg XV.* vbi motiuum deducitur solum per modum obiecti, & respondetur, quod apparere debet de liquidatione. Alia vero decisio *in Narnien. dotium, seu alimentorum coram R P.D. meo Ghisilerio* non tangit hunc articulum, sed diuersum nempè an executio esset excessiua, & ibi executio erat iam facta, & constabat de debito ex sententia, & deposito.

Caeterum quidquid sit de veritate vtriusq; opi-
9 nionis negari † non potest quin saltem possit relaxari mādatum personale ad factum liberationis à molestijs, vt solet quādo factum est promissum sub
10 obligatione Camerali eiusque † loco succedunt damna & interesse, *Rot. decis.44 num.2. & 3. inter impress. apud Zacch. de oblig. Cam. Fontanell. decis.252. num. 4 & 5.* vbi quod debitor factum promissum adimplere compellendus est etiam captis pignoribus, *& tex. in l.1. §. ex hoc rescripto. ff. de ventr. inspicien. l.4. §. si intra diem. ff. de dam. infect. §. sciendum instit. de satisd. tut.* nec
11 non † reale pro expensis iudicialiter factis, quae dicuntur liquidae, & certae cum certificentur ex actis, vt per *Adden. ad san. mem. Greg. XV. decis. 503 sub num.6. circa finem, vers. secus autem.*

Et ita decisum Informante solum Iosepho pluries tamen citato aduersario &c.

R. P. D. C E R R O.

Fanen. Dotis.

Luna 17. Martij 1642.

S V M M A R I V M.

1 *Cōfessio dotis receptae, quando praecessit promissio probat receptionem non solum contra confitentem, & eius haeredes.*
2 *Sed etiam contra creditores, & tertios quoscumque.*
3 *Per decretū Iudicis diluitur omnis suspicio fraudis.*
4 *Confessio dotis recepta facta in testamento substinetur in vim legati, quamuis non constaret de vero debito.*
5 *Matrimonia contrahi non solent sine dotibus.*
6 *Confessio dotis receptae concurrentibus adminiculis plena probat illius solutionem.*
7 *Insinuatio requiritur etiam in instrumentis dotalibus ex forma Constitutionis Marchia.*
8 *Insinuatio praedicta non requiritur, quando minor recipit dotem, sed quando illam promittit, & potest etiam sine insinuationis solemnitate se ad dotis restitutionem obligare.*
9 *Actus quando annullatur fauore alicuius non potest alius nullitatem allagare, sed solus ille, in cuius fauorem fuit introducta.*
10 *Mulieri Administratici repetenti dotem opponi non potest praesumpta satisfactio, nisi doceatur ad*

ad eam peruenisse tot bona, ex quibus potuerit satisfieri.

11 *Administrator, qui semel rationem reddidit amplius illam reddere non tenetur, nisi euidenter constet de dolo, seù errore calculi.*

12 *Aestimatio bonorum est necessaria quando dantur creditori in solutum, secus quando deliberantur plus offerenti*

13 *Pratium rei vendita plus offerenti prasumitur iustum, & contrarium afferenti incumbit onus probandi.*

14 *Obligationis Cameralis executio retardari non potest per exceptionem fideicommissi non iustificati.*

DECISIO CCLXIII.

DOMINI dixerunt mandatum relaxatum ab A C. ad fauorem Victoriæ Castracanæ pro eius credito dotali scut. 3000. esse exequendum contra bona hæreditaria Raynerij tantum.

Creditum enim visum fuit probari ex confessione Raynerij in Instrumento ad scuta 2300. & in testamento, quoad integram summam scut. 3000 quæ confessio, cum præcedat promissio eiusdem quantitatis in apoca matrimoniali probat receptionem dotis; ne dum contra Raynerium confitentem, & eius hæredes. *L in contractibus, §. sed quoniam, & ibi Cyn. num. 3. in fin. C. de non numer. pec. Bart. in Auth de tempor. non solut. pec. num. 6. Castr in l. 1. num. 8 vers quartus est, ff solut. matrim. Gabr. de iur. dot concl. 4. num. 4.* vbi de magis communi *Menoch. de præsump. lib. 3. præs. 12. num. 3* Marescott. *var. resol lib. 1. cap. 8. num. 13. Sanch. de matrim. lib. 6 disput. 9. num. 10. Molin. de contract. disput. 439. num. 6. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4 gloss. 25 nu. 32. vol. 1. Afflict. decis 402. nu. 3. circa fin. Ioseph Ludou. decis. Perusin. 66. num. 25. Gratian. decis. Marchiæ. 103. num. 7. Castill. decis. 106. n. 36. Valasc. decis. Lusit. 5 n 9 Rot. coram Card. Seraph. decis. 678. nu. 10. & coram sanct mem Greg XV. decis. 62. num. 6. & decis. 491. num. 7. vbi Add. num. 12. alias concordantes allegat.*

2 Sed † etiam contra creditores, & tertios quoscunq quidquid sentiat *glos. in l. assiduis in verb. datis C. qui potior. in pignor. habeantur,* quam sequutus est *Valasch decis. Lusitan. 6. num. 12. & seqq.* Nam contrarium seruari affirmat *Add. ad eamdē glos.* & teneat magis communiter *Doctores*, vt testantur Socc. *iun. in d. l. 1. num. 95 ff solut. matrim.* vbi ait ab ista opinione non esse recedendum, neque in consulendo *Faber. in C. lib. 5. de dot. caut. num. tit. 10. definit. 3. Loffred cons 22. num. 2. Cephal. cons. 239. in fin. Rolan. à Valle post multos, quos allegat cons. 20. num. 18. lib. 5. Gabr. cons. 163 num. 10. & seqq. lib. 2. Couar. var. resol. lib. 1. c. 7. sub num. 6. vers. cæterum. Facchin. controu. iur. lib. 8. cap. 87. Molephes. in consuet. Neapol. par. 6. q. 9. num. 14.* & multis relatis *Antonin. de Amat. resol. 5. num. 19. Afflict. d. decis. 402. num. 2. vers. sed contrarium. Gratian. allegat. decis. 103. nu. 8. Magon. decis. Florent. 68. num. 10. Surd. decis. 116. num. 1. Ioseph. Ludou. ead. dec. 66. num. 28 Rot. coram Card. Seraph. decis. 795. num. 1. & corā Greg. d. decis. 491. num. 7. vers. sed etiam creditorib. & in recen. decis. 15. num. 2. & seq. par. 4 & in Soranen. bonorum 22. May 1587. coram Orano, impressa post Statil. de Saluian. interdict in ord. dec. 36. num. 4.*

Et in hanc sententiam eò facilius inerant Domini in proposito casu; tum quia in ipsa confessione cum insertione apochæ matrimonialis in-
3 teruenit Iudicis decretum, † ex quo diluitur omnis suspicio fraudis *l. 1. C. si in caus. iud. pig. Bart. in l. 1. C. de præd. Decurion lib. 10. Angel. in consil. 142. sub num. 2. Paris. cons. 29. nu. 15 lib. 4. Bursat. cons. 144. num. 19. lib. 2. Honded. cons. 33. num. 25. lib. 2. Caputaq. dec. 163. num. 8. par. 3. Mantic. dec. 151. num. 7.* & fuit dictum *in Neapolitana pensionis 27. May 1641. coram R. P D. meo Bichio.*

Tum, quia cum instrumento concordat con-
4 fessio testamentaria, † quæ sustinetur saltem in vim legati, & fideicommissi, quamuis non constaret de vero debito; neque testator aliquod vlterius vltrà confessionem disposuisset, vt firmat latè *Felin. in cap. si cautio nu. 9. & ibi Abb. & alij de fid instrum. Bero. cons. 15. num. 21* & *seq. lib. 3. Cephal cons. 97 num. 1. Gomez var. resol lib. 1. cap. 12. de leg. 81. Surd decis. 285. num. 4. & seq.* & ponderauit in his terminis *Rot. in Perusina dotis 9. Iunij 1619. coram bo. me. Vbaldo, quæ est in rec. par. 3. decis. 587. num. 1. vers. præsertim cum confessio.*

Et deniq. quia concurrit lapsus temporis sub-
5 stentatio onerum matrimonij verisimilitudo, † ex quo matrimonia sine dote contrahi non solent. *Rot. coram Sanct. mem. Greg. decis. 92. nu 4.* consuetudo patriæ, & qualitas familiæ tam mariti,
6 quam vxoris, † ex quibus præsumptionibus, & adminiculis probatio resultans ex d. confessione recipit perfectionem, & plenè probat *Bald. in rub. C. de priuil. dot. Neuizan. cons. 57. num. 8. vers. & pro Bald, Rolan. cons. 85. nu. 43. lib. 1. Cranet. cons. 40. num. 4. Menoch. cons. 7. nu. 10. Grammat. decis. 103. num. 6. Rot. diuers. decis. 155. num. 2. & seqq. par. 2. & in Maceraten pecun. 14. Iuny 1641. corā Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec obstant ea, quæ in contrarium objiciebantur.

7 Primum † enim, quod deficiat insinuatio, quæ requiritur etiā in instrumentis dotalibus ex forma constit. Marchiæ visum est nullius esse momenti,
8 quia † non versamur in minore, cui dos promissa fuit, quo casu cum minor recipiendo dotem non diminuat patrimonium; sed augeat, & suam conditionem meliorem faciat, potest se pro illius restitutione obligare etiam absque insinuationis solemnitate, vt per *text. in princ. instit. de auct. tutor. & l. contra iuris ff. de pact. arguunt. Barbos. in l. si constante 25. in princ. nu 128. ff solut. matr. Grat. discept foren. c. 367. num. 7 & 8.* Non obstante, quòd occasione receptionis eius bona pro restitutione hypothecentur, quia cum id fiat ex dispositione legis, & in consequentiā actus validi, & liciti decretum non requiritur *Barbos. vbi sup. sub eod. num 128. vers. & quamuis.*

Et cessat omnis difficultas; quia cum Hieronymus non sit hæres Raynerij, in cuius fauorem hæc nullitas fuit introducta non potest huiusmodi de-

9 fectum opponere; quia † vbi actus annullatur fauore alicuius; is solus allegat nullitatem, in cuius fauorem fuit introducta, non alius *Surd. conf. 284. num. 4. vers. hac tamen responsio, & n. seqq & decis. 179. num 17 & 108. nu. 2. & seqq. Tiraq. in l. si vnquam verb. reuertantur num. 393. & de legib. connub. glos. 8. num. 97. Rot. in rec. decis. 179. num. 5. par. 5.* & in puncto insinuationis fuit dictũ in *Bononien. fideicom. de Glauarinis* 5. Maij 1636. *coram R. P. D. meo Ghisilerio, qua est in 7. par. recent. dec. 126. num. 15.*

Minus obstat secundum, quod Victoria administrauerit bona Raynerij, & rationem non reddiderit, & propterea intret præsumptio satisfactionis; dupliciter enim respondetur primo, quod
10 † sumus in muliere repetente dotem, cui obijci no potest præsumpta satisfactio ex administratis; nisi doceatur insimul ad eam peruenisse tot bona, ex quibus commodè satisfieri potuerit, iuxta veriorem, & communem opinionem, quam firmarunt *Neguzan p. 1. membr. 5. num. 36. vers. tamen istis trabit. tom 6. fol 224. Guttier. de tutel par. 2. cap. 6. num. 52.* & hanc opinionem verissimam esse, & secundum illam su sse iudicatum affirmauit *Caualcan. de tut. cap. 1. num. 219. Viu. dec. 317. num. 1. & seqq lib. 2. Grammat. cons. ciuil. 114. nu. 11.* qui testatur ita fuisse iudicatũ in *Cons. Neap. Borell. in summa decis. par 3. tit. de priuil. dotal. num. 33. Ricc. collect. decis. par. 3. collect 1917. ad fin. vers. quarto, an retentio. Tapia decis. Neap. 42. per tot. Tasson. obseru. super pragmat. vers. 5. obseru. 1. num. 32. & seq.* Et perpetuò sequuta est Rota reiecta opinione *Socini sen. cons. 180. lib. 2. & sequacium*, & signanter apud *Sarnen. decis. 66. lib. 1. & penes Put. decis. 141. num. 3 lib. 1. in correct. & coram Card Seraph. decis. 1455. nu. 1. & seqq. & inter diuers. decis. 1055. lib. 3 p. 3. & coram Buratt. decis. 862. nu 3. vbi Add. alias refert. & coram Reuerendiss Vrgellen. decis. 347. nu. 19. & in Romana, seu Viterbien. restitutionis dotis 8. Febr. 1627. coram bo. me. Card. Virili.*

Secundo quod ex depositione Lauræ coheredis
11 constat, quod ipsa reddidit rationem; † vnde amplius reddere non tenetur, nisi constet de dolo, vel errore claris & perspicuis probationibus. *l. semel C. de publ. apoc. lib. 10. Menoch. de arbitr. cas. 209 num. 37. Rot. in recent. dec. 184 num. 1. par. 2. & coram Greg. dec. 636. num. 12. ibiq. Add. num. 3.* cum alijs latè adductis in *Romana computorum* 14. *Ianuarij* 1640. *coram me.*

Ad tertium verò, quòd duo prædia deliberata pro scutis 1200, æstimata fuissent scutis 1645. b. 10. ideoq. pro d. summa debeat creditum Victoriæ remanere extinctum. Responsum fuit, quòd cum d. æstimatio non fuerit nec à partibus acceptata, nec à Iudice approbata, & prædia deliberata fuerint plus offerenti, prætium oblatũ in subhastatione à licitatore est attendendum, & detrahendum ex credito Victoriæ; non autem illud, quod fuit in d. æstimatione taxatum, cum
12 tunc † solummodo attendatur æstimatio, quando non inuento emptore, & nullo existente licitatore bona in subsidium adiudicantur, & in solutum dantur creditori; secus quando bona deliberantur tertio plus offerenti, vt distinguendo tradunt *Surd. cons. 256. num. 4. vers. tertio respondeo vsq. ad 8. Gratian discept. forens. cap. 7. num. 23. & 24. Mangil. de subbastat. q. 18. num. 6. 7. & 8. q. 19. n. 4.* Rota coram *bon. me. Coccino decis. 109. num. 14.* &
13 qui † pretium oblatum vult redarguere iniquitatis, tenetur probare, aliàs præsumitur pro iustitia pretij inuenti *Surd. d. cons. 256. num. 4. vers. tamen qui vult Rot. post Mangil. de subbastat. dec. 38. sub num. 15. & in recent. decis. 648. sub num. 1. par. 1. & decis. 411. nu. 10. par. 5. & coram bo. me. Buratt. decis. 538 num. 1. & seqq.*

Quartum denique quod Hieronymus possideat bona Raynerij non vti illius hæres; sed titulo, & vigore fideicommissi alterius Hieronymi Nulphi senioris; Domini non habuerunt in consideratio-
14 ne, † quia fideicommissum non fuit visum sufficienter iustificatum, pro vt requiritur ad effectum impediendi viam executiuam obligationis Cameralis *Rot. diuers. dec. 651. num. 16 vers. quo vero ad fideicommissum, & in recent. decis. 559. n. 7. & 8. & dec. 387. num. 3. par. 1. & coram bo. mem. Buratt. decis. 802. num. 4.*

Et ità vtraque parte informante fuit decisum &c

R. P. D. OTTHOBONO

Romana prætensæ Societatis.

Lunæ 12. Iunij 1645.

SVMMARIVM.

1 *Appellans, cui fuit assignatum terminum iuris, ad redeundum pro apostolis si non redeat intra 30. dies appellatio dicitur deserta, & sententia transit in iudicatum.*
2 *Sede Apostolica vacante quiescit Iudicum Vrbis iurisdictio.*
3 *Fallit tamen in A. C. & in Iudicibus ab eo deputatis, cuius iurisdictio, tanquam ordinaria, etiam eo tempore viget.*
4 *A. C. Tribunal de stylo Curiæ solet duràtibus nouemdialibus exequijs Pontificis defuncti.*
5 *Apostolorum petitionis, concessionis, & denegationis tempus currit de momento ad momentum comprehenso quorumque die etiam feriato in honorem Dei.*
6 *Apostolorum concessio est actus extraiudicialis.*
7 *Et potest expediri quouis tempore etiam solemni.*
8 *Tempus ad appellandum ante notitiã sententiæ est vtile, sed habita notitia est continuum si appellans potuit Iudicis copiam habere.*
9 *Societas non præsumitur, sed debet ab allegante probari.*
10 *Societas probari debet per actus, qui citra ius, & nomen societatis fieri non possunt, & nu. 23.*
11 *Scriptura non dicitur perfecta absque subscriptione, præsertim ab ipsis contrahentibus requisita.*
12 *Contractus perfectio inferri non potest ex confectione minuta.*
13 *Minuta, & tractatus sæpe fiunt, contractus vero euanescunt.*
14 *Capitale requiritur in societate.*
15 *Album in scriptura relictum arguit illius imperfectionem.*

19 Scri-

19 *Scriptura priuata requirit diem, & annum, quando quis vult illa vti ad probandum.*
17 *Apoca imperfecta nullam fidem facit.*
18 *Societatē non fuisse contractam probatur ex eo, quod libri non fuerint sociali nomine confecti.*
19 *Ratio societatis si non reddatur iuxta conuentionem inter socios factam arguit, societatem non fuisse contractam.*
20 *Societas ex quibus excludatur.*
21 *Inobseruantia tollit fidem nedum scripturæ informi, sed etiam Instrumento publico.*
22 *Societas non inducitur per actus, quos quis, iure familiaritatis, vel tamquam procurator facere potuit.*
24 *Actionem personalē quis habere non potest contra eum, cum quo nullus intercessit contractus.*
25 *Socius non obligatur ex gestis per consocium, qui illos, non sociali, sed proprio nomine fecit.*
26 *Socius obligatur ex contractu socij proprio nomine contrahentis quando contractus versatur circa rem socialem Declarat vt n.28.*
27 *Socius quis esse potest in lucris prouenien ex cōductione, & non participare de iure conductionis.*
29 *Contrahens cum tutore circa rem, quam scit esse pupillarem dicitur contraxisse cum pupillo, licet tutor egerit proprio nomine, secus si ignorauerit.*
30 *Conductor potest socium assumere in conductione etiam inscio, & contradicente locatore, tam ante, quam post contractum.*
31 *Actio locati, & conducti ad hoc vt oriatur inter Locatorem, & socium conductoris, requiritur, quod expresse consenserit, vt admitteretur in socium in conductione Declara vt n.39.*
32 *Socius conductoris admissus absque consensu Locatoris sicuti non potest contra Locatorem agere ita nec ipse debet conueniri.*
33 *Decis.208. num 6.par.4.rec. declaratur.*
34 *Statutum Agricultura 39 disponens omnes socios teneri in solidum Dominis rei locatæ pro seruitio societatis locum habet quando locationis contractus ab initio fuit celebratus sociali nomine, vel postea cum scientia, & consensu locatoris fuit alteri communicatus.*
35 *Forma præpositionis est attendenda, vt Dominus obligetur.*
36 *Quænam requirantur ad hoc vt præponens obligetur ex contractu pr... siti.*
37 *Obligatio Cameralis continet stipulationem pro omnibus interesse habentibus.*
38 *Socius agere non potest contra socium ante redditionem rationum.*
40 *Actio de in rem vera, quando habeat locum.*
41 *Actio subsidiaria quando competat.*
42 *Restitutio in integrum non datur nisi adsit læsio.*

DECISIO CCLXIV.

FVIT per DD resolutum constare de re iudicata non autem de causis restitutionis In integrum. Ratio primæ partis ea fuit, quia Pro-
1 curator † appellantis post interpositam appellationem à sententia R. P. D. Cæsarini assignatumq. terminum iuris ad redeundum pro Apostolis non comparuit intra 30. dies, vt tenebatur, ideo appellatio fuit facta deserta, & sententia fecit transitum in iudicatum *cap. ab eo de appell. in 6. Clem. quamuis §. verum eod. tit. San. mem. Greg. decis. 573. num. 1. & 2 Buratt. decis. 556. per tot.*

Nec obstare visum fuit quod cum prædicta die 2. Augusti, Sedes Apostolica vacaret per obitum fel. rec. Vrbani Octaui huiusmodi fatalia non cur-
2 rerent † conquiescente eo tempore Iudicum Vr-
3 bis iurisdictione, quia † hoc non procedit in Tribunali A. C. & respectu Iudicum ab ipso deputatorum (qualis erat D. Cæsarinus) cum illius iurisdictio tanquam ordinaria: etiam eo tempore vigeat *glos. in Clem. ne Romani §. eo tamen in verbo expirare de elect. & ibi Zabarell. num. 3. Barbat. num. 10. Imol. num. 25. bon. m. Coccino in glos. super Bulla elec. Roman Pontific. q. An Sede vacante officia Rom. Curiæ &c. §. 5. Iurisditio A. C. & prosequitur Scacc. de appell. quæst. 8. num. 257.*

4 Neque etiam dicendum est quod saltem † nouemdialibus exequijs durantibus suspendatur fatalium cursus, cum eo tempore de stylo Curiæ ipsius A. C. Tribunal sileat, quia obiectum pro-
5 cederet in actibus iudicialibus, tempus † verò petitionis, concessionis, & denegationis Apostolorum est continuum, & computatur de momento ad momentum comprehenso quocunque die
6 etiam feriato in honorem Dei, cum † sit actus extraiudicialis, vt probat *tex. in cap. cordi*, ibi in iudicio, vel extra &c. iunctis verbis ibi petat Apostolos *de appell. in 6 Franch. in cap. si iustus metus num. 25. de appell & in cap. ab eo §. illud autē eodem tit. in 6. & ibi Gemin. num 5. Marches. p. 2. tit. de Apostol. pet. cap. 1. num. 49 fol. 7. Rot. dec 82. de appell. in antiq. & decis. 40. num. 2. eod tit. in*
7 *nou.* qui † potest expediri quouis tempore etiam solemni *l. 1. C. de ferijs Felin, in cap significauerunt num. 10. de iudic. Feder. de Sen. consil. 144. num. 5.*

Minus officere potest tempus prædictum in processu quidem continuum in principio tamen
8 esse vtile, quia † licet sit vtile ante notitiam Sententiæ, tamen postea est continuum si appellans potuit, vt in casu isto, iudicis copiam habere; vt probant tex. *in d. cap. ab eo, & in d Clem quamuis, & in l. ab eo ibi*. si vbi primum cognouistis nō illico de statutis querelam detulistis *C. quomodo, & quando Iud. glos. in cap. anteriorem 2. q 6. verb. à recitatione, & ibi Archidiac. num. 5. Specul. in tit. de appell. §. restat. numer. 1. Felin. in cap. quoad consultationem num. 26. de sent. & re indic. Mising, obser. 2. num. 5. cent. 2. Marant. in prax. par. 6. §. & quandoq. appellatur num. 220. Rot. penes Straph. decis. 565, num. 7.* ex quibus DD. rem iudicatam abunde firmatam censuerunt.

Ex duobus verò potissimum fundamentis visum fuit non esse locum in integrum restitutioni. Alterum quia non constat de societate inter Riccium, & Franciosonum super negotio conductionis Casalium, & bonorum, de quibus agitur. Alterum quod admissa etiam Societate inter antedictos nulla tamen competit actio Excellentiss.

D. Principi, nec D. Eugeniæ contra Riccium.
9 Nam quoad primum cum † Societas non præsu-
matur, sed debeat ab allegante probari Alexand.
cons.134.num.4 lib.5.Ruin.cons. 92. num.5. lib. 1.
Cephal.cons 247 num.20.Surd.cons 138. num. 9.
Buratt.decis.138.num.6.cum alijs cumulatis in
Tudertina Societatis 21.Iunij 1638. et 4. Aprilis
1639 coram Eminentiss. D.meo Card. Panzirolo,
et in eadem 15 Aprilis, 1641.et 17. Martij 1642.
10 coram R.P.D.meo Carrillo, & † hoc quidem ple-
nè, & concludenter, & per tales actus, quia citra
ius, & nomen societatis fieri non possint, Cephal.
cons.247.num.20. Surd.cons 441. num.9. et decis.
267.num.6. Gratian. discept.993. num.5. et dixit
Rota . supracitatis decisionibus, et in dec 32.n.9.
et seq. p. 5 recent. hinc est quod cum tales actus
minime exhibeantur prætensa societas nullo mo-
do firmari potest.

Nec vlla vis est facienda in Apoca, vel folio,
quod dicitur scripto manu Riccij, & de foris an-
notato manu Franciosoni, quia folium continet
simplicem minutam pro societate contrahenda,
non autem actum perfectum, & completum in
forma conclusiua consensus, cum deficiat subscri-
ptio vtriusque contrahentis, ex pacto inter ipsos
inito requisita, vt ibi, & in fede la presente con
altra simile sarà firmata di mano di ciascun di essi,
11 scriptura † enim non videtur completa aut perfe-
cta sine subscriptione præsertim à partibus con-
trahentibus volita, & requisita Anchar cons 332.
num.1.in fin.Rot.decis.430.num.49. in fin & 95.
12 par.5.recent & ratio ea esse potest, quia † ex cō-
fectione minutæ non infertur ad perfectionem cō-
13 tractus, cum sæpe † tractatus & minutæ fiant, cō-
tractus verò euanescant, vt in terminis societatis
dixit Rimin.iun.cons.377.nume. 32 Rota coram
Card. Seraph. decis 1368 numer.1. & decis.199.
nu.8 par.6.recent.

Validitati d. Apochæ seu folij plurimum etiam
14 obest, tam deficientia † capitalis in societate re-
quisiti Felic. de soc.cap 9.num.19.& seq.Mar. de
15 contract.tit.de societ fol 467.num.5. Tum † etiā
quod antipars fuit relicta in albo, quod arguit im-
perfectionem manifestam Natt. cons.224. num 2.
vers.item nullitat Buratt decis 666.num.6.& 672.
num.8. eadem verò imperfectio apochæ augetur
ex deficientia diei mensis, & anni, quorum omis-
sio, quidquid sit an vitiet scripturam priuatam,
16 quæ fit simpliciter ad contrahendum certum † est,
quod vitiat eam, qua quis vti vult, ad probandū,
vt distinguendo explicant Cyn.& Bald.in l.si qua
beneficia nu.1. C.de diuers.rescript. Alciat. cons.14.
num.5.lib.5. Genua de script.priu.lib.1.tit.an in
scriptura priuata de necessitate dies, vel annus re-
17 quiratur nu.12. pag.30. cum † itaque Apoca tot
habeat defectus, & tot desint, quæ de iure, & ex
voluntate contrahentium requirebantur apparet
omnino imperfecta præsertim ratione voluntatis,
& proinde nullam facit fidem Natt.cons.224.nu.2.
in fin. Bertaz cons.ciuil.14.num.7.lib.1.Borgnin.
dec.45.nu.10 par 1. & decis.29. numer.29. par.2.
Rota decis 666.nu.6.apud Buratt.

Vlterius nō extitisse societatem inter Riccium,
& Franciosonum, dictamque apocam nullius fuisse
momenti colligitur euidenter ex ineffectuatione,
& inobseruantia eiusdem Apochæ, non solum ex
defectu mutuæ subscriptionis, capitalis, antipar-
tis, & inexistentiæ similis scripturæ penes vtrumq;
vt vnusquisque suam haberet, prout conuentum
fuerat, & erat apprime necessariū Ceph.cons 454.
18 num.20 vol.4 Sed † etiam quia non fuerunt con-
fecti libri sociales ad limites Apocæ cum Francio-
sonus sub nomine proprio tantum libros retinue-
rit vsque ad annum 1636. Felic.de soc. cap.11. nu-
mer.21. & seq Medic. decis Mareb.8. num.8. qui
libri non fuerunt inspecti, aut reuisi à Riccio, nec
19 † vnquam fuit reddita ratio, quamuis expresse in
apoca fuisset conuentum in §. (si doverà ogn'anno)
quod debuisset redd singulis annis iuxta Theor.
Bart.in l.neminem numer.2. C.de suscept.praeposit.
lib.11. Ruin.cons.92.num.10.lib.1.Castr.cons.73.
num.circa med & num.4 vol.2.
20 Præterea † Franciosonus terras Casalis subloca-
uit absque nomine, aut licentia Riccij, & fructus
recollectos vti proprios integraliter percepit;
quod societati vehementer repugnat Seraphin.
decis.1368. num.5. prout etiam è conuerso pro-
prio nomine soluit affictus, iux. tex. in l.omne aes
alienum ff pro socio, Seraph. d.decis. 1368. num.5.
rursus Franciosonus Riccium fideiubētem indem-
nem releuare promisit, quod indubitatè societa-
tem excludit Decian.cons.36.nu.57. & seq. vol.1.
idemque fassus fuit Frāciosonus iurata, & iudiciali
confessione Cephal.cons.635.num.10. & in præci-
tata decis.Tudertina Societatis coram Eminentiss.
Panzirolo, quibus accedit, quod tam Franciosо-
nus Pater, quam etiam filij dederunt Riccio in
solutum ad computum crediti, quod cum eis ha-
bebat diuersos effectus conductionis, ex quo ex-
cluditur societas, cum nimium repugnet, quod
Riccius voluerit proprios effectus in solutum re-
cipere quodq; fassus fuerit Frāciosonus insolidum
Dominos absolutos affictus Rip.in l.si aliquam rē
numer. 38. & seq. ff.de acq.poss. Buratt.decis.589.
num.17. qui actus adeo communioni repugnantes
omnino prætēsam societatem excludunt, & inob-
seruantia tollit omnem fidem assertæ Apochæ,
21 cum † per inobseruantiam fides adimatur, nedum
scripturæ informi Caualer. decis. 626. num.6. sed
etiam publico, & solemni instrumento Cephal.
cons.441.num.106.& seq. vol.3. Rota decis.703.
nu.8.& seq.par.2.recent.

Neque obstat, quod dentur aliqui actus, & epi-
stolæ Ricci, ex quibus societas colligi, aut induci
22 posse videtur, quia † d.actus optime referri pos-
sunt ad titulum familiaritatis, quæ inter Riccium,
& Franciosonum intercesserat, vel ad titulum
Agentiæ ex confessione Franciosoni, & Testium
concludenter probatæ, prout etiam Franciosonus
expresse declarauit in annotatione eius manu fa-
cta Epistolæ Riccij, vna cum computis eiusdem
negocij Casalium ab eodem Riccio tentis ad ipsū
transmissæ sub data 22. Ianuarij 1634. Sum. im-
presso partis aduersæ num. 16. in qua fatetur à
Riccio fuisse gesta negocia ab ipso Frāciosono per
illa verba. Ricordo, che hò sottoscritto un saldo al
Sig. Pietro Antonio &c. fatto per me li negotij
delli Casali, & insuper ob interesse ratione credi-
ti ingentis quantitatis pecuniarum, quarum Ric-
cius creditor erat Surd.cons.441. numer.8 in fin.

Rota

Rota decif.32.num.9 par.5 recent.& in d.Tudertina Societatis 21. *Ianuarij* 1638 *&* 4. *Aprilis* 1639.*coram Eminentifs Panzarolo,&* 15.*Aprilis*
23 *&* 17.*Maij* 1642.*coram D Carrillo*, Actus enim pro focietate inducenda requiruntur certi, indubitati, non difformes, non equiuoci, & qui citra ius, & nomen focietatis fieri non poffint, *Aymon. conf.*875.*num.* 10 *Cephal.conf.*247.*num* 20. rales vero non funt confiderati ab informantibus contra Riccium, & ideo non adeffe focietatem inter Riccium, & Franciofonum fatis fuperque demonftratum effe dixerunt Domini.

Verum focietate fine veri præiudicio admiffa adhuc DD. dixerunt nullam actionem compete-
24 re Excellentifs. D. Pri..cipi, ac D.Eugeniæ † non quidem perfonalis, quia inter eos nullus contractus, vel quafi interceffit feu geftus fuit *§ fic itaque inftit. de action. l fi in area ff de condet. indebit. Gabr.conf.*146.*num.*1.*vol.*1. *Capic.Latr. confult.* 73.*num.* 30. *lib.*1. *Rota Iannen. decif.* 14. *num.*31. *& feqq. Rota in Affifien Pecuniaria* 9. *Decembris coram Lugdunen. impreff. inter recent. dec.* 205. *num.*3.*par.*1. *& in Romana pecuniaria* 10 *Decebris* 1631.*coram bon mem Merlino, quæ eft dec.*
25 77.*num.*5.*par* 6.& † ex geftis cum Franciofono non potuit Riccius obligari, quia non fuerunt gefti nomine fociali, fed proprio ipfius Franciofoni *l.iure focietatis ff pro focio. Alex.conf.*139. *in princ.lib.*5. *Rim.iun.conf.*331.*num.*5.*& feqq. Cephal. conf.* 635. *num.*4. *& per tot. Thefaur. decif.* 136.*num.*2. *&* 6. *Rota Iannen. decif.*7. *numer.*3. *& decif.*14. *num* 94. *cum alijs adductis per Felic. de foc.cap.*30 *num.*2.

26 Nec † retragari poteft quoad Excellẽtiffimum Principem quod vbi non agitur de mutuo, vel alio contractu indifferenti, fed de contractu verfante circa rem focialem. vt in hoc cafu dicitur effe cõductio vfq; ab initio focietatis ibi *hauendo detto Sig. Lorenzo da principio quelli pigliati, con intereffe, & partecipatione del bene, e del male del Sig.Pietro Antonio Ricci ad effetto di tenerli, & negotiarli communemente &c.* non fit neceffaria nominatio focij ad effectum, vt remaneat ex alterius contractu obligatus *ad Calir.conf* 242. *nu.*2. *lib.*1. nam primo fuit refponfum, quod etiam ad-
27 miffa focietate iuxta tenorem Apochæ non † cõftat ipfius fubiectum fuiffe ius conductionis, fed folum lucri, & damni participationem ibi, *con l intereffi, e participatione il bene, & del male, &c.* quæ duo differunt inter fe, vt bene aduertit *Rota in Romana participationis* 31. *Ianuarij, &* 9 *Maij* 1583.*coram Bubalo apud Marchef.par.*1.*fol.*772. *num.*4. *& in alia Romana Participationis* 2. *Iunij* 614.*coram Francifco Vbaldo apud eundem Marchef.par.*2.*fol.*508.*nu.*4 *&* 5.

28 Secundo refponfum fuit fententiam Caftren. non procedere nifi contrahenti fit notum, quod
29 res circa quam contrahitur fit focialis † contrahentis cum tutore, qui fi contrahat circa rem quam fcit effe pupillarem dicitur contraxiffe cum pupillo, licet tutor egerit proprio nomine, fecus fi ignorauerit, *vt poft Rotam Iannen.dec.*14.*n.*99. *expli. at Capic. Latr. confult.*105.*num.*6. *&* 7.*p* 2. *& in his terminis Alberic.in l fin.numer.*2.*ff de exercit.* vbi poft firmatam conclufionem, quod requifita *d l habeat locum in mutuo*, non in alijs contractibus, puta locationis, & venditionis fubdit in iftis fufficere quod contrahens fit præpofitus & contrahentes cum eo hoc credant.

30 Non obftat quod † conductor poffit fibi focium affumere etiam infcio, & non confentiente locatore tã poftea, *ad tradita per Coft. ad Mart. clauf.* 216.*par.*1. quam antea, Societatem ineundo fuper futura conductione *Rota decif* 640. *numer.*16. *par.*1.*recent.* vbi quod procedit etiam fi conductio fufcipiatur pro fe, & hæredibus. Nam pro refpõfione aduertebant Domini hæc vera effe quantum ad intereffe conductoris, & focij, in quibus terminis loquuntur iura præallegata, fed non quoad locatorem, & focium conductoris in contractu non
31 nominatum, quia † adhuc vt inter iftos oriatur actio locati, & conducti expreffus requiritur confenfus ipfius locatoris iuxta declarationem Rotæ *in d.Romana participationis coram Bubalo nu.*3. *&* 4 *& in alia coram Franc. Vbaldo num.*2. Superius relatis & dixerunt etiam *Ruin. conf.* 90. *num.*30.*vol.*1. *Ofafch decif.*76.*nu.*8. *Rota Iannen. d.decif.*14.*num* 56. *Coft de port.rat.q.*154 *nu.*17. & propterea *Iaf in l.*2.*numer.*10.*C.de iur emphyt.* dat cautelam locatori ad effectum acquirendi actionem perfonalem contra fubconductorem, vel focium conductoris, vt confentiat illius admiffioni, *& in decif.*200 *num.*11. *poft Pacific. de Saluian.* fit mentio de altera cautela locatoris, quod fcilicet conductor non poffit alium admittere, nifi fe obliget ad fauorem ipfius locatoris, & ratio eft
32 quia † ficuti focius vigore dictæ admiffionis abfq; confenfu locatoris, non poffet contra ipfum agere, ita nec debet poffe ab eo conueniri, quia alias cõtractus claudicaret *Felic.de fociet. cap.*30 *num.*3.

33 Neque in contrarium facit *dec.*208. *nu.*6.*par.*4. *recent.* vbi quod in nominatione focij non fit neceffarius confenfus locatoris, nifi conductor tractet de fe eximendo ab obligatione, quia loquitur hæc decifio quando locatio fuit ab initio fufcepta pro fe, & focijs vel pro fe, & perfonis nominandis, nõ autem vbi, vt in propofito fufcepta fuit pro fe, & hæredibus, & ratio differentiæ eft, quia cum in primo cafu locator iam confenfum præftiterit pro focijs à conductore nominandis, non eft iterum petẽdus in eorum nominatione nifi nominans intendat fe eximere ab obligatione, fed in fecundo cafu cum de focijs non cogitauerit, fed de folis hæredibus conductoris iure merito exigi debet, quia fola voluntas conductoris ad hunc effectum non fufficit pro admiffione, vt inquit *Rota in dicta Romana participationis* 31. *Ianuarij* 1583. *coram Bubalo fub num.*4. *in fin. apud Marchef. fol.*776.

Quæ fortius procedunt in cafu ifto ftante prohibitione & pacto de non fublocando abfq; confenfu ipfius D.Principis locatoris *Ofafch. dicta decif.*86.*num.*8. *& d.decif.*208.*num.*7. *part.*4. *recent.*

34 Non † obftat ftatutum Agricult. 39. quo cauetur omnes focios cuiufcunque exercitij, pro rebus pertinentibus ad artem in fol dum teneri Dominis rerum locatarum, quia illius difpofitio locum habet quando locationis contractus ab initio fuit celebratus fociali nomine, vel poftea cum fcien-

scientia & consensu locatoris fuit alteri communicatus, vt in punctualibus terminis declarauit *Rota in Romana affictus Cesatis 29. Nouembris 1606. coram Marquemontio relata per Marches. par. 1 fol 767. num. 6. in fin. & apud Paeif. de Saluian. iterd. decis. 200 num. 15. & in simili statuto Thesaur. dec. 136. num. 7.*

Minus refragari potest quoad D. Eugeniam, quod Franciosonus esset præpositus societati, & ideo accipiendo pecunias ad cambium potuerit obligare Riccium ex præcedenti illius mandato; Primo quia in facto non constat de ista præpositione (esto quod Apoca probaret) nam licet ibi Franciosono fuerit commissa cura, & gubernium bonorum incertorum, & negociorum, tamen cura acquirendi pecunias fuit commissa Riccio, &
35 † vlterius nulli eorum fuit concessa potestas obligandi consocium, & proinde nullum in ea potest fieri fundamentum cum forma præpositionis attẽdi debeat, *vt post alios Gratian. d. decis. 178. nu. 9.*
36 Secundo † quia etiam si de præpositione constaret, non sufficeret, cum non constet interuenisse cætera requisita necessaria ad hoc vt præponens ex contractu præpositi obligetur de quibus *in d. l. fin. ff. de exercitoria*, & præcipue, quod præpositio esset nota D. Eugeniæ, quodq; Franciosonus cõtrahere voluerit tanquam præpositus, & vicissim D. Eugenia illum tanquam Præpositum contemplatus fuerit, *vt est tex. ad litteram in l. fin.* ibi ita illud exigendum, vt sciat in hoc se credere, cui rei magister quis sit præpositus *ff. de exercit. act. Bald. in l. iure societatis ff. pro soc. Alex. cons. 139. nu. 15 lib. 5. Seraphin. decis. 374. per tot. Rota. Genuen. decis. 14 num. 84. 93. & 95. Thesaur. d. dec. 136. nu. 7. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 22. nu. 7. Gratian. d. decis. 178. num. 11.*

Cessante ex prædictis actione directa tam ad fauorem D. Principis, quam D. Eugeniæ, non potest fieri fundamentum in eo, quod Riccius sub
37 obligatione Camerali † continente stipulationẽ pro omnibus interesse habentibus teneatur ex eadem apoca societatis conseruare indemnem Frãciosonum, & ideo tanquam ei obligatus possit à D. Principe. & D. Eugenia Franciosoni creditoribus per obliquum conueniri etiam quod non fuerit in eorum contractibus nominatus *iux. glos. in d. l. iure societatis ibi*, & tunc tenetur per obliquũ quam sequuntur omnes scribentes *ff. pro socio Cephal. cons. 635. num. 1. & 2. Phaset. cons. 199. n. 14. Felic. de Societ cap. 30 num. 3. & 4.* quia cum euidenter constet Riccium esse creditorem Frãciosoni longe maioris summæ, quam importet medietas crediti eorundem D. Principis & D. Eugeniæ, vt ex iuribus in eius Sum. relatis certum est, quod sicuti Franciosonus (data non tamen concessa validitate d. Apocæ) si ageret pro indemnitate remaneret exclusus, tum ex causa debiti supradicti, tũ
38 † ex causa non redditæ rationis *Rota decis. 205. num. 4. par. 1. recent.* ita omnino exclusi remanere debent præfati DD. ex eodem iure agentes argument. *tex. in l. non debet 42. ff. de reg. iur. Natt. cons. 398. num. 3.*
39 Minus obstat quod † Riccius saltem ex eo teneatur, quod redditus bonorum Excellentiss. D. Principis, & pecuniæ ad cambium receptæ per Franciosonum à D. Eugenia in illius vel societatis beneficium conuersæ fuerint, quo casu actio competit creditori etiam contra socium, contrahentẽ, & non nominatum *ex Bald. in l. et qui in fin. C. quod cum eo*, quia versio ista nullatenus probatur, neque respectu D. Principis, neque respectu Do-
40 minæ Eugeniæ, & tamen † ad effectum, vt posset esse locus d. actioni ad eorum fauorem fundatæ in æquitate. *l. si me, & Titium ff. si cert. pet. vt inquit Bald in loc præalleg.* probanda nedum esset versio, sed cum qualitate tituli lucratiui, & locupletationis cum eorũ iactura *Menoch. de recuper. remed. 4. num 2. cum seq. Donat. Anton. de Marinis lib. 1. quotid. resolut cap. 320. num. 5. Capic. Latr. in terminis societatis consult. 95. numer. 9. et seq. tom. 2.* Nec id probatum prætendi potest respectu D. Eugeniæ, ex eo quod ipsius pecuniæ fuerint solutæ D. Principi pro affictibus, & sic controuersæ appareant in societatis beneficium, qua admissa fuisset Riccius obligatus pro medietate, quia cum non iustificetur an fuerint solutæ pro rata spectãre ad Riccium, vel ad Franciosonum, vel potius pro debito vtriusque, certum dici non potest, quod in commune beneficium versæ fuerint, cum ad hunc effectum probatio debebat esse concludens, non incerta, neque æquiuoca *Cephal. cons 635. num. 1. et 2. Riminal. Iun. cons. 331. num. 8 Rota Genuen. decis. 14 num. 100 et seq Phaset. cons. 199. num. 14.* quinimo cum Riccius etiam tunc temporis esset creditor Franciosoni ex causa affictuum D. Principi ad faciendam rem gratam eidem Frãciosono per Riccium solutorum, vtique manifestum est eũdem Franciosonum ex dictis pecunijs non soluisse debitum Riccij, sed proprium, & cõsequenter non posse D. Eugeniæ actionem de in rẽ verso ex hoc capite suffragari *ad trad. per Buratt. decis. 514. sub num. 6.*
41 Nec † demum eisdem competere potest actio subsidiaria contra Riccium, quia ista non datur, nisi ab initio omnium sociorum obligatio concurrat ad *tex. in l. si vnus ex socijs in princ. ibiq; Bald. in lect. antiq Odofred. et Alberic num. 1. ff pro soc. Dec. in l. si socius num. 3. vers. et hoc declaratur ff si cert pet. Roncaglia. in l eandem num. 199. et 213. ff. de duob. reis*, & præsertim non datur locatori contra socium conductoris, vel eius subconductorem, nisi quatenus sit eius debitor occasione eiusdem societatis, vel subconductionis quo casu solum competit actio realis, vt bene declarat *Cancer. var. lib. 1. cap. 14 sub nu. 3. vers. dixi.*

Cum itaque ex prædictis certum sit Riccium non esse vigore dd. contractuum vllo modo obligatum, sequitur quod iustè fuerit absolutus à petitis per DD. actores, & propterea cesset illorum
42 læsio, † sine qua non datur restitutio in integrum *Rot. decis. 1. num. 1. de restit. in integr. in nou. Buratt. decis. 323. num. ... et decis. 626. num. 1. Card. Caual. decis. 194. num. 2. et in rec. dec. 132. num. 1. par. 1.*

Et ita fuit resolutum causa ter proposita, & maturè discussa, partibus acerrime informantibus.



R.P.D.

REVERENDISS. P. D. DVNOZET,
Nunc Sacræ Rotæ Decano.

Rauennaten Census.

Sabbati 26. Nouembris 1639.

SVMMARIVM.

1 *Res empta pro persona nominanda, sequuta nominatione, & acceptatione nominati, ipsi dicitur acquisita.*
2 *Exigens pecunias ad alium spectātes tenetur ad restitutionem.*
3 *Mala fides impedit præscriptionem, etiam ad fauorem hæredum malæ fidei possessoris.*
4 *Præscriptio currere non potest quando negligentia non adest.*
5 *Statutum loci, in quo fuit destinata solutio, non autem loci celebrati contractus venit attendendum.*
6 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
7 *Solutio supponit debitum, & inducit eius agnitionem.*
8 *Confessio nocet confitenti, & eius hæredibus.*
9 *Emens rem pro persona nominanda sequuta nominatione dominium rei acquiritur nominato, acsi ipsemet ab initio contraxisset.*
10 *Obligationis Cameralis vigore agi non potest executiuè contra tertium.*
11 *Cessionis natura est, vt cedens teneatur præstare rem cessam etiam in futurum.*
12 *Obligatio Cameralis competit pro omnibus, quæ veniunt ex natura contractus, & num. 15.*
13 *In contractibus attendēdum venit id, quod principaliter actum fuit.*
14 *Emens rem pro alio tenetur actione mandati, vel negociorum gestorum rem illi tradere sicut tenetur ipse venditor. Declara vt num. 16.*
17 *Cessio rei incorporalis alicui facta habet vim veræ traditionis sequuta illius acceptatione.*
18 *Cessio, vel nominatio idem operatur in iuribus incorporalibus, quod operatur vera traditio in rebus corporalibus.*
19 *Obligationis Cameralis extensio quid contineat.*
20 *Obligatio concepta per verba futuri, vel præsentis temporis si semel suum effectum sortita fuit non trahitur ad tempus futurum.*
21 *Assignans nomen debitoris si deinde illud exigit dicitur assignationi contrauenire.*

DECISIO CCLXV.

PROPOSITO dubio die 27. Iunij præteriti, An mandatum A.C. relaxatum ad fauorem Dominorum Laurentij, & fratrum de Raggijs cōtra D. Franciscum Rauennam, vti filium & hæredem q. Philippi pro restitutione sortis census, de quo agitur, esset exquendum, Rota censuit d. Frāciscum teneri, sed via ordinaria; Causa hodie iterum posita super ijsdem DD. steterunt in decisis.

Nam quoad illam partem decisionis, in qua fuit firmatum hæredes dicti q. Philippi teneri ad restitutionem sortis d. Census, fundamenta eiusdem decisionis visa fuerūt adhuc subsistere; Cum enim d. q. Philippus emerit censum, de quo agitur à Cō-
munitate Rauennæ, ac successiuè nominauerit Ioānem Baptistam Fliscum, de cuius pecunijs d. Censū
1 emisse declarauit clarè sequitur † d. Censum sequuta nominatione Flisci, eiusque successiua acceptatione fuisse statim eidem Flisco nominato acquisitum *Ancbar. cons. 127. numer. 3. Surd. decis. 328. num. 4. Grat. discept. 138 numer. 37. Gabr. de verb.*
2 *oblig. conclus 2. num. 1. & 3.* & † consequenter dictum Philippum, qui deinde sortem eiusdem Cēsus spectantem ad Fliscum exegit à Communitate; constat ex quietantia eiusdem Philippi, alijsque iuribus in d. decisione ponderatis, remansisse debitorem eiusdem sortis indebite perceptæ, proindeq; ipsum, vel illius hæredes teneri illam restituere DD. Raggijs hæredibus eiusdem Flisci ex persona q. Iacobi eorum auctoris. *l. ex mandato, § si ex fundo, & §. idem habeo, ff. mandati, Honded. cons. 39. num. 3. par. 1. recent. cum alijs in d. decisione relatis.*

Non obstat prætensa præscriptio, siue deducatur ex iure communi, siue ex Statuto Vrbis; Non quidem deducta ex iure communi propter lapsum 30. annorum, & vltra ab anno 1596. quo d. Philip-
3 pus sortem census exegit, tum † quia mala fides d. Philippi operatur, vt nec etiam illius hæredes beneficio præscriptionis se tueri valeant, *cap. possessor de reg. iur. in 6. Castil. de vsufr. cap. 67. n. 22. Cenc. de cens. q. 117. nu. 12. iuxta modern. impress.* Tum etiam quia Fliscus litem mouit cōtra Communitatem pro solutione fructuum d. census vsque de anno 1598. eamque prosequutus fuit vsque ad annum 1605. eoque defuncto d. Iacobus illius hæ-
4 res vsque ad annum 1607. † contra quos cessante negligentia, nulla profecto potuit currere præscriptio, *Balb. de præscript. prima parte, 6. & vlt. princ. num. 19. vers. vltra quem addo.*

Non etiam Vrbis desumpta ex Statuto Vrbis ob lapsum 16. annorū, & vltra à dicto anno 1607.
5 citra, quia † cum solutio tam sortis, quam fructuū eiusdem Census fuerit destinata in Ciuitate Rauennæ, Statutum eiusdem loci destinatæ solutionis, non autem Statutum Vrbis est attendendum *iuxta doctr. Bart. in l. cunctos populos nu. 16. C. de Summ. Trinit. Rota dec. 601. nu 2. par. 1. diuers.*

Nec dicatur quod hodie non agatur vigore Instrumenti impositionis Census contra Communitatem, quæ sortem, ac fructus illius in Ciuitate Rauennæ soluere promisit, sed agatur vigore Instrumenti nominationis eiusdem Census factæ ad fauorem Flisci à dicto Philippo; ac proinde Statutum Vrbis, in qua Instrumentum d. nominationis rogitum fuit, non autem Statutum Rauennæ attendi debeat. Quia vltra quod Instrumentum
6 † d. nominationis factæ pro Flisco tanquam accessorium, & consecutiuum ad Instrumentum impositionis eiusdem Census sequi videtur naturā eiusdem Instrumenti principalis, *l. etiam, C. de iur. dot. Put. decis. 1. num. 2. lib. 1. Surd. decis. 88 nu. 10. Monach. decis. Bonon. 27. num. 4* placuit DD altera responsio data in decisione *in §. Minus obstat præscriptio, vers. sed etiam quia*; nimirum, nec Philippum, nec illius hæredes hoc debitum vnquam agnouisse, immò illud expresse negasse, & propterea contendisse, Statutum Vrbis suffragari non posse, cum illud non perimat actionem, sed

inducat

indncat præsumptam solutionem ex cursu tempo-
tis, quæ solutionis præsumptio prorsus excluditur
in eo, qui debitum nunquam extitisse contendit;
7 cum solutio † supponat deb.tum eiusq; agnitionē
inducat, *Rota decis.511.num.1.in fin.pnrt.2.rec.*

Non obstat, quod Philippus alias emerit 50.
loca monnium Prouinciarum pro eodem Flisco,
& ideo præsumatur ex pecunijs in dicta emptione
rogatis, sortem census, de quo agitur restituisse;
Quoniam omisso quod emptio dd. Locorum facta
fuit sub die 10. Iulij 1592. & sic praecessit exactio-
nem d.census sequutam de mense Septembris eius-
dem anni, nec summa pecuniarum erogata in em-
ptione dd. locorum concordat cum summa exacta
ex d.censu, cum illa ascendat ad scut. 5.mill. ista ve-
10 ad scut. 5437. obiectum remouetur ex confes-
sione eiusdem Philippi emanata in Instrumento
d. emptionis, in quo apertis verbis profitetur
emptionem dd locorū ex proprijs pecunijs eiusdē
8 Flisci factam fuisse. Quæ † confessio, cum ostendat
pecunias erogatas in emptione dd. locorū potuisse
deseruire pro restitutione fortis d. census debitæ
eidem Flisco, præiudicat tam ipsi Philippo, quam
eius hæredibus, *Buratt.decis.733.nu.5.*

Quo vero ad alteram partem eiusdem decisionis,
qua dictum fuit hæredes Philippi teneri via or-
dinaria, non autem executiua. adhuc placuerunt
9 DD. illius fundamenta cum † enim dictus Philip-
pus emerit dictum censum non pro se, sed pro per-
sona nominanda vtque sequuta nominatione Fli-
sci, eiusque successiua acceptatione, vt elicitur ex
dec.3.Caualer.inter eius impress. dominium dictus
census statim fuit acquisitum eidem Flisco nomi-
nato, perinde ac si ipsemet ab initio contraxisset,
ac nominatus fuisset, *Ancbar. d.cons.127. num.6.*
Alex.cons.132. num.3. adeout nullo tempore il-
lud dicatur fuisse penes dictum Philippum nomi-
nantem, *Surd.decis.182.num.17. & 18.* & conse-
quenter cum idem Philippus, qui iam erat functus
suo ministerio, sortem eiusdem census à Commu-
nitate quæ illum extinxerat, exegerit, non amplius
vti Dominus census, vel Flisci Procurator, sed vel
tertius, ac altera persona considerari debet, con-
10 tra † quem propterea sue illius hæredes DD. de
Raggijs creditores non via executiua vigore obli-
gationis Cameralis adiectæ in Instrumento d. no-
minationis, quæ iam adimpleta fuit ante exactio-
nem dictus census, sed officio Iudicis, & sic via
ordinaria sua iura experiri debent pro restitutione
fortis eiusdem census indebitè percepta *l.si me, &*
Titium ff.si cert.pet. Roman.cons.503.numer.11.
& seqq. Rota in Reatina Iuris redimēdi post Poss.
in tract.de manut.decis.247. num.16. cum alijs in
d.decisione relatis.

Non obstat ea, quæ per Informantes pro DD.
de Raggijs deducebantur ad impugnandum hu-
iusmodi motiuum, & in primis non obstat quod
Philippus in Instrumento d. nominationis cesserit
omnia iura d.census, promiseritque sub obligatio-
ne camerali dictam nominationem, & cessionem
fuisse, & esse bonas, & validas, ac proinde reman-
serit obligatus præstare d.censum eidē Flisco ces-
sum, semper bonum, validum, ac legitimum, cum
11 † natura cessionis ea esse videatur, vt cedens te-
neatur præstare rem cessam etiam in futurum. *Dec.*
cons.102.Surd.decis.326.num.45 & consequenter
idem Philippus, vel illius hæredes teneantur etiā
via executiua sortem d. cēsus indebitè perceptam
12 restituere vigore d. obligationis Cameralis † quæ
competit pro omnibus quæ veniunt ex natura cō-
tractus ex allegatis in eadem decisione. Quoniā
huic obiecto fuit alias responsum nos non versari
in terminis puræ ac veræ cessionis, sed principali-
ter in terminis nominationis factæ pro Flisco, adeo
vt verba cessit, transtulit, & similia tamquam cō-
secutiua ad ipsam nominationem principaliter fa-
ctam non alterent eius naturam, sed ab illa regu-
lentur, ideoque sufficit d. nominationem, & sic
cessionem Iurium illi accessoriam, iam effectum
sortitam fuisse ante exactionem d census, ad hoc,
vt promissio eiusdem Philippi nominantis adim-
13 pleta dicatur, cum † id quod principaliter actum
fuit attendi debeat. *Rota post Gene. de cens.decis.*
180.nu.6.& decis.45 sub nu.4.
14 Secundo minus obstat quod † emens rem pro
alio, teneatur actione mandati, vel negotiorum
gestorum rem emptam realiter illi tradere, sicut
teneretur ipse venditor *l. res ex mandato 59. ff. de*
acquir.rer.domin. Castr.in l.si ita quis promiserit
134.§.Seia cauit numer.2.de verb.oblig Gratian.
discep.160.num.1. Vnde inferebatur Philippum,
qui emit censum de quo agitur, pro persona nomi-
nanda, non fuisse liberatum per solam nominatio-
nem Flisci, sed ex natura emptionis factæ pro alio
remansisse quoque obligatum censum emptum
realiter tradere eidem Flisco nominato, & conse-
quenter hæredes eiusdem Philippi qui d.censum
realiter non tradidit, teneri via executiua pro re-
stitutione eiusdem fortis, vel saltem pretij loco
damnorum, & interesse, vigore scilicet eiusdem
15 obligationis Cameralis, quæ † vt dictum est, cō-
petit pro omnibus, quæ veniunt ex natura contra-
ctus, & in eius necessariam consequentiam; Quia
16 † fuit responsum obiectum posse procedere in
emptione rei corporalis, in quibus terminis pro-
cedunt iura superius allegata, secus autem im em-
ptione rei incorporalis qualis est census, facta pro-
17 ut hic, pro persona nominanda, quia † tunc sola
cessio, vel nominatio sequuta illius acceptatione,
habet vim veræ traditionis absque alia apprehen-
sione. *Natt.cons.398.num 38.lib.2. Menoch. de*
retin.rem.3.num.259.& seqq. Cenc.de cens.par.2.
18 *capit.2.quæst.5. artic.3. nnmer.9.* cum † idem
operetur nominatio, vel cessio in iuribus incorpo-
ralibus, quod operatur perfecta traditio in rebus
corporalibus. *Cenc.de cens. d.q.5. art.3.nnmer.9.*
Rot.decis.99.numer.3.& dec.614.numer.2.part.1.
recent.

Tertio pariter non obstat, quod Philippus pro-
miserit sub obligatione camerali nominationem,
& cessionem d census fuisse, & esse bonas, & vali-
das, & ideo cum dictum censum exegerit, videa-
tur eius promissioni contrauenisse, & consequen-
ter illius hæredes teneantur via executiua ad re-
stitutionem eiusdem census exacti vigore obli-
19 gationis Cameralis, cuius † extensio continet.
quod obligatus teneatur omnia, & singula con-
tenta in Instrumento tenere, complere, inuiolabi-
liter obseruare, contraque ea, vel eorum aliqua
non facere, dicere, vel venire, de iure, vel de facto
quouis

quouis quæsito colore; Quia, vt fuit responsum
in decisione verba d.extensionis non visa fuerunt
applicari casui, de quo agitur, cum illa, & similia
aptè referantur ad nominationem Flisci principaliter
factam, non autem ad exactionem census po-
20 stea subsequutam, & ideo † sufficit nominationē,
ac cessionem iurium d. census bonas, ac validas
fuisse, & esse, easq. ante exactionem eiusdem census
effectum sortitas fuisse, ad hoc, vt obligatio
Philippi verba præteriti, ac præsentis temporis cō-
cepta ad futurum tempus dictæ exactionis non
extendatur *l. verbum erit, ff. de verb. sign. Add. ad Greg. XV. decis. 338 num. 18.*
21 Quarto demum non obstat, quod† assignās no-
men debitoris si deinde illud exigat dicatur assi-
gnationi contrauenire ex *Greg XV. decis. 5. nu. 7.*
Nam vltra responsionem alias datam dictum fuit
d. decisionem non applicari, quia ibi nomen debi-
toris fuerat datum in solutum creditori, cumque
assignans nomen eiusdem debitoris exegisset, di-
gnatione adhuc effectum non sortita, merito infe-
rebatur illum d. assignationi contrauenisse. At se-
cus est in casu, de quo agitur, in quo Philippus no-
minauit Fliscum, eiusque nominatio cum cessione
iurium illi facta iam fuerat sortita effectum ante
exactionem d. census, nec apparet illum dictæ no-
minationi, vel cessioni contrauenisse, cum exigen-
do sortem dicti census fecerit actum separatum ab
ipsa nominatione. Et ita vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

postea S.R.E. Cardinali.

Romana Saluiani.

Lunæ 6. Iunij 1639.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis continet hypotecam omnium bonorum.*
2 *Dotis priuilegium est vt mulieri absenti acquiratur ius ex contractu inter alios celebrato.*
3 *Clausula constituti probat possessionem constituentis contra constitutarium.*
4 *Extremum secundum in iudicio saluiani requisitum probatur ex litis substentatione iunctis adminiculis.*
5 *Hypoteca extinguitur per extinctionem crediti.*

DECISIO CCLXVI.

RESPONDERVNT Domini in hoc dubio
pro Dominica, vt conceden. illi esset immis-
sio ex remedio vtilis saluiani, super Palatio, quod
probatur possessum fuisse ab Ambrosio eius fra-
tre; etenim probata erant ea, quæ sunt extrema
huius iudicij, & primo apparebat de illius credi-
to cum hypoteca, quod erat ante omnia proban-
dum pro fundamento huius iudicij ex duobus in-
strumentis, in quibus Ambrosius promisit pro do-
te dare Ioanni Baptistæ illius marito scuta bis
mille, & quingenta, pro quorum solutione voluit
teneri sub obligatione in forma Cameræ, & cum
obligatione omnium suorum bonorum, ex quibus
1 contracta fuit hypoteca fauore Dominicæ, † cum
illam in specie contineat obligatio Cameralis, vt
tradit *Galles. super formula eiusdem obligationis q. 5. num. 3. Zacch. in eadem quæst. num. 31. Rot. coram Card. Seraph. decis. 935. & in vna Romana bonorum 24. Maij 1602. coram Card. Lancell. post Zacch. in tract. de obligat. Camer. decis. 141. num. 5*
& quamuis ea obligatio facta fuisset Io. Baptistæ,
2 tamen poterat suffragari etiam Dominicæ † prop-
ter priuilegium dotis, in qua speciale est, vt quæ-
ratur ius mulieri absenti, ex contractu cum alijs
celebrato, vt probat *tex. in l. 1. §. accedit, C. de rei vxor. act. & in l. vlt. C. de iur. dot. in princ. & voluit Bart. in cons. 123. num. 1. lib. 1. Dec. in cons. 35. num. 1. Alex. in l. admonendi num. 41. ff. de iur. iuran. & in cons. 4. num. 8. lib. 2.*
Secundo visa fuit probari possessio Ambrosij,
quæ erat primum extremum in hoc interdicto ex
venditione huius Palatij, quam idem fecit Tho-
mæ, quia in instrumēto eiusdem venditionis ade-
3 rat clausula constituti, fauore emptoris, quæ † re-
ctè probat possessionem constituentis, tàm contra
constitutarium, quam contra alios, qui probantur
ab eo causam habere *ex notatis in l. quod meo, ff. de acquir. possess. & in l. quadam mulier. ff. de rei vendicat. Tiraq. de iure constit. possessor par. 3. limit. 1. num. 20 & 23.*
De possessione D. Pauli quæ erat alterum ex-
tremum, non poterat dubitari, cum illa probare-
tur ex instrumento adeptionis eiusdem possessio-
nis, quam ipse ceperat auctoritate iudicis vti hæ-
res D. Nicolai Monaldensis, cui idem Palatium
4 venditum fuerat, cum† tamen id extremum pro-
bari soleat ex substentatione litis, simul cum ad-
miniculis, iuxta notata per *Cæs. de Graff decis. 4. de restit. spol. Verall decis. 369 & 370. par. 2.* Ne-
que visa fuit probari solutio dotis facta Dominicæ,
5 siue Io. Baptistæ illius marito, ex qua cum † fuis-
set extinctum illius creditum, sublata etiam fuit
hypoteca, cuius occasione petitur hodie immis-
sio, quia ea solutio deducebatur ex emptione
vnius officij, quæ ostendebatur facta ab Ambrosio
fauore Io. Baptistæ, qui postea illud vendidit, ex
qua emptione non poterat dici probata solutio
dotis, sicut neque ex venditione eiusdem officij,
quam postea fecit Io. Baptista. Nam licet in in-
strumento promissionis dotis, quam fecit Ambro-
sius, contineretur pactum, vt pecuniæ dotales in-
uestiri deberent in locis montium, siue in emptio-
ne vnius officij Capitolini. Tamen non probatur,
vt emptio quam fecit Ioan. Baptista facta fuerit ex
pecunijs dotalibus Dominicæ, immo neque in in-
strumento eius emptionis aderat pactum, vt id of-
ficium alienari non posset, sine licentia Ambrosij,
aut Dominicæ, sicut fieri debebat ex forma pacto-
rum dotalium; præterea apparebat Ambrosium
non soluisse totam summam, ad quam se obligauit
pro dote sororis, sed solum scuta noningenta, &
quinquaginta, quę soluit in emptione eiusdem of-
ficij, quod etiam probari visum fuit, vt emptio fa-
cta ab Ambrosio, non posset referri in causam, si-
ue extinctionem huius crediti dotis, pro quo ipse
se obligauerat. Et ita &c.

R.P.D.

R. P. D. MELTIO.

Romana Census, seu depositi.

Mercu. ij 28. Iunij 1645.

SVMMARIVM.

1 *Contra Depositarium semper competit via executiua.*

2 *Depositarius tenetur absque vlla interposita mora restituere depositum.*

3 *Depositarius morosus in restituendo deposito tenetur ad interesse pecuniarum à die contractæ moræ.*

4 *Etiamsi in deposito non fuisset facta mentio de vsuris.*

5 *Dominium depositi remanet penes deponentem nec vnquam transit in depositarium.*

6 *Mutatio voluntatis in contractu depositi admittitur, amplia vt num. 7.*

8 *Contrahentium voluntas maximè venit attendenda.*

9 *Depositarius soluens absque mandato deponentis non liberatur.*

10 *Depositum venit restituen. deponenti, vel cui ipse mandat, etiamsi depositum non spectet ad ipsum deponentem.*

11 *Contractus potest rescindi quãdo interuenit voluntas, & consensus omnium contrahentium.*

12 *Contractus, licet respiciat commodum tertij, tamen ex eo agere non possunt, nisi ipsi contrahentes.*

13 *Clausula, pro omnibus, quorum interest intelligitur de habentibus interesse principaliter.*

14 *Depositario soluenti non adimpleta forma depositi non suffragatur solutio, & num. 16. & 18.*

15 *Actus factus non seruata forma mandati est nullus.*

17 *Soluens creditoribus posterioribus non procurata cautione de restituendo prioribus, & potioribus male soluisse dicitur.*

19 *Solutio depositi facta pendẽte lite super illius restitutione non est attendenda.*

20 *Compensationis exceptio non admittitur in deposito.*

DECISIO CCLXVII.

REPROPOSITA causa super resolutis sub die 13. Martij 1643. recesserunt DD. à decisis, ex nouiter deductis, & firmarunt mandatum relaxatum per R. P. D. Farnesium ad fauorem Petri Nappij contra Baccellos super transportatione depositi ad Sacrum Montem Pietatis cum omnibus vinculis, & condition. bus in partita depositi
1 contentis esse exequendum, cõtra† Depositarium enim semper locum habet via executiua, *Alex. in l. ait Prætor, §. si Iudex, num. 1. ff. de re iud. l. si cum dotem, §. eo autem, num. 6. ff. sol matr. Bart. & Castr. in l. penult. C. deposit. Rol. consf. 17. nu 1. vol. 1. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 62. num 11. vers. contrariam, Grat. discept. for. cap. 667. num. 15. & cap 728 per tot* & deponens, potest quandocumque, & ad sui l bitum depositum factum reuoca-
2 re, nec† Depositario permittitur aliquam interponere moram super illius restitutione, sed requisitus illud statim restituere tenetur *l. 1. §. est autem, ff. deposit. l. penult. ibi illico reddere, C. eod. cap. bona fides extra eod. Greg. XV decis. 106. nu. 6.*
3 Immò † si fuerit morosus circa talem, restitutionem tenetur à die contractæ moræ etiam ad interesse pecuniarum, quæ apud ipsum depositata fuerunt, declarat *text. in l. die, §. qui pecuniam, &*
4 *ibi Bart. ff. deposit. & in l. 2. C. eod.* etiam † quod de vsuris non fuisset facta mentio in actu confecti depositi, *l. si deposita, C. deposit.* nam clarum est,
5 quod †dominium depositi semper remanet penes deponentem, nec vnquam transit in Depositariũ, *l. licet, §. rei, ff dep sit. Corn. consf. 39. num. 2. lib. 1.*

Nec Baccellis suffragatur, quod dum factum fuit apud ipsos depositum fuerit etiam pactum adiectum, vt ab ipsis nequaquam amoueri possent pecuniæ depositatæ, nisi ad effectum illas erogandi in redemptionem partis census alias impositi per q Alexandrum Nappium ad fauorem Roberti Primi. Quia quamuis ab initio depositum fuerit factum cum tali pacto, vt pecuniæ conuerterentur in extinctionem dicti census, tamen priusquam illa conuersio facta fuerit Nappij deponentes mutarunt voluntatem, & egerunt contra Baccellos depositarios, vt pecun as restituerent Ioanni Aspruch', ad cuius fauorem iidem Nappij imposuerunt censum scut. 6000. ad effectum extinguendi prædictum alium censum valdè priùs impositum per q. Alexandrum Nappium ad fauorem Roberti
6 Primi, quæ † mutatio voluntatis in contractu depositi, vt admittat r, *tex. est fati; clarus in l. 1. §. penul. si sic deposuero, ff. deposit. Tiraq. de retr. conu. §. 4. glos. 9. num. 1. vers. nam & alias, Mantic de tac. lib 10. tit. 4. num. 6. & 7. Castr. consf. 433. num. 2. vers tertio obstare videtur lib. 1.* quod
7 † procedit etiam, quamuis depositum factum fuisset ad certum effectum ac sub conditionibus inter ipsum depo entem, & alium conuentis, quia
8 †contrahentium volũtas maximè in contractibus semper attendi debet, *l. in conuention. ff. de verb. signif. Rol. consf. 37. num. 22. Corn. consf. 167. nu. 7. lib. 4.*

Nihilq refert, quod Baccelli soluisse dicant pecunias penes ipsos depositatas in extinctionem primi census impositi ad fauorem Roberti Primi, qui propterea nullam molestiam affici posse præsupponunt, cum ad hunc effectum depositum factum fuerit.

9 Considerarunt enim Domini, solutionem † huiusmodi fuisse factam non solum absque ordine, & mandato deponentium, sed illis expressè renuentibus, vnde per eam non fuerunt liberati Depositarij ab eorum obligatione, *l. si ex plurib. §. 1. ibiq. Bart. ff. de sol. Surd. decis. 60 num. 1. & 2. &*
10 *decis. 187 num. 3. & seq.* cum† pecuniæ depositatæ, vel restituendæ sint ipsimet deponenti, vel cui ipse mandauerit, quamuis etiam pecuniæ ipsius deponentis non sint, sed alterius, *Rot. decis. 660. num. 1. par. 3. recent.*

Non obstat, quod valdè interesset Baccellis, vt pecuniæ receptæ per Nappios à Io Aspruch erogarentur in extinctionem census Roberti Primi, iuxta conuentionem factam, cum in eo ipsi obligati reperirentur vti fideiussores q. Alexãdri Nappij impositoris dicti census, & sic per talem extinctionem

ctionem ipsi liberarentur à fideiussione, vnde infertur quod Nappij, & Aspruch recedere non poterant à conuentione iam facta in præiudicium ipsorum, vt firmat etiam decisio, quæ reuidetur *in §. quia cum tam, & in §. sequenti interesse autem.*

Cessat enim huiusmodi obiectum. Quia contractus non fuit factus cum Baccellis, quibus nec etiā fuit datus aliquis ordo, vel mandatum soluendi depositatas pecunias in extinctionem dicti census, sed inter Nappios, & Aspruch tantummodo inter quos emanauit dicta conuentio ad effectum transferendi iura præfati Roberti in eundem Aspruch principaliter, & deinde in Carolum, & Petrum de Nappijs, vt apparet ex instrumento relato in sum-
11 mario illorum de Nappijs sub nu. 1. vnde ab† eadem conuentione recedere licitum fuit, dum interuenit voluntas, & consensus vtriusque partis, *l. si diuersa. ff. de transact. cum alijs relatis in decis. 76. sub num. 3. coram Papa Greg XV.*

12 Et† quatenus considerari posset etiam aliquod interesse respectu illorum de Baccellis pro eorum liberatione, si extinctio facta fuisset, cum tamen à contrahentibus nulla de eo habita fuerit ratio, sed solum de interesse ipsos tangente, vtique ex tali conuentione ipsi soli contrahentes inter se agere possent non autem Baccelli fideiussores, vt fuit resolutum in *Rom. rest. in int. 20. Maij 1624. coram Manzan. Duran. decis. 27. num. 12. qui sub num. seq.* dicit parum referre, quod conuentio stipulata fuerit cum clausula pro omnibus, quorum
13 interest, † nam ea intelligi debet de illis, quorum tunc interat, idest respectu principalium, *Bald. l. non solum, § quæritur in 2. notab. ff. de procur. Mart. de clauf. par. 1. clauf. 96. Z cch. in addit. ad tract. de oblig. Camer. impress. apud tract. eiusd. de societ. offic. q. 5. num. 3.*

14 Accedit, quod † depositum factum fuit etiam sub hac forma *à dispositione di Monsig. Nappi, quali sc. 6000. non si haueranno da pagare se per parte di detti Nappi nō sarà adempito quel tanto, che ha promesso d. Monsig. in detto instrumento di censo,* & tamen Baccelli soluerunt absque ordine bon. mem. R. P. D. Nappij, neque expectato adimplemento eorum ad quæ se se obligarunt Nappij in instrumento, qui tenebantur ad ratificationem contractus, de qua apparere debebat per publicū instrumentum in authentica forma redactum, vt constat ex instrumento census, & depositi dati in summ. illorum de Nappijs num. 1. ideoq. solutio Baccellis non suffragatur, *l. 1. § eleganter. ff. depos. l. inuito, l. si actore, C. de sol. Rot. decis. 31. sub*
15 *num. 5. par. 3. rec.* quotiescumque † enim data fuit forma ad aliquid faciendum, si contra, vel citra eam fiat, controuerti non potest nullitas actus *iuxta doctr. gloss. in cap. si cui, vers. præter de elect. in 6. Dec. in cap prudentiam in 4. notab. de off. deleg. Rota decis. 350. num. 3. par. 5. diuers.*

Demum solutio prædicta à Baccellis facta fuit Ariolis, & Brignolis, quibus census Roberti ab Illustriss. Thesaurario cessus fuit, quæ cessio non liberè, sed sub duplici onere facta fuit. Primò namq. quod se obligaret de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus Roberti Primi. Secūdo, quod eueniente casu extinctionis dicti census pecuniæ deponerentur penes Sacrum Montem Pietatis ad effectum illas inuestiendi cum eodem onere, & tamen nullam ex prædictis cautionibus
16 reportarunt Baccelli, † qui propterea malè soluisse dicuntur, cum ex parte eorum non adimpleuerint, vt tenebantur *Grat. discept. for. cap. 45. nu-*
17 *mer. 16. Giurb. decis. 79. num. 46.* sicuti † quotidie praticari videmus etiam contra soluentem scienter posterioribus creditoribus non procurata cautione de restituendo prioribus, & potioribus, qui malè soluisse dicitur *l. dolo, ff ad l. falcid. gloss. in l. fin. §. & si præfatam, & ibi Alex. num. 7. C. de iur. delib. Seraph. decis. 1311. num. 3.*

Non afficit, quod dum fuit factum depositum hæc non fuerint expressa, quia cum in illius partita nulla facta fuetit mentio, quod pecuniæ soluerentur dd. Ariolis, & Brignolis nulla de his erat facienda mentio, sed Baccelli, qui soluere voluerūt pecunias alienas diligenter perquirere & examinare debebāt illud ius, quod competebat illis, quibus soluebant in dicto censu, quia si huiusmodi adhibuissent de prædictis certè plenam habuissent notitiam, & sic aliqua non sunt excusatione digni *l. qui cum alio cum concord. ibi relatis per Doct. ff. de reg. iur.*

18 Alia † etiam ratione Baccellis suffragari non potest solutio prædicta facta Ariolis, & Brignolis tanquam facta contra expressum tenorem instrumenti celebrati inter Nappios, & Aspruch cuius solius virtute prætendunt ijdem Baccelli potuisse soluere, nam in eo fuit expressè cōuentum, quòd in actu solutionis iura Roberti Primi transferentur in personam Aspruch, de cuius pecunijs solutio fiebat, & eorumdem Petri, & Caroli de Nappis, vt in eo legitur, quod tamen non solum factum non fuit, sed extinctiuè facta fuit solutio, vt apparet ex instrumen. relato in summ. Baccelli num. 3. Quare cum ex hoc clarè appareat Baccellos contrauenisse in verbis, & in ratione legis resistentis nulla ad eorum fauorem cadere potest excusatio, *Bald. in l. penul. C. de his, qui sibi adscribi, Felin. in cap. super litteris num. 5. de rescript. Ossch. decis. 260. num. 11. Surd. cons. 276 num. 24.*

19 Tollitur denique quæcumque difficultas, †quia pendente lite super restitutione eiusdem depositi ausi fuerūt Baccelli talem solutionem facere, quæ propterea non est attendenda, *Greg. XV. decis. 4. num. 2.* vbi plura allegantur *Card. Caualer. decis. 633. num. 10.*

Ex quibus omnibus cum Baccellis permissum non fuerit conuertere depositum in redemptionē primi census, inde sequitur, vt illud adhuc duret, & asportandum veniat ad Sacrum Montem Pietatis pro maiori cautione Aspruch cui est solnendum, & contra quem nullum eisdem Baccellis competit ius crediti, cuius vigore possint se tueri
20 exceptione compensationis, † quæ tamen in deposito minimè admittitur, *l. si quis vel pecunia, C. depos. Coccin. decis. 49. in fine.*

Et ita vtraque parte &c.

dd R.P.D.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Pecuniaria.

Luna 3. Aprilis 1645.

SVMMARIVM.

1 *Debitum exactum non admittit compensationem.*

2 *Quis cogi non potest ad restitutionem eius, quod non recepit.*

3 *Petens redditionem rationis ab aliquo probare debet quid, & quantum ab eo fuerit administratum.*

4 *Compensatio crediti illiquidi opponi non potest contra creditum liquidum.*

5 *Contra Obligationem cameralem non admittitur compensatio crediti illiquidi.*

DECISIO CCLXVIII.

EVSEBIVS Mancinus de anno 1636. Francisco Bauæ super cambijs, & recambijs negotianda scuta 1500. & alia scuta 1200. de anno 1638. numerauit, tali pacto adiecto, vt id, quod vltra scuta octo pro centenario ex cambijs lucrū proueniret, Baua pro se retineret, qui easdem pecunias vnà cum cambijs, & recambijs Eusebio ad omnem eius requisitionem restituere in forma Cameralis obligationis promisit, vt in apocis, quæ dantur in *Summario Eusebij num.* 1. cui in quatuor partitis restituta fuerunt sc. 1828. b. 60. At cum pro residuo scutorum 871. b. 40. coram A.C sine præiudicio cambiorum egisset, Baua, prætendens se creditorem, tanquam Cessionarius Iosephi eius fratris in tertia parte scutorum 1400. in Siciliæ Insula Augustino cuidam vectori in emendo vino communi nomine Iosephi, Francisci, & Eusebij ad Vrbem vehendo persolutorum, cum hoc, & cum altero prætenso credito ex causa alterius vini, compensationem esse faciendam, obtinuisset, appellationis causa ad Rotam delata dubitatum fuit, an constet de credito Bauæ, pro quo cum Eusebij credito interest compensatio, & Domini negatiuè responderunt.

Quia ex duobus prætensis creditis Bauæ contra Eusebium oppositis nullum est liquidum; Non primum tertiæ nimirum partis scutorum 1400. vt asseritur debitæ ab Eusebio Francisco Bauæ, tanquam fratris Iosephi Cessionario: Quia patet, Eusebium *in Summ. num.* 2. ex vini Castri Vetrani quantitate, ab Augustino ad Vrbem delata Bauæ consignasse cados 745. quorum valor illius anni, iuxta attestationem Mercatorum datam *Summa-*
1 *rio num.* 5. vtique superat scuta 1400. & sic † debitum exactum compensationem non admittit, *Cyn. in l. scimus num. 2. C. in off. testam. Peregr. de fideicommis. art 49. num. 49. Rot. decis. 62. num. 74. par. 5. recent.* Quam solutionem non infringit, quod idem Augustinus vini dolia 98. cadorum 11. vel 12. pro quolibet, ad Vrbem delata Eusebio consignauerit; quia constat, vltra supradicta scuta 1400. in tres partes diuidenda, Eusebium de proprijs suis pecunijs, pro emendo eodem vino in dictis dolijs 98. comprehenso, soluisse scuta 747. de quibus aliqua pars Bauam non tangebat. Et tollitur omnis difficultas ex computo iuxta prædictam attestationem super vino Castri Vetrani à dicto Augustino aduecto, in quo Eusebius creditor in scutis 318. remanere apparet, *vt in Summario num.* 3.

Neque secundum Bauæ creditum, quòd Eusebius scilicet in vna partita de cadis 338. vini melatij, & in alia de cadis 139. Syracusani ad eius manus peruenerit, rationem reddere teneatur, aliquam compensationem admittere videtur. Quia de dictis cadis 338. ad Eusebij manus solùm cadi 154. deuenerunt, cum alij cadi 184. diuersis personis, de quibus eiusdem Bauæ minister notam habuit, vt in schedula desuper transmissa *Summ.*
2 *num.* 6. venditi fuerint, adeò vt † cum ipse totum vinum non receperit, ad rationem de tota quantitate reddendam cogi minime possit, *l. 1. §. de offic. ff. tutel. & rat. distrab. Aorn. conf. 255. circa med. vers. tamen, lib. 1. & cons. 81. Rota dec. 241,*
3 *num. 19. par. 5. recent.* Immo † Bauæ ab Eusebio, administrationis rationem reddendam petenti, incumbit onus probandi, quid, & quantum ab eo fuerit administratum ad tradita *per Rolandum cons. 281. num. 4. Greg decis. 220. num. 3.* De alijs verò ex depositione Testium apparet cados vini Syracusani 71. ab ipso Baua venditos fuisse ministris olim Cardinalis Sabaudiæ, aliosque plures cados diuersis personis fuisse venditos, & 12. eidem Bauæ pro eius vsu redditos *Summario n.* 9. & 10. quibus etiam solitum vini decrementum excomputandum accedit, cum alijs expensis pro custodia vini, & scutis 139 b. 50. *vt in Summario num.* 11. Vnde, dato etiam, quod Eusebius in aliqua nihilominus quantitate debitor rema-
4 neret, cum † ea tamen hodie ante computorum discussionem incerta sit, & illiquida, ad liquidum Eusebij creditum compensandum opponi non potest, *iuxta tex. in l. fin. C. de compens. cum vulgar.*
5 stante præsertim obligatione Camerali † aduersus quàm creditorum non omninò liquidorum, & certorum compensatio non admittitur, vt post alios, *Grattian. discept. 734. num. 13. & 14. Larrea decis. 87 num. 19. lib. 2. Rot. in Rom. ana Saluiani, 4. Iuly 1636 coram Reuerend. Præside Vallisoletano, & in Romana, seu Ianuen locorum montiū 31. Maij 1638. coram bon. mem. Buccabella, & in eadem 1. Martij 1641. coram R. P. D. meo Rojas, & tandem in Neapolitana Pensionis 2. Martij 1643. in fine coram eodem.*

Et ita Eusebio tantùm informante resolutum fuit.

R. P. D. MELTIO.

Romana Census.

Ven. die 18. Mensis Maij 1646.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fideicommissi requirit altiorem indaginem ideoq. non retardat executionem obligationis Cameralis.*

2 *Impositio census super bonis fideicommisso subiectis facta occasione solutionis dotis sustinetur, quando*

quando non extant bona libera.

3 *Fideicommissarius opponens contra possessorem bonorum alienatorum ex causa dotis existentiam bonorum debet, talem existentiam probare.*

4 *Filius institutus hæres à patre præsumitur legitimus, vel legitimatus.*

5 *Filio naturali legitimato debetur legitima.*

6 *Impositio census super re fideicommisso subiecta substinetur propter deductionem legitimæ debitæ impositori census.*

7 *Legitimam censetur elegisse filius super re in qua censum imposuit.*

8 *Fideicommissarius non repetit bona alienata ex causa dotis nisi interueniat fraus.*

9 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*

10 *Hæres cum benefic. legis, & inuentarij potest agere ad fideicommissum, ad quod est vocatus licet per defunctum fuerit super eodem fideicommisso facta transactio.*

11 *Hæres cum beneficio inuentarij tenetur ad debita testatoris si non reddat rationem hæreditatis.*

12 *Obligatio debitoris non mutatur ex mutatione personæ hæredis cum semper sit eadem cum defuncto.*

13 *Transactio bona fide facta super fideicommisso substinetur etiam in præiudicium aliorum fideicommissariorum.*

14 *Quod semel fuit approbatum non potest impugnari.*

DECISIO CCLXIX.

NON acquieuerunt illi de Cuppis duabus resolutionibus sub 10. Februarij, & sub 14. Iunij 1645. coram me emanatis ad fauorem Marci, & aliorum de Vrsinis, quibus fuit declaratum relaxandum esse mandatum contra Palatium Plateæ Agonis pro fructibus Census impositi vsque de anno 1561. occasione solutionis Dotis ad fauorem Celidoniæ, quæ nupsit de anno 1558. Marco Lepido de Vrsinis super dicto Palatio, & propterea obtinuerunt super eisdem causam repropo- ni. Vnde disputato Dubio An esset standum in primo, & secundo loco decisis fuit per Dominos sub hac die affirmatiue responsum. Replicabant enim primo dicti de Cuppis huiusmodi Censum non sustineri cum fuerit impositus super dicto Palatio iam subiecto fideicommisso à Cardinali De Trano, cum prohibitione alienationis, etiam latissime sumpto vocabulo, ex qua fuit prohibita hypotheca, & qualibet obligatio, & per consequens etiam Census impositio pro nulla haberi debet. Secundo quod Hieronymo Census Impositori non debebatur legitima vti naturali eiusdem Cardinalis. Tertio Ioannem Dominicum de Cuppis nunc agentem non interuenisse transactioni factæ per Franciscum Patrem de anno 1622. cum dd. Vrsinis, nec illum ex eadem transactione obligatum remansisse, & nunc non deducere Ius suum vti filium, & hæredem dicti Francisci, sed vti vocatum ad d. fideicommissum maxime cũ ab eo adita fuerit Patris hæreditas cum benefic. l. & Inuentarij. Quarto tandem transactionem illam licet initam lite pendente, & bona fide, non afficere fideicommissarios dum fideicommissum est clarum, & pluries à Rota canonizatum, & signater Romana fideicommissi de Cuppis sub 28. Ianuarij 1600. coram bo. me. Litta.

Quoad primum vltra responsiones datas, in assertis Decisionibus coram me, emanatis, cum

1 talis † exceptio requirat altiorem indaginem, non potest impedire executionem, quoad solutionem fructuum dicti Census in hoc Iudicio executiuo obligationis Cameralis, & reiecta hac eadem exceptione dixit Rota contra alios de Cuppis coram *Litta decis. 17. nn. 9. post Merlin. de legit.* Certum est enim, & inter partes non controuertitur, quod

2 talis † Impositio Census fuit facta occasione solutionis Dotis Celidoniæ, quæ debet substineri etiã si ex hoc paterno fideicommisso illa fuerit deducta, cum de illo tempore non extarent bona libera iuxta dispositionem *Auth res quæ, vbi eitam Ang. in princ. Ias. col. fin. in 13. lim Anton. de Battil. num. 58. C. comm. de leg Menoch. de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 189. num. 5. Petr. de fideic. q. 8. nu. 338. Peregr. eodem tract. art. 42. num. 26. Caphal. cons. 683 num. 7. Rol. infinitos allegans cons. 19. num 7. lib. 4 Thes. decis. 191 num. 11. d 478. nu. 1. circa fin. part. 3. recens. Romana Dotis 30. Martij 1618. coram bo. mem. Card. Verospio vers. non obstat post Fenzon. ad Stat. Vrb. in ord 93.* Et † dũ

3 dicti Vrsini tam ante, quam post transactionem fuerunt in possessione exigendi fructus dicti Census ex pensionibus dicti Palatij si opponatur à fideicommissarijs de existentia aliorum bonorum fideicommisso non subiectorum talis probatio ab ipsis omnino fieri debet *Cancer. in prima par. var. resol. cap. 9 de dot. & donat propter nupt. num. 103. Petr de fideic. q. 8 num. 460. in fin. vers. non omitto tamen Molin. de hispan. Primog lib. 4. cap. 7. n. 36. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 73. num. 9. Fusar. de substit. q. 531. num. 125. Fontanell de Pact. nupt. claus. 5 gloss. prima ar. 2. num. 13. & 34. Gratian. Discept. for. cap. 331. nu 22 Curt. iun. cons. 27.* quẽ sequitur & refert *Loazes in l. fil. fam. §. diu. ff de leg. primo num. 138. Dec cons. 519. num. 7.* & dum etiam Hieronymo impositori Census debebatur legitima, vt intra, impositio ratione ista substinetur ex allegatis in alijs Decisionibus.

Quoad secundum circa legitimam, vt illa fuerit debita Hieronymo habitum fuit pro irrefragabili dum id etiam fuit firmatum in hac eadem Causa de anno 1603. coram *Litta post Merlin. de legit. dec. 15. num. 4. & decis. 17. num. 5.* quæ Decisiones cum non fuerint reuocatæ, imo fuerint acceptatæ, & iuxta illas secuta fuerit transactio maxime

4 ximè † cum appareat ab eodem Cardinale fuisse eundem Hironymum hæredem institutum, ex quo arguitur illum fuisse, vel legitimum, vel legitimatum *Garz. de habilit. gloss. 20. num. 15. Cassanus*

5 *nus cons. 166, nu. 12.* & † tali casu naturali legitimato deberi legitimam firmat *Peregr. de fideic. art. 36. num 40. & 41.* vbi alij cumulantur. *Rimin. cons. 156. nn. 36* vbi pariter multi referunt *DD. & num. 7. Menoch. cons. 164. num. 35. Gabr. cons. 85. num. 4 lib. 2. Surd. cons. 185. num. 10. lib. pariter 2 & de alimen. tit. 1. q. 8. num 5. Alex. Raudensis in tract. de Analog cap. 36. num. 106.*

dd 2 Tolli-

Tollitur etiam Obiectio non solum ex responsionibus datis in dictis decisionibus tangentibus transactionem initam per Franciscum Patrem Ioannis Dominici, atque Inuentarium per eum exhibitum, sed etiam, quia licet idem Dominicus hodie dirigat suas actiones, non vti hæres Patris, sed tanquam fideicommissarius non potest tamen huiusmodi impositionem Census contro-
6 uertere, cùm † illa saltem sustineatur occasione legitimæ debitæ d. Hieronymo Dotanti, & Impositori Census, quæ nullo onere potuit grauati, *l.quoniam in prioribus,& l.omnimodo C.de Inoff. testament.l.Cohæredi §.cum filia,& ibi not.ff.de vulg.& pupill.Aretin.consil.19.num.4.Corn.consil.*
7 *133.num.6.lib.6.* Et † eo ipso quod est impositus ab aliquo Census censetur electa legitima ab ipso super fundo censuato *Bald.in l.iubemus sub nu. 3. vers.item fallit in legitima 6.ad Trebell. Alexan. cons.3.num.6.vers.potuit etiam lib. 3. Rota. decis. 53.num.5.64.nu 4.& 68.num.6.& 7.post Cenc.de Censib.impress.Venetijs de anno 1629.& decis.116. num.24.part.6.diuers.Romana Saluiani 26.Aprilis 1632.coram bo.mem.Merlino,& in Rauennaten.*
8 *Saluiani 17. Iunij 1640.coram me.* Et † tunc posset reuocari alienatio facta bonorum fideicommisso subiectorum ex causa Dotis, quando cum fraude illa fuisset facta, alias fideicommissarius non potest repetere bona ex tali causa necessaria a grauato alienata, ne mulier remaneat indotata *Ias.in d.Auth.res quæ l.dudum C.de Contrahenda empt. capit. faciam legitimè de reg. Iuris in 6. Peregr.de fideic. art.42.nu.24.per tot.Ruin. consil. 137.num.19. Aretin.consil.20.num. 47* & in omnem casum Ioannes Dominicus tenetur ad ob-
9 seruantiam dictæ transactionis tamquam † hæres Francisci Patris, cuius factum propterea non potest impugnare *l.cum Matre C.de rei vendic.Socc. sen.con. 249.num.29 lib.3.Dec.184.num. 11. Rot.*
10 *decis.356. num. 22. par. 6. diuers.* & † licet ipse fuerit hæres, cum beneficio legis, & inuentarij, & ex hoc non remanserint confusæ actiones, & ipsi fuerit præseruatum ius agendi ad fideicommissum vti vocato a Cardinale fideicommittente ad *text.in l.fin.§.& si præfatam C. de Iure deliber. Menoch.consil.203.n.27.Curt.iun.consil.7.n.31.Rot. in Romana separationis bonorum 24. Ian. 1611. coram bo.mem.Pirouano,& in Romana Pecuniaria 21.Iunij 1632.coram bo.me Merlino.* Tamen
11 cum † non appareat per eum fuisse redditam sufficientem rationem de bonis ad eum peruentis ex hæreditate paterna, ac inuentario descriptis potest agi via executiua ne dum contra bona hæreditaria Francisci Patris, quatenus aliqua adsint,
12 quia in hac parte non † mutatur obligatio Debitoris ex mutatione personæ hæredis cum semper sit eadem cum Defuncto; Sed etiam contra bona, & personam dicti hæredis iuxta opinionem Baldi qui fuit huius praxis magister in *d l.fin.§.in computatione nu.3. C.de iur.deliber. Alex. in l.postulante num.7.ff.ad Trebel.& consil.18.num.14. vol. 5.Phanut.de Inuent in.5. parte numer. 130. inter tract.tom.8.par.2.&* in hanc Sententiam sæpius *Rota transiuit, vt in Cesenaten.bonorum 13.Iunij 1608.coram S.D.N. Romana de Prattis 6 Iunij, & 12. Nouembris 1619 coram bo.me. Card. Verospio Romana legatorum Hebræorum 20.Decembris 1630.coram Reuerendiss. D.meo Decano.*

Corruit etiam quartum Obiectum circa transactionem, dum dicebatur illam afficere quidem Andream, & Iosephum transigentes, sed non Ioannem Dominicum vti fideicommissarium. Quia cum per Vrsinos fuerit obtenta immissio super Palatio occasione huius Census, mota, ac substentata lite per Franciscum Patrem Ioannis Dominici, Ioseph. & Andr. super dicta immissione, fuit prius eisdem Vrsinis concessa manutentio, & deinde in executionem prædictorum fuerint eisdem consignatæ pensiones Palatij negari non potest per Io. Dominicum, Iosephum, & Andream non fuisse bona fide eamdem transa-
13 ctionem factam † quæ afficit etiam Ioannem Dominicum, iua suum deducentem ex fideicommisso *l prima ff.de transact.Imol.in l.ante restit.prope fin.ff.de solut.Petr.de fideic.art.8 num.75. Fusar. de subst.q.554.num.14.Cephal.consil.228. nu.25. consil.161.num.35.Dec.consil.475.numer.8.& 480. num.12.* Et eo magis talis bona fides etiam quoad Ioannem Dominicum agnoscitur, dum ipse tacite eamdem transactionem approbauit dando ordinem soluendi fructus d. Census, qui solutio sufficit pro ratificatione actus *l. si prætextus ff.de bon.poss.contra Tab.l.si proponac.§. primo de inoffic.Test.Ias.in l.postquam liti nu. primo vers.3. limita, vbi Dec.num.8.C.de pact. Duar. de Censi. §.1.q.19 num.35. Menoch.de recuper.poss.rem.15. num. 119.& num.124.& consil.561.num.12.vers. & respondendum Surd.consil.405 num.34.dec.382 num.2.par.3.recent.& decis.100. num.6.coram*
14 *Card. Caual.* Et † dum Ioannes Dominicus tali solutione supradictam transactionem a Patre factam approbauit, non potest deinde illam impugnare *l. obseruare §.vlt.ff.de off.Proc.Bart.in l. 1. num.4. vbi de Crim.agi oportet, Mantic.de taci. & ambig.lib.3.tit.15.num.43.Becc.consil.6.nu.18. & 19. verf.& quod dicitur eum qui semel, &c. Surd.consil.405.num.34.vers.& qui semel Dec. cõs. 475 num.28.& 665. ad dubium num.8.Boer.dec. 149.nu.16.* Et consensus semel præstitus reuocari non potest *l. per fundum de seruit. Rust.præd. Aym.cons.24.Nobili. num.10.& cons. 200. Auus habens num.2 Becc.d. cons. 6. num. 19. vers. similiter.*

Et ita vtraque parte Informante &c.

R. P. D. CERRO.

Romana Quarti Dotalis,

Veneris 27. Aprilis 1646.

SVMMARIVM.

1 *Validitas mandati iustificatur ex actis.*
2 *Maritus, qui confessus fuit recepisse dotem potest conueniri pro illius restitutione, quamuis restitutio explicitè promissa non fuerit.*
3 *Executiuè procedi potest pro restitutione dotis etiam contra tertios possessores vigore Statuti Vrbis lib.1.cap. 85.*
4 *Obligatio Cameralis refertur ad omnes dispositiones in instrumento contentas, tam principaliter quam*

quàm acceßerit.
5 Obligatio Cameralis tribuit viam executiuam executibilem tam pro expressis, quàm pro virtualiter in obligatione contentis & nu.17.
6 Obligatio Cameralis continet stipulationem pro omnibus, quorum intereſt, & in futurum quomodolibet intererit.
8 Obligatio Cameralis operatur ad fauorem interesse habentis, ac si ipso præsente, & acceptante stipulata fuisset.
8 Executiuè agi poteſt contra obligatum in forma camera.
9 Quartum dotale lucratum per vxorem, illa defuncta restituendum venit filijs primi matrimonij.
10 Quem de euictione tenet actio eumdem repellit agentem.
11 In heredem transeunt omnes actiones defuncti, tam actiuè, quàm passiuè.
12 Pro euictione prouenientis ex natura rei quis agere non poteſt, nisi expresse talem euictionem fuerit stipulatus.
13 Tradens rem grauatam ei qui grauamen sciebat non tenetur de euictione.
14 Recipiens rem grauatam censetur illam cum grauamine voluisse recipere.
15 In instrumento exprimi possunt ea, quæ fuerũt de mente contrahentium in capitulis inter eos confectis, & quæ sunt ipsis capitulis accessoria.
16 Contrarietas cessat quando actus sunt compatibiles.
18 Contrarietas, vt euitetur admittitur qualibet interpretatio, etiam verba impropriando.

DECISIO CCLXX.

DOMINVS Lelius Bariſcianus de Perintijs natus ex matrimonio primo loco contracto cum dote scutorum 4000. inter Imperiam Incafatam, & Iulium Perintium egit anno præterito, Imperia vita functa, contra D. Comitem Fabium Carandinum secundum illius virum, & impetrauit ab A.C. relaxari mandatum exequutiuum pro scutis mille sibi debitis occaſione quarti dotalis, quod etiam Imperia mater per prædeceſſum dicti Iulij eius primi viri superlucrata fuerat, à quo interpoſita appellatione per Com. Fabium, & commiſſa mihi cauſa cum clauſula ſine præiudicio legitimæ executionis, Dubitaui an mandatum A.C. ſit confirmandum, vel infirmandum, & confirmandum eſſe Domini cenſuerunt tanquam validum, & iuſtum.

1 Validitas † reſultat ex reuolutione actorum, in quibus concurrunt omnia requiſita per Caputaq. vulg. deciſ. 260. par. 2.

Nec obſtat, quod actum fuerit executiuè non citatis Camillo, & Anna Maria hæredibus ſcriptis in teſtamento Imperiæ, qui de iure quartum dotale reſtituere tenentur.

2 Quia dum † Comes Fabius dotem recepit in ſumma ſcutorum decem mille cum ſpecifica expreſſione, quod in ea continebantur ſcuta mille per Imperiam in primis nuptijs ſuperlucrata ratione quarti dotalis, illamq. ex inſtrumentis publicis tam Conſtitutionis, quam receptionis integram conſeruare, & aſſicurare promiſit, vigore huius promiſſionis conueniri potuit etiam ad reſtitutionem, quantumuis reſtitutio explicitè promiſſa non fuerit per tex. in l. ſi duo patroni, §. Marcellus, verſ. argumentoq. hic vtitur, vbi Iaſ. nu. 1. ff. de iureiur. Bald. in l. vnic. §. vt plenius num. 8. C. de rei vxor. action. Bart. in l. 1. num. 3 ff. de his, quæ in teſtam. de ſent. Alex. conſ. 106. num. 4. lib. 6. cum alijs relatis per Grat. diſcept. for. cap. 852. num. 34.

3 Et † quidem executiuè tam attenta diſpoſitione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. concedentis viam executiuam etiam contra tertios poſſeſſores pro dotibus, ac donationibus propter nuptias, ſeu lucro dotali, vt tenuit Rota in rec. deciſ. 161. nu. 4. par. 4. quam vigore obligationis Cameralis in d. inſtru-

4 mentis adiectæ, quæ † nedum refertur ad omnes diſpoſitiones in inſtrumento principaliter acceſſoriè, ſeu incidenter contentas, ac ſimpliciter enunciatas, vt dixit Rota in Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. corã me, §. ad primum enim,

5 † verum etiam tribuit viam executiuam exercibilem tàm pro expreſſis, quàm pro virtualiter in eadem diſpoſitione contentis, vt reſolutum fuit in Romana dotis 14. Februarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, §. & maximè.

Idque etiam ſi Lelius in dd. inſtrumentis, nec

6 interuenerit, nec nominatus fuerit, quia cũ † obligatio Cameralis contineat ſtipulationem pro omnibus quorum intereſt, & in futurum quomodolibet intererit. nec reuocari poſſit in dubium, quin de tempore dictæ obligationis Lelio intereſſet, & eſſet principalis creditor dicti lucri dotalis expectantis dumtaxat futuram purificationem cõditionis per obitum Imperiæ matris, iuxta claram diſpoſitionem eiuſdem Statuti d. lib. 1. cap. 131. tanquam principali, & primarium intereſſe habenti fuit à principio ipſi quæſita actio directa cõ-

7 tra Comitem Fabium promiſſorem, & † obligatio Cameralis operatur ad eius fauorem, ac ſi ipſo præſente, & acceptante ſtipulata fuiſſet, vt ſæpius reſ. luit Rot. poſt Zacch. de oblig Camer. dec. 86. num. 2. deciſ. 97 num. 1. deciſ. 99. num. 7. & dec. 137. num. 1. in recent. deciſ. 285. num. 9. & 10. p. 6. deciſ. 46. num. 7. par. 7. coram bon. ms. Buratt. dec. 788. num. 2. in Romana, ſeu Ianuen. quarti dotalis 27. Iunij 1639. coram Eminentiſſ. D. Cardin. Panzirolo §. fin. in Romana, Cenſus, ſeu Depoſiti 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Meltio §. & quatenus conſiderari verſ. dicit parum referre, & prius in d. Romana Saluiani de Caſalibus §. & ceſſat omnis difficultas, ac poſtremò in Romana fructuum ſenſus 10. Decembris præteriti coram me. §. dupliciter enim.

Nec opus fuit citare Camillum, & Annam Mariam hæredes ſcriptos ab Imperia Matre.

8 Quia dum † Comes Fabius ſub obligatione Camerali virtualiter reperitur adſtrictus pro reſtitutione dicti quarti dotalis ad fauorem Lelij, cuius principaliter intereſt, vigore huius obligationis conueniri potuit executiuè dictis hæredibus Imperiæ minimè citatis, vt in dicta Romana fructuum Cenſus coram me, vbi reſpondetur contrarijs.

Iuſtitia verò eſt euidens; Quia cum defuncto Iulio Perintio, & reſtituta Imperiæ vxori Superſtiti integra dote ſcutorum 4000. in tot. effectibus

hæreditarijs viri, & specialiter in linea Margaritarum, illi assignatus fuerit pro quarto dotali super lucrato census debitus à Communitate Priuernaten. sortis principalis scutorum mille *Sum. Lelij nu.1.* quæ scuta 4000. vna cum dicto censu, ac alijs bonis vsque ad summam scutorum 10000 consignata, & respectiuè promissa fuerunt in do-
9 tem anno 1615. Comiti Fabio secundo Viro, † sequuto obitu Imperiæ factus fuit locus restitutionis prædicti quarti dotali ad fauorem Lelij ex primo matrimonio suscepti, vt clarè disponit *Statutum Vrbis d.cap.231.* ibi, *si vero maritus vxore superstite cum liberis decedat vxor quantum est quarta pars dotis pro donatione propter nuptias ad vsumfructum tantum de bonis mariti lucretur pro quo cauere teneatur, quod vsufructus finito illam restitueret, quibus de iure restitui debet.*

Non obstat, quod Marcus Antonius Incasatus, cujus est hæres Lelius, huiusmodi dotem Com. Fabio assignauerit, & respectiuè promiserit
10 & proindè sicut † Incasatus agere non poterat ad repetitionem huius lucri dotalis tanquam pro euictione obligatus *per text. in l. vindicantem ff. de*
11 *euict.* ita nec possit agere Lelius. † in quem omnes dotantis actiones tam actiuè, quam passiuè transierunt, *vt tenuit Rota in Fauentina, seu Cesenaten fideicom. 14. Febr. 1633. coram Reuerendiss. D. meo Decano in rec. decis. 176. nu. 1. & 2. par. 6.*

Placuit enim responsio, quod cum in Instrumento dotali expressum fuerit, quod in dote ibidem constituta compræhendebantur scuta mille pro quarto dotali per Imperiam acquisita, ob prædecessum Iulij primi viri, in quorum solutione Com. Fabio assignatus fuit prædictus census à Communitate Priuernaten. debitus, quem eadem Imperia iuxta formam statutorum, scilicet quoad vsumfructum eius vita durãte in hanc causam sibi elegerat *Summar. d. num. 1. litt. A.* hæc pars dotis vxori delata vigore Statuti, illique acquisita duntaxat ipsius vita durante, & habens in se obligationem restituendi post mortem, tradita & assignata censetur Com. Fabio secundo Viro cũ ijsdem pariter onere, & qualitate, Ideoque vxo-
12 re defuncta ad Lelium reuerti debet, nec † per Comitem Fabium prætendi potest euictio, cum ob factam expressionem, quod hæc portio prouenieba ex quarto dotali ex bonis primi viri acquisito, satis deducta fuerit ad ipsius notitiam qualitas & natura reuersionis ad filios primi matrimonij hic in Vrbe notoria, adeout dum Fabius specificè hanc euictionem stipulatus non fuerit pro ea, nec agere, nec excipere valeat, *vt est text. clarus in l. si à matre C. de iur. dot.* ibi, *si à Matre vestra superstite aliquid ad vos pertinens in dotem scienti Vitrico vestro datum est, intelligitis nullam firmitatem Iuris donationem habere si neque pollicitatio, neque stipulatio intercessit; vbi gloss. in verb. nullam, Bald. ante numerum primum, cæterisque scriben. in l. fundum sciens Cod. de euic. & in cap. nuper extr. de donat. inter vir. & vxor. Castrens. cons. 59. sub num. tertio vers. breuiter contrarium vero puto verius, & vers. quarto, & vltimo viden. est lib. 1. Roman. cons. 396. sub n. 3. vers. et tunc licet Panzirol. cons. 112. n. 25. Mangil. de euict. quæst. 151. n. 15. et 16. Pacebin. contr. iur. lib. 2. cap. 40. In princip. Amat. Panorm. var. resolut. 88. num. 15. Surd. decis. 208. nu 1. et secundo. Rota Ianuen. decis. 192. num. 16. vers. nec afficit, et nu. 17. Magon. decis. Floren. 51. num. 7. Sess. decis. Aragon. 14. num. 2. Cardin. Seraphin. decis. 1480. num. 4. Rota decis. 207. num. 12. 13. et 14. & decis. 327. num. 24. part. 5. recent cum alijs in Romana Cambiorum 26. Martij §. nec vrget replicatio, 18. Iunij 1640. §. concurrente præsertim, et 3. Iunij 1641. §. alterum principale, et §. sed ad*
13 *primam coram me.* Tradens † enim rem grauatam recipienti scienti non tenetur de euictione
14 *Gozadin. cons. 24. num. 7.* & sic † recipiens cum eodem onere recipisse censetur *Aymon. cons. 12. sub nu. 8. vers. quia tunc ob eius scientiam.*

Nec quicquam releuat replicatio, quod Instrumentum dotale aduersetur Apocæ, & Capitulis matrimonialibus, ex quo in illis nulla mentio facta fuit de dicto quarto dotali; Ideoque enũciatiua Instrumenti non possit præiudicare Comiti Fabio cui à principio ex dicta Apoca, & Capitulis Ius quæsitum fuerat.

Quia animaduerterunt Domini, quod licet in dictis Apoca, & Capitulis non legatur expressa mentio quarti dotalis, ad computum tamen Dotis ibidem constitutæ promissa fuerunt scuta mille debita à Cõmunitate Priuernanen. pro sorte principali supradicti annui census, Ibi, *In nome di Dio &c. hauendo io infrascritta concluso matrimonio frà la Signora Imperia Incasati, et il Sig. Fabio Carandini Ferrarij per tanto si dichiara per la presente, che il Signor Marc'Antonio Incasati promette etc. e per dote di essa gli constituisce scudi 10. milla cioè scud. 2. milla contanti, scudi 1400. pure contanti etc. e più scudi mille in vn Censo con la Communità di Piperno à sette per cento etc. cod. Sum. nu. 1.* quem censum biennio ante eadem Imperia sibi elegerat in satisfactionẽ quarti dotalis super lucrati, vt supradictum fuit, Vnde expressio facta in Instrumẽto de dicto quarto dotali non inducit mutationem animi, nec aduersatur Capitulis, sed stat duntaxat demonstratiuè ad magis ostendendam naturam, & qualita-
15 tem dicti census in secunda dote assignati; † licitum enim est in Instrumento exprimere, & addere verba explicita, quæ fuerunt de mente contrahentium tempore Capitulorum, & ad eadem Capitula sunt accessoria, & consecutiua *ad tex. in*
16 *l. etiam C. de iur. dot.* † concurrente autem compatibilitate quælibet contrarietas, & repugnantia cessat, vt in his terminis *resoluit* Rota in *Rom. lucri dotalis 26. Decembris 1633. coram bon. me. Merlino in recent. dec. 250. nu. 14. et 15. par. 6.*

Nec Comiti Fabio aliquod ius quæsitum fuit ex capitulis antea confectis; dum in ijs reseruata fuit instrumenti confectio, quod deindè ante denuntiationes futuri matrimonij stipulatum fuit, ex hoc enim vnum censetur alteri inesse adeout non potuerint Capitula ante Instrumenti confe-
17 ctionem Ius parti tribuere, Vndedum † Fabius sub obligatione Camerali promisit obseruantiam omnium contentorum tam in Instrumento quam in Capitulis, & Apoca matrimoniali, conueniri potuit executiuè tam pro expressis, quam pro virtualiter vtrobique contentis *ex latè deductis in d. Rota Romana Dotis coram Reuerendiss. D. meo*

Decano

Decano, & in dicta Rom. Saluiani de Casalibus coram me.

Cæterum deducta ad proban. Marcum Antonium Incasatum de proprio dotasse Imperiam, & signanter illius declaratio facta in testamẽto, quod bis illam dotauerat prima scilicet vice de scutis 4000. altera verò de scutis 10000 non fuerunt habita in consideratione, quia huiusmodi declaratio, & similia congruè verificantur in vtraque dotatione eo modo, quo apparet ex publicis Instrumentis, in ea videlicet parte, in qua de proprio dotem constituit, non autem excludunt comprehensionem scutorum mille ex dicto quatto; dotali expressis verbis in hac posteriori dote contentorũ, quæ noua quidem dotatio fuit, sed cum explicita compræhensione dictæ summæ aliorumque censuũ pecuniarum, & gemmarum in restitutione; primæ dotis assignatarum, vt apparet tam ex electione facta per Imperiam, quam ex capitulis matrimonialibus, & secundo Instrumento dotalis; Alias enim pugnarent inter se Instrumentum capitula,
18 & Testamentaria declaratio, pro † quo euitando quælibet interpretatio admittitur etiam verba impropriando, *cap. inter dilectos de fid. instr. Aymon. cons. 72. nu. 5. Rota dec. 429. num. 25. part. 5. recent. tom. 2.*

Et ita parte vtraq; informante resolutum fuit.

R. P. D. VEROSPIO.

Maceratẽ. Census.

Ven. 23. Iunij 1638.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio Legitimationis personæ admittitur contra obligationem Cameralem, & in quocunque iudicio executiuo.*
2 *Successor in officio Notarij potest exemplare scripturas absque aliqua partis citatione, seu alijs solemnitatibus.*
3 *Archiuium quod nõ fuit erectum publica auctoritate non dat robur scripturis priuatis.*
4 *Archiuium quando dicatur foueri auctoritate publica.*
5 *Actus licet nullus validatur per ratificationem.*
6 *Hæres potest ratificare cessionem factam à defuncto.*

DECISIO CCLXXI.

PROPOSVI idem dubium quod fuit decisum in hac causa sub die prima Februarij præteriti, vt concedenda esset executio mandato quod obtinuerat Hieronima ab A. C. pro fructibus Census, quem Franciscus simul cum Cæsare fratre imposuerat super proprijs bonis, & vendiderat Horatio authori Hieronimæ, pro quorum fructuum solutione se obligauerat etiam tãquam fideiussor Laurentius cuius hæres erat Annibal cõtra quem petebatur executio eiusdem mãdati; Et cum validitas, & iustitia eius mandati probaretur ex decisione præterita Domini illam confirmarunt in hoc dubio.

Neque visum fuit obstare quod obijciebatur contra personam Hieronymæ, vt non probaretur
1 cessio ei facta, quæ † exceptio tanquam respiciens legitimationem illius personæ rectè poterat admitti in hoc iudicio quamuis in eo ageretur vigore obligationis Cameralis, cum eadem exceptio habeat locum in quocumque Iudicio executiuo siue alia ratione priuilegiato, vt probat *tex. in l. si res C. de ordine cognitionum, & notant DD in l. 2. C. de edict. Diu. Adriani tollen. vbi Bart. num. 3. & in extrauag. ad reprimendam in verbo figura num. 7. Dec. in rubr. C. qui admitti num. 3.* Etenim negabatur constare de tali cessione, eo quia apoca in qua illa continebatur extracta fuisset à Notario sine citatione partis, quæ difficultas sublata fuit in præterita decisione, quia exemplar eius apocæ desumptum fuit ex Archiuio Ciuitatis Maceratæ,
2 & ab officiali eiusdem Archiuij, † qui in hoc gaudebat eodem priuilegio quod habẽt ceteri successores in officio, vt posset exemplare scripturas sine aliqua partis citatione aut alijs solemnitatibus, vt fuit dictum *in Mediolanen. Decimarum S. Donati 23. Ianuarij 1612. & in Meliten. Erectionis Collegiata prima Februarij 1633. coram R. P. D. meo Pir uano*, & notant *Doct. in authent. si quis in aliquo C. de edend. vbi Alex. num. 5. Dec. num. 26. Bart. in l. si quis ex argenteis §. cogetur nu. 3. ff. eod. tit.* Et quamuis iterum obijceretur quod Archiuium in quo custodiebatur scheda originalis à qua desumptũ fuit illius exemplar non esset illud quod erectum fuit vigore Constitutionis Sixti Quinti, sed aliud Curiæ generalis eiusdem Ciuitatis, quod
3 † negabatur erectum fuisse auctoritate publica, & quod inde sequitur vt dare non posset robur scripturæ priuatæ secundum notata *per gloss. in auth. ad hæc C. de fid. Instrum.* & tradunt *Doct. in cap. cum causam de probat. vbi Abb. num. 1. Felin nu. 7. & in cap. ad audientiam de præscript. vbi idem Felin. num. 11. Aym. de antiq. tempor. part. 1. §. 4. limitatur num. 1.* Tamen tollebatur hæc exceptio,
4 quia etiam † idem Archiuium publica auctoritate fouebatur cum in ea seruari solerẽt acta & processus iudiciales omnium Notariorum eius Ciuitatis, & illius vice præsideret publicus officialis ex quibus rectè probabatur quod illud erat destinatum ad publicam vtilitatem, *vt notat Felin. in d. cap. ad audientiam num. 11. & 15. & in cap. cum causam num. 7. Ioan. Andr. in addit. ad speculatorem de tit. Instrum. editione §. nunc dicendum in glos. magna in 4. colum. in fine Bald. in rub. C. de fid. Instrum. num. 74. & in l. exemplo num. 2. C. de probat.* quod præcipue admitti poterat cum ageretur inter personas subiectas eidem Archiuio, vt tradit *Bald. in d. l. exemplo num 5. Felin. in c. ad audientiam num. 12. in fin.* Et tollebatur omnis difficultas respectu veritatis eius cessionis, quia publico Instrumento doctum fuit illam ratam habuisse Ludouicam filiam Odoardi à quo Hieronyma eam cessionem obtinuerat; Vnde non erat opus alia solemnitate pro recognitione schedulæ
5 cum † propter dictam ratificationem confirmata fuisset cessio facta Hieronymæ quando illa alias non valeret, vt probat *text. in l. cum de indebito in fine C. de probat. & tradit Bart. in authen. at si cõtractus num 13. in 2. lectur. Bald. cons. 275 nu. 1. lib. 3. & in cons. 466. in princip. vol. 5. Cast. cons. cons. 312.*

6 *cons.312. num.1. par.2.* & † potuit ea ratihabitio fieri eodem modo à Ludouica hærede Odoardi sicut ab ipso Odoardo, vt probat *tex.in l.pantonius ff.de acquir.hæred.& in §.1.authen.de iureiurād. à moriente præstito*, & in terminis ratificationis factæ ab hærede, *probat tex.in l.si is cui 7. rem ratam haberi ducto argumento à contrario sensu, & in l bonorum 24 ff. eod.tit.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Ianuen. Quarti dotalis.

Luna 27. Iunij 1639.

SVMMARIVM.

1 *Statutum domicilij viri est seruandū circa lucrū dotale, non autem loci celebrati contractus, Contrarium nu.2. Reprobatur num.3.*

4 *Pactum de lucrando quartum dotale semper cēsetur appositum in instrumento dotis, nisi expresse fuit de partium consensu remissum ex dispositione Statuti Vrbis lib.1. cap.131.*

5 *Clausula continens lucrum delatum per statutū semper intelligitur praeseruata.*

6 *Constitutio Sixti Quinti super reductione dotiū quando habeat locum.*

7 *Ea qua fuerunt ad fauorem alicuius inducta nō debent in eius damnum retorqueri.*

8 *Solemnitates requisita à Statuto in cōtractibus mulierum, minorum, vel Ecclesia, non sunt necessaria quando ipsi acquirunt, vel vtiliter cōtrahunt.*

9 *Statutum prohibens quod vir non possit legare vxori, & e contra non comprehendit vxorem forensem, qua legat marito subdito.*

10 *Pro dotibus donationibus propter nuptias, & lucro dotali competit via executiua ex dispositione Statuti Vrbis lib.1.cap.85.*

11 *A.C. procedit executiuè in causis in quibus in alijs Tribunalibus Vrbis executiuè proceditur.*

12 *Obligatio Cameralis continet stipulationem ad fauorem omnium quorum interest.*

13 *Obligatione Camerali stante executiuè proceditur.*

DECISIO CCLXXII.

CVM D. Eugenia Spinula de anno 1590. in Ciuitate Ianuæ cum dote scut. 22. mil. auri stamparum nupta fuerit bo.mem. Marchioni Vincentio Iustiniano, sequuto ipsius obitu sine filijs anno proximo præterito petijt à D. Marchione Andrea hærede Instituto vna cum dote quartum etiam dotale, iuxta dispositionem Statuti Vrbis lib.1.cap.131. sed cum dictus D.Marchio Andreas quartum soluere recusasset, habito recursu per D.Eugeniam ad A.C. mandatum pro eo ad sui fauorem relaxari obtinuit, à quo decreto, cum pro parte D.Marchionis Andreæ, fuisset appellatum, Sanctiss. D.N. in Signatura Gratiæ communicatis mihi facultatibus A. C. rescripsit cum clausula si quid exequendum; Vnde cum hodie disputaretur, An mandatum prædictum sit exequtioni demandandum, vel de nouo relaxandum, Domini pro noua illius relaxatione responderunt, cum verba Statuti clarè disponant, quod si vir prædecedat liberis non extantibus, sicut e contra, Vxor tàm quoad vsumfructum, quam quoad proprietatem quartam partem dotis lucretur.

Nec obstare visum fuit, quod circa lucrum dotale in casu præsenti non sit attendendum Statutū Vrbis, sed Statutum Ianuæ, in qua contractus fuit celebratus, quia cum Ioseph Iustinianus, qui fuit Pater Marchionis Vincentij, post redactam Insulam Chios in Turcarum potestatem Romam cum filijs totaque familia deuenerit, ibique domiciliū, non solum longa habitatione contraxerit, sed de anno 1580. & sic ante initum matrimonium inter Vincentium filium, & D. Eugeniam Ciuem Romanam fieri obtinuerit, vt constat ex fide authentica Secretarij, ipsius Populi Romani, & de anno 1588. & sic ante etiam dictum matrimonium Casale in Territorio Romano Palidorum nuncupatum pretio scut. 80000. emerit; vt patet ex publico Instrumento, ac successiuè Palatium pro scutis 18000. Vineamque extra Portam Flaminiā prò scutis 2500. vt constat ex partitis librorum ipsius Iosephi comparauerit, tres filias tribus nobilibus Romanis Ciuibus in matrimonium collocauerit, itaut dubitandi locus non sit, quin etiam Marchio Vincentius ipsius filius de tempore matrimonij Vrbis Incola diceretur, prout postea id euidentius comprobauit Marchionatum comparando, Cappellam in Ecclesia B.M. supra Mineruam magno sumptu construendo, ibique sibi, & posteris sepulturam eligendo, & alia similia gerēdo, quæ ad verum Romanum Ciuem spectant, vt toti Curiæ notissimum est, existimarunt Domini

1 nullatenus † esse attendendum locum vbi contractus fuit celebratus, sed potius ipsius Marchionis Vincentij domicilij locum ad quem coniuges erāt ituri, & in quem propterea collata censetur restitutio dotis, & consequenter solutio quarti dotatis, *iuxta tex.in l. exigere dotem ibique Doct.ff. de Iudic. Archidiacon.in cap.illud numer.7. 12.distinct. Butr.in cap.1.num. 12. vers.sed in casibus, vbi Abb.num.11. Felin.num.24 de sponsalib. Bart. in l cunctos Populos nu.18. in fin. vers. Statutum est de summa Trinitate*, vbi *Fulg. num. 19.* dicit hoc sibi contigisse cum esset Placentinus, & duxisset Vxorem Papiæ *Caccialup.sub num.117.& 124. & seqq.lib.7. Roderic. Suarez ad leg. Regn. tit. de latganantias nu.43.post med.vers.est verum,pulchrè Alex.cons.100 sub nu.0.& seqq.lib.3.Cuman. cons.26. Ruin.cons.59.n.8.in fin.vers.quia etiamsi, & nu.9.& seq.lib.3.Surd.cons.483.nu.1.Mantic. qui plures cumulat de tacit.lib.3.tit. 14.per tot. Roland.de lucr.dot.q.21 Giurb de consuetud. Messanen.cap.1.gloss.1.nu. 65. Gratian.discept forens. 609.sub nu.24.& seqq Seraph.decis.504.sub nu.5. Valasc.decis.175.nu.12.&* fuit resolutum in *Bononien.dotis 7.Febr.1620. coram bo.me. Patriarcha Hierosolymitano, & in Auximana census 23.Iunij 1636. coram R P D.meo Ghisilerio.*

2 Nec † visum est releuare, quod Marchio Vincentius contraxerit matrimonium Ianuæ tanquā Ciuis Ianuensis & non tanquam forensis, & ideo debeat

debeat attendi Statutum Ianuæ iuxta opinionem *Barbat. in conf. 4. num. 7 lib. 2, cum quo transit Phanuc. de lucr. dotal glos. 9. num. 26. vers. istam Barbatia opinionem, qui voluit, quod si habitans Bonon in patria sua Florentinã ducat vxorem Florentinam attendatur Statutum Florentia, non autem Bononia*; Nam vltra quod Domini ponderabant Marchionem Vincentium non fuisse Ciuem Ianuen. originarium, sed tantum ex priuilegio vt ipsemet asserit in suo testamento adhuc † tamen responsum fuit contra *Barbat.* extare communem opinionem in contrarium, ipsumque ab omnibus alijs reprobari vt tradit *Caccialup. in d. l. cunctos populos C. de summ. Trinit. vbi sub n.* 114. proposita controuersia dicit se in eo casu requisitum à Florentinis de sua sentẽtia secundum conscientiam suam ita respondisse; *& Rodriquez Suarez, vbi supra num. 43. dicit fundamenta Barbatia esse debilia & spernenda, nec esse recedendum à communi opinione & contra Barbat. in eod. cas. consult. Alex. d. cons.* 100. *qui etiam testatur de veriori sententia.*

Minus visum est releuare, quod Marchio Vincentius in contractu dotis promiserit illam restituere nulla facta mentione de quarto dotali, ex quo videtur posse inferri, quod noluerit teneri ad solutionem quarti, quia † hoc obiectum cessat ex lectura ipsius Statuti Vrbis d. cap. 131. vbi disponitur pactum de lucrando quartum semper in instrumentis dotalibus censeri appositum, & stipulatum, nisi expressè de partium contrahentium voluntate fuerit remissum aut aliter conuentum, prout in simili dicit *Menoch. in cons. 256 nu. 13. & seqq. Aym. cons. 880. num.* 8. semper † enim intelligitur præseruata clausula lucri delati per Statutum *Dec. cons. 402. sub nu. 4. Natt. cons. 103. nu. 3. Roland. de lucr. dotal. quæst. 37. numer. 9. & seq.*

Nec pariter visa est releuare Constitutio Sixti Papæ V. 52. super reductione dotium ad summam scut. 5500, quia in eius editione intentio Papæ sola fuit reformare excessiuos sumptus Ciuium Romanorum, ne illis mediantibus quotidie pauperiores fierent, & propterea non solum dotes, verum etiam conuiuia occasione nuptiarum fieri solita reformauit, vestesque sumptuosas tam viris, quàm mulieribus prohibuit, quapropter cum dos de qua agitur non fuerit constituta, neque in Ciuitate Romæ, nec à Romano Ciue, Domini censuerunt nullo pacto comprehendi debere sub dicta prohibitione, aliàs enim sequeretur quod dum Papa prouideri voluit, ne Ciues Romani propter excessiuas dotes depauperarentur, vnico etiam contextu statuere voluerit, quominus ditiores fierent recipiendo ab exteris dotes ingentis quantitatis, illasque ad Vrbem traducendo, & † sic prouisio facta à Papa fauore subditorum retorqueretur in ipsorum perniciem, & damnum, quod tamen non est attendendum ad *tex. in l. quod fauore C. de legib. cum vulg.* pro quo videtur facere, quod † dicitur de Statuto circa solemnia in contractibus mulierum minorum, vel Ecclesiæ, quæ non habent locum quando ipsi acquirunt vel vtiliter contrahunt vt latè *Tiraq. de legib connub. glos. 8. num. 56. 76. & 85. Surd. cons. 9. num. 11. & seq. & cons. 523. num. 1. Rimin. Iun. cons. 140. n. 4.* Principes enim summopere gaudent, quando ipsorum subditi non minus occasione delatæ hæreditatis in aliena ditione sitæ quam receptionis magnę dotis ab alienigenis amplioribus faculta-
9 tibus affluunt; Et † facit simile de Statuto, quo prohibetur, quod vir non possit legare vxori, & è contra, quod non capiat vxorem forensem, quæ legat marito subdito propter cessationem rationis ipsius Statuti *Rimin. Iun. cons. 171. num. 32. & seq. ad trad per Surd. cons. 305. nu. 5.*

Demum non obstat quod Marchio Vincentius non se obligauerit in forma Cameræ, & sic Dominæ Eugeniæ pro consequutione quarti non cõ-
10 petat via executiua, quia † vltra quod pro dotibus, & donationibus propter nuptias; seù pro lucro dotis Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. concedit viam executiuam, etiam contra tertios possessores, vt dixit *Rot. decis. 161. n. 4. par. 4. recent.*
11 & † A. C. cuius facultates mihi sunt cõcessæ, procedit executiuè in causis, in quibus in alijs Tribunalibus Vrbis executiuè proceditur, prout *Rota firmauit decis. 103. num 4. in fin. par. 1. recent. & in Lucana dotis 19. Ianuarij 1629. coram bo. me Cardinali Virili.* Responsum fuit, quod cum Marchio Vincentius mandauerit, quod statim sequuta eius morte satisfieret D. Eugeniæ de toto eo, quod illi deberetur, & D. Marchio hæres omnia contenta in testamento promiserit obser-
12 uare in forma Cameræ, † quæ continet stipulationem ad fauorem omnium quorum interest, & sic D. Eugeniæ *Rot. decis. 769. num. 1. par. 4. diu. & apud Zacch. de oblig. Cam. dec. 97. nu. 1. Gratian.*
13 *discept. 204. nu* 42. Videtur † executiuè contra ipsum esse procedendum, tanquam in forma Cameræ ad fauorem D. Eugeniæ obligatum, vt per *Galles. ad form. Cam. q. 37. nu. 7. Rot. decis. 626. n. 2. par. 1. diu.*

Et sic vtraq. parte &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Saluiani de Casalibus.

Luna 13. Iunij 1644.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca in bonis donatis non prius donatario competit, quam fuerit per ipsum acceptata donatio.*

2 *Ad inducendam acceptationem donationis onerosa non sufficit sola scientia.*

3 *In donatione pura, & gratuita sola scientia sufficiat pro acceptatione.*

4 *Donatio facta cum pacto quod donatarius nihil aliud in bonis donantis prætẽdere possit si donatarius nullum ius in dictis bonis habebat donatio dicitur pura.*

5 *Vendita hæreditate cum omni iure ad venditorem spectante, si venditor nullum aliud ius habeat sola hæreditas censetur vendita.*

6 *Voluntas non solum ex verbis, sed etiam ex factis declaratur.*

7 *Donationis ius quæritur etiam non natis per acceptationem aliorum donatariorum.*

8 *Lex*

8 *Lex admittit in supradicto casu acceptationem, quæ secundum naturam fieri potest.*
9 *Obligatio Cameralis refertur ad omnes dispositiones principaliter enunciatas in Instrumento.*
10 *Obligatio Cameralis continet sub se hypotecam exercendam etiam pro enunciatis in instrumento.*
11 *Bona donata transeunt in donatarium cum suis oneribus.*
12 *Condito potestatiua non trahitur retro ad diem contractus, sed locum habet à die acceptationis.*
13 *Quod procedere intelligas in conditione potestatiua ex parte debitoris, vel debitoris simul, & creditoris, secus tamen in ea, quæ pendet à potestate creditoris tantum, nam tunc fit retrotractio etiam in præiudicium tertij.*
14 *Creditum acquisitum ex contractu cum hypoteca bonorum, purificata conditione hypotheca, & illius effectus retrotrahitur ad diē celebrati contractus etiam in præiudicium iuris medio tempore quæsiti.*

DECISIO CCLXXI.

DOMINI steterunt in decisis pro quinta vice respondendo Ferranti, & alijs de Casalibus dandam esse immissionem ex remedio vtilis Saluiani interdicti super domo, per R.P.D. Prosperum Caffarellum possessa pro consequendis scut 4000. à q. Bernardino Caffarello ipsis de Casalibus relictis non obstantibus iterum contra decisionem de hypothecæ defectu ad excludendum Saluianum oppositis.

Non enim releuat quod dicebatur primo non oriri actionem vtilem seu experibilem super bonis donatis dum Bernardinus Donator dicta sc. 4000. Casalibus consignari mandauit deficiente linea Marij Caffarelli primo loco ad donationem vocati, nec doceatur hanc donationem fuisse prius acceptatam à Casalibus nisi post quam domus controuersa titulo emptionis translata fuerit in
1 R.P.D. Caffarellum, vnde hypotheca ipsis competens in præiudicium eius, qui eam prius singulari titulo emptionis acquisierat, retrotrahi non possit vt voluit *Hended. cons. 25. nu. 4. lib. 2. Ciriac. contr. forens. 322 nu. 3. & 5. Rot. coram Buratt. decis. 773. cum alijs in decis. 21. Iunij 1641. in §.*
2 *2. obijciebatur coram R.P.D. meo Cerro.* † Neq. ad inducendum acceptationem suffragari solam scientiam donationis dum illa fuit onerosa sub cõditione scilicet ne ex hæreditate Isabellæ Auiæ maternæ Bernardini Donatoris aliquid peti possit quod operatur vt specialis acceptatio requiratur. Ex qua tacita quoq; oneris sibi iniuncti acceptatio possit resultare vt pluries censuit *Rot. coram Buratt. d. decis. 773. num. 2. & in Romana donationis 17. Maij 1628. coram Cardinali Sacrato.*
3 Quia pro responsione dictum fuit † donationē esse puram, & gratuitam ideoque solam scientiam
4 sufficere pro acceptatione, pactum † verò quod nihil amplius prætendi possit super bonis donatis ex iuribus Auiæ Maternæ non reddit illam onerosam, dum in effectu non probatur super dictis bonis ius aliquod competere Casalibus, vnde tale pactum haberi debet pro non apposito, & perinde est ac si bona libere fuissent donata ad tradita *in l. quod si in vendit ff. de hæred. vel act. vendita.*
5 Vbi quod † vendita hæreditate cum omni iure ad vēditorem spectante si venditor nullum aliud ius habeat sola hæreditas censetur vendita, & alia verba ad cautelam emptoris apposita esse censētur *l. quod si sit hæreditas ff. eod. & in terminis donationis Gabr. cons. 127. num. 31 & seq. lib. 1.*

Igitur non rectè applicatur huic casui supra alleg. *decis. Romana donationis coram bon. me. Sacrato.* Quia ibi fuerat adiectum onus certum, & clarum soluendi omnia debita donētis, quod erat adeo considerabile, vt non solum redderet donationem onerosam, sed probabiliter etiam timeri possit fore damnosam, quod in hac donatione dici non potest.

Imo quatenus Casalij ius aliquod super dictis bonis habuissent eo ipso clarior redderetur acceptatio non solum præsumpta; sed expressa, cum enim ea non solum ex facto, sed etiam ex non facto inducatur, vt in terminis *tradit Aym. cons. 91.*
6 *nu. 10. Menoch. cons. 313. num. 5.* & † non solum ex verbis sed etiam ex factis declaretur. voluntas *l. Paulus respondit ff. rem. rat. haber.* eo ipso quod nihil vnq. petierunt, nec Michael, nec eius descendentes videntur donationes acceptasse, ac oneri nihil amplius petēdi acquieuisse, alias enim sine causa ius sibi competens non dimisissent *argum. l. cum de indebito ff. de probat.* & latius responsum fuit in postrema decisione huius causæ coram R.P.D. meo Cerro vers. prima desumpta fuit.
7 Vlterius † hæc donatio rectè esse acceptata dici poterat à primo Donatario nomine successorũ in donatione comprehensorum dum illi nondum erant nati vt ex pluribus relati, auctoribus firmat *Fontanell de pact. nuptial. claus. 4. Gloss. 9. par. 1.*
8 *num. 84. Amat. Panorm. resolut. 30. num. 16.* † Cũ eo casu lex eam acceptationem admittat quæ secundum naturam fieri potest *vt ex Molin. de Primogenit. hispan. lib. 4. cap. 2. num. 83. tradit Ciriac. controu. forens. cap. 312. nu. 89.* & his relatis *Rota coram R.P.D. meo Cerro vers. secundum vero.*

Nec obstat, quod pro secundo fundamento cõtra decisionem allegabatur nullam nimirum tàm respectu donantis quam Marij Donatarij posse considerari actionem personalem, sine qua hypotheca experiri non potest quãdo quidem Bernardino donator bona donando onus soluendi scut. 4000. vltimo vocato iniunxit; Marius verò donatarius soluere debita Bernardini dotes filiarum, & sororum, & restituere bona donata sequenti in donatione vocato promisit, non autem scu. 4000. ab vltimo tantum vocato numeranda soluere, vnde Bernardinus tradendo bona promissionem suã adimpleuit, ac pariter extincta eius obligatione euanuit hypotheca, Marius quoque eandem superstiti vocato restituendo propriam obligationem adimpleuit nulla post sequutam bonorum restitutionem soluendi dicta scut. 4000. obligatione remanente, sed ab vltimo illius lineæ præstanda pro quo allegabatur *Ghier. Spin. cons. 54. Caball.*

142. lib. 1. Giouagnon. consf. 34. lib. 2.

Quia dum donator generaliter promisit obseruantiam omnium in donatione contentorum hypotheca pro horum obseruatione adiecta censeri debet etiam fauore successiuè vocatorum vt eius voluntas adimpleatur, cum alias dispositio inanis redderetur, si donatarij tractu temporis bona donata absque eo quod cum suo onere transissent cum hoc onere alienare potuissent. Et ex abbun-
9 danti adest expressa † obligatio cameralis Marij primi donatarij de obseruandis omnibus in donatione contentis quæ refertur ad omnes dispositiones principaliter in Instrumento enunciatas, &
10 sic ad obligationem soluendi scu. 4000. quæ † obligatio continet sub se hypothecam exercendam etiam pro enunciatis in Instrumento *Rot. in Rom. Palatij coram Card. Pamphil. seniore apud Zacch. de oblig. Cameral. decis. 5. num. 10.*

Nec applicatur doctrinæ supra allegatæ *Ghier. Caballi, & Giouagnoni*, quia loquuntur in terminis quando solus donator se obligauit pro obseruatione donationis hic verò non solum donator, sed etiam donatarius teneri voluit, & se obligauit in forma Cameræ ad omnia in donatione contenta; Vnde cum obseruantia donationis principaliter in solutione huius quantitatis consistat
11 obligatio ad hoc extēditur adeo † vt bona donata transeant cum hoc onere in successiuos donatoris ex dispositis *in l. quoties C. de donationibus quæ sub mod.* Maximè quia dicti contrahentes non solum se ipsos suosq. hæredes, & successores, sed etiam ipsa bona donata obligarunt. Vnde quidquid sit, an sub nomine hæredum & successorum reliqui donatarij comprehendantur possunt bona donata auocare, eaq. donec de suo credito satisfacti sint retinere, *iux. cons. Oldrad. 114. Negus. de pignorib. part. 3. num. 6. & admittit Caball. dict. cons. 142. num. 95. vers. cum igitur &c. & num. 96. Gier. Spina d. cons. 94. num. 50.*
12 Pariter † non releuat tertium fundamentum contra decisionem allatum quod nimirum relictum Casalibus factum fuerit sub conditione potestatiua nihil petendi super bonis donatis vnde retrotrahi non possit ad diem contractus, sed solum locū habeat à die acceptationis *vt ex Bart. in l. aliena res ff. de pignorat. act. firmauit Rot. in Romana de Mazatottis 27. Iunij 1542. coram. bo. me. Manzanedo.*

Quia, vltra quod donatio legitur facta purè adiecto solum onere nihil amplius petendi, & sic non applicatur præsenti facto; hæc conclusio non procedit absolutè quod in conditione potestatiua
13 hypotheca retrotrahi non debeat. Hoc † enim verum est in conditione potestatiua ex parte debitoris simul, & creditoris secus verò in conditione potestatiua ex parte solius creditoris, quæ inuito debitore benè impleri potest, hoc enim casu etiam in præiudicium tertij fit retrotractio, *vt dixit Castrens. in l. quidam cum filius, §. final. ff. de verborum oblig. & post eum Giouagnon. consf. 35. num. 6. lib. 1. quos sequuta fuit Rot. diuers. decis. 729. num. 3. & 4. cum seqq. par. 1. vbi nu. 5. reddit* rationem differentiæ.
14 Igitur † quamuis donatio ab initio non fuisset acceptata sufficeret hodiè illam acceptare ad hoc vt Casalij adeam vocati possint agendo quibuscumpue alijs quibus medio tempore ius quæsitum fuerat proferri cum hypotheca à die celebrari contractus etiam in præiuditium iuris medio tempore quæsiti vt dictum est retrotrahatur, *vt probat text. in l. potior §. primo ff. qui pot. in pig. hab. & firmauit Rot* in hac eadem donatione in Romana Saluiani de Caffarellis quæ est *decis. 205 par. 7. recent.* Vbi dixit hypothecam appositam fauore descendentium ex fœminis de familia Matij casu, quo ille sine masculis decederet retrotrahi ad diem factæ donationis etiam in præiuditium eorum, quibus medio tempore super eisdem bonis donatis hypotheca fuerat quæsita, quod regulare est in credito acquisito ex contractu cum hypotheca bonorum prout est hoc, de quo agitur, purificata conditione hypotheca, & illius effectum retrotrahi ad diem celebrati contractus, & in præiudicium iuris medio tempore quæsiti *l. sub conditione ff. de solut. d. l. potior, & l. qui balneum ff. qui pot. in pignor. hab. Rot. decis. 760. num. 6. in fin. part. 2. recent.*

Quare cum frustra innitatur R P. D. Caffarellus iuribus Marij iunioris quæm ex relatis in decisione in hac causa 11. Martij 1643. coram me in §. & in hanc sententiam constet, & in Vrbe noto ium sit de dote Faustinæ matris abundè fuisse satisfactum Domini iterum steterunt in decisis.

Vtraque parte Informante.

R. P. D. BICHIO.

Ciuitatis Plebis Saluiani.

Luna 1. Iulij 1647.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani requisita sunt Creditum cum hypoteca possessio debitoris, & possessio rei conuenti.*
2 *Creditum probatur ex instrumento, quod facit probationem probatam.*
3 *Clausula pro quibus &c. bona omnia præsentia, & futura obligarunt &c. importat expressam hypotecam.*
4 *Obligatio Cameralis habet in ventre hypotecam bonorum.*
5 *Promissio extinguendi censum quando sit licita & pariet actionem.*
6 *Stipulatio pro omnibus, quorum interest contenta in obligatione Camerali non intelligitur de habentibus interesse secundario.*
7 *Stipulatio pro omnibus quorum interest contentatam obligatione Camerali suffragatur fideiussoribus qui accesserunt tempore celebrati contractus, secus vero ijs, qui accesserunt post celebrationem contractus.*
8 *Stipulatio pro omnibus quorum interest inherens obligationi Camer. prodest omnibus causam habentibus de tempore stipulationis à personis in instrumento nominatis.*
9 *Hypoteca generalis comprahendit omnia iura tam præsentia, quam futura.*
10 *Creditor agens contra certa bona debitoris debet in illis satisfactionem curare, nec potest ad aliud pignus transire. Declara vt n. 11.*

12 Actio

12 *Actio hypotecaria non tollitur nisi solutione.*
13 *Creditor cogi non potest in receptione sui crediti præstare cautionem de restituendo prioribus, & potioribus.*
14 *Angens ex Saluiano regulariter repellitur per oblationem solutionis.*
15 *Oblatio solutionis non repellit agentem ex Saluiano, quando pecunia oblata non possunt exigi liberè.*
16 *Oblatio solutionis non debet efficere creditorem agentem ex saluiano deterioris conditionis, ac illum obligare ad id, ad quod non teneretur si vigore saluiani fuisset immissus.*
17 *Cautio de restituendo prioribus, & potioribus vnicuique grauis est.*
18 *Oblatio solutionis non repellit agentem ex saluiano, nisi possit creditor ex tali oblatione satisfieri absque aliqua cautione, sicuti posset ex fructibus rei, in quam illi competebat immissio, Amplia vt num. seq.*
20 *Creditor quando teneatur præstare cautionem de restituendo prioribus, & potioribus.*
21 *De euictione non tenetur ille, qui compellitur restituere rem ob retractum.*
22 *Vendens pignus iure creditoris tenetur præstare se potiorem cæteris creditoribus.*
23 *Diligentia non debet alicui nocere.*
24 *Hæres vniuersalis possessoris malæ fidei non potest præscribere.*
25 *Creditores habentes hypothecam super re peruēta ad manus alicuius preferuntur illius creditoribus in ipsa re.*

DECISIO CCLXXIII.

DVOS quos de Anno 1597. sub fideiussione Curtij de Vbaldis, & Bernardini Sensii Griffonus de Balleonibus imposuerat census promittendo fideiussotibus indemnitatem, alterum scutorum 3. mill. alterum 900 in sorte, accollauit paucos post menses, ac promisit extinguere Marchio Ascanius à Cornea mediante publico Instrumento obligatione Camerali vallato in excomputarionem pretii bonorum Montis aerei aliàs Monralera sibi vna cum iurisdictione venditorum ab hæredibus dicti Griffonis prædefuncti, nusquam tamen extinxit

Ideo Domini de Sensiis, & Vbaldis hæredes præfatorum Curtii, & Bernardini, qui in instrumento census, vt supra fideiusserunt, tàm pro dicta extinctione censuum, quàm pro solutione fructuum decursorum, & decurrendorum, quos pariter Marchio Alcanius soluere promiserat, egerunt iudicio vtilis saluiani interdicti ad eadem bona Montis aerei detenta hodie à Dominabus Maria Magdalena Caetana Vidua quond. Fabii à Cornea, ac Drusilla eius filia, & reportarunt ab A.C. sententiam fauorabilem declarantem ipsos esse immittendos in pssessionem dictorum bonorum per eos retinen. ad effectum illorum fructus percipiendi, & deponendi in Monte Pietatis, atque ex eis extinguendi præfatos census, necnon soluendi omnes fructus decursos, & decurrendos vsque ad effectualem extinctionem. A qua sententia commissa mihi causa appellationis, dubitatum hodie fuit, an sit locus petitæ immissioni, & affirmatiuè responsum.

1 Constat † enim de credito cum hypotheca de
possessione Marchionis Ascanij tempore supramemoratæ promissionis. ac de possessione rearum conuentarum, quibus probatis concedi solet immissio ex vtili saluiano. vt pluribus relatis tradit. *Menoch. de adipisc. remed. 3. nu. 161. & seqq.* & dixit Rot. *decis. 491. num. 6. penes san. mem. Gregor. XV. decis. 407. num. 1. par. 5. recent. aliasque sæpissimè.*

Extrema possessionis non conuertuntur. Credi-
2 ti † probationem probatam facit publicum Instrumentum, vt per *Bald. in l. generalis num. 5. C. sacros. Eccles. & in l. qui semel num. 24. in fin. C. quom. & quand. Iud Dec. cons. 423. num. 10.* quod
3 † continet expressum hypothecam resultantem
tum ex verbis generalibus, ibi, *pro quibus &c. bona omnia præsentia, et futura obligarunt etc. Bursatt. cons. 39 num. 37 Ceph. cons. 41 numer. 19.*
4 *R·min sen. cons 299 num. 10. & 12. lib. 2.* tum † ex
obligatione Camerali, quæ in ventre includit bonorum hypothecam, *Zacch de obligat. Camerali quæst. 31. num. 8. Cas. Barz. decis. 108. n. 29. Burat. decis. 905. num 2. Rot. in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R.P.D meo Cerro, & in Romana saluiani 3 Iunij 1641. coram. R.P.*
5 *D. meo Verospio.* Nec † dubitari potest quin agi
possit vigore promissionis de extinguendo census cum non fuerit facta ipsis censuum creditoribus, sed debitori ex interuallo citra aliquam collusionis suspicionem quo casu est licita, & parit actionem, *Gasp. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 13 num. 24. in fin.* vbi quod solum concedi debet promissori competens interuallum ad extinguendum censum, *& num 28, in princ. Felioian. de censib. lib. 1. cap. 7. num: 17. Fontanell. de pact nupt. claus. 4. glos. 18 par. 3. nu 9 & 10. Cinc. de censib. q. 60. num. 52. & seqq. Giurb. decis. 85. numer. 7. et seqq. Rot. inter impress. apud eumdem Ciuc. decis. 531. num 15.*

Prout dubitandum non est quin hypotecam ex dicta promissione competentem exercere possint hæredes fideiussorum obligatorum in instrumenris censuum, quamuis in eadem promissione no-
6 minati non fuerint: nam † & si dictis fideiussori-
bus nō suffragaretur stipulatio pro omnibus quorum interest contenta in obligatione Camerali, eo quod non intelligitur de habentibus interesse secundario quales sunt fideiussores, vt in his terminis fuit decisum coram *Reuerendiss. Vrgellen. decis. 27. num. 12. & 13. & in Romana census, seu depositi 28 Iunij 1645 coram* R.P.D. *meo Meltio*
7 *S. & quatenus*, quod † tamen videtur intelligen-
dum de fideiussoribus, qui tempore promissionis de extinguendo nondum accesserant, vt declarando dictam *decisionem 27. num. 13. Reuerēdiss. Vrgellen.* quam sequitur *decisio coram* R.P.D. *meo Meltio dixit Rot. in Romana fructuum census 11 Decembris 1645. coram R. P. D. meo Cerro 9. et hinc,* qui non est casus noster quia fideiussores ac-
8 cesserunt longè ante, & regulariter † stipulatio pro
omnibus quorum interest inhęrens obligationi Camerali prodest omnibus causam habētibus de tempore stipulationis à personis in instrumento nomi-

nominstis *Zaccb. de obligat. Camer. quæst. 5. nu. 6. Buratt, decis. 788. nu. 3. Rot. inter recent. cons. 285. num. 9. & 10. par. 6. decis. 46. num. 7. par. 7.* & in alijs relatis *in d. Romana fructuum census §. dupliciter.*

Suffragatur absque omni prorsus dubitatione hypoteca generalis propria quam habent contra
9 impositorem censuum † sub qua veniunt omnia iura, & hypotecæ in præteritum, vel in futurum acquisita impositori: itaut easdem dicti fideiussores, ac illius creditores exercere possint vtiliter non secus, ac ipse impositor posset directo *l. nomen 4. & ibi glos. verb. vtilius. C. quæ res pignor. oblig. poss. Castr. in l. si cui num. 1. C. non numer. pecun. Mandell. cons. 447. num. 32. Surd. cons. 4. numer. 38. Rot. decis. 80. num. 4. apud Moderu. Perusinum de subhastat. decis. 425. num. 1. & 2.* vbi infertur quod agi potest saluiano interdicto contra bona debitorum debitoris *par. 5. rec.* & in puncto *coram san. mem. Greg. XV. decis. 362. nu. 8. & 10.*
10 Non † obstat, quod actores egerint contra alia bona debitoris, eaque deliberari fecerint, & proinde debeant ex precio inde retracto curare satisfactionem, nec possint ad aliud pignus transire, *Guid. pap. decis. 328. num. 2. Milanen. decis. 14. numer. 13. & 14.* vbi loquitur in terminis creditoris habentis electionem, *Fōtanell. de pact. nupt. clausul. 5. glos. 8. par. 8. sub nu. 51. vers. & consequenter, Surd. cons. 413. num. 18 Capic. decis. 33. num. 3. vers. secundo facit, Seraphin. decis. 1033. num. 4.*
11 *& 7.* quia † omnes loquuntur quando ex precio rei subhastatæ potuit esse consultum creditori eique imputari potest cur non exegerit, vt declarauit *Rota decis. 161. num. 23. & seqq.* vbi aliud statuitur si certum non est an ex primo iudicio cre-
12 ditor possit satisfieri, & dicitur ratio, quia † hypotecaria nō tollitur nisi solutione *par. 6. recent.* nos autem versamur in secundo casu, quia actores nō possunt satisfieri ex precio bonorum subhastatorum, cum sit vinculatum sub cautione restituendi
13 prioribus, & potioribus † ad quam præstandam regulariter creditor cogi non potest, *Arrias de Mesa var. resolut. lib. 1. cap. 16. n. 27. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 232. nu. 4. Rota decis. 173. nu. 7. decis. 389. num. 8. in fin. & nu. 9. & inter impress. apud Cinc. de censib. secundum vltimam impress. & decis. 421. num. 10. & seqq. vsque ad finem coram Reuerendiss. Vrgellen.* vbi quod cōtraria procedunt in actione tributoria, & inter mercatores, aut in casu concursus aliorum creditorum qui videtur adesse quādo agitur de debitore suspecto de decoctione, in quibus terminis loquitur exaduerso allegata *decisio in Romana concordia 12. Februarij 1618. coram bon. mem. Sacrato.*

Ex eadem ratione non prodest reis conuentis
14 oblatio solutionis † per quam regulariter repellitur agens ex vtili saluiano, *l. Paulus, §. qui pignoris, ff. quib. mod. vel hypoth. soluat. Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 184. & seqq. Afflict. decis. 259. num. 3 Rota decis. 383. sub num. 2. par. 1. recent.* quia obtulerūt pecunias existentes in Monte Pietatis, quæ exigi non possunt nisi prestita cautione de restituendo prioribus, & potioribus; cum ta-
15 men ad † repellendum Agentem in saluiano requiratur quod pecuniæ oblatæ liberè exigi possint nō

secus, ac liberè ab ipso perciperentur fructus bo-
16 norum si concederetur immissio, quia † oblatio non debet efficere creditorem, cui offertur deterioris conditionis, ac obligare ad id quod non obligaretur si esset immissus, *Lanar cons. 29. nu. 8* vbi quod lex, quæ concessit ius offerendi voluit, quod primus creditor non sit in damno ex *tex. in l. debitor 3.* ibi neque enim damno debet afficere creditorem, *ff. separat. Salyc. in l. 2. num. 3. C. si ant. cred. Arrias de Mesa var. resolut. lib. 1. cap. 5.*
17 *sub num. 27* esset † autem in damno si teneretur præstare cautionem cum hoc vnicuique sit graue, *Bald. in l. 2. nu. 7. C. de hered. vel act. vend. Henric. de fideiussor. cap. 6. num. 141. & seqq. Surd. de-*
18 *cis. 275. num. 13.* vnde † sicuti creditor si esset immissus satisfactionem ex fructibus consequeretur absque aliqua cautione ita sine cautione satisfactionem consequi possit ex pecunijs oblatis necessè est, & alioquin oblatio non releuat, vt in puncto fuit in *Romana vineæ de Panclinis 29. Octobris 1599. coram bon. mem. Card. Millino impress. apud Pacif. de saluian. decis. 276. in princ. & nu. 1. & 4. & in Romana census 5 Iunij 1628. coram bon. mem. Coccino, §. tertio,* & denique vbi hoc
19 † ampliatur quamuis cautio de restituendo veniret præstanda ex decreto Iudicis. Et in proximis terminis ita ratiocinatur *Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 421. nu. 10. vers. dum volunt* sequendo decisiones mox allegatas.
20 Quæ † confirmantur ex traditis à *Ferdinando Arrias de Mesa var. resol. lib. 1 cap. 17. num. 27. & seqq. & num. 34.* vbi postquam *num 30. 31. & 32.* enumerauerat casus in quibus creditor tenetur præstare cautionem, dicit illos habere locum dumtaxat, quando creditor instat pro subhastatione bonorum debitoris, secus vero si ei pecuniæ offerantur à possessore; vel posteriori creditore, quia tunc cauere non tenetur eum inuitus cogatur pecunias recipere argumento *tex. in l. qui heres erat 50. vers. primo videamus,* vbi qui spontè distrahunt tenentur ad promissionem duplæ, secus qui à Prætore distrahere coguntur *ff. famil. ercisc.* eamdemq. distinctionem tradit *Ioan. Vincent. de Anna alleg. 78. num. 1. & 2. & seqq* ideo in simili, qui
21 † compellitur ob retractum rem restituere non debet esse in aliquo damno, nec tenetur cauere de euictione, *Ann. d. allegat. 78. num. 3. Peregr. decis. Patauina 72. sub num. 4. vers. tertio adducebam, Tiraquell. de retract. lignag. ad fin. tit. num. 48.*
22 Et † quamuis pignus vendens iure creditoris teneatur præstare se potiorem cæteris creditoribus *l. 1. in fin. C. credit. pignor. euict.* is tamen, qui iura sua cedere cogitur offerenti pecunias, cedere tantum debet iura, quæ penes eum reperiuntur *Bart. in l iubemus num. 3.* vbi loquitur in terminis creditoris agentis hypotecaria, cui possessor reus conuentus solutionem obtulit, *C. ad Senat. Consul. Velle. Bald. ibid. sub nu. 3. vers. sufficit ergo, & cons. 109. num. 1. lib. 3. Vincen. de Franch. decis. 427. num. 9.* vbi quod talis creditor non tenetur præstare se esse anteriorem, *Ann. d. allegat. 78. sub num. 2. Grat decis. Marcb. 215. num. 21. & 22.* Et hæc faciliùs procedunt quando, vt in casu nostro nisi creditor egisset cogi non posset ad reci-
23 piendum præstita cautione; nam † alioquin sua

ee dili-

diligentia ei noceret quod esse non debet *glos. in l. 1. verb. obtulerit, C. si antiq. credit. Grat. discept. 269. sub num. 29.*

Non obstat præscriptio, aut anterioritas hypotecæ propter dotem Frācescæ Sfortiæ vxoris Marchionis Ascanij delatam iure hæreditario ad Fabium, cui successerunt DD. Maria Magdalena, & Dni filla reæ conuentæ: nam ad præscriptionem satis est responoere, quod D. Maria Magdalena non possidet, nisi ab anno 1644. antea vero posse-
24 dit Fabius, qui † cum esset hæres Marchionis Ascanij principalis debitoris non poterat præscribere obstante mala fide defuncti, quæ transit in successorem vniuersalem, *Couar. in cap. possessor malæ fides par. 2. relect. §. 8. num 3. & seqq Surd. cons. 296. nu. 10. Facebin. contr. f-ren. lib. 8. cap. 27. Rot. decis. 85. num. 10. apud Paris de salutan. & in Romana diuisionis 15. Iunij 16-0. coram me.* Anterioritas vero cessat, quia hæc tenuta Montis aerei erat hypotecata pro censu antequam perueniret ad manus Marchionis Ascanij debitoris dictæ dotis, & in ipso instrumento, quo vendita fuit Ascanio hypotecata rursus fuit pro censuum extinctione, & fructuum solutione, adeo quod in ipsum transijt affecta hypotecis contractis ad fauorem Censuariorum, & venditoris, cuius ideo creditores præferendi sunt super hac tenuta creditoribus Marchionis Ascanij, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 2. num. 51. Rot. decis. 269. num. 1. par. 6. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononien̄ Pecuniaria de Lambertinis.

Luna 3. Iulij 1647.

SVMMARIVM.

1 *Decisiones Rotæ supponendæ veniunt in disputatione diuersi dubij in eadem causa.*

2 *Obligatus ad inuestimentum, si non adimpleat, tenetur ad fructus qui fuissent percepti si inuestimentum fuisset sequutum.*

3 *Obligatio Cameralis includit obligationem ad damna, & interesse.*

4 *Interesse lucri cessantis, vt peti possit contra obligatum ad dandum simpliciter concurrere debent requisita Castren. in l. 3. ff. eo quod certo loc. secus contra eum, qui est obligatus ad factum.*

5 *In obligationibus facti ex natura rei sequitur obligatio ad interesse.*

6 *Pecunia reinuestienda in stabilibus reputatur tanquam species, nec de illa iudicatur sicut de quantitate, sed sicut de specie.*

7 *Suscipiens mandatum ad inuestiendum docere debet adimpleuisse mandatum faciendo saltem diligentias, nec potuisse inuenire occasionem inuestiendi.*

8 *Fideiussor tenetur ad damna, & interesse debita propter moram debitoris, & num. 19. Quod non procedit si fideiussor sit obligatus in omnem causam, & tanquam principalis num. 2.*

9 *Fideiussor videtur se obligasse tantum pro debito principali non autem pro vsuris.*

10 *Quod non procedit quando fideiussor accessit toti contractui tanquam principalis principaliter, & insolutum.*

11 *Fideiussor obligatus insolidum habetur pro principali debitori in omnibus, & per omnia respectu creditoris, amplia vt num seq.*

13 *Stipulatio ad duplum facta in casu contrauentionis contractus, quando tollat actionem ad damna & interesse.*

14 *Stipulatio ad duplum accedere solet in contractu ad corroborandam, non autem minuendam obligationem.*

15 *Fructus, an & quādo quis remisisse præsumatur, itaut illos petere non possit ob petitionem & receptionem sortis principalis.*

16 *Dies certa in contractu obligationis apposita habet vim interpellationis, & constituit debitorem in mora.*

17 *Dies certa, quæ habet vim interpellationis statim constituit debitorem in mora, secus tamen est in interpellatione ab homine facienda, quæ non constituit statim in mora, sed cum spatio temporis limitando arbitrio Iudicis.*

18 *Iuramentum licet non habeat vim interpellationis ad effectum, vt debitor propter moram incidat in pœnam; habet tamen ad effectum, vt ratione moræ teneatur ad interesse.*

20 *Hæres non contrahit moram absque interpellatione creditoris, licet in obligatione defuncti apposita sit certa dies propter ignorantiam, quam potest habere obligationis defuncti, & num. 25. declara vt num. 27.*

21 *Vel saltem ex capite ignorantiæ restitueretur in integrum, & num. 26. declara vt num. 27.*

23 *Fideiussor obligatus in solidum dicitur obligatus in omnem casum, qui potest venire ex natura contractus.*

24 *Fideiubens quod principalis debitor inuestimentum faciet, non sequuto inuestimento, ipsemet fideiussor dicitur in mora.*

28 *Mora commissa per defunctum continuatur in hæredem etiam ignorantem absque aliqua interpellatione.*

29 *Moram semel contrahi sufficit, vt vsuræ perpetuo debeantur.*

30 *Solidatio crediti facta cum principali debitore afficit etiam fideiussorem obligatum in solidum.*

31 *Fructus stabilium taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

32 *Fructus debiti ob non factum inuestimentum taxantur in ea quantitate, qui percepti fuissent, ex stabilibus, in quibus inuestimentum fieri debebat.*

DECISIO CCLXXV.

IVXTA decretum D. Vicelegati Bononiæ Iulius Cæsar libras 1400 quas pro dote Imelde Nurus accipiebat, promisit intra sex annos proximos inuestire in aliqua re stabili, & promissioni accessit tanquam principalis principaliter, & in solidum Marcellus Lambertinus, cuius iam defuncti hæredes ob non factum prædictum inuestimentum Auditor generalis Bononiæ condemnauit de anno 1643. ad soluendum Imelde libras 10628.

10628. reliquum enim reperiebatur penes Imeldam in rot gemmis, eamdemqne condemnationem fine praeceptum in ea relaxatnm Rota in gradn appellationis praeuijs tribus decisionibus coram R.P.D. meo Verospio exequendum esse pronnnciauit. A qua pronuncia, seu sententia Rotali commissa mihi causa appellationis in tertia instantia per Signaturam Iustitiae cum clausula fine praeiudicio executionis, haeredes Lambertini acquiescendo condemnationi quoad fortem dd. lib. 10628. negarūt se teneri ad illarū fructus quos Imelda petebat; atque ideo proposui hodie dubium, an Imeldae debeantur fructus, à quo tempore, & ad quam rationem, & resolutum fuit quo ad primam partem fructus deberi, quo ad secundam deberi à die lapsi sexennij quoad tertium ad rationem quinque pro centenario.

Ratio primae partis est, quia supposita obligatione Iulij Caesaris de inuestiendo, & quidem independenter à venditione iocalium, scilicet siue Iulius Caesar illa venderit siue non, vt firmant duae decisiones *coram R.P.D. meo Verospio, altera sub die 29. Februarij 1644. §. hoc enim & seqq. altera sub die 13. Febr. 1645. §. & licet vers. quod*
1 *vero*, quae † iuxta stylum inconcussum huius Sacri Tribunalis in disputatione diuersi dubij supponendae sunt *Buratt. decis. 596. num. 1. & decis. 857. num. 4.* nisi doceatur de inuestimento promisso
2 † succedit obligatio ad fructus, qui ex inuestimento percepti fuissent tanquam damna, & interesse soluenda ab eo, qui vel ex dispositione legis, vel propria promissione inuestire tenetur *l. tutor. §. si post. ff. administ. tut. l. si procuratorem, §. mandati actio. ff. mand. Gabr. cons. 26. num. 1. & seqq. lib. 1.* & in his terminis *Honded. cons. 39. num. 3. & seqq. lib. 2. Gratian. discept. 920. num. 26. & 27. discept. 932. num. 34. Rot. decis. 479. nu. 1. inter impress. apud Cinc. de censib. qua est etiam impressa par. 4. tom. 2. recent. decis. 85. dec. 29. num. 6. & 7. apud modern. de legit. & in Rom. inuestimenti 22. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Ghislerio.* Quo magis quando vt in casu nostro tenetur sub obli-
3 gatione Camerali, † cum ea includat etiam obligationem ad damna, & interesse, *Rota decis. 197. nu. 5. apud Cinc. de censib. secundum primam impress. decis. 140. num. 2. apud Zacch. de obligat. Camer. & decis. 389. num. 12. decis. 549. sub num. 6. apud Cinc. secundum vltimam impress.*
4 Neque † ad hūc effectum probanda sunt requisita *Castr. in l. 3. ff. eo quod cert. loc.* sed sufficit adfuisse generaliter occasiones inuestiendi, prout in insigni Ciuitate Bononiae quotidie adesse negari non potest; illa enim requisita necessaria quidem sunt quando interesse lucri cessantis, aut damni emergentis petitur contra eum, qui simpliciter est obligatus ad dandum, secus vero contra eum, qui est obligatus ad faciendum, & suscepit in se mandatum, seu onus inuestiendi, & ratio diuersi-
5 tatis est, quia in † obligationibus facti ex natura rei sequitur obligatio ad interesse *Ias. in l. bona fidei num. 7. ff. eo quod cert. loc. Bursatt. cons. 100. num. 38. & 39. Roland. cons. 69. num. 25. & seqq.*
6 *lib 3.* & † pecunia reinuestienda in stabilibus reputatur tanquam species, nec de illa iudicatur sicut de quantitate, sed sicut de specie, *l. talis scriptura in fin. ff. de leg. 1. l. si seruus 111. §. qui quinque. ff. eod. Gratian. d. discep. 920. num. 26. Rota*
7 *decis. 159. num. 2. apud Pacif. de salu* quique † suscepit per mandatum ad inuestiendum docere ipse debet se adimpleuisse mandatum faciendo saltem diligentias, nec inuenire potuisse occasionem inuestiendi, *l. si procuratorem 8. l. idemque 10. §. si procurator. ff. mand. l. ad comparādas 16. Cod. eod.* & in puncto ita distinguit *Grattian. discept. 240. num. 35. & 2. seqq. Rota d. decis. 479. num. 9. & 10. apud Cinc. de censib. & in Romana, seu Ianuen. pecuniaria 1. Iulij 1644. coram me. §. aut petit.*

Quae omnia sicuti procedunt aduersus principalem debitorem, militant aequè aduersus fideiussorem principaliter, & in solidum obligatum, vt
8 in casu nostro, quod enim dicitur † fideiussorem non teneri ad damna, & interesse propter moram debitoris, vt per eum textum notant *Doct. in l. centum Capua, ff. eo quod certo loco*, eo quod
9 † fideiussor videtur tantum se obligasse pro principali debito non pro vsuris, *l. r. ff. in lit. iuran. Aretin. in §. sequens nu. 3. instit. de actionib. Ne-*
10 *guss. quaest. 338. num. 20.* non † habet locum vbi fideiussor accessit roti contractui tanquam principalis principaliter, & insolidum, vt post *Alexan. cons. 34. num. 5. lib. 2. Crauet. cons. 45. nu. 6.* firmat atticulo plenè discusso *Bero. cons. 193. nu. 24. vers. aggredior vsque ad numerum 56. lib. 1.* quem secuta est *Rota decis. 549. num. 6. apud Cenc. de censib. & in Romana census 10. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro §. nec releuat*, & bene distin-
11 guit *Neguss. d. quaest. 338. nu. 21.* Sic † enim obligatus habetur pro principali, & respectu creditoris dicitur correus debendi non secus, ac ipse debitor principalis in omnibus, & per omnia, *De-*
12 *cian. respons. 72. sub num. 5.* vbi † ampliat quando vt in casu nostro adest iuramentum, & fideiussor se obligauit in eodem instrumento quo principalis debitor *lib. 2. Rota Bononien. diuers. decis. 102. num 20. & seqq. & num. 39. Arias de Mesa var. resol. lib. 2. cap. 13. num. 17. vers. caeterum, Rota decis. 299. num. 4. par. 1. recent. decis. 321. nu. 7. decis. 560. num. 1. coram san. mem. Greg. XV.*
13 Non † obstat, quod in casu contrauentionis adsit expressa stipulatio ad duplam, quia huiusmodi stipulatio tollit actionem ad damna, & interesse, eo tantum casu quo creditor duplam consecutus fuit, alias est in electione creditoris agere ad duplam actione ex stipulatu, vel ad damna, & interesse actione ex cōtractu, vt ad litteram distinguit *Iurisconsul. in l. emptorem 12. §. Cassius ait ff. act. empt. & probat tex. in l. sed etsi 18. ff. euict. l. si tibi liberam 25. Cod. eod. Osuald. in addit. ad Donell. lib. 13. commentar. cap. 4. litt. F.* vbi dicit rationem,
14 quia † stipulatio duple accedere solet non minuēdae, sed corroborandae magis obligationi *Molin. de iust. & iur. disput. 380. num. 13. Arias de Mesa var. resol. lib. 2. cap. 32. nu. 4. & 3. seqq.* vbi respondetur omnibus contrarijs.
15 Tandem † non obstat quod Imelda petendo, & recipiendo sortem principalem censeatur remisisse fructus eosque ideo hodie petere non possit *l. si deposita 4. Cod. depos.* maximè post lapsum plurium annorum, quia vbi vt in casu nostro fructus

debentur ex contractu, & iure actionis peti pos-
sunt etiam post petitam, & exactam sortem,& cō-
traria procedunt quando debentur officio Iudicis.
Honded.cons.30.num.52.& 53.lib.1.Franc. Ant.
Cost.cons.86.num.5.Surd.cons.500.num.5.Mata
decis.52.num.34.Buratt.decis.199.num.5. & in
puncto eius, qui actione ex contractu tenetur ad
damna, & interesse *Anton.de Amat.resol.43.num.*
75. vbi allegat innumeros concordantes.

Quo vero ad secundam partem ratio resolutio-
nis fuit, quia statim finito sexennio Iulius Cæsar
debitor constitutus fuit in mora inuestiendi absq;
16 aliqua interpellatione cum † prima dies post vl-
timam sexenni infra quod promissum fuit reinue-
stimentum vim habeat interpellationis, & consti-
tuat in mora *l. magnam C. contrh. empt. Pacian.*
17 *cons.157. num.22.* vbi † quod dies constituit in
mora ad vnguem, sed cum spatio temporis limi-
tando arbitrio Iudicis, eo quod vbi dies est certa
debitor potuit se præparare ad faciendum, quæ
ratio cessat, quando constituitur in mora per in-
terpellationem, quia non potuit diuinare quando
debitor esset ipsum interpellaturus *Put.decis.259.*
numer.5.lib.1. in corr. & in his terminis *Honded.*
cons.39.num.7. & 8. lib.2. Rota decis.476. nu.12.
apud Cinc. de censib.decis. 29.nu.6. apud Modern.
de legitt. Eo fortius accedente iuramento pro-
18 missorio, † quod etsi non habeat vim interpella-
tionis ad effectum, vt debitor propter moram in-
cidat in pœnam; habet tamen ad effectum, vt ra-
tione moræ teneatur ad interesse, vt bene declarat
Gozzadin.cons.27.numer.10.Menoch.cons.1052.
num. 24. Ernestus Cothman.cons.18.numer.260.
Negusan.q.312.num.12.Gratian.discep.67. nu.3.
Rota decis.26 sub nu.5. vers. accedit par.2. diuers.
decis.85. numer.16. par.4.tom.2. recent. & in his
terminis *d.decis.479. num.11. apud Cinc.de censib.*
19 Non obstat quod † mora principalis debitoris
nocere non debet fideiussori *l.fin.ff. eo quod certo*
loco Honded.cons.50.nu.23.lib.1.Hering.latissimè
de fideiuss.cap.34. nu.152. & seqq. quodq; agatur
20 contrà hæredes, † qui etiam quando dies certa
est apposita obligationi defuncti non contrahunt
moram absque interpellatione propter iustam
ignorantiam quam habere possunt de obligatione
defuncti *Rip.in l.quod te nu.59.ff si cert.pet. Hon-*
ded.cons.38.num.25.& 26. vbi loquitur in specie
ad effectum euitandi solutionem damnorum, &
interesse *lib.2. Rimin.iun.cons.815.num.46. & 47.*
21 *Surd. decis.240. num.9.* aut † saltem ex capite
ignorantiæ restituentur in integrum, vt voluit
Trentacinq. variar. resolutionum volum.1. lib.3.
tit.de solut. resolut.32. num.16.
22 Quia † mora debitoris nocet fideiussori, qui in
omnem causam,& tanquam principalis principa-
liter, & insolidum intercessit, *vt ex tex.in l.si quis*
24.§.primo ff.vsur. l mora rei 88.l.si seruus 91.§.
nunc videamus in fin.ff. verb. oblig. declarat He-
ring.d.cap 24.num.158.Honded.d.cons.50. nu.34.
23 *vers.eum se non obligauerint lib.1.* dicitur † enim
obligatus in omnem casum, qui venire possit ex
natura contractus nō secus ac ipse principalis de-
bitor *Aymon.cons.272.sub num.3.vers.ego,& sub*
num.4.Cæsar Manen.decis.38. num.20. cum alijs
24 *supra allegatis*, immo † fideiubendo, quod prin-
cipalis debitor inuestiet, ipsemet fideiussor videtur
in mora non secuto inuestimento cum non tam
factum alienum quam proprium suscepisse, & ca-
sum suum proprium fecisse censeatur, qui tanquam
principalis in solidum intercessit *Caldas de empt.*
& vendit. cap.33 sub nu.47. vers.tamen non alie-
num Bellon. decis Ianuen 95. num.2. & decis.66.
in princ. Rota Bononien. diuers. decis.102.num.22.

Et ob eamdem rationem nil refert, quod Iulius
Cæsar principalis debitor decesserit ante sexenniū
ad tradita *per Dec.in cons.2 num 3.in fin. & nu.4.*
Menoch.cons.481. num.49. quodque fideiussor nō
secus, ac hæredes principalis debitoris allegare
possit ignorantiam *l.qui in alterius ff.reg.iur. Cæ-*
sar Manen.decis.46.num.10. Quia fideiussor, qui
vti principalis, & insolidum accessit huic quoque
casum obitus debitoris suscepisse videtur, ac vti
correus debendi tenetur, non secus ac si factum
proprium promisisset, vt præter allegatos bene
huic obiecto respondit *secūda decisio co ā R.P.D.*
meo Verospio §.non obstat. & §.seqq. Pariterque
25 nil refert, quod † hodie agatur contra hæredes
fideiussoris, qui ex lapsu diei adiecto obligationi
26 defuncti non constituuntur in mora, aut † saltem
restituuntur in integrum, nisi fuerit interpellati:
27 quia † hoc potest procedere, quando dies obli-
gationis non venit in vita fideiussoris, & sic agitur
de mora committenda in quibus terminis loquū-
tur allegati in obiecto, secus è conuerso, & ratio
diuersitatis est, quia hoc secundo casu mora con-
28 tracta fuit in vita fideiussoris, & † mora iam com-
missa continuatur in hæredem etiam ignorantem
absque aliqua interpellatione, vt probat *text. in*
l.cum pater familias 27.ff.vsur. vbi gloss. prima,
29 notat, quod † sufficit semel moram fieri, vt vsuræ
perpetuo debeantur, *& tradit Franc. Schanar.*
cons.62.num.76.& seqq. vbi loquitur in specie de
mora contracta ex lapsu diei *Carpan.ad Stat.Me-*
diolanen.cap. 43.num.12. Vincent.de Franc.decis.
16.num.9.& 10. alijque relati ab Altograd. con-
sil.32.sub num.9.& 10. Gamm.decis.110.num.30.
In casu autem nostro mora fuit commissa in vita
fideiussoris, quia decessit longe post sexennium.

Minus euitari potest mora inuestiendi ex quo
creditum esset illiquidum, & debitor habuerit iu-
stam causam credendi se non esse obligatum, quia
hoc secundum tollitur ex decisionibus coram
R. P. D. meo Verospio. Primum autem cessat ex
facto cum ex publico instrumento constet, quod
Iulius Cæsar accepit libras 14000.cum obligatio-
ne inuestiendi, condemnatus vero fuit solum pro
rata librarū 10628. quia pro reliqua summa Imel-
30 da retinebat Iocalia, nec † opus est vlteriori soli-
datione crediti cum ipso fideiussore principaliter
obligato *Rota decis.353. nu.10.et 11.par.4.tom.2.*
recent.
31 Quo demum ad tertiam partem Domini † taxa-
runt fructus ad rationem quinque pro centenario,
quia totidem reddere solent bona stabilia *iuxta*
gloss. in auth. perpetua verb. iuxta C. Sacrosanct.
Eccles. quam sequuta est in terminis stabilium Bo-
noniæ *Rota in Bononien. fructuum Dotis 23. Maij*
1629.coram R.P.D.meo Ghisilerio, et in Bononien.
Pradij 28. Ianuarij, et 8. Iunij 1641. coram
R.P.D.meo Peutingerio, & fructus præstandi sūt
in

in eá quantitate, qui percepti fuissent ex stabilibus in quibus inuestimentum fieri debebat, vt tradit *Bars. in l. tutor 8. §. si post num. 2. ff. administr. Gabr. cons. 26. num. 8. in fin. lib. 1. Honded.* in his terminis *cons. 39. num 4. lib. 2. Grat. discep. 240. nu. 35. & 36. Rota in sæpius allegata decis. 479. numer. 13. apud Cinc. de censib. decis. 29. num. 7. apud modern. de legit.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Saluiani de Casalibus.

Veneris 4. Martij 1644.

SVMMARIVM.

1 *Dotis causa potior est in concursu creditì habentis æqualem hypotecam.*

2 *Dotis priuilegia non transeunt in extraneum, & cessionarium.*

3 *Priuilegium concessum mulieribus, vt in suæ dotis hypoteca præferantur non suffragatur extraneo, quia non egreditur personas filiorum mulieris.*

4 *Dispositio de dotandis fœminis facta in constitutione fideicommissi intelligenda venit secundum dispositionem iuris communis, scilicet quatenus fœminæ aliunde dotari non possint.*

5 *Quod procedit tam in fideicommisso ordinato in testamento, quam in contractu.*

6 *Fideicommittens, qui voluit bona sua conseruari in agnatione permittens certis casibus alienationem bonorum, censeri debet permisisse tantum in casu, quo deficerent bona libera.*

7 *Auth. res quæ non habet locum quando testator assignauit certam quantitatem pro dotandis mulieribus, intellige vt num. 8.*

9 *Mulier agens pro sua dote non tenetur discutere bona vinculata penes tertium existentia, cum cautione de restituen. prioribus, & potioribus, sed potest recta via agere contrà bona fideicommissaria.*

10 *Quod non procedit quando bona penes tertium existentia essent facilis exactionis.*

11 *Exactionis facilis ea dicuntur, pro quorum restitutione adest obligatio Cameralis.*

12 *Obligatus in forma Cameræ restituere prioribus, & potioribus censetur debitor principalis, & contra eum recta via agi potest.*

13 *Calculus factus in iudicio contentioso à perito electo à Iudice facit statum quoad omnes etiam in diuerso iudicio.*

DECISIO CCLXXVI.

POSTQVAM Dominis ex benignitate placuisset, post confirmatas sententias Rotales, in quibus à R.P.D. meo Cerro, & bo. mem. Merlino pronunciatum fuit Ferranti, & alijs de Casalibus dandam esse immissionem ex remedio vtilis salniani interdicti super domo, de qua agitur pro consequendis scut. 4000. eis à q. Bernardino Caffarello relictis, R.P.D. Prosperum Caffarellum domus possessorem super ter resolutis coram me pro quarta vice denuò audire, hodie iterum steterunt in decisis non obstantibus motiuis contra decisionem adductis.

1 Non enim releuat, quod † data æqualitate crediti R.P.D. Caffarelli tanquam cessionarij Marij d. domus donatarij, cui bona Bernardini donatoris pro restitutione dotis Faustinæ suæ matris obligatione Camerali erant hypotecata, ac idcirco æquè, ac Casalibus pro consequutione sui legati obstricta potior sit causa dotis tanquam de iure priuilegiatæ ad tradit. per *Calder. cons. 2. de donat. inter virum, & vxor.* & alias contra decisionem allegatas.

Quia cum præsens iudicium non instituatur à muliere, nec eius filijs quibus priuilegia dotis cō-
2 petunt, sed † ab extraneo, & cessionario, in quem dotis priuilegia minimè transeunt per *tex. in l. vnica, C. de priuil. dotis.* Non † potest R.P.D. Prosper priuilegium prælationis allegare tāquam extraneo non competen. *Alex. cons. 58. nu. 4. lib. 7.* vbi quod priuilegium concessum mulieribus, vt in suæ dotis hypoteca præferan non transit mortua muliere, nisi ad filios *Facchineus controuers. iur. lib. 10. cap. 30. §. primo priuilegium circa med. vers. ad hæredes, Fontanella de pact. nuptial. clausul. 7. glos. 3. par. 7. sub num. 2. Cancer. var. resolut. cap. 9. tit. de dote, & donat. propter nupt.* Doctrinæ vero in contrarium allegatæ non firmāt in extraneum transire prælationem sed tantum hypotecam sine prælatione, vt post *Pacific. de saluian. inspect. 3 cap. 4. nu. 61. & 68.* egregiè distinguendo dictum fuit in *Recanaten. manutentionis 27. Iuny 1642. & in Anconitana dotis 24. Aprilis 1643. coram R.P.D. meo Cerro.*

4 Nec † facit quod cum Bernardinus in fideicōmisso dederit facultatem alienandi bona pro dotandis fœminis, propterea actione directa agi possit contra eius bona, & non subsidiaria *Auth. res quæ*, quia vt fuit responsum in alia decisione, etiā huiusmodi dispositiones intelliguntur, quatenus aliunde dotari non possint ex pluribus allegatis decisione huius causæ sub die 11. Martij præteriti coram me. Distinctio vero hodie allata, quod prædicta conclusio recipien. solum in dispositionibus factis in testamento, secus si factis in contractu, DD. nō placuit quia ratio quæ suadet præceptum dotandi fœminas iniunctum in testamento intelligi in subsidium quatenus aliunde dotari nō possint eodem pariter probat simili modo esse intelligendum præceptum appositum in fideicommisso conuentionali: Immò retenta opinione DD. volentium materiam *Auth. res quæ*, nō applicari vbi fideicommissa sunt ordinata in contractu, & quia prohibitio facta in contractu, fortius ligat propter interesse vtriusque contrahentis difficilius erit permittenda alienatio in similibus fideicommissis, illud autem certū est huiusmodi præcepta de dotandis fœminis indistinctè intelligi in subsidium, & quatenus aliundè dotis constitui non possint,
5 † siue simus in fideicommisso ordinato in vltima voluntate, siue in conuentionali facto in contractu, vt firmauit in terminis, *Rota coram Card. Seraph. decis. 440. num. 2.*

6 Quod † facilius admittendum est cum donatio Bernardini facta fuerit pro cōseruatione bonorum in agnatione; si enim fideicommittens voluit bo-

na in agnatione conseruari, censeri debet dedisse facultatem alienandi solum deficientibus bonis liberis, alias enim si extantibus bonis liberis alienari possint bona, non conseruarentur in agnatione, sed breui temporis tractu fideicommissum exhauriretur, vt ad propositum ponderant *Gratian. discept forens. cap. 996 sub num. 7. vers. quià contrariam sententiam, Fusar. de substitut. q. 531. sub num. 129. vers. huius opinionis, Rota coram Seraph. d. decis. 440. sub num. 4 vers. hanc sententiam.*

Nec est vera replicatio informantium pro D. Prospero quod *Auth. res qua* non habeat locum in præsenti casu, quo testator pro fœminis dotandis assignauit certam quantitatem, vt firmauit *Rota decis. 477. cum concordantibus par. 4. diuers.*

8 Quia † ex illis verbis testatoris, quod præfatus Marius, & successores sui respectiuè teneantur dotare congruè, & iuxta suam qualitatem &c. nec elicitur certa dos, nec quod illa aliter quam in subsidium alijs bonis liberis non extantibus de bonis donatis non debeatur: Immo implicaret contradictionem Bernardinum post concessionem alienationis ex causa dotis dixisse bona vinculata alienari non posse, nisi ex causa magnæ necessitatis, & voluisse extra dispositionem iuris dictæ, *Auth. res qua*, & extantibus alijs bonis liberis absque vlla necessitate illa alienari.

9 Minus obstat, quod † mulier non teneatur discutere bona vinculata cum cautione de restituẽdo prioribus, & potioribus existentia penes tertios, sed possit rectà via agere contra fideicommisso subiecta, vt pluribus allegatis fuit dictum coram me in *Bonon. de Maluetijs 11. Martij 1643.*

10 Quia † hic non agitur de bonis intricatis, quæ sint difficilis exactionis, nec enim opus est per tres sententias conformes instruere iudicium ordinarium, † cum creditores, qui pecuniam exegerunt illius restitutionem sub obligatione Camerali promiserint. † Vnde censentur quasi principales debitores, contra quos statim rectà via agi potest, ac propterea motiua dictæ decis. Bonon. de Maluetijs præsenti casui malè applicantur.

11

12

Et ex his fundamentis DD. steterunt in decisis aduertentes insuper Marium R.P.D. Prosperi auctorem fuisse de dote integraliter satisfactum, dum habuit scuta 3. millia redacta ex locis montium, & alia scuta 1500. ex censu Iulij Buffalini, necnon alia scuta 7111. vt apparet ex calculo dato in summario Casalium hodiernæ positionis num. 1. quæ summæ simul collectæ excedũt summam scu-

13 torum 9000. in qua dicta dos consistebat, cui † calculo licet Marius contradixisset, tamen eo ipso quod in iudicio contentioso cum auctoritate R.P.D. Caffarelli per peritum à Iudice electum emanauit, facit statum, quoad omnes etiam in diuerso iudicio, vt firmauit *Rota decis. 352. num. 3. par. 3. recent.* cum alijs allegatis in decis. 11. Martij anni præteriti coram me.

Melioramenta vero iterum opposita pro retentione domus nihil prosunt, dum testes, qui etiam de auditu solum deponentes minorem fidem merentur, non firmant, nec quantitatem impensam, neque domus statum primæuum, & satis per cautionem præstitam de illis reficiendis, quando specificè erunt liquidata, eiusdem domus possessori videtur consultum.

Et ita vtraque parte accerrimè informante resolutum fuit &c.

F I N I S.



INDEX

INDEX DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE

Præsenti Tractatui de Obligatione Camerali annexarum.

A

B

Bo-

P

R

Ro-

Ro-

S

T

V



INDEX

INDEX MATERIARVM DECISIONVM

Tractatui de Obligatione Camerali annexarum.

A

Index Materiarum Decisionum.

Clau-

Index Materiarum Decisionum.

Clau-

Index Materiarum Decisionum.

Con-

Credi-

Clau-

Index Materiarum Decisionum.

Clau-

n:m

Con-

Index Materiarum Decisionum .

Credi-

Exce-

E X C E S S V S.

E X C O M M V N I C A T V S.

E X C V S S I O.

F

Filio

HYPOTECA.

I

IDENTITAS.

In-

I V R I S D I C T I O.

I V S.

L

L A I C V S.

L A V D V M.

L E G A T V M.

L E G I T I M A.

qua

Man-



Obli-

Obli-

Obli-

OBLIGATVS.

Obliga-

Possessio

POTESTAS.

PRÆCARIVM.

PRÆIVDICIVM

PRÆSCRIPTIO

PRÆSVMPTIO.

PRETIVM,

Pro-

SEN-

SOCIETAS SOCIVS.

com-

Verbum

Indicis Materiarum Decisionum Finis.

Errores in imprimendo Tractatu commisſi.

pag.	col.	lin.	error.	correctio.
20	1	17	processul	pro cenſu
25	2	48	180	287
27	2	5	ſit pecunia	ſit ſine pecuñia
27	2	14	requiratur	acquiratur
29	2	6	109	100
33	2	4	poſſeſſionem	poſſeſſorem
34	2	30	de Bari.	de Bare
38	1	49	executione	executionem
62	2	36	opponere	opponi
61	2	51	pacta	pactum
61	1	53	adminiſtrati	adminiſtratoris
62	2	11	non	rem
62	2	25	fideiuſsòue	fideiuſſiona
116	2	16	etiam	ſolum
231	1	32	perducatus	producatus
238	2	21	liceat	licet
253	2	49	contineri	continere
253	2	48	liquidatione	liquidationem
254	1	22	repetitorio	repetitione
254	1	20	capta	cepta
234	1	19	quod ſententia	quod in ſententia
254	2	43	relaxaſi	relaxatum
136	2	32	Auximana	Romana

Errata in impreſſione Deciſionum lapſa.

pag.	col.	lin.	error.	correctio.
2	2	41	conueniente	conuentione
3	2	45	debeat	debebat
5	2	42	iudicijs	indicijs
20	2	22	generalijer	generaliter
43	1	15	ſeu	ſuum
43	2	51	dat	mandat
45	2	22	pluteolis	puteolis
48	1	18	vulneratam	vulneratum
53	1	15	pratenſorum	preteoſorum fructuum dotis.
64	1	81	executione	executionem
60	2	37	q̃ affirmatiua	quam affirmet affirmatiua
70	2	51	valet	valeat
80	2	24	ſit	ſi
87	2	36	appellari	appellare
87	2	46	poteſt	poſſit
91	1	12	quod	quot
91	2	44	cenſus	conſenſus
96	1	30	in	non
103	2	7	interpoſitam arguit	interpoſitã perſonam arguit.
206	2	39	quod	quando
213	2	50	executionem	ſolutionem
215	1	17	acceptionis	adeptionis
219	1	49	ordinariam	Ordinarium
227	2	48	æſtimato	æſtimatot
233	2	39	exacta	exactæ
231	1	6	venditione	venditorem
237	2	59	Cameralis vt	Cameralis operatus vt
238	2	22	Iudicia	Iudicij
143	2	10	apponere	opponere
143	2	25	contracti	contractus
147	1	11	à	ab
149	2	33	ſententia	ſcientia
156	2	17	quod	quando
160	2	2	vulta	multa
162	1	40	de	dicitur
161	1	30	quod	quando
162	2	22	mandans	mandat
165	2	6	reſte	teſti
165	2	46	pater	patent
170	2	31	præſum	præſumi
172	2	34	quilibet ſed	quilibet actus ſed
176	2	39	relictis & comperis	relictis competit
176	2	40	defuncti illa	defuncti & illa
183	2	34	fuerunt	fuerunt promiſſa
184	2	23	habentibus ſolũ	habẽtibus actionem ſolũm
184	2	22	perſonaliter	perſonalem
184	1	33	alienatione	alienationi
254	1	37	creditoris	Creditor
189	2	52	defectum	defectus
190	1	8	ſcientia	conſcientia
190	2	10	contra	ad
193	2	48	citando	citandi
193	2	3	perſona	perſonam
200	1	21	ſpectatur	ſpectant
204	1	27	Cõſtitutionibus	Tribunalibus
204	1	30	curante	durante
204	2	43	quod	quandò
212	1	55	omniſſima	notiſſima
212	1	40	executionem	executiuum
212	2	60	viiles	vtilis
216	2	11	præcepta	receptæ
216	2	28	aſſignata	aſſignata
220	2	3	demonſtrare	demonſtrat
220	2	7	interdicuntur	inter ſe dicuntur
220	2	30	pactum	pacta
222	2	54	dicitur ius	dicitur habere ius
222	2	24	præuenta	procuratæ
225	1	63	ſcripte in manu	ſcriptæ manu
221	2	38	appoſuit	appoſuit
228	2	33	ſiat	ſiat
229	2	18	tanqoam	tanquam
237	2	53	tempore fuiſſe	tempore dicitur fuiſſe
244	2	34	relatiuum	relatiuam
244	2	43	deponentis	diſponentis
147	1	34	iuuari	Inchoari
257	1	62	poſſe alienari poſſe alienari	poſſe alienari
264	2	7	quod an	quando
266	1	11	reſeruato	reſeruatio
268	1	36	dominiuim	dominium
270	1	47	præferrur	præferatur
271	1	44	requirente	requirenti
271	2	52	intereſſe	intereſſe
278	2	3	forma & in	forma in
271	1	4	contemporaneç	contemporanei
271	1	22	obligare	obligare
273	2	60	fideiuſſore	fideiuſſor ſit
273	2	61	ſed reſpectu	ſed principalis reſpectu
270	1	42	nuptias non	nuptias, licet hoc non
283	2	26	tutelares	tutelaris
288	1	15	factam	factum
297	1	29	vſu	caſu
297	1	37	contentis	contentis
299	1	49	in	vis
304	2	44	quorumque	quocumque
315	1	4	bonorum debet	bonorum liberorum debet
317	2	29	prouenienſe	prouenientre
313	2	52	ſuffragatne	ſuffragatia
324	2	5	Angens	Agens
326	1	39	dumna	damna
326	2	62	num. 7.	num. 12.
326	2	3	inſolutum	inſolidum
326	2	5	debitori	debitore
329	1	39	tertius	tertios

REGESTVM

† †† ††† †††† A B C D E F G H I K L M N O.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z aa bb cc dd ee ff gg hh ij.

Omnes ſunt terniones præter †, quæ eſt duernio, & ii, quæ eſt quaternio.

R O M Æ,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſt.
M.DC.XXXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.





